2° Bav. 826 m

R

Daphnum mancum (cf. Germ. sp. 14 g.m.)
titulo [illegible] carens

Digitized by Google

WERNHERI TESCHENMACHERI

ANNALES CLIVIÆ, JULIÆ, MONTIUM, MARCÆ WESTPHALICÆ, RAVENSBERGÆ, GELDRIÆ ET ZUTPHANIÆ.

MDCCXXI

Digitized by Google

Digitized by Google

PRÆFATIO
AD
BENEVOLUM LECTOREM.

UT fidem meam tandem liberem, novam, quam ante aliquot annos promiſi, WERNHERI TESCHENMACHERI ANNALIUM CLIVIÆ, JULIÆ, MONTIUM, MARCÆ WESTPHALICÆ, RAVENSBERGÆ, VICINARUMQUE DITIONUM, Tibi, B. L. Editionem exhibeo, quod ſi opinione Tua forte ſerius fiat, meæ id culpæ attribuas, vitioque mihi vertas nolim. Non enim niſi paucas, quæ a muneris mei ratione mihi relictæ ſunt, horas ſubſecivas huic labori impendere decreveram, atque id ſolum in adornanda nova hac Editione faciendum mihi propoſueram, ut, quam poſſem, emendatiſſime verba Autoris imprimi curarem, notisque ſubinde res præcipuas illuſtrarem; Ubi vero ipſi operi manum admovi, plus negotii, quam quidem credideram, mihi datum fuiſſe perſpexi. Haud quoque exiguam mihi nonnunquam remoram fecit Scriptorum Galliæ Belgicæ, & Germaniæ Inferioris, unde plurima ad illuſtrationem horum Annalium haurienda erant, raritas, atque in his præſertim oris penuria, quos propterea, ut & manuſcripta, quibus indigebam,

]:[Chro-

Digitized by Google

Chronica non ſine magno ſumptuum & temporis diſpendio aliunde arceſſere & comparare mihi coactus fui. Quibus inſuper ambagibus agendum, ut Diplomatum, quibus carere haud potui, detur copia, optime norint, uſuque didicerint, qui tractandis colligendisque ejusmodi Documentis publicis occupati unquam fuerunt. Taceo alias complures cauſas, quæ impedimento mihi fuerunt, quo minus citius voti mei compos fieri potuerim.

De Autoris noſtri Vita non habeo, quæ commemorem, niſi quod ELVERFELDIÆ, Ducatus Montani oppido, atque JOHANNIS quoque MONHEMII, cujus HERM. HAMELMANNUS inter *Viros Weſtphaliæ ſcientia & ſcriptis illuſtres* meminit, urbe patria natus, & Sanctenæ in Ducatu Cliviæ verbi Divini Interpres fuerit, primusque ac ſolus hactenus extiterit, qui patriæ ſuæ ſimul ac Cliviæ, Juliæ vicinarumque Ditionum res in Annalium formam redegerit. Res quidem Clivenſes poſt ipſum deſcribere ſibi propoſuerat ampliſſimus Civitatis Veſalienſis Conſul, HINSENIUS, magno in eam rem Diplomatum apparatu congeſto, ſed opere, quod dolendum, imperfecto deceſſit.

Præter vero hoſce ſuos Annales, de Eccleſia quoque bene mereri ſtuduit Autor noſter, Confeſſione fidei Eccleſiarum in Ducatu Cliviæ, Juliæ & Montium, cum anno 1633. repurgatæ in illis Ditionibus Religionis memoria celebraretur, juxta Catechiſmum, a laudato MONHEMIO jam olim concinnatum, edita, atque Veſaliæ impreſſa ſub titulo: *Repetitionis brevis Catholicæ & orthodoxæ Religionis, quæ ſingulari Dei beneficio ante Seculum a Papatu reformata, in Cliviæ, Juliæ, Montium Ducatibus cum attinentibus Comitatibus & Dominiis hactenus ex Dei verbo tradita & conſervata eſt:* cui libro celebris JCti & Conſiliarii olim Clivenſis, CONRADI HERESBACHII *Vitam*, ejusdemque Epiſtolam de *Factione Anabaptiſtica Monaſterienſi*

enſi adjunxit, ceu prodromum, ut ſcribit, *Annalium Eccleſiaſticorum*, quos eodem tempore ad prælum paratos, atque ELISABETHÆ CHARLOTTÆ, Divi GEORGII WILHELMI, Electoris Brandenburgenſis, Conjugi inſcriptos, poſſideo.

Ceterum quod ad Annales Autoris, quos nunc denuo edimus, attinet, ut multis eos commendemus, haud erit neceſſe, quippe cum magnum, quo hactenus Exemplaria illorum emta fuerunt, atque commune Reipublicæ litterariæ, ut denuo imprimerentur, deſiderium pluribus illorum encomiis nos ſuperſedere jubeant.

Quid autem hac nova illorum Annalium Editione præſtitum a nobis fuerit, paucis B. L. monendus eris. A mendis, nimirum, quibus ſcatebant, typographicis eos purgare, atque errores, a quibus haud immunes ſunt, Hiſtoricos & Genealogicos in adjectis ANNOTATIONIBUS & TABULIS GENEALOGICIS corrigere, omniaque tum probatorum Scriptorum teſtimoniis, tum DIPLOMATUM, quorum maximam partem hactenus ineditorum collectionem ſubjunximus, fide magis illuſtrare ac confirmare ſtuduimus.

Ex authenticis manuque ſcriptis Commentariis, præter GERHARDI SCHURENII, itemque AVERDORPIENSE & JOHANNIS TURCKII Chronica, quibus Autor in ſcribendis ſuis Annalibus præcipue ſe uſum fuiſſe teſtatur in Syllabo Autorum præfationi ejus infra ſubjuncto, nos inſigne ANONYMI cujusdam opus Hiſtorico-Genealogicum, quod ESSENDIENSE vocamus, atque SECRETARII cujusdam Clivenſis, tempore Adolphi & Johannis I. Ducum Cliviæ, Chronicon (de quibus vide ſis pluribus notas noſtras ad memoratum Syllabum,) adhibuimus.

Chartas Geographicas, quia ad Annales hoſce non accommodatæ, ſed ex Blaeuiano opere Geogra-

Digitized by Google

phico, quod eodem tempore parabatur, mutuatæ, atque quibusdam tantum horum Annalium Exemplaribus inſerte fuerunt, novæ huic Editioni addere, haud conſultum duxi, ſed retenta ſolum EWICHII Tabula Cliviæ, ceterarumque Ditionum, Geographica Antiqua, reliquarum loco *ſummariam* earundem Regionum *Medii Ævi Deſcriptionem Geographicam* adjecimus.

Multum præter ea in adornanda hac Editione me debere profiteor Litterarum Patronis & Fautoribus, inter quos præcipuo loco & ſummi honoris cauſa commemorandus mihi eſt *illuſtriſſimus Vir*, LUDOVICUS OTTO, NOBILIS DE PLOTHO, Potentiſſimi Regis Pruſſiæ Status, Rerumque graviſſimarum Adminiſter, & ſupremorum Tribunalium Præſes, qui ex inſtructiſſima ſua pariter ac ſelectiſſima Bibliotheca rariores libros mecum communicari benevole indulſit, quo nomine maximas ipſi ago habeoque gratias. Nec reticendus eſt *Vir prænobiliſſimus*, JOHANNES HENRICUS SCHLÜTERUS, Regi Pruſſiæ a Conſiliis Juſtitiæ ſanctioribus, & Societatis Scientiarum Berolinenſis Director meritiſſimus, cui, ut & aliis, qui favore ſuo me adjuverunt, quam obſtrictiſſimum me agnoſco, Deum precatus, ut Reipublicæ Literariæ incremento diu ſuperſtites ac ſoſpites eos relinquat.

Quod ſupereſt, B. L. ſi hunc meum laborem Tibi haud diſplicuiſſe intellexero, id agam ſedulo, ut Autoris noſtri Annales Eccleſiaſtici Reformationis cum aliis, quorum ſupra feci mentionem, Rerum Weſtphalicarum ineditis Scriptoribus propediem in lucem prodeant. Vale. Dabam Francofurti ad Oderam X. Calend. Maji, M DCC XXI.

DE-

Digitized by Google

DEDICATIO, PRÆFATIO, CARMINA,

ALIAQUE PRIORI EDITIONI A TESCHENMACHERO PRÆMISSA.

Decem Sereniſſimorum ac Potentiſſimorum S. Romani Imperii Archicamerariorum & Principum Electorum Hæredi,

FRIDERICI I. ex Burggraviis Noricis, Septemviratus Electoralis Brandenburgici *Fundatoris*, ejusque ex filio FRIDERICO II. dicto Ferrato, Nepotis, ALBERTI, *Achillis Germanici*, proſapiæ Illuſtriſſimæ *Defenſoris*,

Abnepoti maximo,

Hujus vero ex filio JOANNE, *Cicerone Germanico*, & binis JOACHIMIS Nepotis, JOANNIS GEORGII, glorioſiſſimæ Marchiacæ familiæ *Propagatoris*, ejusque ex filio primogenito JOACHIMO FRIDERICO,

Pronepoti magno,

JOHANNIS SIGISMUNDI

Nepoti proximo,

GEORGII VVILHELMI

Filio primogenito & ſucceſſori unico,

FRIDERICO GUILIELMO,

Marchioni Brandenburgio, Boruſſiæ, Cliviæ, Juliæ, Montium, Stetini, Pomeranorum, Caſſubiorum, Vandalorum, Carnoviæ & Croſnæ in Sileſia Duci, Burggravio Norico, Principi Rugiæ, Comiti Marcæ & Ravensburgio, Dynaſtæ Ravenſteinio, &c.

Domino ſuo Clementiſſimo,

Vita & Incolumitas!

Sereniſſime Princeps, Domine Clementiſſime, T. C. de Clivia, Julia, Montia, &c. provinciis ampliſſimis, quæ ob *Aviam* Illuſtriſſimam, ANNAM PRUTENICAM, ex Matre MARIA ELEONORA, GULIELMI *Abavi*, Potentiſſimi Cliviæ, Juliæ, Montium &c. Ducis, primogenita, ipſam quoque primogenitam, ad C. T. domum Electoralem pervenerunt, & cogitare & loqui ſæpius, communis Nobis fama ex Marchia tua Electorali attulit, quam nuper adeo fœlix C. T. in Academiam Batavorum ingreſſus, unde a ſubditis cum deſiderio exſpectaris, abunde confirmavit. Eam ob cauſam quia ſacros olim Reges & Principes ſine munere obſequii, ac Reverentiæ ſymbolo ſalutare, ſine Majeſtatis non licuit crimine, nec hodie quoque ſubditis, imprimis non adſcriptitiis, ſed indigenis, licet: adfero C. T. Cliviam, Juliam, Montiam, antiquam & modernam; non tantum ut inde perſpiciat C. T. qui majores in his provinciis præfuerint, quidve præclari toga

1. Sam. XX. verſ. 27. 2. Chron. VII. verſ. 5. Matth. II, 18.

Digitized by Google

vel ſago geſſerint, ſed etiam, quia ſalus Reipublicæ ſuprema lex, & illa in ſalute Principis, hæc in pietate, doctrina, & virtute ejus conſiſtit, ut Trigæ hujus beatæ, non in Electorali tantum domo, ſed etiam in Clivia, Julia, & Montibus, exemplar pervideas. Ex his proinde ego non aſſurgere gratulando non debui, quod ſubditus, quod Civis, quod Dei Miniſter, ut Nobiliſſimus Aulæ C. T. Magiſter, Patrisque Sereniſſimi ex multorum annorum fidelitate Conſiliarius auguſtus, Johann. Fridericus a Kalckum, dictus Leuchtmar, caſtri Leuchtenbergici in patria, Ducatu Montano, hæreditarius, Patronus meus, & Ephorus, Vir præſtantiſſimus Jacobus Müller, Caſtrenſis Julius, amiciſſimus popularis, docere poſſunt.

Votum addo pro C. T. quale vovebat Perſa, Regi ſuo volam unda plenam exhibens: Regnes in æternum! Dii te ſervent, acclamatum Probo. Idem vicies Tacito Imp. Dii te nobis præſtent, Claudio ſexagies, fœliciter Galbæ: Dii illum Deæque omnes terris diu commodent; iterum Claudio a Seneca: Nepotibus illum ac pronepotibus Jupiter ſerver, Trajano a Plinio, & aliis alii aliter concepta enunciarunt.

Et quia hæc omnia ethnica, ſancta ac Chriſtiana adjicio, quale illud Firmiani lib. 1. de falſa relig. adverſ. gentiles: Det tibi Deus fœlicitatem, virtutem, diuturnitatem, ut quibus ſuccreſcis annis & gratiis apud ipſum & ſubditos tuos quaque diffuſos, ſic gubernaculum Reipublicæ a Patre Potentiſſimo tandem acceptum ſenex teneas, liberis & ſeris nepotibus iterum tradas. Cum Tertulliano quoque in apologia pro Chriſtianis, c. 30. Vitam precor C. T. prolixam, imperium ſecurum, domum tutam, exercitus fortes, Senatum fidelem, populum probum, orbem quietum, & quæcunque hominis & Principis vota ſunt alia, neque id vicies, ſexagies, octuagies: ſed quoties noſtræ occurrit tua gratia menti ſine numero.

Accipe igitur, *Princeps Illuſtriſſime*, cum votis hanc tuam Cliviam Julio-Montiam antiquam & modernam clementi & mente & manu, miniſterio Evangelico, literis & literatis in ditionibns his fave, ac pro utriusque tantisper apud Patrem Sereniſſimum filius unicus, & exaſſe hæres, propitius intercede, dum ipſus (quod omnium Juliorum, Clivorum, Montanorum, Marcanorum, Ravensburgiorum, &c. votum eſt unicum,) eos coram perluſtrare & accipere, Illis T. C. excipere ovantibus, detur. Tu DEus repræſenta votum, cujus cœlum & terra eſt!

C. Hujus propter Te ſubjectiſſimo,

M. WERNHERO TESCHENMACHER
ab Elverfeld, Montano.

Lecto-

Digitized by Google

Lectoribus cupidis, candidis, benevolis.

Tandem obsequor desiderio vestro Polybistores, & qui estis Philopatrides, & conatus meos de Clivia, Julia, Montibus, Geldria, Marca, Ravensburgia, antiquis & modernis, vobis fero. In his de provinciarum harum ortu, progressu & auctu, rebus etiam, inter & apud gentes illas a Dynastis, Comitibus, Ducibus earundem gestis, diligenter investigo: idque non ex fabulis & lacunis mythologicis, sed veris classicisque auctoribus & manuscriptis authenticis, opera Hermanni Ewichii, Clivo-Wesalii, in veteri Clivia Julio-Montia concinnanda adjutus. Annales autem voco, tum quia ad res patriæ scriptorum penuria pene obliteratas, hæc appellatio ob collationem historiarum exterarum aptissima est, & dum ejusdem ætatis acta conjungit, aberrave lectorem cognoscendi avidum non patitur; tum quia exempla virtutum & vitiorum consimilia suppeditando ad prudentiam civilem confert plurimum. Quid assecutus sim, vos Lectores cupidi, candidi, benevoli judicate, & studio meo, atque in patriam communem affectui, utinam effectui dato, adspirate.

M. WERNHERUS TESCHENMACHER
ab Elverfeld, Montanus.

Historiam apposite Orator Testem temporis, nunciam vetustatis, lucem veritatis, vitam memoriæ, & Magistram vitæ dixit. Porro ingrati incolæ indicium est, res foris gestas perlustrasse & in domesticis hospitem atque peregrinum existere. Quæ res me permovit, ut Clivensium, Juliacensium, Bergensium, Geldriensium, Marckensium, Ravensburgicorum, &c. historiam contexerem. Res ardua & viribus meis impar: quicquid tamen ex fide dignis & authenticis auctoribus, vel manuscriptis variis, quorum multa ex ipso quoque Archivo Principum desumpta mihi videre & evolvere datum, observare licuit, hic ordine, addita temporis, quæ anima historiæ est, perfecta supputatione, & quidem, quantum fieri potest, brevi orationis filo, consignabo. Ut autem certa constet hujus historiæ methodus, ad quam tum scriptor collimavi, tum studiosus lector ceu cynosuram perpetuam respiciat; primo omnium de Gentium & populorum in conjunctis hisce partibus origine, eorundemque propagatione, donec ipsis Dynastæ, Comites, Marchiones, Duces præessent, dicam. Deinde cum paulatim in Dynastias, Comitatus, Marchionatus, Ducatus erigerentur, qui & quot illis ex ordine præfuerint, & quicquid præclari toga vel sago gesserint, adjiciam.

Digitized by Google

Celsissimo & Illustrissimo Principi,

DN. DN.

FREDERICO GVILIELMO,

Marchioni Brandeburgico, Electoratus Imperialis, &c.
Ducatus Prussiæ, Juliacensis, Clivensis, Montium, &c.
Hæredi,

Super Historia Clivensi,
Ipsius Celsitudini nuncupata.

Magne juventutis Princeps, cui destinat uni
Post Patrem fasces Clivia læta suos.
Illa armis opibusque potens, atque ubere gleba
Dives, & omnigeno flore superba virum.
Unam quam Rhenus pleno Pater irrigat alveo,
Non alibi placidus, non tumidusve magis.
Hoc tantum infelix Regio, primordia gentis,
Historiæ ignoret quod rudis ipsa, suæ.
Quodque diu trepidet turbantibus undique bellis,
Dum Mars vicino fervidus orbe furit.
Te Duce nunc alius rerum promittitur ordo,
Et novus Historiæ te Duce surgit honos.
Quæ præclustre tuum jam præfert pagina nomen,
Non dubias infert in loca cœca faces;
Non vetus hic canitur vulgati fabula cygni,
Quam nimium simplex plebs celebravit avem.
Altius & prima currunt ab origine fasti,
Et discit cunas patria terra suas.
Hic Celtam, Cimbrumque vides, celebremque Sicambrum,
Gugernumque senem, qui tua rura colit.
Quaque arat hic aut bella movet Germana juventus,
Romulidumve manus, utraque ripa tua est.
Quæque olim hostili certabant utraque ferro,
Nunc socias tendunt ad tua jussa manus.
Nil interrupta serie, longo ordine, rerum
In proavis dominos, hic, *Frederice*, legis.
Quæque illi præclara toga, præclara sagoque,
Seu gessere domi, sive decora foris.
Et quæ multa prius tenebris damnata jacebant,
Nunc priscum repetunt hic renovata decus.
Mox optata diu Patriæ Pax optima rerum,
Te Duce quando redit, bis *Fredericus* eris.

J. SMITH,
Pastor Ecclesiæ Neomagensis.

Digitized by Google

In imaginem *Illuſtriſſimi Principis*,

FRIDERICI GULIELMI,

Marchionis Brandeburgii, Boruſſiæ, Cliviæ, Juliæ, Montium, Stetini, Pomeranorum, Caſſubiorum, Vandalorum, Carnoviæ & Croſnæ in Sileſia Ducis.

Quem fas Imperii, juſti quem ſanguinis ordo
Flagitat ad celſi munia clara Patris:
Talis pacatas tendit Fridericus *in oras,*
Sive ſalutatis omnibus ante Deum;
Sive Deum ſupplex prima quoque voce ſalutat,
Effigie talem ſe Fridericus *habet;*
Sive videt dextrum verſus, verſusque ſiniſtrum,
Candida Pax divum lambit utrinque caput.
Clivia ſi quæras Dominum, ſi Julia quæras,
Hic Patre defuncto Dux Fridericus *erit.*
Montia deinde tuum talem venerare futurum,
Et defenſorem Magne Boruſſe tuum:
Suſpice poſt reliquas etiam Pomerania gentes,
Qui ſtat divino protinus ore Ducem.
Nuper in occulto ſolus ſediſſe ſacello
Tendens ad Dominum fertur utramque manum,
Quem pius ac inſons, ſolito quem more precatur,
Ne de propoſito tramite forſan eat:
Fac me ſcire viam, *dicit*, per quam ambulem, JEſu,
Qui, quo me vertam, neſcius usque fui.
Ante fatigatum divexavere Parentem,
Quamvis te fulcro ſuſtinuiſſe queat,
Dira cruentati cis circum fulmina Martis,
Victorisque fuit ruſtica præda domus;
Nec finem ſpectare licet, propellitur Uxor,
Inque ſinu patrios Vir tulit inde Deos.
Et jam tot noſtram decorant inſignia ſtirpem,
(Sic licet auſpiciis indigitaſſe tuis;)
Quot noctem atque diem partes ſeu veſpere currat,
Seu matutinis horula temporibus:
Tandem quæque ſibi me totum mancipat, illis
Si Dux, ſi Dominus pervigil eſſe velim.
Et quod cuncta tegat tua non capienda voluntas,
Qui ſcis, da juſta quælibet arte regam.
His dictis Cœlum reſerata nube patebat,
Verbaque cœleſti Dux capit illa ſono:
Imprimis revere Deum, tibi militat Æther,
Et tibi perpetuo Sidera cuncta favent.
Sit juſtus, nigræ poterit nil machina famæ,
Providus, in votum proxima quæque cadent,
Clemens, agnoſcent proprium te nubila Gnatum,
Et divina tibi gratia mitis erit.
Floſculus a primis & pubeſcentibus annis
Creſcebat placido Sole juvante loco,
Hactenus immenſis nec Sol te viribus auctum
Deſerit, & quorſum ducit, abire libet.
Ergo age, & optata prætexta pone rejecta,
Undique jam cives rite tuere tuos,
Et defende Lares, quam tunc aut peſſimus odit
Te populus, citius populus igne viret.
Reſtat Amor, Dominam jam Cœlum novit, ut Hæres
Id quoque, quod dictum eſt, poſt tua fata queat.
Aëriæ tacuere domus, ſuſcepit hubenas,
Sed nondum ſcimus, num Fridericus *amet.*

JO. van DANS, J. U. D. Gelrus.

Digitized by Google

SYLLABUS AUCTORUM,
qui Annalibus his operam ſuam commodarunt.

Manuſcripta, quibus in his Annalibus uſus ſum, ſunt hæc ſequentia:

Chronicon Levoldi a Northoff, nobilis Marckani, Canonici Leodienſis & Abbatis ſæcularis Vilctenſis, qui ſub Eberhardo, Comite Marckano, vixit, & cum filio ejusdem Engelberto Romam anno 1326. profectus eſt. Hoc Chronicon ex Latino barbaro in Weſtphalicum idioma convertit Ulricus Verne, Sacellanus Hammonenſis: ex Weſtphalico in Germanicum purius Joannes Kurtz, rationum Cameræ Clivenſis Magiſter: Latinitate vero terſiori donavit, (1) notisque ſuis eruditis illuſtravit M. Henr. Meibomius, Lemgovienſis, Poëtices & Hiſtoriar. Profeſſor in Academia Julia.

Chronicon Gerhardi Schurenii, ſive ab Horreo dicti, Sanctenſis, Ducum Cliviæ, Adolphi Victorioſi & Joannis Bellicoſi, Secretarius, in quo Principum Clivenſium & Marckenſium originem atque progreſſum usque ad annum 1452. deduxit, licet anno 1489. adhuc ſuperſtes fuerit. Ab anno vero iſto 1452. usque ad annum 1590. Johannes Lowermann, (2) Emmericenſis, Jurisconſultus, & Wilhelmi, Cliviæ, Juliæ, Montium Ducis, Conſiliarius, inde Joannes Turcus, Gochenſis Secretarius & Regiſtrator Clivenſis, in præſens tempus deduxerunt.

Chronicon aliud, in quo omnium Romanorum Impp. Colon. Ultraject. Monaſt. Oſnabrug. & Paderborn. Epiſcoporum, omnium item Brabant. Holland. Flandr. Gelr. Cliv. Jul. Mont. Marck. Ducum & Comitum res geſtæ parallelos deſcriptæ ſunt, quod mihi ex Averdorpenſi (3) cœnobio Veſalienſi communicavit ejus quondam quæſtor, vir multæ lectionis & antiquitatis inprimis patriæ ſtudioſus, Theodoricus ab Uppich ὁ μακαρίτης.

Arnholdus Heimricius, Clivenſis, Decanus Sanctenſis, in MStis variis, duobus Tomis in Bibliotheca ejusdem Eccleſiæ extantibus.

Auctores autem, qui typis prodierunt, tum veteres, rum recentiores, juxta ſequentem ordinem Alphabeticum exhibemus:

A. *Ab-*

---

(1) Atque Hanoviæ anno 1613. typis Wechelianis primum imprimi curavit, poſtea vero *Henricus Meibomius*, Joh. Henrici filius, Tomo I. Script. Rer. Germ. inſeruit. Cum vero a MStis Codicibus, & hi inter ſe multum differant, cum variantibus Lectionibus in Volumine Script. Rer. Weſtphal. illud denuo recenſere conſtituimus.

(2) De quo *Herm. Hamelmannus* Oper. Gen. Hiſtor. p. 474. *Quanquam diu optaverim, ut tandem exactum Chronicon Germaniæ, per typos excuſum, de Clivienſibus Ducibus, eorum geſtis, actis & factis, Genealogia & proſapia, atque ſimiliter de vicinorum Heroum origine & proſapia, linea & rebus præclare geſtis, communicaret Clariſſ. Eximius & ornatiſſimus Vir, Dominus* Johannes Lauromannus, *J. U. Licentiatus, & per multos annos Cliviæ Ducatus Conſiliarius induſtrius, qui ex Archivis Principum & ex antiquis Monumentis, ex Collegiorum & Monaſteriorum ſigillatis Literis, tum ex manuſcriptis Chronicis & antiquis Scriptis, quæ per multos annos conquiri curavit, aliquid certi & exactum dare poſſet.* Quod ex ejus aliorumque Scriptis *Johannes Turckius* confecit Supplementum Chronici Schurenii quoque poſſidemus.

(3) Unde Averdorpienſe vulgo ſolet vocari, ſed male. Rectius *Honſelarianum*, quo nomine illud ſæpius citavimus, appellandum eſſe, alibi pluribus dicemus.
Præter vero hoc & ſuperiora Chronica adhibuimus

a) *Anonymi* cujusdam *Opus Geneal. Hiſtoricum*, quod hanc Inſcriptionem præfert: *De Urſinis Principibus ex Harciniæ Dominis oriundis, ex quibus veterum Teiſterbantiæ, & ab his ortorum Clivia Comitum, nec non Heusdanorum Dynaſtarum, Altenanorum Comitum, a quibus dein orti Comites Marcani, Arenbergenſes, Iſembergenſes, & tandem Duces moderni Clivenſes, Bergenſes, Niverſii & Bulionii, item Lumainge & Seraingæ Domini*, &c. *Eſſendienſis* nomine illud citavimus, quia eſt, qui a Canonico quodam Eſſendienſi illud confectum eſſe exiſtimat. Sed pluribus de eo alias.

b) *Genealogiam & Chronicon Comitum, poſtea Ducum Clivenſium, ſcriptum ab Anonymo*, ut inſcribitur, cujus vero Autor in præfatione Adolphi I. & Johannis I. Ducum Cliviæ, ſe vocat Servitorem, & Secretarium ipſorum ſe fuiſſe haud obſcure innuit.

Digitized by Google

A.

Abbas Urſpergenſis.
Adelarius Erichius.
Ado Viennenſis.
Paulus Æmilius.
Henricus Cornelius Agrippa.
Aimoinus.
Johannes Henricus Altſtedius.
Althamerus.
Annius Viterbienſis.
Antonini Itinerarium.
Ammianus Marcellinus.
Appianus.
Joh. Aventinus.
Auſonius.

B.

Beatus Rhenanus.
Hadrianus Barlandus.
Cæſar Baronius.
Jo. Gerop. Becanus.
Chriſtianus Becanus.
Petrus a Beeck, Canonicus Aquiſgr.
Joannes a Beka.
Beroſus.
Petrus Bertius.
Bilibaldus Birckhaimerus.
Bonfinius.
Erneſtus Brotbuſius.
Caſpar. Bruſchius.
Georgius Buchananus.
Joannes Buxtorfius.

C.

Julius Cæſar.
Jo. Cæſarius.
Julius Capitolinus.
Jo. Carion.
M. Aurel. Caſſiodorus.
Jo. Cernitius.
David Chytræus.
Nathan Chytræus.
M. Tullius Cicero.
Claudianus.
Philipp. Cluverius.
Colonienſe Chronicon.
Philippus Cominæus.
Albertus Crantzius.
Joannes Cuſpinianus.

D.

Paul. Diaconus.
Wilhelm Dillichius.
Dionis hiſtoriarum libri.
Petrus Divæus.
Janus Douſa.

E.

Euſebius.
Eutropius.
Balthaſar Exnerus.

F.

Florus.
Marquardus Freherus.
Bernhardus Furmerius.

G.

Alexander Gaguinus.
Robertus Gæguinus.
Gerhardus Geldenhaurius.
Ægidius Gelenius.
Sigebertus Gemblacenſis.
Henricus Glareanus.
Godefridus Monachus.

H.

Hermann. Hamelmannus.
Wilhelmus Heda, Alphenſis.
Arnholdus Heimricius.
Pontus Heuterus.
Conradus Hereſbachius.
Divus Hieronymus.
Aulus Hircius.

I.

Inſcriptiones Romanæ.
Franciſcus Irenicus.
Jornandes.
Juſtinus.

L.

Lactantius.
Jo. Lampadius.
Æl. Lampadius.
Wolffgang. Lazius.
Joannis a Leidis Chronicon Belgic.
Juſtus Lipſius.
Livius.
Lucanus.
Luitprandus Ticinenſis.

M.

Raymundus Marlianus.
Virgilius Maro.
Henricus Meibomius.
Jacobus Mejerus, Ballioianus.
Pomponius Mela.
Philippus Melanchton.
Gerardus Mercator.
Aubertus Miræus.
Joannes Molanus.
Bernhard. Mollerus.
Sebaſtian. Munſterus.

N.

Jo. Nauclerus.
Hermannus, Novenarius Comes.
Numiſmata Romana.

O.

Orationes panegyricæ.
Oroſius.
Abrahamus Ortelius.

P.

Vellejus Paterculus.
Pauſanias.
Caſpar. Peucerus.
Peutingeri tabula itinerariæ.
Pighii Hercules prodicius.
Jo. Placentinus.
Plinius uterque.
Plutarchus.
Trebell. Pollio.
Procopius.
Propertius.
Ptolomæus.

R.

Reinerus Reineccius.

S.

Gregorius Sabinus.
Jo. Sciphower.
Petrus Scriverius.
Servius Grammaticus.
Apollinaris Sidonius.
Joſias Simlerus.
Jodocus Sincerus.
Cyriacus Spangenberg.
Ælius Spartianus.
Strabo.
Suetonius.
Suidas.
Sulpitius Alexander.

T.

Cornelius Tacitus.
Jo. Textor, Heigeranus.
Joan. Tibius.
Jo. Tritbemius.
Greg. Turonenſis.

V.

Joachimus Vadianus.
Sext. Aurel. Victor.
Jacobus de Vitriaco.
Jo. Vivianus.
Fl. Vopiſcus.

W.

Vitus Winsbemius.
Richardus de Wiſſenberg.
Witekindus.

Z.

Zoſimus.

RO-

Digitized by Google

ROBERTI, Comitis Palatini Rheni, Ducis Bavariæ, S. Rom. Imperii Sepremviri, & Principis Electoris; postmodum etiam Romanorum Imperatoris semper Augusti, Abnepotibus maximis,

STEPHANI, Comitis Palatini, Ducis Bavariæ & Bipontini, Veldentii & Sponhemii Comitis, Abnepotibus majoribus,

LUDOVICI Primi, dicti Nigri, Abnepotibus magnis,

ALEXANDRI Pronepotibus maximis,

LUDOVICI Secundi Pronepotibus majoribus,

WOLFGANGI Pronepotibus magnis,

PHILIPPI LUDOVICI, Comitis Palatini Neoburgici, &

JOHANNIS Bipontini, ejus fratris, Nepotibus proximis,

WOLFGANGI WILHELMI, & JOHANNIS, Comitum Palatinorum Rheni, Bavariæ, Juliæ, Cliviæ, Montium Ducum, Veldentianorum, Sponheimiorum, Marcanorum, Ravensburgiorum Comitum, Dynastarum Ravensteiniorum, Filiis primogenitis & successoribus,

PHILIPPO WILHELMO,
ET
FRIDERICO,

Comitibus Palatinis Rheni, Bavariæ, Juliæ, Cliviæ, Montium Ducibus, Veldentiis, Sponheimiis, Marcanis, Ravensburgiis Comitibus, Dynastis Ravensteiniis,

Principibus ac Dominis suis gratiosissimis,

Vita & Incolumitas!

Et *Vobis quoque, Principes Illustrissimi, Juliam, Cliviam, Montiam, Marchiam, Ravensburgiam, Ravensteiniam, ex quo stemmate clarissimo simul & antiquissimo ob Avias, Annam & Magdalenam, Wilhelmi, Juliæ, Cliviæ, Montium Ducis potentissimi, secundam & tertiam filias, originem maternam trahitis, dedicatum eo, adeoque cum Serenissimo C. V. nepote, Friderico Wilhelmo, hærede Electorale Brandeburgico, Borussiæ, Cliviæ, Juliæ, Montium, Stetini, Pomeraniæ, Cassubiorum, Vandalorum, & in Silesia Crosnæ & Jegerndorphi Duce, conjungo: ut, cui vinculo maternæ, Vos paternæ simul & maternæ necessitatis duplicis copulati estis, eodem quoque libro, quod Provinciarum, ex quibus orti, antiquitatem, amplitudinem & successionem edisserit, compingamini.*

Imprimis Tibi, Princeps Excellentissime, Philippe Wilhelme, hunc nuncupo, quippe cujus Pater Serenissimus, Wolfgangus Wilhelmus, Philippi Ludovici ex Anna Julia, Clivia, Montia, &c. filius primogenitus, amplissimarum harum ditionum cum domo Electorali Brandeburgica possessionem nactus, ex transactione nuper adeo inita, Juliæ & Montibus cum summo imperio feliciter præest.

In Montibus ergo ego natus & educatus, ex iisdem utrique V. C. maxime Wolfgango Wilhelmo, qui in illustri illorum ad Rhenum specula, Julia adspectu & usu conjuncta, constitutus, Montanis suis imperitat, assurgere debeo, quod subditus, quod civis: Imo quod C. V. pariter admittet, Dei Minister, qui in precibus ad eum publicis & privatis indefinenter rogat, ut Philippo Wilhelmo & Friderico, patruelibus, post Parentes Celsissimos, sit vita diuturna, imperium felix & salutare; & Rex ille Regum, atque Dominantium Dominus, C. V. in hac vita coronet sua gratia, in futura vero gloria sempiterna. Ita vovet, qui C. V. propter Deum subjectus est,

M. Wernherus Teschenmacher ab Elverfeld,
Montanus.

ANNA-

Digitized by Google

ANNALIUM
PARS PRIMA,

De Juliorum, Clivorum, Geldrorum, Montenſium, Marckenſium, Ravenspergenſium, &c. Origine & propagatione, topographia, & nomenclatura veteri Antiquorum Germanorum, Imperatorum Romanorum & Francorum Regum temporibus, eorumque apud populos hos rebus geſtis.

LIBER I.

De origine & propagatione populorum iſtorum.

ENTIUM earum, quæ hodie Provincias has incolunt, originem repetiturus, & qui illis imperarunt, ſeriem ac res geſtas deſcripturus, Lectorem monendum in limine duxi, priſcorum Rom. Impp. temporibus, comprobantibus id affatim C. Julii Cæſ. & Cornelii Taciti, aliorumque illuſtribus ſcriptis, populos hos ad utramque Rheni ripam, unam ſcilicet Germanicam, alteram Gallicam, ſedes ſuas habuiſſe: Sicambros, puta, cum Tencteris & Uſipiis; Bructerorum, Ubiorum, Eburonumque cum Sunicorum particula non exiguam manum; Menapios item cum Gugernis; Batavorum denique Caninefatiumque non contemnendam portionem. Quorum omnium & viciniorum ſimul populorum nomina in unum illud Francorum famoſum nomen (1) coaluerunt poſtea, ex quo nimirum hi Romanorum in illos poteſtatem profligaſſent, ſedibus hic & in vicinia ſibi firmatis, relicta tamen partibus Weſtphalicis Saxonum, qui illa quoque tempeſtate eas una cum aliis Cis-Albianis regionibus ſui juris fecerunt, appellatione. Verum de utrisque poſtea. Germanicæ autem originis omnes illos populos, etiam qui cis Rhenum habitarunt, fuiſſe, cum ex aliis, (2) tum ex ipſo Cæſare conſtat; Is enim belli Gallici Origo populorum.

(1) Vide infra in f. hujus libri.

(2) Tacit. de M. G. c. 28. *Treviri*, ait, *Nervii circa affectationem Germanicæ originis ultro ambitioſi ſunt, tanquam per hanc gloriam ſanguinis a ſimilitudine & inertia Gallorum ſeparentur.*

Digitized by Google

omnes prognati eſſent, Druidibus id prodentibus, gloriatos fuiſſe ait. Vocabulum Dis pro *Duits* corrupte enunciavit, & latinæ declinationi aptavit, ut cætera. Quid enim Galli de poëtico illo apud Romanos tantum ſic nuncupato inferorum Deo? Tacitus *a*) Tuiſtonem vocat, ubi Germanos inquit celebrare carminibus antiquis Tuiſtonem Deum terra editum, & filium Mannum, originem gentis ſuæ conditoresque. Deum haud immerito dixiſſe videtur, quoniam gentes pleræque, quæ quidem veræ religionis fuerunt expertes, conditores ſuos in Deos transformarunt, divinosque eis honores decreverunt. De Tuiſcone autem hoc certum intelligi Aſcenum, filium Gomeri, nepotem Japheti, proneпotem Noachi, aſſerentibus id cum Reineccio Hebræorum Rabbinis, quibus certe Aſcenaz Germanorum parens eſt, ſicut Aſcenazi Germanus. Euſebius item in Chronicis, & Hieronymus in quæſtionibus Hebr. in ea eſt ſententia, Aſcenem peperiſſe vocem Tuiſconis poſtea Teutonis, **der Teutſchen.** *b*) *Quod ut planum ſit* ex præcipuorum hiſtoricorum unanimi conſenſu obſervatum eſt, Japhetum filium Nohæ natu maximum, poſt univerſale illud terrarum orbis diluvium, occidentem verſus conceſſiſſe, ibique Aſiam minorem, præſertim qua Europam ſpectat, ac paludi Mæotidi vicina eſt, cum filiis habitaſſe: Horum poſteri a Gomero Aſcenæ parente Cimmerii ſive Cimbri literarum quadam mutatione, teſte Euſebio, *c*) dicti, Boſphoro Cimmerio, juxta quem habitarunt, primum nomen dedere: ac poſtea ſucceſſu temporis, quod haud difficile illis fuit, per regiones propinquas, Ruſſiam, Lituaniam, Livoniam, Boruſſiam, Sueciam, & Cimbriam Cherſoneſum identidem ab iis nuncupatam, quæ hodie eſt Danici regni pars, Holſatiamque & Jutlandiam complectitur, progreſſi, toto eo maris Balthici littore ſe paſſim diffundentes, late dominati ſunt. *d*) Iſti cum augeri quotidie ſe, ideoque ſuperiori aliqua poteſtate, qua tanta multitudo regeretur, opus cernerent, Tuiſconi ſive Aſcenæ imperium detulerunt, qui auctore Beroſo latiſſime a Tanaë ad Rhenum usque Germaniæ fluvium imperavit. *e*) (1) Atque hinc Tuiſconum ſive Teutonum appellatio (2) profluxit, quæ tam diu manſit, donec Romani, ea abolita, Germanorum nomen (3) celebrarunt. *f*) Obiter quoque hinc per-

a) *lib. 6. de ſit. & morib. Germanorum.*

b) *Chriſtian. Becmannus de orig. linguæ Latinæ.*

c) *Carion. Chron. l. 1. ab Adam ad Abraham, cap. de turri Babylon.*

d) *Alexand. Guagninus in deſcript. Poloniæ, c. deductio & origo Lituanorum.*

(1) Vide quoque præter citatos ſcriptores, GAB. BUCELINUM in *Geneal. Germ. Notit.* p. 6. & Scheringh. *de Angl. Gent. Orig.* cap. 5. ubi fabulas illas pluribus refutat; Effigies hujus Tuiſtonis, quam Arnkiel exhibet in *Cimb.* lib. 1. cap. 2. conficta eſt, cum aliis multis, quæ ibi referuntur. Crederem cum LEIBNIZ. Tom. I. S. R. B. p. 8. egregium Ducem ſive Heroem Celto Scytharum fuiſſe divinis honoribus a Gallis æque ac Germanis poſtea cultum.

e) *Idem eodem lib. c. deductio & origo gentis Sauromat.*

(2) Aventinus in *Nomenclatore* Teutones a Teutone ſive Tuiſtone, hunc vero ab innuendo, **Deuten,** quod Deorum interpres fuerit, dictos vult. Leibniz. l. c. utrumque nomen a voce *Thiudde*, plebe derivat, atque *Teuto* Ductorem ſ. Regem & caput plebis denotaſſe, tanto ipſi eſt veroſimilius, quod apud populos ſeptentrionales, Gothos, Danos, Suecos *Thuidam Theodon* Rex, & *Thiudangardi* Regnum appellentur. Cl. Gundlingius, **in ſeinen Gedancken von dem** Tuiſtone, **der Teutſchen Vater,** P. 8. *Gundlingianorum* vocem *Thiudde* æque ac *Teuto*, *Tuiſto* a Græcorum τήθυς, ſeu Phœniciorum טוט *terra*, *lutum*, ingenioſe derivat, putatque Tuiſtonem *Titan*, *Titon*, *Touton*, *Tuiton* dictum fuiſſe, quaſi terræ filium, quo nomine Græci appellaverint homines ingentis ſtaturæ ſ. Gigantes a γαῖα, γῆ, terra ita dictos; quibus ego facile ſubſcriberem, niſi ipſe in *Hiſt. Philoſ. Moral.* cap. 6. Barbararum gentium appellationes a lingua Græca non petendas eſſe cum Ægidio Menagio cenſeret.

f) *In mellificio hiſtor. Lampadii part. 3. ad Sleidani l. 3. c. 1. de Celtis German.*

(3) Tacit. de M. G. cap. 2. juxta vulgarem lectionem de hoc nomine, *Germaniæ vocabulum, ſcribit, recens & nuper additum, quoniam qui primi Rhenum tranigreſſi Gallos expulerint, ac nunc Tungri, nunc Germani vocati ſint, ita nationis nomen non gentis evaluiſſe paulatim, ut omnes primum a Victore ob metum mox a ſe ipſis invento nomine Germani vocarentur.* Locum hunc, qui eruditiſſimorum virorum ingenia valde exercuit, a Cl. Perizonio olim edoctus ita legendum cenſeo: *Germaniæ vocabulum recens & nuper additum, quoniam qui primi Rhenum tranigreſſi Gallos expulerint, nunc Tungri, nunc Germani vocati ſint, ita nationis nomen in nomen gentis evaluiſſe paulatim, ut omnes primum a Victis ob metum, mox a ſe ipſis, invento nomine Germani dicerentur;* Id nempe dicere voluit Tacitus, Germaniæ vocabulum reſpectu nominum, quibus appellabantur Marſi, Gambrivii, Suevi, Vandali, & quæ modo vocaverat vera & antiqua nomina, recens eſſe, atque Tungros ſeu Eburones, Condruſos, Cæræſos, Poëmanos & Segnos a devictis Gallis ob metum Germanos primum appellatos, dein vero id nomen, cum jam inventum eſſet, ab ipſis Germanis receptum fuiſſe. Ita vero hoc loco explicito, Etymon vocabuli Germaniæ non a Carmania vel Thogarma,

Digitized by Google

perſpicere licet, Cimbros & Teutones affines fuiſſe populos, & Germanicæ nationis quaſi cognatas ſpecies, ideoque etiam ſimul armis adverſus Romanos olim contendiſſe. *Ceterum Tuiſco* ille, de quo hactenus, regnaſſe dicitur anno mundi conditi 1788. temporibus Nini & Semiramidis, ſuitque Teutates ille, de quo Lucanus lib. 1.

Et quibus (inquit) *immitis placatur ſanguine diro*
Teutates, horrensque feris altaribus Heſus.

Quod ipſum Lactantius exponens lib. 1. cap. 21. ait: Galli Eſum atque Teutatem humano cruore (1) placabant. Neque hic aſſentimur Berofiani iſtius ſuppoſititii ſcripti auctori, qui Taciti veſtigia ſecutus inter Vandalum & Herculem Teutanem (Teutatem dicere voluit) poſuit, plures dubio procul Germanorum reges enumeraturus, ſi plurimum nationum vocabula apud Tacitum inveniſſet.

a) *lib. de ſit. & mor. Germanorum.* b) *lib. 5.*

Mannum quod attinet, Tuiſconis (2) filium, Tacito *a*) ſimiliter celebratum, Berofus *b*) ſecundo inter reges Teutonum loco ponit, eumque anno ſexto Semiramidis ad Rhenum regnare ſcripſiſſe ſcribit. Alii tempore Belochi Priſci & Abrahæ anno mundi 1963. regnum tenuiſſe volunt. Manno tres filios aſſignant, e quorum nominibus proximi Oceano Ingævones, medii Hermiones, cæteri Iſtævones vocentur; verba ſunt Taciti: *c*) ex quibus liquet, veteres Germaniæ populos appellationes ſuas a tribus illis Manni filiis, principibus ſuis, ſortitos ac mutuatos eſſe, nominaque illorum præter propter hæc fuiſſe, a Beroſo aliisque memoriæ proditum eſt, Ingævon puta, Hermion, & Iſtævon. (3) Et quanquam nonnulli *d*) hac in parte Tacito ſe aſtringi non patiuntur, fidem tamen laudatus nunquam ſatis ſcriptor iſte meretur, quod viſa a ſe (4) ac audita tracter.

c) *Tac. d. l. vide & Plin. l. 4. c. 14.*

d) *Vid. Lampadii melliſſ. hiſtor. d. l.*

Sin

vel quod *Germani* γνήσιοι, ſeu fratres Gallorum fuerint, vel a *germinando*, vel a vocibus Gar & mein, vel Hebræis גר peregrini, vel *Gera*, fluvio Thuringiæ, de quibus variis ſententiis vid. Chriſtoph. Philip. a Waldenfels in Select. Antiq. lib. 7. cap. 14. deduci poterit, ſed in antiqua Gallica lingua ſeu Celtica, & quidem ejusmodi voce, quæ metum innuit, quærendum erit: Quare veroſimillima eſt eorum conjectura, qui Germanos a voce *guerre*, bellum, unde noſtrum Wehren, Gewehr, G. in W. mutato, ut in nomine Wilhelm pro Guilelm, & Mann, Vir, Guerre-Mannen, i. e. Viros bellicoſos appellatos cenſent. Neque mireris vocabula Germanica apud Gallos, cum eadem lingua *Celtica* cum Germanis uſi fuerint, cujus veſtigia ſunt vocabula hodieque Gallis & Germanis communia, quorum exempla autor noſter in fine hujus libri ſuppeditat, & nos ibi nonnulla addemus. Vide DISSERT. cit. de *Germanorum & Gallorum Orig. Scythica.*

(1) de quo ritu vid. pluribus infr.

(2) Sub Tuiſconis atque Manni nominibus Deum & Adamum, hujusque a Deo creati hiſtoriam latere exiſtimat Cluver. G. A. lib. 1. cap. 9. Edmundus vero Dickinſonius in *Delph. Phœniciz.* per Tuiſlonem Adamum, per Mannum Noachum intelligendum eſſe contendit. Cl. Eckardo *Mannus* Græcorum Prometheus, *Arminius* vero ejus filius eſt, in Diſſertat. de *uſu & præſtantia Stud. Etymol. in Hiſtor.* Non diſplicet mihi LEIBNIZII ſententia, cui l. c. *Mannus* caput gentis ſ. Deter Männer deſignat.

(3) CONRINGIUS *Ingæff, Juſtæff & Hermin* dictos fuiſſe putat, atque CLUVER. A. G. lib. 1. c. 9. & 32. tres Noachi filios cenſet intelligi. Veroſimilius exiſtimat GROTIUS *in proleg. ad hiſtor. Goth.* Germaniam in tres magnos populos ita diviſam fuiſſe, videlicet Ingævones, Inwerts-Wohners, verſus Oceanum ſeptentrionalem; Hermiones, Herum-Wohners, qui circum habitabant, & Iſtævones ſ. Weſt-Wohners, ad Rhenum, cum quo HERTIUS conſentit, & LEIBNIZ. Tom. 1. S. R. B. p. 7. niſi quod aliter iſtos populos collocet. Exiſtimat enim, Hermiones Rheni fuiſſe accolas, Iſtævones quaſi Oſt-vel Eſt-Wohners, populos Orientales, quos Plinius lib. 4. cap. 14. in duos peculiares populos Vindilos & Peucinos poſtea diviſit.

(4) Nituntur hæc vulgari opinione, ac ſi Tacitus Annalium ſcriptor *Galliæ Belgicæ procurator* fuerit, quod nonnulli tum ex inſcriptione apud Reineſium p. 307. tum ex Plinii teſtimonio lib. 7. c. 16. ſibi perſuadent. Aſt quod ad CORNELIUM VERUM TACITUM attinet, qui in honorem Apollinis memoratam inſcriptionem poſuiſſe dicitur, diverſus ille eſt a noſtro, quippe qui *Veri* nomine nullibi appellatur. Nec magis Plinii verba, quibus *ipſe*, ſcribit, *nos pridem vidimus eadem* (quæ de puero quodam retulerat) *ferme omnia præter pubertatem in filio Cornelii Taciti equitis Romani, Belgicæ Galliæ Rationes procurantis*, ad Tacitum noſtrum applicari poterunt, cum Tacitus filiam Julii Agricolæ poſt hujus Conſu-

latum

Digitized by Google

Sin minus; Priſcis certe Germanis in iis præſertim, quæ carminibus celebrarunt antiquis, tanquam annalibus, fides deroganda, & eorum ſubſequentibus quidem temporibus deploranda oſcitantia eſt, qua effectum, ut hæc non tam ab ipſis, quam eorum hoſtibus Romanis, qui forte male ea intellexerunt, petere neceſſe habeamus, ſiquidem præter hos certior nullus, quem ſequamur, hiſtoricus ad manus eſt. Ingævonibus igitur, & Herminonibus, quorum illi Oceano Germanico proximi, hi Mediterranea Germaniæ loca incolebant, una cum ſuis ſeu regibus ſeu principibus præteritis, Iſtævones cum principe ſuo Iſtævone hic in cenſum veniunt. Ii fuerunt populi ad Rhenum remoti, puta Celtæ, Helvetii, Treveri, Vangiones, Treboci, Nemetes, Ubii, & noſtri Sicambri, Menapii, Uſipetes, Tencteri, Bructeri, & cæteri. *a*) De hiſce Iſtævonibus Plinius *b*) etiam ſcribit, eosque Rheno proximos fuiſſe, quos Iſtævon gubernaſſe fertur, anno mundi 2030. Sunt, qui hunc non fratrem, ſed filium Ingævonis faciunt, inque annum mundi 2075. referunt. *c*) Ad Tacitum revertamur: Quidam, ait, licentia vetuſtatis, plures Deo (Tuiſcone ſcilicet) ortos pluresque gentis appellationes Marſos, Gambrivios, Suevos, Vandalos affirmant, eaque vera & antiqua nomina. *d*) Germanicæ quidem ille nationis diſtincta aliquot genera notat, ſed quæ veram ac vetuſtam denominationem ſuam ab auctoribus ſuis (1) deſumpſerunt.

a) *Aſſ. c. d. loc. & Althamerus in Taciti l. de ſit. & mor. Ger.*
b) *l. 4. c. 14.*
c) *Aſſ. d. l.*
d) *Tac. de ſit. & mor. Germ. c. 2.*

Sed Hercules hic prætereundus non eſt, ultimus apud Beroſum (2) Germanorum Rex, quem adeo confictum Reineccius exiſtimat, quia Alemannus dicitur, cum tamen, ut ipſe dicit, Alemannica iſta gens multis poſt ſæculis, hoc eſt, tempore labentis Imperii Romani, (3) inclaruerit: & ex Aventino conſtet, quam conſtanter patria nomina a majoribus noſtris ſint obſervata. Quanquam vero diffitendum non eſt, nomen hoc Alemanni ſpurium eſſe ac fictum, adeo ut exinde conjecturam capere haud ſit difficile, quando Beroſianum iſtud ſcriptum (4) in lucem prodierit: *e*) regem tamen quendam, qui

e) *Annius Viterbienſis iſtius ſcripti auctor.*

latum demum (vid. ejus vita c. 9.) qui Tillemontii calculo in annum incidit LXXVII. adeoque non ante LXXVIII. uxorem duxerit, Plinius vero juxta Cl. Maſſonium in vita Plinii ſecundi p. 26. anno ſequenti obierit, quo propterea Tacitus filium adultum habere nondum potuit. Forte autem Tacitus noſter hujus Cornelii Veri Taciti filius fuit, atque cum illo in Galliam Belgicam profectus, *Velledam* in vicina Germania vidit, ut ipſe refert c. 8. de M. G. niſi Romæ id factum velis, quo mulierem iſtam Fatidicam in triumphum ductam fuiſſe, memorat PAP. STAT. SYLV. lib. 1. Pluribus ea de re diſſeruimus in Exercit. de FIDE TACITI in *Reb. Germanorum* T. II. Exercit. Francof.

(1) Totidemque Regibus Germanorum juxta fictitium Beroſum, qui non ſolum Regum iſtorum Chronologiam definit, ſed & teſtamenta ipſis tribuit; quas anniles fabulas Aventinus quoque ſequitur Annal. Boj. lib. 1. c. 6. Nomina potius Germaniæ populis impoſita fuerunt, vel ab ipſorum ſtudio vel terræ, quam incolebant, ratione, vel fluviis, dictiſque Vandali quaſi **Wandelnde**, Suevi, **Schwebende**, a continuis ipſorum migrationibus, Bructeri a **Brocken**, *paludoſis locis*, vel **Brücken**, ſeu pontibus apud ipſos frequentibus, propter paludes, Betavi a fertili terra, **Betaue**. Vid. Kirchm. in notis ad Tacitum, c. 2. LEIBNIZ. T. I. S. R. B. p. 10. 11. & 12. Mon. Paderb. p. 55. & alibi. JUNCKER. Geogr. med. ævi P. II. c. 1.

(2) Qui Pharaoni liberos Hebræos occidi jubenti eum æqualem facit. Vide quoque Aventinum lib. I. c. 6. Tacito c. 3. teſte, *Fortem virum* apud Germanos fuiſſe crediderim, quem propter merita & res egregie geſtas Deorum loco habuerunt, atque ad differentiam Herculis Græcorum, Tyrii, Libici, Italici, Indici, Teutonicum five Alemannicum poſtea dixerunt. Pluribus de ipſo diſputant Cluver. lib. I. c. 28. A. G. & Kirchmaj. in not. ad Tacit. l. c.

(3) Quo tempore Germani junctis viribus Alemanni ad ſuperiorem, Franci ad inferiorem Rhenum in Galliam penetrarunt. Primi *Alemannorum gentis populoſæ, & ex æquo mirifice pugnantis, nuncupati* ſunt Aurel. Victor. in Caracalla & Ælius Spartianus in ejusdem Imper. Vita c. 10. Cluverius quidem *jam ante Strabonis Geographica Alemannorum nomen extitiſſe* putat l. 3. c. 4. p. 9. Sed Aſinium Quadratum, quem Agathias de Alemannorum nomine lib. 1. Hiſt. citat, turpiter confundit cum Aſinio Pollione, cujus Strabo meminit, ab aliis propterea jam ſatis notatus.

(4) Recte hunc fœtum Autor in margine attribuit Joanni Annio, Viterbienſi monacho, atque ſub Alexandro VI. Sacri Palatii Magiſtro, qui illud una cum aliis ſedecim antiquitatum libris primum edidit Romæ 1499. multisque non ſolum iſtis ſcriptis, ſed & aliis monumentis antiquis confictis, impoſuit, qua arte, refert Antonius Auguſtinus *Dial. X. Antiq. Rom.* Vide pluribus de hoc impoſtore Voſſium de hiſtor. latin. l. 3. c. 8. Cl. Struv. Diſſert. de *doctis impoſtoribus*. Biblioth. Hiſtor. Hamburg. Cent. I. p. 231. & ſeq.

Digitized by Google

qui majoribus noſtris imperarit ſub nomine Herculis, ob inſignem rerum geſtarum gloriam a ſcriptoribus probatis celebrari, & qui vulgo differentiæ ergo Alemannus dicatur, negandum omnino non videtur. Quicquid enim ubique magnificum eſt, in claritatem Herculis referre conſenſimus. Ideoque fabuloſum exiſtimandum non eſt, quando Tacitus apud Germanos & Herculem primum omnium virorum fuiſſe, memoriæ proditum eſſe ſcribit: *a*) Hic anno mundi circiter 2394. regnaſſe fertur.

a) *lib. 6. de ſit. & mor. Germ. c. 3.*

Notatu præterea dignum eſt, quod Diodorus Siculus lib. 5. 24. de hoc & filio ejus (1) habet; verba ejus ſunt: Galates filius Herculis in virum evadens, cum paternum ſuſcepiſſet regnum, plures oras ſibi ſubdidit propinquas, & ſubductas omnes ſuo nomine Galatas dixit, a quo omnis ea regio Galatia dicta eſt. Hæc a pluribus nationibus incolitur, quæ invicem gentium numero differunt. Nam quæ major habetur inter eas, ducenta virorum millia efficit, quæ minor, quinquaginta. Harum gens una erga Romanos usque ad hanc ætatem, affinitatem amicitiamque ſervat, &c. Idem etiam inter Galatiæ flumina Rhenum ponit, & paulo poſt addit: Rhenum diebus noſtris C. Cæſar pontibus miro modo ſtruxit, pedeſtribus copiis traductis, Galatas ultra Rhenum habitantes in poteſtatem redegit. Hæc ille. Unde majores noſtros, ſive qui in Clivenſi, Juliacenſi, Geldrienſi & reliquis provinciis vixerunt, populos, huic ipſorum Regi ſubditos & ab ipſo Galatas (2) antiquitus nominatos fuiſſe patet. Similia de Hercule & Galatis habet Ammianus Marcellinus lib. hiſtoriarum 15.

Verum enimvero multa ſunt hic, quæ neſcimus, ea quoque, quæ ſcire nos putamus, dubia ſunt juxta & incerta, & ſi vera, quod in tanta antiquitatis nullo ſcriptorum lumine illuſtratæ caligine fieri oportet, falſis ſæpe immixta.

Sed Hunibaldum (3) aliquis objiciat, & ex eo certam ac continuam principum & regum, qui hiſce provinciis præfuerint, unde etiam Sicambri & poſtea Franci originem traxerint, ſeriem exacte usque ad noſtra tempora deduci jubeat, reſponſi loco is ferat, Hunibaldum & ſimilis farinæ ſcriptores, quæ producunt regum ac locorum nomina commentos eſſe, ſicut id jam pridem in antiquitatibus verſatiſſimi quique animadverterunt. *b*) Etenim quis eſt, qui mecum non exiſtimarit, ab uno ad minimum e Romanis ſcriptoribus, ſi non omnes, aliquos ſaltem iſtorum Antenorum, Priamorum & cæterorum Trojanæ originis principum, ſiquidem ii extitiſſent, fuiſſe celebratos, præſertim cum ſubinde apud illos in rerum Germanicarum a ſe editis monumentis exterorum quoque regum ac ducum, quantumvis parca, nonnunquam etiam invita incidat mentio? Et ſane, quis

b) *Henric. Corn. Agrippa de vanit. ſcientiar. c. 5. de regno Teutonico.*

(1) De ceteris Herculis filiis, Hunno, Norico, Helvetio, Bojo, totidem populorum conditoribus, fabulatur Aventin. lib. 1. c. 6.

(2) Nugæ! quo illorum quoque ſententias referimus, qui Gallos vel a γάλα, lacte ſ. lacteo & albo colore reſpectu Italorum, vel a vocibus *ou allons nous?* quibus ſe invicem interrogaverint, cum orbem propagarent, dictos volunt. Multo veroſimilius Cluv. lib. 1. c. 11. a voce **Wallen**, ambulare, quaſi a vicinis Germanis ob continuas excurſiones vocati fuerint Wallers ſ. Walones, ut Galli adhuc appellantur in Belgio, atque G. in W. mutato *Galli*. Putem tamen Gallos nomen ſuum per contractionem accepiſſe ex eo, quod Græci ſervarunt, qui Galatas eos appellabant: hoc autem Galatæ nomen eſſe idem origine ſua, quod Celtæ. Certe ab una origine illa nomina derivat Bochartus P. II. lib. 3. c. 6. *Geogr. Sacræ*, atque ita dictos vult a voce חלה *croco*, propter rutilatas Gallorum comas juxta Virgil. lib. 8. Æn.

Aurea Cæſaries ollis atque aurea veſtis,

& Lucanum lib. 10. ubi de Cleopatræ miniſtris:

- - pars tam flavos gerit altera crines,
Ut nullas Cæſar Rheni ſe dicat in arvis
Tam rutilas vidiſſe comas.

(3) Qui tempore Clodovæi M. ſe vixiſſe, atque Waſthali hiſtoriam XVIII. libris ſe continuaſſe mentitus fuit, impoſturæ jam dudum convictus a Comite Nuenario de *Orig. Francor.* Pontano de *orig. Francor.* lib. 3. c. 3. Hadr. Jun. in *Batavia* c. 17. Voſſio lib. 2. c. 22. de *Hiſt. lat.* Trithemius autem tanti eum fecit, ut XI. ejus libros poſteriores in compendium redegerit, niſi ipſe fœtus hujus ſuppoſititii autor ſit, quod Leibniz. in *diſq. de orig. Franc.* §. 3. ex eo ſuſpicatur, quod Fridericus Elector Saxoniæ Hunibaldum ſibi communicari literis ad Trithemium petierit, is vero reſponderit, mutata fede (nam Hirsaugia Herbipolim translatus erat) codices non amplius in manu ſua eſſe.

Digitized by Google

quis ſanæ mentis negabit, Romanos, poſtquam provincias haſce ſuo imperio adjeciſſent, barbarorum principum dominio abolito, ſolos hic rerum potitos fuiſſe? Non dicam jam, quam ridicula ſcriptoribus videatur, nec immerito quidem, Trojana hæc per adulationem certe, non veritatem, Sicambris pariter hisque poſtea ſuccedentibus Francis attributa origo, quaſi nulla gens, ut Crantzii utar verbis, *a)* clara niſi illa ſtirpe exiterit? Cui præterea vel mediocriter antiquitatis perito in proclivi non fuerit, de eo pronunciare, quod Viti Winſemii in Thucydidem prologus habet de Marcomiro, novi admodum nominis rege, quod is anno ab Urbe condita CCCXVII. ad oſtia Danubii a Scythis bello victus, & amiſſo in pugna patre pulſus, cum hominum quingentis fere millibus præter ſervitia in Germaniam tranſiverit, & novum apud Rheni oſtia regnum inchoarit, gentique ſuæ cum vicinis Saxonibus fœdere ac connubiis junctæ Neomagorum, hoc eſt, novorum cognatorum nomen, quod poſtea Antenor hujus filius, ducta Cambra Bellini regis Britanniæ filia, in Sicambrorum nomenclaturam mutaſſet, acquiſierit?

a) *Crantz. Vandaliæ lib. 2. c. 3.*

Turbidas igitur putidasque has Hunibaldi aliorumque lacunas linquentes, limpidos potius illos fontes, quos optimi quique Romanæ hiſtoriæ ſcriptores nobis aperiunt, adibimus, ex iisque, quæ ad propoſiti noſtri ſcopum pertinent, porro hauriemus. Ubi tamen neminem movere debet, quod aliquando non continua hic ſit annorum perſonarumque juxta ac rerum ſeries, ubi nihil ex certis, quales a Romanis habemus, hiſtoriis occurrit. Silentio enim præterire, quæ neſcimus, neceſſitatis eſt, non vitii. Ergo dum naufragii velut alicujus diſjectæ hinc inde tabulæ, nobis colligendæ coacervandæque ſint, Ambigatus primum, mox Brennus, cæterique ante Julii Imperatoris tempora auctoribus celebrati reges ac duces, qui quidem hiſce in locis rerum antiquitus potiebantur, narrationi noſtræ ſunt inſerendi.

Memorabiles ſunt illæ, de quibus Florus contractius; at diſtinctius & fuſius Livius, Celtarum ſive Gallorum in Italiam irruptiones, quibus rapidiſſimus procurrentis Imperii Rom. curſus non leviter ſuppreſſus fuit. *b)* Iſtarum, ſi quid in iis fortiſſime geſtum fuit, gloriam etiam ad nationes haſce redundare, nullum omnino eſt dubium. Quis enim Ambigatus ille apud Bituriges a Liguri ad Rhenum usque, Tarquinio Priſco Romæ regnante imperans? certe cujus imperium omnino noſtri majores agnovere. Hic virtute, ait Livius, *c)* fortunaque cum ſua tum publica præpollens, quod in imperio ejus Gallia adeo frugum hominumque fertilis fuit, ut abundans multitudo vix regi videretur poſſe. Hic magno conatu ipſe jam exonerare prægravante turba regnum cupiens, Belloveſum ac Sigoveſum, ſororis filios, impigros juvenes, miſſurum ſe in quas Dii dediſſent auguriis ſedes oſtendit, quantum ipſi vellent, numerum hominum excirent, ne qua gens arcere advenientes poſſet. Tum Sigoveſo ſortibus dati Hercynei ſaltus; Belloveſo haud paulo lætiorem in Italiam viam dabant, &c. Novas quæſitum terras emiſſo Sigoveſo, quoniam Hercynia Sylva ſedes obtigit, nota procul dubio & vetus ipſi, fratrique, ac avunculo Ambigato (1) patria fuit, non tam interior Gallia, quam ea, quæ maxime in Belgica cis & trans Rhenum ſita fuit regio. Belloveſus vero ſuperatis Alpibus, quæ Juliæ dicuntur, inde ad usque Ticinum agros, ante a Tuſcis cultos, occupavit, ſuisque Celtis poſſidendos tradidit. Non exigua inde huic genti gloria, quod prima poſt Herculem, cui ea res virtutis admirationem, & immortalitatis fidem dedit, Alpium invicta juga & frigore intractabilia loca tranſcendere ſit auſa. *d)*

b) *Flori phraſis lib. 1. c. 13. An. M. 334. Urb. Cond. 143.*

c) *Decad. 1. lib. 5.*

Quid hic non memorem Gallos, Senonas, Celtarum nomine apud Livium *e)* inſignes, quos neſcio, utrum invidioſius, an glorioſius deſcripſerit Florus? *f)* Gens, inquit, natu-

d) *Juſtin. lib. 24.*

e) *D. 1. lib. 5.*

f) *Hiſt. Roman. l. 1. c. 13.*

(1) Imo non hos ſolum, ſed omnes, qui Sigoveſo & Belloveſo Ducibus e Gallia migraſſe dicuntur, Germanos fuiſſe mihi fere perſuadeo, quod credi vix poſſit, Gallos fertiles ſuos agros cum horrida circa Hercyniam præſertim regione commutare voluiſſe; aut Germanos paſſos fuiſſe, ut peregrina gens ſuas terras vi occuparet? Refert quoque Livius lib. 5. c. 34. aliam ſubinde *Germanorum* (ut plerique legunt) manum veſtigia priorum ſecutam fuiſſe, atque ita non obſcure innuit, priores ſub Belloveſo quoque Germanos fuiſſe. Neque nos movet *Gallos* vocari, cum illo nomine Germanos quoque appellaverint Græci æque ac Romani, ut pluribus oſtendit Voorburgius Tom. I. p. 18. & ſeq. imo occidentales populos omnes *Celtas*, *Gallos*, *Galatas*, ut orientales Indos, Auſtrales, Æthiopes, Boreales, Scythas a Græcis vocari, teſtatur Plinius H. N. lib. 4. c. 12.

Digitized by Google

natura ferox, moribus incondita, adhoc ipſa corporum mole perinde ac armis ingentibus, adeo omni genere terribilis fuit, ut plane nata ad hominum interitum, urbium ſtragem videretur. De patria eorum hæc addit: Hi quondam ab ultimis terrarum oris, & cingente omnia Oceano, ingenti agmine profecti, quum jam media vaſtaſſent, poſitis inter Alpes & Padum ſedibus, ne his quidem contenti per Italiam vagabantur: hæc ille. Multarum ab illis urbium, (1) ſcil. Mediolani, Comi, Brixiæ, Veronæ, Bergomi, Tridenti, Vincentiæ non obſcura exordia: *a)* Cluſium poſtea, denique Romam, duce Brenno, auxilio Celtarum, qui ante ipſos in Italiam profecti erant, oppugnarunt, cæperuntque. Verius autem & luculentius de hiſce Plinius junior: *b)* (2) Cum Galli Senones, inquit, relictis ob ſterilitatem agris ſuis, Cluſium Hetruriæ obſiderent, miſſi ſunt tres legati, qui Gallos monerent, ut ab oppugnatione deſiſterent; ex iis unus contra jus gentium in aciem proceſſit, & Ducem Senonum interfecit. Quo commoti Galli, petitis in deditionem legatis nec impetratis, Romam petierunt, & exercitium Romanum apud Alliam Fluvium occiderunt, die XVI. Kal. Auguſti, qui dies inter nefaſtos relatus Allienſis dictus. Victores Galli urbem intraverunt, ubi nobiliſſimos Senum in curulibus aliisque honorum inſignibus primo, ut Deos venerati, deinde, ut homines deſpicati, interfecere. Hactenus ille. Neque defendi quicquam (verba ſunt Europii *c)* niſi Capitolium potuit, quod cum diu obſediſſent, & jam Romani fame laborarent, a Camillo, qui in vicina civitate exulabat, Gallis ſuperventum eſt, graviſſimeque victi ſunt. Poſtea tamen, accepto etiam auro, (3) ne Capitolium obſiderent, receſſerunt: ſed ſecutus eos Camillus, ita cecidit, ut & aurum, quod his datum fuerat, & omnia, quæ ceperant, militaria ſigna revocaret. Virgil. Æneid. lib. 8. hos Senonas in ſcuto æneo (4) cælatos egregie ob oculos poſuit:

a) *Juſtin. lib. 20. c. 5.*

b) *Plin. de viris illuſtr. cap. de Furio Camillo.*

An. U. C. 364.

c) *l. 1.*

Aurea cæſaries (inquit) *ollis, atque aurea veſtis*
Virgatis lucent ſagulis, tum lactea colla
Auro innectuntur, duo quiſque alpina coruſcant
Geſa manu, ſcutis protecti corpore longis.

Pro veſte barbam, pro Gæſis Gallica tela Servius *d)* intellexit. Videntur autem hi Sicambris admodum fuiſſe ſimiles apud Claudianum deſcriptis:

d) *Servius in hunc loc. Virgilii.*

Ante ducem noſtrum flavam ſparſere Sicambri
Cæſariem.

Oceanus iſte, unde Florus hos veniſſe dicit, Cimbrius fuit, non tantum Balticus, ſed & Germanicus, imo Belgicus, qui etiam, in quem nimirum Rhenus ſeſe exonerat, apud eundem Claudianum Cimbricus dicitur, ubi de Alarici victoria ſic ait:

- - - Te Cimbrica Tethys
Diviſum bifido conſumit, Rhene, meatu.

Aventinus (5) lib. Annal. Boior. 1. & Philippus in Chronicis lib. 2. & alibi, Belgas præſertim & Rheni accolas fuiſſe affirmant. Favere huic ſententiæ videtur id, quod habet Sui-

(1) Juſtinus l. c. *Galli*, inquit, *cum in Italiam veniſſent, ſedibus Tuſcos expulerunt, & Mediolanum, Conam, Brixiam, Veronam, Bergomum, Tridentum, Vicentiam condiderunt.* De ſingulis vide pluribus Cellarii *Geogr. Antiq.* p. 682. & ſeqq.

(2) Sub cujus nomine prodiit iſte liber Pariſiis 1545. & Baſileæ 1547. qui ab aliis Cornelio Nepoti, Suetonio Tranquillo, & Tacito quoque fuit tributus; Sexto vero Aurelio Victori ab Andrea Schotto, Hanckio, & Cl. Fabricio vindicatur. Vid. hujus *Biblioth. lat.* lib. 3. c. 9.

(3) Imo dum Galli mille pondo auri receſſum ſuum venditantes, de libræ genere cum Romanis adhuc contenderent, atque addito ponderi, gladio, gravius malum, væ clamantes victis, minarentur, Camillus ipſis ſupervenit. Flor. lib. 1. c. 13. Liv. l. 5. c. 34.

(4) Elegantiſſime quoque eadem hiſtoria adumbratur in Clypeo Woodwardiano, quem Cl. Autores *Act. Erud. Lipſ.* ao. 1709. p. 246. exibuerunt; Cl. vero Dodwellus & Hearnius peculiari diſſertat. illuſtrarunt, recenſita in iisdem *Actis Erud. Lipſ.* ao. 1715. p. 13.

(5) Nauclerus quoque *Generat.* 27. Cruſius *Annal. Suev.* P. 1. lib. 2. c. 5. atque ipſa militum deſcriptio, & loci, unde venerunt, apud Flor. l. c. ſatis innuunt, Germanos fuiſſe. Bojos ipſis interfuiſſe, Diodor. Siculus refert lib. 5. cap. 32. at, hos Germanos fuiſſe, Tacitus teſtatur de M. G. c. 28.

Digitized by Google

Suidas: (1) οἱ Γέρμανοι κελτοὶ λέγονται, οἱ ἀμφὶ τὸν Ῥῆνον ποταμὸν εἰσί: Item quod Dion *a)* (2) habet in deſcriptione Rheni; Rhenus ex Alpibus, ait, Germaniæ paulo ſupra Rhætos oritur, inde verſus occidentem profluens, ad ſiniſtram Gallicam ejusque incolas, ad dexteram, Germanos dividit, tandemque in Oceanum exit; hic enim limes in hunc usque diem earum regionum habetur, ab eo tempore, quo diverſa nomina adeptæ ſunt, ſiquidem antiquitus populi, qui ex utraque parte Rheni habitant, Celtæ uno nomine appellati ſunt. a) *lib. 30. hiſt. Rom.*

Non ego hic aliarum Germaniæ Galliæque nationum gloriæ quicquam detrahere videri volo, ſed & noſtros majores gentibus illis in Italiam profectis annumerandos eſſe, ſolum demonſtrare, operæ precium duxi. Multarum enim ſimul Germaniæ & Galliæ, præſertim Celticæ & Belgicæ ad Rhenum, & ad Oceanum ſitarum gentium inſignes hæ fuerunt migrationes.

Obiter quoque hic memorabilem illam expeditionem Celtarum in Aſiam videamus, quæ ſub alio quodam duce Brenno facta eſt, (plures enim Brenni referuntur ab auctoribus, alter Senonum, alter Galatarum dux.) Hic Belgio ac cæteris ducibus univerſam Aſiam cædibus egit ac rapinis: Juſtinus hujus meminit lib. 24. tantus, inquit ille, terror Celtici nominis erat, ut etiam reges non laceſſiti ultro pacem ingenti pecunia mercarentur. Ptolomæus Ceraunus his cum paucis & incompoſitis, quaſi bella non difficilius, quam ſcelera patrarentur, parricidiorum furiis agitatus occurrit; ſed illi non inulta ſcelera fuerunt, quippe Diis immortalibus tot perjuria & tam cruenta parricidia vindicantibus, brevi poſt a Celtis ſpoliatus regno, captusque, vitam ferro, ut meruerat, amiſit; tandem Delphis victi delerique ſunt (3) Celtæ, duxque Brennus, cum dolorem vulnerum ferre non poſſet, pugione ibi vitam finiit. Pauſanias de hoc in Phocycis: ἦν δὲ ὁ Βρέννος οὗτε πάντα ἀσύνετος, οὗτε ἄπειρος ἔχειν, ὡς ἄν τις βαίβαρος, σοφίσματα ἐς πολεμίους. Erat autem Brennus non omnino inexpertus, ſtultus, ac inſipiens ductor, velut alii barbarorum, verum dolos non ignaviter in hoſtes excogitabat.

Claudianus horum Celtarum patriam attingit:

Nuper ab Oceano Gallorum exercitus ingens
Pro Rheno poturus Halym.

Quinam autem illi, qui ab Oceano ſimul & a Rheno veniſſe memorantur? noſtri certe majores. *An. U.C. 531.*

De Viridomaro Gallorum Rege, a M. Claud. Marcello cæſo, quanquam idem ſentit Aventinus, *b)* (4) adducens ex Propertio *c)* illud: b) *Aventin. Annal. Boic. lib. 1. c. 10.* c) *Propert. l. 4. Eleg. 11.*

Claudius a Rheno trajectos arcuit hoſtes,
Belgica cum vaſti parma relata ducis
Virdomari, genus hic Rheno jactabat ab ipſo
Nobilis.

Cluverius *d)* tamen id non vult, locumque Propertii corrigit, & pro Rheno utrobique Rhodano, pro Belgica, Gallica ſubſtituit, Livii *e)* narrationem attendens. Sed ſi ter- d) *c. 6. antiq. Germ. lib. 1.* e) *Liv. lib. 20. ut extat in epit. Flori. Vid. eundem Florum hiſt. Rom. l. 2. c. 4.*

(1) Voce γερμανικὸς. Idem in voce κελτοὶ, ὄνομα, ſcribit, ἔθνος οἱ λεγόμενοι γερμανοὶ, οἱ ἀμφὶ τὸν ῥῆνον ποταμὸν ὄντα, οἱ κατέχουσι τὴν γῆν τῶν ἀλβανῶν ἃς καὶ σήνωνας καλοῦσιν. αὐτοὶ δὲ οἱ κελτοὶ κατὰ ῥωμαίων ἐγερτεύσαν. *Nomen gentis Celtæ. Hi & Germani vocantur, qui flumen Rhenum accolunt, terramque Albanorum hoſtiliter invaſerunt. Eosdem & Senonas vocant. Hi Celtæ Romanis bellum intulerunt.*

(2) Idem lib. 53. *Celtarum*, inquit, *nonnulli, quos Germanos vocamus.* Et lib. 59. Germanos, contra quos Cæſar profectus fuit, κελτοὺς *Celtas* appellat. Herodotus lib. 2. c. 45. & lib. 4. c. 106. *Iſtrum ſ. Danubium in Celtis oriri* ſcribit.

(3) Ita tamen non penitus extincti fuerunt, quin reliqui ipſorum in Aſiam trajecerint atque Nicomedi Bithyniæ Regi auxilio præſtito intra Phrygiam, Cappadociam, Paphlagoniam, Bithyniamque conſederint, *Gallograeci*, & *Galatæ* dicti, ad quos Paulus Epiſtolam ſcripſit, reprehendens eos, quod a doctrina Evangelii recepta ἐις ἕτερον εὐαγγέλιον ſe abduci paſſi fuerint. Vide autem de geſtis ipſorum in Aſia Pauſaniam in Phocenſ. & Flor. lib. 2. c. 11.

(4) Itemque Voorburg. Tom. 1. pag. 39. qui Geſatarum, militum, quos Virdomarus in Italiam duxerit, nomine Germanico id adſtruit atque Geſatas dictos putat quaſi Geſetzte, *fortes & robuſtos homines.*

Digitized by Google

tertiam quoque hanc lectionem magisque distinctam ex doctorum virorum castigatione retinere quis maluerit:

Claudius a Rheno trajectos arcuit hostes
Belligerans, vasti parma relata ducis
Virdomari. Genus hic Rheno jactabat ab ipso,
Nobilis erectis fundere gesa rotis.

Is Cluverio hac ratione satisfecerit, si ipsum quidem Viridomarum tunc a Rhodano, nihilominus tamen aut ipsum olim aut majores ejus a Rheno in Galliam ad Rhodanum profectos fuisse dixerit. Verum hanc litem alii dirimant, de Cimbris jam & Teutonibus, eorumque regibus.

In istorum autem manu nostros etiam majores, Gelriæ nimirum præsertim inferioris, Cliviæque cis- & trans-Rhenanæ incolas, iisque vicinos Batavos, Selandos, Frisiosque una cum aliis extimæ Galliæ, Germaniæque, qua Albim Cimbricamque Chersonesum attingit, populis, fuisse Florus innuit, cum eos ab extremis Galliæ profugisse, quum ter-
a) *Flor. l. 3. cap. 2.* ras eorum inudasset Oceanus, novasque sedes toto orbe quæsivisse, scripto prodiderit. *a)* Neque hoc peregrinum videbitur, quando Strabo *b)* Cimbros inter eas nationes, quæ ab
b) *Strab. Geogr. l. 7.* exitu Rheni usque ad Albim (1) initium capiunt, cum Sugambris celeberrimos fuisse dicat; Cum Oceanus insuper non tam illas, quæ Daniæ regno continentur, quam Belgicas nobis vicinas provincias, Hollandiam puta, Zelandiam, & Frisiam maxime inundarit, (2) maximasque terræ portiones ex iis absorpserit olim, sicut insulæ Hollandiæ, itemque illæ, quæ pari fere intervallo ab Hollandia Frisiaque, in mari projectæ & littori olim avulsæ sunt, testantur. Imo & hoc ipsum in mari Meridionali, vulgo die Suyderſee / ex innumeris ejus vadis, quæ continenti annexa alveum ostiumque Flevo tertio, tunc Rheni brachio concedebant, apparet. Inter hos autem populos celebres maxime fuerunt Belcus Cimbrorum, & Teutobochus Teutonum Reges, quorum arma audita primum sunt, cum supra sexcentesimum quadragesimum annum Romana agebat Respublica, Cæcilio
c) *Tacit. de fit. & mor. Germ. c. 37. Anno ante Natal. Chr. circiter 110.* Metello, & Papirio Carbone Coss. *c)* Rhenum illi transgressi, primum Belgas cis-Rhenanos, qui postea contra Cæsarem conspirarunt, videntur infectasse, verum ab his intra eorum fines ingredi prohibiti sunt, *d)* quamvis Strabo *e)* asserat, Belgas solos adversus Cimbrorum & Teutonum impetum subsistere non potuisse. Sed id forte verum fuerit de Belgis istis, apud quos Cimbri & Teutones, cum iter in provinciam Galliæ & Italiam facerent, impedimenta, quæ secum agere ac portare non poterant, deposuerunt, & custo-
d) *Cæs. l. 2. bell. Gall. cap. 29.* diæ præsidioque sex hominum millia ex suis ibi reliquerunt, quorum etiam posteri, qui
e) *Strabo Geogr. l. 4.* Advatici dicti sunt, post majorum suorum obitum multis annis a finitimis exagitati, cum alias bellum inferrent, alias illatum defenderent, consensu eorum omnium pace facta illum sibi domicilio locum delegerunt; *f)* Advatici (3) autem si fuerunt, qui hodie
f) *Cæs. l. 2. c. 29.* Gallicam Brabantiam, ubi oppidum Nivella est, partemque Hannoniæ circa Cannetum montem & Bintium oppida Cameracensis diœcesis finitimaque his loca extra Francorum regnum inhabitant: ubi locus quidam in vici formam redactus est fere desertus, cujus nomen Gallica lingua, veteri satis alludit, & monumenta adhuc quædam præclara vetu-

(1) In eodem tamen capite VII. χερρόνησον οἰκοῦντες, *peninsulam inhabitantes* appellat, at vero intra Rhenum & Albim nulla est ejusmodi peninsula. Est vero procul dubio illa peninsula, quam Ptolomæus lib. 2. c. 11. κιμβρικὴν χερρόνησον, *peninsulam Cimbricam* vocat, supra cujus collum Saxones habitarunt olim. Eandem sedem Cimbris quoque adscribit Pomp. Mela lib. III. c. 5. ubi post descriptionem Codani finus, *in eo*, inquit, *Cimbri & Teutones.*

(2) Respicit Autor ad Strabonem lib. 7. ubi ab initio statim *nonnullos*, ait, *tradere* μεγάλῃ πλημμυρίδι, *magna inundatione coactos ex illa terra*, (quam peninsulam vocaverat,) *migrasse.* Ast cum Peninsula ista adhuc supersit, conficta illa inundatio videtur. Veram causam Tacitus reddit Oratione Cereali lib. 4. histor. c. 74. ubi, cum Cimbrorum quoque meminisset, *eadem*, inquit, *semper causa Germanis transcendendi in Galliæ, libido atque avaritia, & mutandæ sedis amor, ut relictis paludibus & solitudinibus suis fœcundissimum hoc solum utque ipsos possiderent.*

(3) Quos Tacitus lib. 4. histor. c. 56. & Plinius lib. 4. c. 17. *Betasios* vocant, inter Nervios, Eburones & Menapios sedes suas habuisse ostendit Cellarius Geogr. Antiq. p. 361. & seq. Quodnam vero oppidum ipsorum sit munitum, in quod Cæsar l. c. meminit ipsos sua omnia contulerint, is æque ac Cluverius lib. 2. c. 21. in medio relinquunt.

Digitized by Google

vetuſtatis viſuntur. *a)* Cæterum omni Gallia depopulata, *b)* in Provinciam exiverunt, ut inde in Italiam contenderent, *c)* quam cum invadere jam aggrederentur, legatos miſerunt in caſtra Silani, inde ad Senatum, petentes, ut Martius populus aliquid ſibi terræ daret quaſi ſtipendium: Cæterum ut vellet manibus atque armis ſuis uteretur. Sed repulſi quod nequiverant precibus, armis petere conſtituunt; Sed nec primum quidem impetum eorum Silvanus, nec ſecundum Manlius, nec tertium Cæpio ſuſtinere potuerunt, omnes fugati, exuti caſtris. *d)* (1) Timor tunc Romæ grandis fuit, quantus vix Annibalis tempore, Punicis bellis, ne iterum Romam Galli venirent. *e)* Et actum erat, niſi Marius (2) illi ſæculo contigiſſet. Is cum partito agmine per alpes, id eſt, clauſtra Italiæ, ferebatur, iis ad Rhodanum juxta aquas Sextias occurrit, prioresque Teutones ibi prælio oppreſſit, CC. millibus hoſtium cæſis, (3) & XXX. millibus captis. *f)* Rex quoque Teutobochus, cum fugeret, comprehenſus, proceritatis eximiæ inſigne poſtea ſpectaculum triumphi fuit. *g)* Monſtratur hodieque in pago *Pourrieres* prælii tam cruenti locus, & ab omnibus ibi adhuc proverbii vice jactatur, *le triomphe des Pourrieres*, i. e. triumphus *de Pourrieres*. Extat etiam hodieque in triumphi hujus memoriam apud Arauſionem, *Orange*, erectus arcus ſtupendi operis, in quo C. Marii & Q. Catuli nomina perſpicue leguntur, & inter reliqua lapidi inciſa trophæa, viſitur craſſa & procera cujusdam præ cæteris effigies, umbilico tenus, quem Taurobachi nomine ex characteribus olim in arcu illo conſpicuis, jam vero tempeſtate exeſis, majores ſuos appellaſſe, vulgi inibi celebris & conſtans aſſertio. *h)* Interea Cimbri (4) & Teutoni, quorum copia adhuc infinita erat, ad Italiam tranſierant, atque ibi in unum conglobati, Q. Catuli Proconſulis exercitum in fugam verterunt, & ad fluvium Ateſin (5) caſtra metati ſunt. Quo Marius ſumma celeritate advolans, ſuis cum exercitu Catuli junctis, initoque iterum prælio, centum & quadraginta millia Cimbrorum occidit. *i)* Nec minor cum uxoribus (6) eorum pugna, quam cum ipſis fuit: quum objectis undique plauſtris atque carpentis altæ deſuper quaſi e turribus lanceis contisque pugnarent, donec eliſis paſſim infantibus ſuis aut mutuis concíderunt vulneribus, aut vinculo e crinibus ſuis facto, ab arboribus jugisque plauſtrorum pependerunt. Beleus Rex in acie dimicans impigre, nec inultus occubuit, *k)* adeoque in hoc prælio non impune contra hos populos dimicatum a Romanis eſt. Verum clade hac ad extrema redacti Cimbri Teutonique, patriis oras (7) repetierunt, indeque Sicambrorum nomen hiſce in partibus remanſiſſe probabile videtur. *l)* Porro ab hoc tempore diverſa nomina Germaniæ Galliæque nationibus,

a) *Raimund. Martinus. in Indice ant. populor. & locor. quor. mentio fit apud Caſ. & Tacit. c. 37.*

b) *Cæſar. de bell. Gall. lib. 7. &c.*

c) *Idem l. 1.*

d) *Flor. l. 3. cap. 3.*

e) *Flor. l. c. & Vellej. Paterc. lib. 2. 12.*

f) *Eutrop. lib. 5. c. 1.*

g) *Flor. d. l.*

h) *Syncerus in itin. Gall.*

i) *Eutrop. lib. 5.*

k) *Flor. l. c.*

l) *Sicambri nomen habent a Cimbris, ut plerique contendunt.*

(1) Quinque amiſſis exercitibus conſularibus. Tacit. de M. G. lib. 37. Fallitur vero Eutropius, qui lib. 4. in fin. Cimbros a Silano victos fuiſſe in Gallia ſcribit.

(2) Ex Africa, quam Jugurtha victo in formam Provinciæ R. redegerat, revocatus. Actum fuiſſe, niſi Marius illi Seculo contigiſſet, ſcribit Florus l. c.

(3) Flor. lib. 3. c. 3. poëtica, ut ſolet, hyperbole uſus, tanto, inquit, ardore pugnatum eſſe, eamque cædem fuiſſe hoſtium, ut Victor Romanus de cruento flumine non plus aquæ biberit, quam ſanguinis barbarorum. Plutarchus in Mario Maſſilienſes cæſorum oſſibus vineas circumſepiſſe ait. Livius Epit. LXIIX. cæſa hoſtium ducenta millia, capta nonaginta tradit. Credibilius eſt, quod ſcribit Vellej. Paterc. lib. 2. amplius centum quinquaginta millibus hoſtium priore ac poſtero die a Mario trucidatos eſſe.

(4) Qui per mediam Germaniam Italiam verſus profecti erant, atque Papirio Carbone Conſule, inſigni clade affecto, Teutones per Gallium profectos exſpectabant, ut cum iis ſimul in Italiam penetrarent. Liv. Epit. LXIII. Vellej. Paterc. lib. 2. c. 12. Strabo lib. 5. Geogr.

(5) Ad quem Q. Catulus, cum Cimbrorum impetum ſuſtinere non valeret, receſſerat, poſitis utrinque adverſus tranſitum vallis & aggeribus. Plutarchus in Mario p. 418.

(6) Canes quoque Cimbris cæſis domus eorum plauſtris impoſitas defendiſſe, refert Plinius lib. 8. c. 41.

(7) In Cherſoneſum Cimbricam, patriam ſuam, reliquias Cimbrorum rediiſſe, vel multos remanſiſſe, patet ex Strabone, qui lib. 7. nam hodieque, ſcribit, illam regionem inhabitant (Cimbri,) quam tenuerunt olim, nuperque Auguſto Lebetem, qui apud ipſos ſanctiſſimus erat, miſerunt amicitiam expetentes, & veniam illatarum injuriarum, eamque conſecuti domum reverterunt. Tacitus quoque Trajani ævo, lib. 37. de M. G. eundem, memorat, Germaniæ ſinum proximi Oceano Cimbri tenent parva civitas, ſed gloria ingens.

Digitized by Google

nibus, quæ ex utraque parte Rheni habitabant, indita ſunt, cum antea communiori nomine Celtæ appellarentur. *a)*

Ex iis primi Sicambri, quorum nomen præ cæteris celebre, & ad tempus labentis imperii usque Tencteris, qui in illorum remanſere ſedibus, tributum, olim ex toto trans-Rhenani, (1) proximi Ubiis *b)* trans Rhenum etiam tunc ſitis, ſylvas & ſolitudines habebant, ac hodie eſt inter ejus fluminis ulteriores ripas & Lupiam *c)* Cliviæ Ducatus, & pars terræ Montenſis, ac Marchiæ Comitatus. *d)* Sed Suetonio & Floro teſtantibus cis Rhenum etiam Sicambri habitavere, poſtquam Auguſtus in Galliam eos, per Tiberium in deditionem acceptos, traduxit, atque in proximis Rheno agris & caſtellis, ubi Gugernorum nomen (2) poſtea acceptiſſe videntur, collocavit.

Sicambrorum q. d. humillima camporum inhabitantium (3) appellatio reliqua adhuc eſt apud **Siegburg** ad Ruram in vita Caroli Magni celebratum (4) Comitatus Marchiæ oppidum. In horum regione nunc eſt Divitenſe illud munimentum ex adverſo Agrippinenſis Coloniæ, hodie vicus Abbatia celebris, (5) **Duits**. In eo quondam tabula lapidea reperta eſt, quæ teſte Ruperto hujus loci quondam Abbate narrabat: Divitenſe munimentum in terra Francorum ab Imp. Cæſ. M. Fl. Valer. Conſtantino pro militibus in tutelam Galliarum (6) collocandis, eſſe erectum. *e)* Atque ab hoc loco milites nominantur in libro Notitiæ Imperii & apud Marcell. lib. 26. & 27. Divitenſes, conjuncti ubique Tungris, vocabulum huic munimento haud dubie e ſitu loci quæſitum. Etiam Diſpergum caſtellum, Duisburgum Cliviæ hodie oppidum hic ſitum eſt. Utrum a Romanis ad firmandum Aſciburgii præfidium, & impediendam Germanorum in Galliam irruptionem conſtructum, eque ſitu loci nuncupatum; an vero a Germanis ad cohibendos Romanos excitatum, aut Romanis ademptum, alterutraque de cauſa ſic vocatum olim fuerit, ignoratur: Interim tamen certum eſt, Teutoburgum non eſſe, (7) de quo Tacitus. *f)* Quin etiam apud Sicambros Velledam virginem, de qua paulo poſt, (8) habitaſſe, nonnulli ſuſpicantur. (9) Videatur Bernard. Moller. libro ſexto deſcriptionis Rheni, ubi ſic de Lupia, Rhenum influente, ait:

Rheno proximior Velledæ præterit aulam,
Nomine jam dubio virginis aula latet.

Limi-

a) *Dion. lib. 39. Vid. Claud.* Nomenclatura & Topographia populorum. Ubii, Sicambri.

b) *Dion. lib. 39.*

c) *Id. l. 54. vid. & Strab. lib. 4.*

d) *Vid. apud Ptolom. Europæ tab. 4.*

e) *Beat. Rhenan. rerum Germ. lib. 3.*

f) *Annal. lib. 1. c. 60.*

(1) Sicambrorum primas ſedes ad fluvium *Sige*, eorumque migrationes ad Rhenum & Ruram, tum & traductionem cis Rhenum, accuratiſſime deſcripſit Illuſtr. Epiſcopus Paderborn. in Mon. Paderb. p. 4. 5. 6. & Schatten. in hiſtor. Weſtphal. lib. 1. p. 10.

(2) Vide infra de Gugernis.

(3) Alii dictos volunt **Siegkämpffer**, Cambros, ad pugnandum ſelectos & deſtinatos. Cluverius vero lib. 3. c. 9. a *fluvio Sige*, quem primum accoluerunt, nomen ſuum accepiſſe exiſtimat. Menſo Alting. p. 80. **Siegenberger**, unde vox Sicambrorum, dictos vult, quod incoluerint Regionem montium, quos *Sigus* amnis perluit.

(4) Refert illud Ertwinus Ertmannus in Chron. Osnabr. p. 207. apud Meimb. Tom. II. R. G. inter tria munitiſſima Saxoniæ caſtella; Tria, ſcribit, præcipua & eminentiora caſtella concordi relatione antiquorum ſcribuntur, videlicet in Herisburch, in Saxonia Haſſionumque ſitum confinio, Siegeburch quoque, ſuper Ruremfluvium poſitum, & noſtrum Iborch, quod ex jucundo ſitu terrarum egregium fuiſſe, nemo eſt, qui dubitat. Quod vero ad Iburgum hoc attinet, inultis teſtimoniis Iburgum f. Driburgum in Paderbornenſi diœceſi intelligendum eſſe, docet Illuſtr. Epiſc. in Monum. Paderb. p. 175.

(5) De qua vide pluribus infr. in ſtatu Eccl. Ducatus Montium.

(6) Celebris Antiquarius, Joh. Smetius, duo in Antiq. ſuis Neomag. p. 242. exhibet numiſmata cum inſcriptione *Herc. Deuſonienſi*, quam quidem poſteriorem vocem Occo in duas dividit, atque legendum cenſet *Deus Oriens*; Laudatus vero Smetius cum Patino *Deuſonem* urbem, hodie *Duits* appellatam, intelligendam cenſet, quippe in quo Herculis olim fanum habuerit atque cultus fuerit. Mentio quoque illius *Deuſonis* fit, atque Saxones juxta illum cæſos fuiſſe, refertur in ſupplem. Chron. Euſeb. ad annum 376.

(7) Eſſe vero oppidum Teuthomellum, hodie **Dethmold**, recte cenſet autor infr. lib. 2.

(8) In fine hujus libri de Moribus populorum.

(9) Bernhardus Mollerus juxta citatos verſus, in vico **Spellen**, cui adſtipulatur Schatten. in Hiſtor. Weſtphal. p. 124. Hermannus vero Ewichius in Deſcript. Veſuliæ, p. 10. aut Veſaliæ, aut in vicino pago **Aberdorp vel Barbendorp** palatium ſuum habuiſſe cenſent.

Digitized by Google



a) *I*
lib. 3
Vid.
Non
tura
pogi
popi
U
Sic
b) *E*
lib. 3
c) *Ie*
vid.
li
d) *V*
Ptol
ropæ

e). *E*
Rhe
rum
li

f) *A*
lib. 1

Digitized by Google

*Limite Spelledam *) ſuſtentant jugera lævo,*
Manſio Velledæ, ſuſpicor, illa fuit.
Velledæ Spelleda quadrat, mutato priora,
Arguit hoc ratio nominis atque loci.
Deferar ulterius, Veſalia fluctibus inſtat
Lippiacis: Rheno Lippia perdit aquas.

*) Spellen pagus eſt, non procul a Veſalia, ultra Lupiam.

Et certe non usque adeo a vero alienum hoc eſſe, facile quis animadvertet, qui accuratius, id quod Tacitus hiſt. lib. 5. cap. 22. habet, conſideraverit, Germanos nimirum prætoriam triremem Romanis in Rheno abreptam flumine Luppia donum Velledæ traxiſſe, ſive transmiſiſſe. Cæterum Sicambri & poſtea Tencteri, *a)* de quibus mox, qua ortum reſpiciebant, Cheruſcis contermini fuere. Dion enim lib. 54. de Druſo ait, ipſum poſt Uſipetas ſubjugatos, Lupiaque transmiſſa per Sicambros, in Cheruſcorum regionem (1) usque ad Viſurgim proceſſiſſe, in quibus caſtrum Eresburgum tempore Caroli Magni celebre, hodieque **Herßberg** (2) in confinio Haſſiæ ſitum, etiamnum antiquum gentis nomen retinet. a) *Tacit. de ſit. & mor. Germ.*

Tencteros adhæc & Uſipetes (3) ſive Uſipios quod attinet, trans Rhenum etiam forte in locis Weſtphaliæ remotioribus habitaſſe primum, ſed poſtquam a Suevis (melius leg. Cattis) diu agitati, & triennio hinc inde vagati eſſent, Rhenum ſtrivium non longe a mari, quo influit, *b)* ſcilicet ad inſulæ Batavorum caput, neceſſe haberent & Rhenum & Vahalem, adeoque inſulam Batavorum ſuperare, tranſiiſſe, & Menapiorum cis Rhenum agros occupaſſe ex Cæſaris lib 4. Belli Gallici conſtat. Quam ob cauſam ex iis quadringenta millia ad Moſæ & Rheni confluentem cæſa a Cæſare ſunt, ut Plutarchus in Cæſ. & Appianus in Celtica prodidere. Reliquiæ vero horum, qui prælio non interfuerant, Sicambrorum nationi ultra Rhenum ſeſe conjunxerunt, *c)* quibus in Gallicam oram traductis, Tencteri quidem illorum agros ſoli tenuerunt, & initio imperii Veſpaſiani Ubios vicinos ad defectionem a Romanis ſolliciarunt. *d)* At Uſipios exiguum illud agrorum, quod Menapii trans Rhenum etiam habebant, invaſiſſe, atque ita loca illa, ubi hodie Comitatus Zutphaniæ eſt, incoluiſſe, haud paucis placet, Dionem nimirum attendentibus, ubi ille libro paulo ſuperius allegato, de Druſo hiſce verbis: Atque ipſe deinde, ait, in Uſipetarum regionem, ſecundum inſulam Batavorum, atque in Sicambrorum terram transgreſſus, &c. Tencteri & Uſipetes. b) *Sic Cæſ. loquitur l. 4.* c) *Cæſ. d. l.* d) *Tac. hiſt. lib. 4.*

Notandum autem Cattos illos, de quibus jam dixi, perperam a Cæſare Suevos appellari, (4) quod videre licet ex ejus lib. 4. belli Gallici, ubi Suevos Ubiis, & lib. 6. ubi eosdem Cheruſcis ad Sylvam Bacenis, hodie **die Hartz** / viciniſſimos fuiſſe tradit, cum iſta omnia Cattis conveniant potius, quam Suevis, quippe qui jam antea audita Arioviſti

(1) Tacit. de M. G. c. 36. Foſis vicinos fuiſſe refert, certo argumento, quod ultra Viſurgim quoque habitaverint. *Cheruſcos* quaſi *Gueruſcos* a fluvio *Werra*, quo nomine Viſurgis olim venerit, dictos putat Leibniz. in not. ad excerpta Taciti, Tom. I. S. R. Brunſwic. p. 12. Menſo vero Altingius, Tab. I. infer. Germ. a Sylva Hercynia, **Hartz**, aliis **Hartzſchen**, & geminata aſpiratione **Cherüſchen**, nomen illud derivat. Pluribus eos deſcribunt Illuſtriſſ. Epiſcop. in Monum. Paderborn. p. 32. Cluv. lib. 3. c. 19. Cellar. Geogr. Antiq. Tom. I. p. 476.

(2) Nunc **Stadtberg**, haud procul Neuhuſio in Epiſcopatu Paderbornenſi, locus olim celebris IRMENSULA. *Mon. Paderb.* p. 94. Meimb. in Diſſ. de *Irmenſula.*

(3) Commune hi populi fatum habuerunt, atque ut Tencteri Cattis primum vicini fuerunt, ita poſt illos a ſtudio militari nulla gens alia magis laudatur Tacit. M. G. c. 32. Uſipetes vero a Tencteris per Wetteraviam ad Rhenum usque ſeſe extenderunt, quibus ſedibus utrique a Cattis expulſi, Menapiorum agros cis-Rhenanos primum, (loquimur ex ſitu noſtro) mox & trans-Rhenanos invaſerunt, a Cæſare vero, cum ulterius progredi vellent, cæſi, octingentis tantum ſuperſtitibus, qui cis Rhenum profugi, Sicambrorum agros, poſtquam hos Auguſtus Imperator trans Rhenum traduxiſſet, occuparunt. Cluv. lib. 3. c. 10. Schatten. in hiſtor. Weſtph. lib. 1. p. 10. Waſſenbergius in deſcript. urbis Embr. lib. 1. Sunt, qui Uſipites, quaſi **Hauß-Väter**, Tencteros vero quaſi **Gedingte**, i. e. Mercenarios milites appellatos ceſſent. Arridet potius, Uſipetes a fluvio US, circa quem primo conſederunt in Wetteravia, pariter ac **Usingen** & Wis-**Baden**, civitates nomen ſuum accepiſſe.

(4) Pluribus hunc errorem, quem Strabo quoque ſequitur, notavit Cluver. lib. 3. c. 5. Suevos populos tantum intra Albim & Viſtulam appellatos fuiſſe, diſerte ſcribit Tacit. M. G. c. 38. 39.

Digitized by Google

clade ripas Rheni, hoc eſt, peregrinum abs ſe invaſum regionis tractum reliquiſſe domumque ſe contuliſſe ab eodem Cæſ. lib. 1. memorantur. Niſi quis generaliter Suevorum nomine maximam trans-Rhenanæ Germaniæ partem comprehendere, eosque cum Ptolomæo (1) triplices ſtatuere malit, primos ſcilicet Sicambros ad Rhenum Auſtraliores, (quo in loco Oquevos in tabula Ptolomæi inepte legunt) alteros Angilos, in Septentrionem ad medium Albis extenſos, tertios Semnones a medio Albis ad Suevum, i. e. Viadrum fluv. usque. Quorum tamen nihil poſteriores Suevi, Rhetiæ nimirum vicini, qui & Hermunduri dicebantur, habuerunt.

Bructeri.

Sequuntur Bructeri (2) juxta Sicambros ad dexteram inter utrosque fluentis Lupiæ ripam in longum ad usque Amiſiæ & Lupiæ capita in Cheruſcorum confinio, ubi clades Variana (3) contigit, protenſi. *a)* Nam & a Tacito *b)* juxta Tencteros, qui fuere Sicambrorum ſucceſſores, locantur, & a Strabone *c)* ad Lupiam quoque pertinuiſſe aſſeruntur, nimirum ubi nunc ſunt Monaſterienſis & Oſnabrugenſis diœceſeis Lippia item & Ravensburgum Comitatus.

a) Tac. lib. an. 1. cap. 60. confer cum Dion. lib. 56. & Strabone lib. 7. ubi de eadem clade.

Sylva Cæſia (4) apud hos fuit, inter Veſaliam & Coesveldiam urbes porrecta, quæ cum limite Tiberii a Cæcinna e Veteribus in Marſos egreſſo, exciſa, & particula fuit Hercyneæ totam fere Germaniam obtegentis Sylvæ. Unde Claudianus:

b) lib. de ſit. & mor. Ger. cap. 33.

\- - - *Venit accola Sylvæ*
Bructerus Hercyneæ.

c) Strabo lib. 7.

Et quanquam Taciti ævo, vicinarum conſenſu nationum dicuntur *d)* pulſi, migrantibus in ipſorum loca Chamavis (5) & Angrivariis, (6) quorum illi a Chaucis, hi a Viſurgi, ubi hodie **Engeren** eſt vicus, ſed Witekindi mauſoleo (7) & Ducatus Angrivariæ (8) titu-

d) Tacit. lib. de morib. cap. 33.

(1) At hunc quoque erraſſe, quando Angilos & Longobardos eis Albim collocat, Cluver. jam oſtendit lib. 3. c. 25.

(2) Alias Bructeri, Bureturi, Boructarii & Bricteri & Bruteri, quod nomen nonnulli verum & antiquum fuiſſe cenſent, atque ipſis impoſitum, quod eſſent **Bruders**, fratres. Sed verosimilius eſt, ita appellatos fuiſſe, quaſi **Bronckers** paludum, quæ in Weſtphalia **Broncken** vocantur accolæ, vel a **Brücken**, pontibus & aggeribus, quibus paludoſa loca ſolent abundare, qua de re ut & ſedibus Bructerorum vide Monum. Paderb. p. 54. Menſo Alting. Not. inf. Germ. P. 1. pag. 19. 20. 21. Schat. in hiſtoria Weſtphal. p. 11. Kirchmaier. in not. ad Tacit. pag. 162.

(3) Multum ad hanc contulerunt Bructeri, quippe apud quos undeviceſimæ legionis Aquilam poſtea repertam fuiſſe teſtatur Tacit. Ann. 1. c. 60.

(4) Quaſi **der blaue Wald**, propter opacitatem, nunc **der Weſeler Wald**, hodie ubique fere culta; olim vero celebris expeditionibus Germanici & Cæcinnæ per illam, Tacit. Annal. 1. c. 50. Cluv. lib. 3. c. 9.

(5) Hos olim Rheni inferioris ripam accoluiſſe, ex Bojocali, Amſibariorum Ducis oratione apud Tacit. Annal. 13. 54. liquet, quippe qua agros, quos Amſibarii a Romanis poſtulabant, quondam Chamavorum fuiſſe refert. Inde vero una cum Angrivariis in Bructerorum fines migrarunt. Caput ſedis ipſorum oppidum *Ham* in Comitatu Marcano fuiſſe, ab ipſis quoque appellatum, exiſtimat Leibniz. Tom. 1. pag. 11. vid. quoque Menſo Alting. Not. Germ. inſer. P. 1. pag. 44.

(6) Hos Conring. in annot. ad c. 2. de finibus Imperii ab Angriis diverſos fuiſſe putat, rectius vero eosdem cenſent Cluv. lib. 3. c. 2. Illuſt. Epiſc. in Mon. Paderb. p. 132. Kirchm. in not. ad Tacit. de M. G. c. 33. p. 364. Angrivarios quaſi **Angreiffers oder Anwarer** dictos cenſet, nobis vero **von den Angern**, locis compeſtribus & herbidis, ita nominatos fuiſſe, veroſimilius videtur. Olim Rhenum videntur accoluiſſe in Ducatu Montium ex nominibus oppidorum **Angewort** & **Angermünde**, inde vero cum Chamavis Viſurgim verſus profecti, conſediſſe in Ducatu Angriæ. Oppidum **Engers** caput ipſorum, alias munitiſſimum, in vici formam redactum fuit, cum illa demum inter alias conditione, ut Simon, Comes Lippæ, e cuſtodia Ludovici, Epiſcopi Osnabruggenſis, ao. 1305. dimitteretur. Hamelmann in Geneal. Comit. Lipp. p. 395. Schatten. p. 11.

(7) Cujus effigiem, ut a Carolo IV. renovata fuit, exhibet ill. Epiſc. in Monum. Paderb. p. 136.

(8) Cujus ut & Weſtphaliæ pars, Epiſcopatui Colonienſi propior, proſcripto Henrico Leone Philippo, Archi-Epiſcopo Colonienſi, altera Bernhardo Saxoniæ Duci obvenit, juxta diploma Friderici I. Imper. in Lunigii **Reichs-Archiv.** P. Spec. S. II. p. 434. Utramque tamen Archiepiſcopi Colonienſes occuparunt, atque titulo Ducum Weſtphaliæ & Angriæ hodieque præſident, invitis Principibus Anhaltinis, qui ab illo Bernhardo deſcendunt, atque eodem properea titulo utuntur.

Digitized by Google

titulo inſignis, progreſſi erant: Attamen vindicaſſe ſe mox videntur, retroactis non tantum Chamavis & Angrivariis, adeoque receptis ſuis agris, ſed etiam vicinis ſibi ſubactis nationibus, nominatim Tencteris, unde Bructeri hi panegyriſtæ Nazario, circa Conſtantini Magni, & Sulpitio Alexandro apud Gregorium Turonenſ. lib. 2. cap. 9. circa Theodoſii Impp. tempora Rheni ripæ ex adverſo Agrippinenſis Coloniæ proximi habentur, ſuumque nomen locis hiſce **Quakebruggen / Oſenbruggen/ Wydebruggen/** & **Delbrueggen** indidere.

Cæterum Bructeros Strabo & Ptolomæus (1) duplices produnt, *Majores & Minores*, illosque Friſiis & Chaucis; hos vero Lupiæ vicinos faciunt: de hiſce præſertim hic Tubantes, ubi hodie **Twente & Benthem** (2) ditiones ſunt, *vicinos* habuerunt, ſimiliter Uſipios. Quin etiam Cheruſcos & Marſos, *a)* (unde oppido **Othmarſſen** (3) adhuc nomen) attigerunt. Marſi vero hi juxta Bructeros loco cladis Varianæ non procul abfuerunt: *b)* ſed poſtea Viſurgi trajecto Teutomarſarum gentem ex ſe propagarunt. *c)*

Ubii autem itidem trans Rhenum olim Sicambris vicini, *d)* poſtea vero cis illud ſtumen Eburonum agris proximi habitarunt. Hos eſſe Agrippinenſes, ejurata patria, Romano nomine dictos, nunc Colonienſes, plerisque placet, qui a Suevis, quos Cæſar pro Cattis ſumit, bello tentati (4) ac pulſi, citra Rhenum oppidum condere cœperunt; poſtea cum jam longo fidei experimento meruiſſent Ubii, juſſu Agrippinæ, Germanici filiæ, quam Claudius Cæſar in conjugem aſſumpſit, Colonia in oppidum illud, in quo & genita erat, deducta eſt, *e)* (5) cui nomen ex vocabulo ipſius inditum. Zoſimus lib. 1. vocat eam ἀγριπίναν πόλιν ἐπικαιμένην τῷ ῥήνῳ μεγίστῃ. Claudia etiam agnominata fuit, fide lapidis:

M. MA-

a) *Tac. Annal. lib. 1. cap. 51.*

b) *Tac. An. lib. 2. c. 25. ubi de Malovendo eorum duce.*

c) *Ex Strab. refert Ortelius.*

d) *Cæſar lib. 4. B. G. c. 3. & 16.*

e) *Tacit. de ſit. & mor. Germ. l. 12. Annal. c. 27. An. U. C. 802. Chriſti 51. Antiſtio & M. Suillio Coſſ.*

(1) Ille lib. 7. hic lib. 11. c. 11. Delbruggios, Rittbergenſes, Rhedanos, Strombergenſes, Widenburgios, *Minores Bructeros* fuiſſe; Tranſiſalanos vero, Osnabrugios, Monaſterienſes, Lingenſes, *Majorum* titulo gloriatos, exiſtimat illuſtriſſ. Epiſc. Monum. Paderb. pag. 54. Menſo Altingius P. 1. p. 19. Cluver. lib. 3. c. 3. Cellar. p. 469.

(2) Ubi demum hunc populum, ex quo ante ſedes ſuas crebro mutaverat, conſediſſe e Taciti loco Annal. XIII. c. 55. & 56. oſtendit, atque tubantes quaſi **Tho Benten** ſive **Banden** *catervatim* vagantes dictum fuiſſe exiſtimat Menſo Alting. l. c. p. 125. 126. in multis a Cluverio lib. 3. c. 12. diſcrepans. Schatten. in Hiſtor. Weſtph. p. 13.

(3) In regione **Twente**. Schatt. in Hiſtor. Weſtphal. p. 12. in Diœceſi Osnabruggenſi ſimul ac Comitatibus Tecklenburgenſi & Bentheimenſi eos collocat. Illuſtr. vero Epiſcopus in Monum. Paderborn. p. 34. ad Amiſiam Dalichium & Aldenbecam, fines ipſorum porrectos, in Epiſcopatum Paderbornenſem ſe extendiſſe, tum ex German. expeditionibus in Bructeros per fines Marſorum apud Tacit l. c. tum a veſtigiis nominis in pago **Dihtmarſen**, colligit cum Cluverio lib. 3. c. 11. Juſtus Winckelmannus in Notit. hiſtor. Polit. Vet. Weſtph. lib. 1. c. 7. ultra Albim ad Eudoram usque eos extendit ſola nominis convenientia cum regionibus ejus tractus **Willſtermarſch, Stormarſch, Dihtmarſch**, merito notatus ab Hertio in notis Veteris Germ. p. 80. Cluver. l. c. ipſorum propaginem fuiſſe putat *Marſacos*, quorum Tacitus meminit lib. 4. hiſtor. cap. 56. Plinio N. H. lib. 4. 15. *Marſatios* appellatos. Sed diverſos fuiſſe populos, atque *Marſos* a **Marſchen** ſive **Marſchländer** agris editioribus & ubere gleba arenis permiſta, aratro & ſementi præ reliquis aptiſſimis; *Marſatos* quaſi **an de Meeren geſeten**, quia tractum maritimum inter Caninefates & Staurios incoluerint, dictos fuiſſe, rectius cenſet Menſo Alting. l. c. p. 93.

(4) Odii inter Cattos & Ubios cauſam fuiſſe exiſtimat Kirchmaierus l. c. p. 336. quod hi ejurata patria *Agrippinenſes*, Romano nomine ſe dixerint a M. Vipſanio Agrippa, ex quo cis Rhenum ab ipſo eſſent transducti. Verum cum non *Agrippenſes*, ſed *Agrippinenſes* appellentur ab Agrippina potius, Claudii Imperatoris conjuge, cum jam diu cis Rhenum conſediſſent, illud nomen eos accepiſſe cenſendum eſt, quod Tacitus lib. XII. annal. c. 27. diſerte dicit, ubi *Agrippina*, ait, *quo vim ſuam ſociis quoque nationibus oſtentaret, in oppidum Ubiorum, in quo genita erat, Veteranos, Coloniamque, deduci impetrat, cui nomen inditum eſt ex vocabulo ipſius.* Dum vero illud *impetraſſe* a Claudio nempe maritо ibidem addit, ſimul patet, cur de M. G. cap. 28. Agrippinenſes *conditoris ſui*, non ſuo *nomine vocator* referat, quippe cum Coloniæ iſtius deductæ honor ad Claudium quoque maritum pertineret.

(5) Si Antiſtio Vet. & M. Suillio Nerriliano Coſſ. id factum, ut autor in margine notat, in annum U. C. 803. N. C. vero 50. quo Noriſii calculo apud Pagium in hiſtor. crit. Baronii ad ao. 50. illi viri Conſules fuerunt, id incidet.

Digitized by Google

M. MARIO. M. F.
STEL. TITIO. RVFINO
COSS.
LEG. LEG. I. MINER. P. F.
CVR. COL. CLAVD. AVG.
AGRIPPINENSIVM &c. a)

a) Lipſ. in Not. ad Tac. ad lib. 12. A. cap. 27.

Cæſaris igitur tempore, conjectura eſt, loca, ubi nunc Weſtphaliæ illa oppida ſunt, quæ ad Colonienſem ſpectant diœceſin, parsque ſuperior Ducatus Montenſis, Ubios incoluiſſe, *b)* poſtea vero ubi Rhenum tranſiiſſent, non tantum apud ſuam Urbem ſive Coloniam, Marcodurum usque, qui vicus eorum fuit, *c)* ſed etiam in tractatu illo, ubi Eſlia nunc eſt, quæ quidem Ubiorum appellationi nomine ſuo ſatis alludit, & ex parte Duci Juliacenſi paret, ſedes ſuas fixiſſe.

b) Raymun. Martian.

c) Tacit. lib. 4. c. 7.

Eiffel. Ubiorum loca.

Cæterum in Ubiis præter Coloniam Agrippinenſium, alia etiam ab auctoribus ponuntur & commemorantur loca, quæ quidem quoniam in Antonini itinerario nominantur, illud idem cum alia quadam tabula (1) perluſtrandum hic eſt.

Iter per Ubiorum fines a Trevirorum Auguſta ad Agrippinenſem Coloniam.

In Itinerario Antonini.	In Tabula.
A Treviris.	*Aug. Trevirorum.*
Beda vicus. XII.	*Beda XII.*
Auſana vicus. VIII.	*Auſana XII.*
Egorigio vicus. XII.	*Icorigium. XII.*
Marcomago vicus. XXVIII.	*Marcomago VIII. hic adde XX.*
Belgica vicus. VIII.	- - - *X.*
Tolpia vicus Supenorum. X.	*Agrippina VI.*
Agrippina Civitas. XVI.	

Milliarium numerus corruptiſſimus eſt utrobique.

Beda (2) hodie **Bedburg**, Auſana item Icorigium vicus, **Rulf** ad Treviros pertinent, Marcomagum, (3) ut ex milliarium numero evincitur, eſt Marcodurum, **Duiren** de quo Tacitus hiſt. lib. 4. cap. 28. Hodie civitas eſt ex primariis in Ducatu Juliacenſi, muris cingi cœpta Anno a Nato Chriſto 1124. unde verſus iſti in frontiſpicio Curiæ ibidem:

Anno millieno, centeno, bis duodeno
Durenſes duros cœperunt condere muros.

Tolpia corruptum ex Tolpiaco. Tacit. hiſt. lib. 4. cap. 79. Tolbiacum **Zullich** in antiquis literis **Zulpete**. Supenorum vocem adulterinam, & pro ea Ubiorum ſubſtituendam eſſe, exiſtimat Cluverius (4) in antiqua Germania. Belgica **Baldhuſen** eſt. Non omittendi nobis hoc loco Talliates inter Ubios, & quidem ejus tractus, qui hodie Eiflia dicitur, Vetercs olim incolæ, qui etiam Romanis monumentis antiquitatem ſuam probare poſſunt. Vocabuli veſtigium ſupereſt in arce & vico **Dollendorff**, ditionis Juliacenſis, ab Aara fluvio haud procul ſito, prope quem in pago **Ripſtorff** repertus lapis candidus ita inſcriptus: (5)

MAR-

(1) Theodoſiana, quam Peutingerorum Bibliotheca edidit M. Velſerus, unde & Peutingeriana appellari ſolet.

(2) vid. Cluver. lib. 2. pag. 65.

(3) **Düren** & **Magen** lingua Celtica idem ſonare, nempe tranſitum fluminis, atque inde factum, ut Marcodurum poſteriores Marcomagum, quod idem ſignificat, dixerint, exiſtimat cum Cluverio lib. 2. p. 85. Cellarius *Geogr. Antiq.* Tom. 1. p. 333. De ſtatu hujus loci medio ævo vide infra pluribus in provincia Juliacenſi p. 357.

(4) Lib. 11. c. 17. in f. Retinet nihilominus Menſo Altingius in deſcriptione ſummaria Germ. inſer. quæ eſt Tab. 1. P. 1. notit. Germ. infer. vocem ſuperiorum. Quod ad Tolpiacum attinet, ejus præfecturam ſive Advocatiam geſſerunt olim Comites Palatini ad Rhenum, atque Comitibus Juliacenſibus cum judicio, Pallentia dicto, cum aliis juribus poſtea in feudum conceſſerunt. Freh. Orig. Palat. lib. 2. c. 8. Töllnerus Hiſtor. Palat. p. 26. ubi & alia memorabilia de hoc vico referuntur.

(5) Refert quoque hanc inſcriptionem Hubertus Leodius in vita Friderici II. p. 13. una cum fragmento hoc alterius:

Pro Imp. divinæ Ancaris Marti Talliatus.

Utrumque vero a Chryſanto quodam Boyſa, qui lapides iſtos repererit, ſe accepiſſe refert.

Digitized by Google

MARTI ET GENIO
TALLIATIUM
CLAUDIUS VERINUS
AD PERPETUAM TUTELAM AEDIS
TALLIATIBUS DEDIT XCCL
QVAM AEDEM L. MARCIUS
SIMILIS DE SUO POSUIT.

Aliud etiam iter per eosdem fines a Moſellæ Confluentibus ad Agrippinam deſcribitur in Tabula:

Confluentes		Coblentz.
Antunnaco VIIII.		Andernach.
Rigomagus VIIII.	ſine controverſia hodie	Rynagen.
Bonna VIII.		Bonn.
Agrippina XI.		Colln.

Bonna primam ſui originem Romanis debet. Primus autem Romanorum caſtra hic fixiſſe videtur M. Vipſianus Agrippa, cum Ubios Rhenum ponte traduceret, (1) Ao. ante Natum Chriſtum 35. Nec ipſum Agrippam XVIII. annis poſt primam expeditionem C. Sentio & Q. Lucretio Coſſ. hoc eſt, An. ante natum Chr. 19. cum contra Germanos, haud dubie Sicambros & Cattos, oppido Bonnenſi conterminos, Galliam infeſtantes exercitum adduceret, ut Dio lib. 54. auctor eſt, locum hunc caſtris locandis neglexiſſe credibile eſt. Druſus certe ſeptem annis poſt hyberna hic habuit, ponte Rhenum claſſeque firmavit, circa annum ante natum Chriſtum 12. Cluverius hic aram Ubiorum locat, Tacito innixus, qui primæ legionis hyberna & apud iſtam Aram *a)* & Bonnæ *b)* ſtatuit: at Lipſius *c)* diſſentit, & propius Colonia Aram Ubiorum abfuiſſe putat, Taciti etiam verbis forte adductus: is enim Annal. lib. 1. primam & viceſimam legiones a Cæcinna legato in civitatem Ubiorum reductas eſſe; mox, apud Aram Ubiorum easdem legiones & veteranos nuper dimiſſos ſub vexillo hyemaſſe ſcribit. Atque hæc Lipſii opinio probabilior videtur. (2) Una ſiquidem eademque legio in tam vicinis præſidiis diviſa fuiſſe, aut ſtationem mutaſſe potuit. Præterea aut in Agrippinenſium civitate aut non procul extra eam hanc Ubiorum Aram fuiſſe ex celebritate ejus civitatis ſuſpicari licet. Quin etiam, ſcilicet ab iſta ara ad Sexageſimum lapidem, (3) i. e. milliarium Vetera fuiſſe, idem Tacitus Annal. lib. 1. c. 45. diſerte indicat. Jam vero ſexaginta Romana milliaria & diſtantiam duodecim communium Germanicorum milliarium, quæ inter Agrippinenſium civitatem ejusque viciniam & Vetera ſunt, æqualiter finiri conſtabit, ſi V. millia paſſuum pro uno Germanico milliari computentur.

a) Ann. l. 1. c. 39.
b) Idem hiſt. lib. 4. c. 19.
c) Lipſ. in not. ad Tac.

Infra Coloniam in Ubiis ſequentia etiam notantur loca:

In Itinerario Antonini.		In Tabula.
Colon. Agrippina leg. - -	*Colon. Agrip.*	*Agrippina*
Durnomago leg. VII. ala.	- - - - -	- - - - -
Burungo leg. V. ala. - -	- - - - -	- - - - -
Nevenſio leg. V. ala.	*Noveſiæ. M. P. XVI.*	*Novefio XVI.*
Gelduba leg. IX. ala.	- - - - -	- - - -
Golone leg. IX. ala.	*Calone XVIII.*	*Aſciburgio XIIII.*
Veteris leg. XXI.	*Veteribus XVIII.*	*Veteribus XIII.*

Durnomagum Dorſſmagen; Burungum Woeringen eſt.

Nove-

(1) Priori expeditione, quam deſcribit Dio lib. 48. poſteriori longe illuſtriorem & diuturniorem, ut recte exiſtimat auctor, illa potius, quam hac transductos fuiſſe Ubios.

(2) Quæ Cellario quoque probatur T. 1. Geogr. Antiq. p. 329.

(3) Qua diſtantia a contrario Bonnam veteribus abeſſe putat Campius in Franciſci Mocii Novantii Epiſt. III. ut aram Ubiorum Bonnæ quærendam eſſe adſtruat.

Digitized by Google

Noveſium primus auctorum memorat Tacitus hiſt. lib. 4. (1) ſub exitum Neronis. Marcellinus libro 18. habet Niveſium, hodie **Neuß**. Reliqua in Menapiis & Gugernis videbimus.

Eburones.

Succedunt Eburones, Treverorum clientes, *a)* (2) inter Advaticos, qui poſtea Bethaſii, Menapios, Ubios, Sylvam Arduennam, ad Moſam Rhenumque fluvios, & quidem cis hunc ſiti. *b)* Hi ſub duorum olim Regum imperio Ambiorigis & Cativulci erant, *c)* quo magis conſtat, fines eorum quam latiſſimos extitiſſe, iisque regiones eas, quæ ad Epiſcopatum Leodienſem, Ducatum Luxeburgenſem, & Juliacenſem, partemque Brabantiæ, territorium item Valckenburgenſe ac Aquisgranenſe hodie ſpectant, incluſas fuiſſe. Poſterioribus temporibus Tungri dicti ſunt. (3)

a) *Cæſ. l. 4.*
b) *Id. lib. 5.*
c) *Id. ibid.*

Loca Eburonum.

Loca, quæ apud hos celebria fuere, in Antonini & Tabulæ itinerario ſic notata legimus:

Antonini.		Tabulæ.
Bagacum.		*Bacaco Nerviorum.*
Vodgoriacum XII.		*Vogodorgiaco XII.*
Geminiacum X.		*Geminico vico XVI.*
Perniciacum XXII.		*Pernaco XLIII.*
Advagam Tongrorum XIIII.		*Atvaca XVI.*
Coriovallum XVI.	*Coriovallum.*	*Cortovallio XVI.*
Juliacum XVIII.	*Juliacum XII.*	*Juliaco XII.*
Colonia XVIII.	*Tiberiacum VIII.*	*Agrippina XVIII.*
	Col. Agrippina X.	

Bagacum Nerviorum ſine dubio **Bauay** eſt; Vogodorgiacum Cluverius exiſtimat eſſe Gaurus apud **Binche**; oppidum Geminiacum hodie eſt *Gembloux*, *Perniacum Parwis*, priora duo Hannoniæ, poſteriora Brabantiæ ſunt oppida.

Sed Advaga Tongrorum, ſive Atvaca, Cæſari lib. 6. Advatuca eſt: (4) male in duas partes hujus loci vocabulum a multis deſcriptum fuit, quaſi præpoſitio, Ad, accuſativo præmiſſa ſit, id ex Cæſare conſtabit, qui d. lib. ter hujus loci meminit: Tum copiis, inquit, in tres partes diſtributis, impedimenta omnium legionum Aduatucam contulit. Id caſtelli nomen eſt: hoc fere in mediis Eburonum finibus, ubi Titurius & Arunculejus hyemandi cauſſa conſederant. Item aliquot interjectis: Tribus horis Aduatucam venire poteſtis; Et mox: Ipſi Aduatucam contendunt. Tongrorum appellatione & civitatis amplæ nomine a Marcellino celebratur lib. 15. c. 27. & lib. 17. c. 17. (5) Secunda Germania, ait, (prima ab occidentali exordiens cardine) Agrippina & Tungris munita, civi-

(1) Capitibus 26. 33. 36. 62. 77. & lib. V. c. 22. Apud Florum quoque lib. 4. c. 12. ubi *Druſum Bonnam & Geſoniam cum pontibus junxiſſe* ſcribit, loco Geſoniæ *Noveſium*, quam vel Moguntiacum cum Cluver. lib. 2. c. 13. G. A. vel Geſoriacum cum Elia Vineto ſubſtitui malſem cum Cellario Geogr. Antiq. T. 1. pag. 130. 131. ut ſenſus ſit, Druſum Bonnam & Noveſium trans-Rhenanæ terræ ponte ad terrendos Germanos junxiſſe.

(2) De Condruſis potius hoc aſſerit Cæſar l. c. ubi *qua*, ait, *ſpe adducti Germani latius jam vagabantur, & in fines Eburonum & Condruſorum, qui ſunt Trevirorum clientes, pervenerunt.* Quis etiam de Eburonibus, qui latiſſimos agros tenuerunt, atque proprios Reges magnæ potentiæ habuerunt, hoc crederet. De Condruſis vero, exigua ac finitima Treviris gente, id facilius mihi perſuadeo.

(3) A Tacito, Ptolemæo & aliis. Tacit. de M. G. c. 2. *Qui*, ait, *primi Rhenum tranſgreſſi Gallos expulerunt, nunc Tungri, tunc Germani vocati ſunt.* Aſt quinque illi populi fuerunt, quos Cæſar Eburonum nomine appellare ſolet. Atuatucam inſuper oppidum, vel caſtellum, quod Cæſar lib. VI. c. 31. de B. G. in Eburonibus commemorat, Ptolemæus lib. II. c. 9. in Tungris cenſet. Crediderim cum Cluverio lib. II. c. 20. populos illos, cum a Cæſare pene exſtincti eſſent, in Tungrorum civitatem coiiſſe, atque illorum exinde nomen quoque aſſumſiſſe. Tungros vero propaginem Thuringorum eſſe, nonnulli cenſent. Sed Taciti ævo hi penitus ignoti, quanquam Cluver. lib. 3. c. 27. eos ſub Reudignis apud Tacit. c. 40. de M. G. latere exiſtimet, atque ſeculo demum quarto Vegetio in Mulomedicina commemorantur.

(4) Diverſa ab oppido egregie natura munito Aduaticorum, cujus Cæſar meminit lib. 2. c. 29 & autor noſter ſupra pag. 9. 10.

(5) Vide Huberti Leodii libellum de Tungris & Eburonibus.

Digitized by Google

civitatibus amplis & copiosis. Posterioribus sæculis Principes gentium per Galliam, & urbes, abjectis veteribus propriisque nominibus, ipsarum gentium nomina assumpserunt. Hodie **Tongeren** / Episcopatus Leodiensis oppidum, quam augustum illud olim fuerit, rudera inibi etiamnum ostendunt. Aduatuca Coriovallum tendentibus Mosa Fluvius trajiciendus fuit, unde eo loco Trajectum civitas hodie est, **Tricht**/ vel **Maestricht**. Cluverius *a*) affirmat Marcellinum ejus Trajecti mentionem feciſſe, quando lib. 20. c. 25. ait: Julianus in limitem Germaniæ ſecundæ eſt egreſſus, omnique apparatu, quem flagitabat inſtans negotium, communitus Obtricenſi Moſæ oppido (1) propinquabat. Hinc idem Cluverius dicit, incolis olim hunc locum vocatum fuiſſe **Obtricht**/ quaſi **Overtricht**/ ad differentiam Trajecti inferioris **Uttricht**/ quaſi **Undertricht**.

a) lib. 2. c. 19. antiq. Germ.

Oppidum **Wyck** Trajectenſi civitati ponte annexum, vicus ad Trajectum Moſæ Romanis antiquitus haud dubie vocabatur. Et licet locus iſte Marcellini jam allegatus aliter etiam legatur, quando nonnulla exemplaria pro Obtricenſi Moſæ oppido habent, Taſandro oppido; locum tamen illum Romanis notum fuiſſe, ex nomenclatura ejus certiſſimum eſt. Taſandrum autem, ſi lectio proba eſt, ſive ut nonnulli habent codices, Toxandrum, **Teſſenderloo**/ dicæceſeos Leodienſis vicus erit, ita a Toxandris forte dictus, qui populi in inſulis Zelandicis inter Scaldis Moſæque oſtia habitarunt, de quibus Plin. lib. 4. c. 17. A Scaldi, *inquit*, ad Sequanam, Belgica ſc. *Gallia* eſt; & poſtea: a Scaldi incolunt extra Toxandri, pluribus nominibus; deinde Menapii, Morini. Scilicet extra a Scaldi Oceanum verſus Toxandros incoluiſſe inſulas jam dictas intelligimus, illorumque regionem a Marcellino lib. 17. *Taxandriam* dici exiſtimat Cluverius (2) lib. Antiquæ Germ. 2. c. 29.

Coriovallum multis **Valckenborg** (3) eſt, quia in utroque vocabulo ſyllaba eſt ejusdem ſoni, alias nullæ ibi, quod ſciam, antiquitates ſunt inventæ.

Aquisgranum, nobilis illa civitas, omnino hic in tranſitu videnda quoque eſt, **Aach**/ hodie vel **Aken**. Quo vero nomine ante Caroli Magni Imperatoris tempora appellata ſit, dubitatur. Ille ipſe Imperator de ea ait: (4) Poſtquam in venatione aliquando longius

(1) Prætерquam quod vox *Obtricenſe*, ſi Romani vocabulum **Obtricht** ita reddere voluerint, nullam latinitatem ſapiat, atque certum e contrario ſit, vocabulum **Obtricht** a Latinorum *Trajectu* eſſe ortum, Sermonem Ammiano Marcellino non de oppido eſſe ad Moſam, ſed ad Rhenum, quem Julianus *Obtricenſi Moſæ oppido appropinquans* transmiſit, oppido nempe, quod a ſitu Legionis XXX. *ob triceſimam vel ob tricenſimam*, cujus ipſe hiſtoricus lib. 18. c. 2. meminit, jam obſervarunt Valeſius in voce *Colon. Trajana*, Menſo Altingius in notit. Germ. inſer. P. I. pag. 1 6. & Cellarius pag. 339. Tom. I. Geogr. Antiq. Forte autem *Pontes Moſæ* apud Tacitum lib. 4. hiſtor. c. 66. oppidum **Maſtricht** intelligendum venit. Certe vel illud vel Leodium ſignificari exiſtimat Cellarius pag. 342.

(2) In cujus ſententiam quoque inclinat Menſo Altingius P. I. p. 122. quamvis eam acriter tueri nolit. Malim cum Cellario l. c. p. 367. 368. Hadr. Valeſio, Browero aliisque in Mediterraneis potius Toxandros quærere, quorum vicus præcipuus, cujus Ammianus Marcellinus meminit pag. m. 108. procul dubio fuit *Teſſenderta* in tractu Leodienſi. Certe circa illum regio ſive pagus *Taxandriæ* conſtituitur a ſcriptoribus medii ævi. Otto II. Imp. in diplom. apud Aub. Miræum *in notit. Eccl. Belg.* c. 66. Monachis Gandenſibus *Nortwick & Iltegem in pago Teſſandriæ* donaſſe dicitur. At vero hi vici hodie adhuc haud longe a vico *Teſſenderto* ſuperſunt. Aub. quoque Miræus in not. ad Diplom. 52. lib. 1. Cod. Diplom. pag. 105. *Teſſandria ſive Taxandria*, ſcribit, *nunc Peelandt, cum vicino tractu Campaniæ Brabantinæ & Leodienſis. Hinc Teſſenderto amplum municipium in Brabantiæ & Leodienſis agri confinibus ſecundo lapide a Dieſthemio oppido ſitum.*

(3) **Valckenberg.** Ita videtur Cluverio lib. 2. Menſo vero Altingius p. 51. ad **Keyer**, vicum IV. M. P. a Trajecto Moſæ, refert.

(4) In Diplomate privilegiorum Aquisgranenſium apud Goldaſtum Tom. I. Conſtitut. p. 8. Johannes a Beka Granium ſenatoriæ nobilitatis atque Antonium quendam Tribunitiæ dignitatis proſcriptos a Nerone in Galliam Belgicam veniſſe, & a poſteriori Urbem Antoninam ad Rhenum, poſtea **Wiltaburg** dictam, dum prior Aquisgranum conderet, exſtructam fuiſſe, refert in proœmio ad Hiſtor. Epiſc. Ultraj. Merito vero Buchelio in notis p. 6. fabellæ ac ægri ſomnia ea videntur, quod ejus rei nullus Claſſicus Scriptor meminerit. Quod vero Meibom. in notis ad Wittichindi annales lib. 2. pag. 685. Ptolemæum, ſcribit, *Aquagrani inter Urbes Galliæ Belgicæ referre*, confictum eſt, cum nec vola nec veſtigium apud

us nonnihil a Comitibus in denſiſſimum lucum equo eſſet delatus, & Scaturiginem quandam calidorum fontium, palatiaque olim a Grano Romano Principe, Neronis & Agrippæ fratre, ædificata, at jam tum dumis & vepribus obducta reperiſſet, eadem denuo ſe excitaſſe ac renovaſſe: atque inde Aquisgrani civitatis nomen & novum initium. At quam vere Granum iſtum Neronis fuiſſe fratrem dicat, inde patet, quod ſimiliter Agrippam hujus fratrem affirmet, cum tamen non frater, ſed proavus Neronis fuerit. Interim nihilominus locus hic, ſicut tum ex ejus nomine, tum ex antiquis Romanis nummis ibi repertis, adde etiam, thermis calidis frigidisque conjicere non obſcure licet, Romanis fuit ſatis notus & celebris. Sunt, qui Coriovallum hic ſtatuunt. Equidem ab ea, quæ jam de loco hoc dicta ſunt, eos non adeo a ſcopo aberrare puto. Et quid obſtat, quo minus hic aut certe in viciniſſimo aliquo loco ſtatuatur? Optandum autem eſſet, quo certi aliquid de hiſce aliisque haberemus, ut Romanæ antiquitatis reliquiæ diligentius ipſis in locis aut indagatæ jam pridem eſſent, aut impoſterum accuratius indagarentur.

Juliacum, Gulich / ſive a Julii Cæſaris caſtris aut ſtativis, ſive a Julia Agrippina (1) vocabulum habeat, Romanæ eſt originis; ſi egregia illa Romana monumenta, quæ, cum Illuſtriſſimus Dux Juliacenſis & Clivenſis Guilhelmus, laudatiſſimæ memoriæ Princeps, arcem hic fundaret, e terra eruta ſunt, adhuc extarent, magnam lucem antiquitatum ſtudioſis haud dubie afferrent.

Tiberiacum, a Tiberio Imperatore nuncupatum, Berchem eſt.

Inter Eburones recenſendi etiam veniunt Sunici, quorum nomen, quia a Tacito (2) demum memoratum eſt, ſicut & Gugernorum, (3) videntur Suevi illi fuiſſe, huc nimirum ſub Octavio Auguſto per Tiberium traducti, & qui pro Cattis per errorem a Cæſare & Suetonio dicti ſunt. *a*) Si quis autem probe conſiderarit locum apud Tacitum hiſtor. lib. 4. de occupatis a Cl. Civile Sunicis, reperiet, appellationem eſſe non oppidi, vulgo Zoens / ſed nationis, quæ quidem Moſa non procul ſedem ſuam habuerit.

a) *Sueton. in Octav. c. 21.*

De Treveris hoc loco, quoniam eorum clientes, ut dictum eſt, modo memorati Eburones erant olim, diſpiciendum eſt.

Treveri (4) quidem inter Belgas clariſſimi, Ubiis *b*) & Eburonibus, in quos ſicut & Con-

b) *Cæſ. l. 6. belli Gall.*

auctorem hunc ejus oppidi reperiatur. Nec multo melioris notæ ſunt, quæ Bertius Comment. Rer. German. lib. 3. p. 459. de Serenio Granio, Præſide Romano, ejus urbis conditore, ſcribit. Attamen Romanos locum hunc non incoluiſſe, tum propter ejus fœcunditatem & opportunitatem, tum propter rudera, a Carolo M. ibi reperta, haut aſſeruerim. Ex quo vero Imperator ille palatium ibi exſtruxit, atque ſedem regni conſtituit, plurima ejus Urbis apud Eginhartum & alios mentio fit.

(1) Prius credidit Wittechindus Annal. lib. 2. p. 642. apud Meibom. Tom. I. ubi *Eſt*, inquit, *locus ille Aquigranum proximus Julo, a conditore Julio Cæſare cognominato.* Poſterius veroſimile videtur Cluverio lib. 2. c. 17. a Cellario vero neutrum probatur ex ſilentio ſcriptorum Romanorum, etſi a Julo quodam ignoto oppidum conditum fuiſſe haut abnuat p. 334.

(2) Imo ante ipſum Plinius H. N. IV. 17. ejus jam mentionem fecit, quippe loco *Rimuci*, ut habent vulgatæ editiones, omnino juxta Tacitum lib. IV. hiſtor. c. 60. *Sunici* legendum eſſe moneat Menſo Altingius pag. 118. Cæſaris forte *Segnos* eſſe exiſtimat Hertius in Notit. Vet. Germ. pag. 67. Sed veroſimilius eſt, quod Menſo Altingius l. c. & 121. cenſet, partem fuiſſe Suevorum ſive Cattorum, qui ſub Auguſto una cum Sigambris Rhenum transducti, atque inter Roram & Moſam collocati, ab oppido *Senich* ita appellati fuerint. Vide quoque Cluver. lib. 2. cap. 19. Cellar. pag. 342.

(3) Hos Menſo Altingius pag. 80. Sigambros putat fuiſſe, in cuſtodiam cis-Rhenanam transductos, atque ab oppipo Goch, Gocheren, indeque *Gugerni* appellatos. vid. quoque Cluverium lib. 2. c. 18.

(4) Ita vocali ſecunda a Plinio, Pomponio Mela, Tacito, & in nummis; A Cæſare vero, Cicerone lib. VII. Epiſt. 13. & Ptolemæo *Treviri*, vocali tertia ſcribuntur. Kirchmaierus, cujus ſententiæ autor quoque noſter eſſe videtur in notis ad Tacitum de M. G. cap. 28. origine Gallos, quod Cæſar eos ita appellet, affectatione autem Germanos fuiſſe, & hoc ſenſu a Strabone, Ptolemæo, Ammiano Marcellino, Germanos vocari putat. Verum ſolet nonnunquam Cæſar Germanos cis-Rhenanos Gallos vocare, quia in Gallia Belgica habitabant, æque ac Tacitus, qui lib. 4. hiſtor. c. 32. *Caninefates & Batavos exiguam Gallorum portionem* vocat. Quando vero is de M. G. cap. cit. *Treviri*, ſcribit, & *Nervii circa affectatio-*

Digitized by Google

& Condrusos imperium tenebant, *a)* proximi, antiquas sedes, hodie tamen quam olim contractiores, (1) apud sui nominis civitatem adhuc obtinent. Horum inter Gallos virtutis opinio erat singularis, *b)* plurimumque equitatu peditatuque valere existimabantur, & nisi exercitu coacti, imperata non faciebant. *c)* Nam quia propter Germaniæ vicinitatem quotidianis exerciti bellis fuerant, cultu & feritate non multum a Germanis differebant. *d)* Apud hos insignis olim cognoscendarum causarum populi Romani fuit curia, (2) Treverorum cognominata, cujus in Floriano meminit Vopiscus. Habuit hic etiam populus Rom. posteriobus temporibus præpositum thesaurorum & procuratorem monetæ. Hinc multa hic & alibi inveniuntur numismata, (3) ab adversa facie hisce characteribus insignita: P. TR. i.e. pecunia Treverensis, vel TR. P. i.e. Treverens. pecunia; item S. TR. & TR. S. i. e. signata Treveris, &c. Mosellæ etiamnum eorum urbs incumbit Treveris, **Trier** hodieque dicta. Cæsar. lib. 5. (4) belli Gallici etiam alterius Treverorum urbis meminit, quæ Rhenum suo tempore tetigit, & Confluentia, **Coblents** est, a Rheni & Mosellæ concursu, cui adjacet, ita vocata. At illam Treverim, quam Pomponius Mela *e)* & Ausonius *f)* Augustam (5) nominant, antiquissimam, diuque ante Romam conditam esse, ac ante Romanorum adventum late finitimis gentibus imperitasse, extra omnem est controversiam. Cæterum de illius conditore variant & fabulantur Chronicographi Monachales, aliis eam ab Abrahæ filiis, nonnullis a Trebeta, (6) filio Nini profugo, ædificatam contendentibus; penes lectorem de hisce fit judicium, sicut & de sequenti hac inscriptione satis, ut apparet, barbara:

Nini Semiramis, quæ tanto conjuge fœlix,
Plurima possedit, sed plura prioribus addit,
Non contenta suis, nec toto fruitur orbe,
Expulit a patrio privignum Trebeta regno,
Profugus insignem nostram qui condidit urbem,
Treveris hæc nomen tenet ob factoris amorem.

Menapios (7) jam lustremus: Eos Cæsar in Gallia inter Belgas locat, quando lib. 6. belli Gall.

a) Cæs. l. 4. belli Gall.
b) Id. l. 2.
c) Cæs. l. 5. c. 3. & 8.
d) Id. l. 8. belli Gall.
e) lib. 3. c. 2. de extima Galliarum.
f) In sua Mosella, Edyl. 10.
Hi versus dicuntur in lapide sculpti esse, qui repertus est anno Christi 1200.

Menapii.

Stationem Germanicæ originis ultro ambitiosi sunt, tanquam per hanc gloriam sanguinis a similitudine & inertia Gallorum separentur, hoc voluit dicere, quod videlicet originem suam adeo ipsi non negaverint, ut gloriæ etiam sibi illam ducerent, quo sensu hæc verba accipiunt Cluver. lib. 2. cap. 14. Cellarius pag. 363. De Nerviis, quod originem Germanicam falso affectaverint, dici non potuit, cum revera Germanos fuisse Strabo lib. IV. diserte scribat.

(1) Ab eo tempore, quo Ubiis cis Rhenum receptis Cæsar partem agrorum ipsorum concesserat. vid. pluribus Cluv. l. c. & Cellar. pag. 315.

(2) Sedes quoque Imperatorum, unde Ammiano Marcellino *clarum Principum domicilium & solium* audit lib. c. Testantur quoque id Constitutiones Treviris datæ, de quibus vide Jacobi Gothofredi Topographiam Cod. Theodos.

(3) Imperatorum, præsertim Maximiani, Constantii, Constantini M. Constantini filii, Constantis, Gratiani, Magni, qui sedem suam Treviris plerumque fixerunt. Ejusmodi vero numos exhibet Jacobus de Bie in *Numismat. aureis* Caroli, Ducis Croji, Tab. 49. & seq.

(4) Nec ibi, nec alibi apud Cæsarem hujus castelli mentio fit, sed Drusum demum inter 50. castella ad Rhenum illud condidisse, existimant Cluver. l. c. & Cellarius pag. 322.

(5) Ab Augusto Imper. qui coloniam illuc deduxit, Tacit. lib. IV. hist. c. 62. Cetera elogia collegit Bertus Comment. Rer. German. lib. 3. pag. 691. De ejus florentissimis rebus sub Caracalla & sequentibus Impp. vid. illustr. Spanhem. in Orbe Romano Exerc. 2. c. 16.

(6) Fabulæ Sigeberti ad A. 414. Muriani Scoti ad 2093. Engelhusii in Chronico Golscheri Monachi in *gestis Trevirorum* apud Leibniz. *in accessionibus Historicis*, aliorumque, quas merito rejecit Bilibaldus Pirckheimerus in *Fragmento Historico de Origine, Antiquitate & eversione & restauratione Urbis Trevirensis*. Quod vero putat ibidem, *nullam Civitatem* Trevirorum nomine a veteribus Historicis appellari, refelli potest verbis *Hircii*, qui lib. 8. de B. G. diserte *Trevirorum Civitatem* laudet. Jam itaque ante Julii Cæsaris & Augusti tempora oppidum Trevirorum extitit auctum magis, ex quo Cæsares aliquamdiu Domicilium ibi fixerunt, & Constantinus Imp. Palatium ibi condidit.

(7) Colluviem Transrhenanorum populorum fuisse, censet Menso Altingius pag. 95. 96. qui jam ante Tungros cis Rhenum profecti Menapii dicti fuerint, ex quo in unum corpus & rem

Digitized by Google

Gall. ait: Erant Menapii propinqui Eburonum finibus, perpetuis paludibus ſylvisque muniti. Paludum iſtarum reliquiæ hodieque ſunt, die Peel; & tractus ille ad Moſam, in't Veen dictus: ſylvæ vero iſtæ Arduennæ, quæ latiſſime olim extendebatur, appendices fuere. Sed & Morinis, hodie Flandris, apud eundem Cæſarem *a)* & Tacitum *b)* ſæpius junguntur. Confluentem etiam Moſæ Rhenique attigiſſe, ac trans Rhenum agros habuiſſe, Cæſar clare tradit. *c)*

a) lib. 3. & 4. belli Gallic.
b) hiſt. l. 4. c. 28.
c) lib. 4. c. 4. belli Gall.

Exiguum tamen illud agrorum, quod trans Rhenum habuerunt, prorſus amiſerunt irruptione Tencterorum & Uſipetum. Horum quippe pars, quæ prælio non interfuerat, poſt cladem ſuorum ſe trans Rhenum in fines Sicambrorum recepit, ſeque cum iis conjunxit, perpetuoque poſtea eam Rheni ripam poſſedit. *d)*

d) Cæſ. l. 4. c. 4. bell. G.

Ex hiſce manifeſtum eſt, quemnam regionum tractum (1) olim Menapii incoluerint, nimirum ubi hodie Ducatus eſt Brabantiæ, Geldriæ, Dynaſtia Ravenſteinii parsque Cliviæ cis-Rhenana. Verum qua Rheno contermini erant, Sicambri in eorum agros tempore Auguſti ſunt translati, *e)* qui nomine tum ſuo, tum Menapiorum ibi quidem abolito ſuccedentibus temporibus Gugerni dicti ſunt. A quibus etiam Gochiam deducit Joan. Turcus, Regiſtrator Clivenſis, inde oriundus.

e) Sueton. in Octav. cap. 21. in Tiber. c. 9. Flor. l. 4. c. 12.

Conjunctim ergo Gugernorum & Menapiorum loca videamus, & quidem Noveſio Arenatium usque.

In Itinerario Antonini.		In Tabula.
Noveſio LEG. V. ala.	*Noveſio.*	*Noveſio.*
Gelduba leg. IX. ala.	*Colone XVIII.*	*Aſciburgio XIIII.*
Golone leg. IX. ala.	*Veteribus XVIII.*	*Veteribus XIII.*
Veteris leg. XXI.	*Colonia Trajana.*	*Colon. Trojana XL.*
Caſtra Ulpia leg. XXX.	*Burginatio V.*	*Burginatio V.*
Burcinatio leg. VI. ala.	*Herenatio VI.*	*Arenatio VI.*
Aranatio leg. X. ala.		

Milliarium numerus corruptiſſimus eſt etiam in Tabula, in qua obſerva, quod Trojana pro Trajana ſcriptum ſit. In Comment. P. Bertii de veb. & urbib. Germ. p. 135. Numer. milliarium hic videtur eſſe correctior.

Et vice verſâ ab Harenatio usque ad Calonem ex tabula quadam a P. Bertio edita:

Harenatio.
Burginatium M. P. VI.
Colon. Trajan. M. P. V.
Vetera Caſtra. M. P. I.
Calonem. M. P. XVIII.

Gelduba Rheno incubuit olim, ripæ adverſæ per Druſum ponte juncta. *f)* (2) Plinius de ea lib. 19. c. 5. Inter media, inquit, dicendum Siſter: & ipſum Tiberius Princeps nobilitavit, flagitans omnibus annis a Germania. Hodie vicus eſt exiguus paulo ſupra Ordingen oppidum, pago Lynn contiguus in diœceſi Colonienſi, Gelb dictus. De hac Gelduba Mollerus deſcriptionis Rheni lib. 5. ſic canit:

f) Flor. l. 4. c. 12.

In miſeris pauper latitat Gelduba ruinis:
Eminus ad lævam fluminis illa ſtetit.
Dicitur arctato Gelbis jam nomine: firma
Contigua pagum parte Liæna g) videt.

g) Lynn.

Calo-

---

rem publicam coierunt, a voce Meene, pro quo hodie Gemeente dicimus, & Acht, *congregatio* in corpus, unde Meenacht, vel ut Germani ſuperiores pronuntiare conſueverint Meenaſt, a quo Romani vocem *Menapii* efformarint. Quod ante quinque populos, qui poſtea Tungri vocati ſunt, Rhenum tranſiiſſe dicit, cum Taciti teſtimonio de M. G. pugnare videtur, ubi *Tungros primos Rhenum transgreſſos*, memorat.

(1) Agros primum vacuos ad inferiorem Rhenum, mox trajecto hoc fluvio, quicquid eſt inter Rhenum & Scaldim occupaſſe, ſub Auguſto vero cis Moſam remotos fuiſſe, prolixe ſatis deſcribunt Menſo Altingius l. c. Cellarius p. 359. & ante hos Cluverius lib. 2. c. 16.

(2) Refert hoc Florus l. c. de Bonona ſeu Bonna, & Geſonia, cujus loco auctor Geldubam ſubſtituendam putavit. Noveſium legendum eſſe cum Cellario ſupra cenſuimus. Geldubæ vero caſtelli ad Rhenum meminit Plinius l. c. Haut longe Noveſio abfuiſſe, liquet ex Tacito l. IV. Hiſtor. c. 26. *ingreſſi Noveſium, tertia decima legio conjungitur. Additur Vocula in partem curarum Herennius Gallus, legatus: Nec auſi ad hoſtem pergere, loco, Gelduba nomen eſt, caſtra fecere.* Conveniunt hæc vico *Gelb*, quippe qui IX. M. P. tantum diſtat Noveſio, & nominis *Geldubæ* veſtigia adhuc ſervat.

Digitized by Google

Calonem (1) **Kalenhuſen** in Comitatu Moerſenſi pagum jam eſſe, nomen & ſitus ratio oſtendit.

Aſciburgium (2) primus omnium refert Tacitus hiſt. lib. 4. cap. 33. Hodie vicus eſt **an gen Eſſenberg** haud procul a pago **Hoeg-Emmerick** in Comitatu Mœrſenſi. Multa & inſignia antiquitatis Romanæ monumenta ibi etiamnum effodiuntur. Sic de eo Bernh. Mollerus lib. 5.

Emericum læva Rheni tellure levatur
Aſciburgiacæ ſimulachrum continet urbis.

Atque hinc erroris cauſa patet, cur ſcilicet Aſciburgium hoc ſtetiſſe creditum a multis fuerit, ubi hodie Ducatus Clivenſis civitas non ignobilis Embrica ad Rhenum ſita eſt.

Vetera (3) Coloniamque Trajanam Surita eodem loco ſtetiſſe cenſet, vere quidem, quando παχυλῶς id intelligitur; ſiquidem non usquequaque, ſed fere eodem loco ſtetiſſe utrobique rudera oſtendunt. Vetera caſtra in monte, qui a Quinctilio Varo, (4) ut quibusdam placet, **Vorſſeberg** nunc dicitur, circumſuſaque & in ripa Rheni planicie, ubi hodie pagus eſt **Beerten**/ (5) non procul ab oppido **Santen** ita fuiſſe, conſtans eſt & unanimis antiquiorum ſententia. Id loci etiam iſtius facies, omnino cum Taciti *a)* deſcriptione (6) conveniens, innumera quoque eximiaque antiquitatis iſthic reperta monumenta (7) ſatis probant. Ex eorum numero Ara hæc eſt anno 1631. inventa: *a) hiſt. l. 4. c. 23.*

MER-

(1) Kalenhauſen ſive **Kaldenhauſen**, arcem & ſedem Nobilium de **Neukirchen**, ut Cluverius, quoque & Ceſſarius exiſtimant. Ortelius vero in Tab. Belgic. Calonem ponit inter Aſciburgium & Vetera, quod neque cum Antonini itinerario, neque tabula Peutingeriana pugnat, quippe cum in priori Aſciburgium, poſteriori vero Calo omittatur, atque inde de ordine horum locorum non conſtet. Veroſimilius quoque eſt, Calonem infra Aſciburgium ſitum fuiſſe, cum alias tot caſtella nimis ſibi propinqua fuiſſent. Mallem itaque Caloem ponere juxta viam Regiam, **den hohen Weg** in campo **uppen Hulmpt**, in quo monticuli aliquot manu egeſti conſpiciuntur, atque caſtellum intelligere cum vico **Alpen**, ob nominis quoque ejus convenientiam cum vocabulo *Calo*, quod primum **Calow**, poſtea **Alow** & **Alof** pronuntiarunt, unde tandem nomen **Alpen**.

(2) Meminit quoque ejus Tacitus de M. G. c. 3. atque ab Ulyſſe conſtitutum ex aliorum potius, quam ſua opinione refert. Conditum procul dubio a Druſo inter 50. Caſtella, juxta Rhenum conſtituta. Kirchmaierus in notis ad Tacitum l. c. putat eſſe oppidum **Aſcheburg** in Diœceſi Archi-Epiſcopi Moguntinenſis, ſed toto cœlo errat. Recte auctor illud collocat in pago, paulo ſupra Ruræ & Rheni confluentem, **Asburg**, cujus altera pars ad Comitatum Mœrſanum, altera Diœceſin Colonienſem pertinet. Menſo Altingius pag. u. Aſciburgium, cujus Ptolemæus meminit lib. 2. c. 11. ab illo Taciti diverſum fuiſſe putat, atque collocat in angulo Rheni & foſſæ Druſianæ. Sed vereor, ne de eodem Aſciburgio loquatur Ptolemæus, atque in eo erraverit, quod trans Rhenum illud collocaverit.

(3) Ita ſimpliciter ea appellat Tacitus Annal. 1. c. 45. & Hiſtor. IV. c. 18. alias Vetera caſtra apud eundem l. c. c. 21. ex quo nempe alia caſtra ad Rhenum poſita fuerunt. Vetera autem illa caſtra in vicinia oppidi **Xanten**, partim in colle **Vorſſeberg**, partim in planitie, ubi pagus eſt **Berten**, poſita fuiſſe, conſentiunt Menſo Altingius pag. 36. 37. Cellar. pag. 337. Cluver. lib. 2. cap. 18.

(4) Quaſi **der Varus-Berg**. Rectius forte **der vorderſte Berg**, quia ſcilicet Rhenum inde a Bonna deſcendendo primus eſt, qui ad caſtra ibi ponenda aptus fuerit.

(5) Quod nomen a vocabulo *Vetera* efformatum creditur, Germanis primum dicta **Vetherhem**, & mox per transpoſitionem literarum **Verthem**, unde poſtea **Berthem** ſive **Beerten**. Sunt quoque arcis rudera extra portam Clivenſem oppidi Xanten, quæ hodieque cum agris vicinis vocantur **die Alte Burg**, ubi non deſunt, qui caſtra illa Vetera quærenda putant ob nominis convenientiam.

(6) *Pars*, inquit, *caſtrorum in collem* (hodie **Vorſſeberg**) *leniter aſſurgens pars æquo* (ubi pagus **Beerten**) *adibatur*. Menſo Alting. l. c. Ad radicem memorati collis profunda quoque planities crebris eluvionibus plerumque fœda & lubrica conſpicitur, quæ procul dubio eſt *Palus* juxta *Vetera* apud Tacitum Hiſtor. V. cap. 15.

(7) Subterranea fundamenta, aquæductus fornices, concamerationes incruſtatæ, pavimenta marmorea, variæ ſtatuæ, columnæ, trabes, magnarumque ſtructurarum ruinæ, nec non integrorum rudera Deorum egregia ſigna ex ære, annuli, fibulæ, phaleræ ac numiſmata omnis generis ex auro, argento, ære, &c. quorum ſuo jam tempore ingentem copiam inventam fuiſſe refert Piglius in Hercule prodicio p. 25. atque Gazophilacija hodieque aſſervant.

Digitized by Google

MERCV-
RIO. SAC.
CIVI. ME.

Mercurio Sacrum,
Civi Menapio,
ſcil. poſitum;
legendum ſic ſuſpicor.

Non procul a Veteribus Coloniam Trajanam cum caſtris Ulpiis, & legione triceſima Ulpia ſtatuit Pighius, *a)* (1) topographiam ſecutus, quæ extat in itinerario provinciarum Imperii Romani. In hoc, ait, ubi Belgicæ depinguntur limites, a Rhætis & Argentorato per Rheni ripam ac viam militarem deſcendendo Veteribus ſubjiciuntur caſtra Ulpia: rurſus a Lugduno Batavorum, id eſt, Rheni oſtio exordiendo, eademque via per Rheni ripam aſcendendo, apud Vetera collocatur Colonia Trajana eodem loco, quo deſcendendo ponuntur Ulpia caſtra. Inter Vetera vero, interque Ulpia caſtra, Coloniamque Trajanam non aliam ſitus diſtantiam in itinerario jam dicto Pighius inveniſſe ſe teſtatur, quam M. P. M. h. e. milliare plus minus. Hinc concludit in Ulpiorum Caſtrorum, Coloniæque Trajanæ ruinis nunc ſtare oppidum **Santen** / a Sanctis Martyribus, Divo Victore ejusque ſociis, ibidem tempore Diocletiani & Maximiliani Impp. ob fidem occiſis, ſic dictum. Atque iſta Pighii topographia cum illa conſentit, quam Bertius adducit in tabula ſupra poſita, quanquam ille, ſicut Cluverius, & Simlerus, aliique, Coloniam iſtam in pago **Kellen** apud Cliviam ſtatuit. Verum quia milliarium numerus in iſtis itinerariis tabulis corruptiſſimus eſt, locorum nomina & antiqua monumenta ſunt inveſtiganda. Cum igitur conſtet oppidum **Santen** / quod ex ruinis Veterum, vicinæque iis Coloniæ emerſit, in hiſtoria hymnoque de D. Victore, nec non in vetuſtis tum Latinis tum vernaculis litteris inibi aſſervatis, (2) modo Francorum, modo Sanctorum Troja, item **Klein Tropen** vocetur; monumentum inſuper ſepulchrale Trajanenſis cujusdam civis mentionem faciens, ibidem extra portam, qua Cliviam itur, non ita pridem effoſſum ſit, Coloniam certe Trajanam indicato jam loco olim ſtetiſſe, nullus quidem dubitaverit. Ejus monumenti talis facies, talisque inſcriptio eſt:

a) in ſuo Hercule Prodicio, pag. 24.

Diis manibus. M. Vetti
Saturnini, Veterani
legionis XXII. primigeniæ, piæ, fidelis, Civis
Trajanenſis Marcus Antonius Honoratus.

Sed male Caſtra Ulpia hic loci (3) ſimiliter conſtituit Pighius, his ductus rationibus, quia non tantum a Rhætis & Argentorato per Rheni ripam deſcendendo Veteribus ſubjiciuntur Caſtra Ulpia, eo in loco, ubi aſcendendo, ut antea dictum, apud eadem Vetera ponitur Colonia Trajana, ſed etiam, quia legio XXX. Ulpia cognominata, ibi hyberna ſua habuit, quod quidem ex infinitarum tegularum (4) in agro Sanctenſi notis ſatis apparet, quando ſic habent: LEG. XXX. V. V. h. e. legio trigeſima Ulpia victrix. Ve-

(1) Atque Nicolaus Sellius in Veſal. obſequente p. 85.

(2) Ut & nummo æneo Johannis I. Ducis Clivenſis, quem, oppido Xantenſi penitus in ſuam poteſtatem redacto, anno 1457. cudi juſſit cum inſcriptione in altera parte JOHANNES TROJANORUM REX, in altera vero MONETA NOVA TROJ. MINORIS. Sed illud argumentum non magis validum eſt, quam ſequens ab inſcriptione, quæ ante portam oppidi Santenſis Rhenenſem inventa eſt, quippe cum inde quidem ſequatur, Civem Trajanenſem ſive *Coloniæ Trajanæ*, Veteneranum fuiſſe Legionis duo & viceſimanæ in Veteribus, minime vero, quod Legio iſta *Coloniæ Trajanæ* propterea hibernaverit. Quare Menſo Alting. pag. 45. Cluver. lib. 2. c. 18. Cellar. p. 338. l. c. Coloniam Trajanam a Veteribus longius abfuiſſe, & in vico **Kellen** poſitam fuiſſe, recte aſſerunt, pluribusque probant.

(3) Imo recte. Eadem enim caſtra Vetera, *Ulpia*, quoque & *Triceſimas*, vel *Tricenſimas* & *Obtricenſimas* a Legione XXX. quam Trajanus illuc collocavit, dicta fuiſſe, pluribus evincit Menſo Altingius pag. 33. vid. quoque Cluv. lib. 2. c. 18.

(4) Itemque inſcriptionibus, quæ Legionis XXX. mentionem faciunt, illic repertis, quas recenſuerunt Pighius pag. & Menſo Alting. pag. 37. ſeqq.

Digitized by Google

Verum ſi quidem in iſto itinerario, quod Pighius adducit, Ulpia illa caſtra diſerte Veteribus ſunt ſubjecta, facile Pighio aſſentiret. Sed eſto, nihilominus Caſtra Ulpia Rheni ripam deſcendendo non ſubjiciuntur, ſed anteponuntur Veteribus, ubi Ptolomæum recte legerimus. Apud hunc enim poſt καταβόησον ponuntur εἰτεξα, poſt εἰτεξα extat λεγίων λ. ἰλικία, i. e. legio trigeſima Ulpia, indeque ἀγχιπτώσις, ut legunt Glareanus & Birckheimerus. Et licet Cluverius & Bertius legant ἐν ᾗ λεγίων ἰλικία, quaſi legio illa XXX. Ulpia in Veteribus hyberna habuiſſe, adeoque ipſa Vetera duntaxat & non alium quendam diſtinctum locum in tabula Ptolomæi denotare videretur, abſolute tamen abſque iſto additamento: ἐν ᾗ, legenda eſſe Ptolomæi verba, apparet ex eo, quod in Latina antiquiſſima Ptolomæanæ tabulæ verſione, ſicut poſt Baravodurum & Vetera; ita etiam poſt legionem XXX. Ulpiam ponuntur ex adverſo gradus longitudinis & latitudinis, quod certe abſurdum eſſet, ſiquidem Ulpia & Vetera in unum locum eſſent conflanda. Nec obſtat, quod in iſta verſione pro legionis XXX. Ulpiæ vocabulo, quia in Græco habetur λεγίων λ. ἰλικία, corrupte a ſciolo quodam ſubſtituta ſint hæc verba, Legnorum Lupia, quaſi Lupia fluvius ibi denotandus fuiſſet, & quidem apud gentem fictam Legnorum. Nam etſi Ulpiorum vocabulum ſic fuit corruptum, non tamen hinc infertur, graduum dimenſionem temere aut falſo fuiſſe legioni iſti Ulpiæ adjectam. Ergo legionis hujus Ulpiæ ſupra Vetera locus fuit olim, ubi ad milliare vix unum Sanctenſi oppido vicinum oppidum **Ulpen** eſt, nomine ſatis alludens, & circa illud ager latiſſimus **op gen Hulmpt**/ multam adhuc antiquitatum Rom. ſuppellectilem, ut ex effoſſa illic pridem patet, ſinu ſuo abſcondens. Si vero itinerario Pighiano, in quo Ulpia Veteribus conjunguntur, ſtandum; ſi etiam fragmentum illud tabulæ Riswicianæ a Pighio, in Hercule Prodicio pag. 36. adductum, probe exſcriptum eſſet, in qua nimirum poſteris memoriæ proditum fuit, Imperatores Cæſares M. Aurelium Antoninum, & L. Aurelium Verum Auguſtos ſcholam C. TR. VL. hoc eſt, Coloniæ Trajanæ Ulpiæ ignibus abſumptam reſtaurari curaviſſe; ſi denique cum Cluverio & Bertio Ptolomæus ita legendus eſſet, εἰτεξα ἐν ᾗ λεγίων λ. ἰλικία, (nam legionem iſtam ibi etiam hybernaſſe antea dixi,) certe Ulpiorum caſtrorum vocabulum communiter tributum eſſe videretur & Coloniæ Trajanæ, & Veteribus, & Ulpiis, ita peculiariter noviſſimeque dictis, i. e. locis iſtis, ubi nunc ſunt **Sancten/ Bierten** pagus, & **Alpen**. Ad eundem modum Triceſimarum nomen ab hac triceſima legione deſumptum & Marcellini ævo (1) uſurpatum, adeo vicinis hiſce locis tributum & apud Coloniam Trajanam utpote majorem clarioremque cæteris locum relictum fuiſſe, non negarem. Sed reliqua jam videamus.

Burginaci veſtigia partim in monte, qui hodie **Monreberg** (2) dicitur, & ſylva cædua obductus eſt, partim in ſubjecta valle ſunt conſpicua; qua mons occaſum ſpectat, & leniter ſenſimque fallente clivo conſurgit, triplex foſſa ad lapidis aliquot jactus extenditur, & facto quadrangulo oblongo recurrit, ad ejus quadranguli anguſtius latus alia cernitur foſſa, quæ in ambitum ducta planiciem orbiculatam ovalis figuræ efficit, ubi nimirum mons in præcipitium deſinit, atque ortum ſubjectamque vallem reſpicit: Munimentum ibi fuiſſe, (3) ejusque extracta fundamenta foſſam reliquiſſe diceres. Sæpius ibidem cum deciſarum arborum radicibus obbæ amphoræque fictiles, & nummi ſunt effoſſi. In valle vero, ubi villa eſt, **op gen Born** (4) dicta, campi ſunt latiſſimi, ex quibus

(1) Vocat enim Ammian. Marcellinus lib. 18. cap. 2. *Triceſimas*, & lib. 20. cap. *Ob Tricenſimas*, ut legendum cenſent Hadr. Valeſius in Notit. Gall. voce *Col. Traj.* & Altingius pag. 106.

(2) Ita dicta a fluviolo **Mond**, qui illum montem præterlabitur, atque molæ juxta Calcariam, **Mondmühle**, ejusque urbis portæ **Mondporte** nomen quoque dedit.

(3) Ex quo ſuperſtes creditur fuiſſe caſtrum Monrebergicum, ſedes olim quorundam Comitum Clivenſium, cujus turrim præaltam & valde ſpiſſam circa annum 1670. adhuc ſuperſtitem fuiſſe, meminerunt ejus loci homines.

(4) Unde *Bornatii* & *Burginatii* nomen efformatum eſſe nonnulli volunt. Cluverius vero l. 2. c. 36. & Menſo Altingius p. 23. eni adſtipulatur Cellarius p. 349. *Burginatium*, quaſi *Burgum ad aquas*, dictum Germanis inferioribus **Waterburg**, unde *Vadriburgium* a ſciolo quodam exceptore in *Quadriburgium* mutatum apud Ammian. Marcell. lib. 18. cap. 2. atque in ſuperiori limite Batavorum uterque ſitum fuiſſe cenſent, eo ſolum diſcrimine, quod Cluverius ad

bus ante paucos annos magna tophi lapidis vis, fictilium vaſculorum & tegularum non parva copia, varia inſuper infinitaque ænea & argentea numiſmata ſunt extracta. Ala legionis VI. ſtationem hic ſuam habuit, quam legionem etiam in vicinis Veteribus hybernaſſe, colligitur ex tegulis iſthic inventis, quæ ſic habent: LEG. VI. VICTR.

Harenacium vel Arenacium, diverſum tamen (1) ab Arenaco, illud videtur fuiſſe, quod Quadriburgum Juliani tempore vocatum eſt. *a)* Nec enim mirum eſt, nomina locorum, ſi quando hæc aut recepta aut noviter inſtaurata erant, poſtque tot præſertim annorum decurſum rerumque viciſſitudinem, etiam a Romanis ipſis fuiſſe immutata. Id vero conſtat, Arenacium hoc inter Coloniam Trajanam & Noviomagum ſitum fuiſſe, & quidem ex tabula aliquoties adducta:

a) *Marcell. lib. hiſt. 18. cap. 2.*

Colon. Trajana.
Burginatio V.
Arenatio VI.
Noviomago X.

Jo. Turck, regiſtrator Clivenſis.

Quoniam ergo Coloniæ Trajanæ & Burginacii ex ſuperiori demonſtratione, Noviomagi quoque ex nomine ſuo ſitus certus eſt, relinquitur, Harenacium dicto loco ſtetiſſe, nimirum, ubi in pago **Qualbetg** prope Cliviam innumera inſigniaque e ruderum reliquiis antiquitatis Romanæ σημεῖα ante non multos annos ſunt extracta.

b) *p. 2. ſqq.*

Clivia, **Cleve**/ hic ob viciniam prætereunda non eſt, etſi vix certi aliquid de ea habetur. Sane Pighius *b)* in Hercule ſuo Prodicio eam priſtinis ſæculis amplam civitatem & Coloniam Romanorum fuiſſe, multis nititur comprobare argumentis, & præcipue ex oratione panegyrica Eumenii Rhetoris, quam in patria ſua Clivia tempore Impp. Diocletiani & Maximiani coram Præſide Galliæ habuit, in qua etiam Auguſti Cluvenſium oppidi aliquoties mentionem fecit. Et quoniam ex eadem illa oratione habetur, Eumenium Roma ad reſtaurandas ſcholas, inſtituendamque Gallicam juventutem pro annuo ſexcentorum ſeſtertium ſalario, Cliviam miſſum fuiſſe, eundemque omne illud Civibus ſuis Clivenſibus, in uſum reſtaurandarum ſcholarum, quas Mænianas vocant, liberaliter remiſiſſe, ideoque viciſſim ab iis ſtatuam meruiſſe; Pighius eandem illam eſſe dicit, quæ adhuc in frontiſpicio palatii interioris Principum Clivenſium in muro conſpicitur, poſtmodum in porta urbis mediaſtina hac forma (2) renovata. In illa præterea

Vahalim extra inſulam, Altingius in ipſa inſula illud collocet, ubi hodie **Schencken-Schanz**, quorum ſententia cum itinerario Antonini & tabula Peutingeriana, quippe quæ Burginacium M. P. VI. ab Arenatio & V. a Colonia Trajana abfuiſſe numerant, magis convenire videtur.

(1) Quippe cum Arenacum juxta Tacit. Hiſt. V. c. 20. intra inſulam Batavorum ſitum fuerit, Arnhemium vero extra illam ad ſiniſtrum latus longe diſtet, ipſo quoque nomine ab Arenaco diverſum. *Arenacum* itaque, *Arenatium* ſ. *Harenatium*, quia tabula Peutingeriana M. P. X. a Noviomago, & XI. a Colonia Trajana abfuiſſe indicat, medio inter utrumque locum itinere juxta vicinos ſibi pagos **Aert** & **Herwert** illud poſitum fuiſſe, cum Menſone Altingio p. 8. & 9. cenſemus. Qui vero illud in pago urbi Clivenſi proximo **Rindern** ſ. Rinarn, unde Renatium & Arenatium formatum fuerit, quærunt, vel nullam Antonini itinerarii & tabulæ Peutingerianæ rationem habuerunt, vel Coloniam Trajanam ad Vetera ponunt, quod vero ſupra refutavimus.

(2) Qua in adjecta tabula conſpicitur, atque hac inſcriptione:

TEMPORIBVS.
C. IVL. CÆS. DICT. ARCIS. CLIVENSIS.
FVNDATORIS. OCTAV. AVGVST.
SVCCESS. QVI. PRÆSIDIO. MVNIVIT.
VLP. TRAIANI. QVI. IN. COLON. REDEGIT.
ÆLII. ADRIANI. QVI. IN. FORMAM. VRBIS.
AMPLIAVIT.
HIC. EVMENIVS. RHETOR.
QVI. IN. AVGVST. CLIVENSIVM. OPPIDO.
AD. PRÆSIDEM. GALLIARVM.
POST. EORVM. IN. BATAVIAM. INGRESSVM.
ORATIONE. PANEGYRICA. HABITA.

SCHO-

ea panegyrica laudantur Imperatores, quod Cliviam, latrocinio Batavicæ rebellionis vastatam, restaurandam curarint, semperque Clivia, civitas & Colonia ibi vocatur, atque a magnificis ædificiis, templis & Capitolio, commendatur, de quibus tamen nullum jam extat vestigium, nisi forte palatium Principum Capitolium fuisse malis, aut cum Pighio dicas, majorem hujus Coloniæ partem a clivis per plana secundum Rheni ripam prolatam fuisse, quam bellorum clades atque Rheni frequentes inundationes funditus abolerint, indeque quasi in vestigiis remansisse vicini pagi nomen, nunc Stellen dicti. Quæ res Justum Lipsium movit, ut hanc Pighii opinionem non solum in dubium vocaverit, (1) sed etiam corrigendo orationem Eumenii, proque Augusto Clivensium oppido, Augustodunensium, vel Augustum Flavienſium; pro Clivia Flaviam, pro Batavica rebellione Bagaudicam substituendo; Augustodunum Æduorum fuisse, deque ea, atque in ea civitate ab Eumenio orationem hanc habitam esse, asseruerit; Verum si istius Æduorum civitatis distantiam certe maximam a Batavis consideraveris, quorum Regionem, loco in quo dixit vicinam, Eumenius tanquam digito demonstrat, Lipsii non minus, quam Pighii sententiam dubiam ac incertam esse animadvertes; verba autem Eumenii sunt: Aut hæc ipsa, inquit, quæ modo desinit esse barbaria, non magis feritate Francorum, velut hausta, defederat; quam si eam circumfusa flumina, & mare alluens operuisset. Nam quid ego alarum & cohortium castra percenseam, toto Rheni & Istri & Euphratis limite restituta? Sed quicquid sit, locus hic antiquis temporibus ob montes collocandis aut castris aut oppidis appetitos, itemque ob Rheni fluminis tunc viciniam a Romanis non fuit neglectus. Neque de nihilo est, (2) quod in atrio palatii majore Principum jussu annotatum legimus:

AN-

SCHOLIS. PRÆFECT. ANNVO. SEXCENT.
SESTERT. STIPENDIO. GALLICAM.
IVVENTVTEM. INSTITVIT.
HAC. STATVA. ICONICA. TRIPEDANEA.
ID. EST.
VESTITV. SVI. TEMPORIS. TVNICA. TALARI.
COMA. DECVRT. VITTA. CONSTRICT. BALTHEO.
BVLLATO. CALCEIS. FENESTRAT.
MASSA. AVREA. AD. LIBERALITATEM. PRÆSENTAT.
ET. FERVLA. MAGISTERII. INSIGNI.
AD. ANTIQVITATIS. MONVMENTVM.
VRBIS. ET. HVIVS. PORTÆ. RENOVATIO.
POSTERITATI. POSVIT.

(1) Notis ad lib. III. Annal. cap. 43. & Excurs. ad cit. lib. lit. H. his præcipue rationibus, quod oppidum Clivense priscis scriptoribus ignotum; Scholæ tunc ineptum fuerit, utpote in confinio Barbarorum, & officina Martis; Nulla ibi vestigia sint Capitolii, Aquæductuum, templi Apollinis, quibus Scholæ suæ locum describit Eumenius, omnia vero hæc Augustoduno conveniant; Ut &, quod scribit Eumenius, *civitatem istam & olim fraterno populi Romani nomine gloriatam*, cum certissimum sit, Æduos, quorum Augustodunum Metropolis est, Romanorum socios fuisse. Nihil quoque de Mœnianis apud Clivenses haberi, de Augustoduno vero Tacitum lib. cit. referre, *nobilissimam Galliarum sobolem liberabilibus studiis ibi operatum.* Loco itaque *Augusto-Clivensium oppido* atque *Batavicæ rebellionis*, ut vulgo legitur, in Eumenii Oratione substituendum putat *Augustodunensium oppido* atque *Bacaudicæ rebellionis*, cum, quod ad posterius hoc attinet, Batavi tunc rebelles non fuerint, sed Bacaudæ, quibus & *agrestium & latronum* nomina rectius, quam Batavis competant. A statua vero Eumenii fluxum desumi argumentum pro sententia Pighii, cum præter alia habitus Eumenio Rhetori non conveniat, quibus argumentis & nos cum Cellario Geogr. Antiq. p. 215. commoti, Pighii aliorumque sententiæ, qui scholam, in qua Eumenius Rhetor docuit, Clivensium oppido asserere vellent, accedere non possumus. Stangefolius dubius hæsit, cujus sit illa statua sive imago Clivensis, atque lib. I. p. 121. Annal. circuli Westphalici Eumenio quidem Rhetori, lib. II. vero pag. 69. S. Bonifacio attribuit, quem vel alium sacerdotem illa quoque magis repræsentat, quam Eumenium Rhetorem.

(2) Imo nihili est, quod pro antiquitate arcis Clivensis inde depromitur argumentum, cum inscriptionem istam recentioris ævi esse, impurus stylus satis arguat. Verba enim *partibus*

ANNO AB VRBE DCXCVIII.
C. IVLIVS DICTATOR
HIS PARTIBVS SVBACTIS
ARCEM CLIVENSEM
FVNDAVIT.

Iter jam per Menapios Colonia Agrippinenſi Noviomagum & quidem in ripa Rheni confecimus, jam aliud iter excurſione quadam per Menapiorum & Gugernorum Sunicos verſus agros a Colonia Trajana ad primam illam Agrippinenſem usque juxta idem illud Antonini Itinerarium inſtituamus:

Col. Trajan. M. P.		
Modiolano VIII.	loco	*XVIII.*
Sablonibus VIII.		*XVIII.*
Mederiacum X.		*X.*
Theudurum IX.		*XIIII.*
Coriovallum VI.		*XI.*
Juliacum XII.		*XXII.*
Tiberiacum VIII.		*XVIII.*
Col. Agrippin. X.		*X.*
LXXI.		*CXXI.*

Hic numeris milliarium utpote corruptiſſimis (1) omnino ſtandum non eſſe, lector attentus facile videt. Neque Mediolanum in **Mopland**/ arcem non ita vetuſtam apud Cliviam oppidum, neque Sablones apud novum illud Monaſterium **Sand** prope oppidum **Straelen**/ neque Mederiacum in **Stvalm** collocari debere, ſupra ex deſignatione veri loci (2) Trajanæ Coloniæ ſatis ſuperque liquet.

Ergo Mediolanum illud mea quidem ſententia ibi fuit, ubi tot antiquitatis Romanæ monumenta, incruſtata muſivi, ut vocant, operis pavimenta, aquæductus etiam longe latis protenſi, quadrangulares tubi, ex topho lapide parietes, columnarum inſignium fragmenta, ſepulchra & numiſmata paucis abhinc annis ſunt eruta, in montis declivi & ſubſtrata planicie oppido Sonsbecenſi haud procul, ſed a Sanctenſi millibus paſſ. antiq. IIII. juxta viam illam, qua hinc iter iſtuc eſt notiſſimum. Quin & in ericeto, quod vocant **die Bennekard**/ apud locum, qui dicitur **dat Center Dael**/ non ita pridem rudera Romanæ alicujus ſtructuræ ſunt detecta.

Sablones an in loco, qui **Zevelet** in præfectura Geldrienſi, an vero in pago **Zafelen**/ qui

ſubactis pro *terris devictis*, arcem *fundavit* pro *condidit*, a priſca latinitate penitus abhorrent. Qui per *Sacrum Clivum* apud Horat. lib. IV. Od. 2. ubi ita canit:

Concines majore Poëta plectro
Cæſarem, quandoque trahet feroces
Per *Sacrum Clivum*, merita decorus
Fronde, Sicambros.

Urbis Clivenſis montem intelligendum cenſuit, atque Auguſti jam tempore caſtellum ibi jam conditum fuiſſe inde eruere voluit, ſola nominis ſimilitudine deceptus fuit. Quivis vero, vel levi rerum Romanarum notitia imbutus, facile intelliget, de Clivo Capitolino, quem triumphantes aſcendere ſolebant cum ſuis captivis, Poëtam loqui, atque id velle, ſi Cæſar de Sicambris triumphet, ſe carmine ſublimiore uſurum. *Coloniam* itaque *Trajanam*, quam in pago vicino **Kellen** ſupra poſitam fuiſſe diximus, Oppido Clivenſi originem dediſſe, ut cum Cl. Menſone Altingio p. 46. exiſtimemus, atque credamus, Colonos ob Rheni indomitam violentiam, undique novos alveos perforantis, qui adhuc viſuntur, in proximos Clivos conceſſiſſe, facile inducimur.

(1) Quia juxta illum calculum Colonia Trajana non amplius M. P. LXXI. a Colonia Agrippinenſi diſtaret; Ita ergo cum Menſone Altingio p. 124. correximus, ut CXXI. M. P. disjunctæ maneant, quod veroſimilius eſt.

(2) Nos vero in pago, Urbi Clivenſi vicino, **Kellen** eam poſitam fuiſſe, ibi cenſuimus.

Digitized by Google

qui in Ducatu Juliaco, milliari uno aut altero Germanico, Theuduro, (1) i. e. Tudder/ abeſt, ſint ponendi, viderit is, qui aliquid de antiquitatum reliquiis hoc vel iſto forſan loco repertis fando accepit.

De Mederiaco nihil conſtat.

Hic tamen fatendum omnino eſt, facilius erroneam horum locorum ab aliis factam deſignationem refutare, ſicque deſtruere, quam veram & certam dare adſtruereque nos poſſe, id quod in multis multos pati nemo non ignorat.

Hæc Menapiorum ad Rhenum olim cis illum ſita caſtra oppidaque fuere; jam ea quoque, quæ ad Moſam Menapiis ſimiliter accenſita, ſequuntur, & quidem in Tabula:

Caſtellum.
Blariacum. XII.
Cevelum. XXII.
Noviomagum. III.

Caſtellum hoc eſt, quod Ptolomæus (2) in tertia Europæ tabula in Menapiis refert, interque ea procul dubio præſidia fuit, quæ a Druſo in tutelam provinciarum ad Moſam ſunt diſpoſita. *a)* Caſtellum hoc a Juliano Cæſ. Barbaris, qui id occupaverant, obſidione ereptum fuit, *b)* hodie Keſſel. Egregiæ ibi antiquitates repertæ hactenus ſunt. *a) Flor. l. 4. cap. 12.*

Blariacum ex Druſi caſtellis, & unum ex tribus illis munimentis fuit, quæ a Barbaris quidem ſubverſa, ſed a Juliano iterum inſtaurata ſunt, *c)* hodie Blerick pagus eſt ex adverſo egregiæ in Ducatu Gelrienſi urbis Venloe. *b) Marcell. lib. 17.* *c) Idem ib.*

Cevelum pagus inter Moſam Rhenumque eſt Zefelick.

Quoniam in Menapiis adhuc verſamur, non ante hinc digrediendum eſt, quam exiguum illud agrorum, quod Menapii etiam trans Rhenum habuerunt, ac irruptione Tencterorum & Uſipetum penitus amiſerunt, quantum fieri poteſt, viderimus.

Ocellus iſte urbium Cliviacum *Veſalia* ſeſe nobis hic primum offert, ſed dolendum eſt, adeo incertam eſſe, quam nonnulli de hac urbe referunt, antiquitatem. Hadrianus Junius & alii Aliſonem fuiſſe (3) exiſtimant, & hinc Lipſius ad notas ſuas in librum 2. cap. 7. Annal. Taciti, de Aliſone in margine & minuſculo charactere annotavit hæc verba: volunt eſſe oppidum, quod hodie Veſalia; licet ille hoc non ſentiat. Nam fluminis nomen (4) eſſe vult, auctore Vertrannio, quem recte diſtinxiſſe apud Tacitum hæc tria ait: Caſtellum, ſcil. Lupiæ appoſitum, Aliſonem & Rhenum, idque ad mentem Dionis, is ſiquidem lib. 54. ſcribit, a Druſo caſtrum extructum ad Lupiæ & Aliſonis confluvia. Sed quoniam Vellejo lib. 2. cap. 120. nomen eſt caſtelli, non procul Teutoburgo, apud quod Varus cum legionibus ſuis periit, diſſiti: a Ptolomæo quoque in quarta Europæ tabula ἄλσος, Alciſon, inter Germaniæ civitates ad Rhenum, eo loci, ubi jam ſtat Veſalia, collocatur; parum firmiter tam ex Vellejo conflctæ, quam erroneæ Ptolomæi topographiæ nituntur, quotquot Aliſonem Veſaliam dicunt. Verum ſub Imperio Francorum jam tum ſtetiſſe, ac urbem fuiſſe, Annales Clivienſium produnt, atque locum iſtum Romanis, ob ſuorum caſtrorum, Veterum imprimis, viciniam, placuiſſe, non adeo abſurdum eſt. Referri etiam ad hanc ſententiam optime poſſunt, quæ Scriptores habent, de præſidiis ac cuſtodiis trans Rhenum quoque a Druſo diſpoſitis, *d)* deque novis limitibus, quibus cuncta inter caſtellum Lupiæ, Aliſonem ac Rhenum a Germanico munita ſunt, *e)* denique de urbibus trans Rhenum in Germania a Trajano reparatis. *f)* Adde & hoc, *d) Flor. l. 4. c. 12.* *e) Tac. l. 2. Annal.* *f) Eutrop. hiſt. Rom. lib. 8.*

(1) Ne hoc *Theudurum*, ut & *Mediolanum* cis Rhenum confundantur cum *Teuderio* Chamavorum, & *Mediolanio* Friſiorum, quorum Ptolemæus meminit Geogr. lib. II. c. 11. recte monet Menſo Altingius pag. 95. & 123.

(2) Lib. IV. c. 9. ubi *poſt Moſam*, inquit, *Menapii & oppidum illorum Caſtellum.* Omnium conſenſu eſt Keſſel ad Moſam. Diverſum ab eo eſt Caſtellum in Morinis, hodie Berg Caſſel, forte a priori dictum, ex quo Menapii Scaldim quoque trans greſſi ſunt, unde in tabula Peutingeriana, quæ Caſtellum hoc in Morinis *Menapiorum* vocat, nihil mutandum cenſent Harduinus ad Plin. lib. 4. c. 17. & Menſo Alting. p. 97.

(3) Alii Iſelburgum, alii Alzheimium fuiſſe crediderunt. vid. Ortelius in *Theſauro Geogr.* Ad Lupiæ & Almæ confluentes in illo Paderbornenſis diœceſis tractu, ubi ſunt vicus *Elſer & Neuhaus*, poſitum fuiſſe, evidentiſſime probavit illuſtr. Epiſc. in Monum. Paderb. p. 9. 10.

(4) Quem errorem refellit idem illuſtr. Auct. p. 2. 3.

Digitized by Google

hoc, quod multa trans Rhenum, præſertim ad ejus ripam, inque locis editioribus caſtella, firmandis præſidiis, cuſtodiendis pontibus, & obſervandis Germanorum conatibus, avertendisque eorum in Gallicam ripam irruptionibus, a Romanis primum extructa, poſteaque a Francis victoribus aut penitus fuerunt abolita, aut pro ſua commoditate innutata, iisque aut antiqua Romana nomina retenta, aut nova etiam indita. Atque horum aliquid locus iſte, ubi Veſalia nunc ſita eſt, expertus quondam eſſe potuit. Sunt, qui affirmant, antiquos Romanorum nummos prope hanc urbem apud viculum **Zinnren**, ubi ante non multos annos Lupia Rhenum influxit, qua montoſa nonnihil ibi terra eſt, inveniri. Hermannus, Comes Nuenarius, temporibus Caroli Magni, Lippiæmundam (1) eo, quod Lippia hic Rhenum influat, appellatam ſcribit in Comment. de Gallia Belgica. Sic quid loci & quo nomine inſignitum olim fuerit oppidum caſtrumque **Hetenberg** (2) Embrica non procul ſitum, non facile conſtat, quamvis ibi egregiæ Rom. Antiquitatis reliquiæ ſunt repertæ, utpote ſepulchra antiqua & numiſmata. Eximium aureum nummum Julii Majoriani Imp. hic inventum, Embricæ vidi.

In proximo præterea monte Alcinio, ab altitudine forte adhuc vocabulum habente **Eltenerberg**, ubi Abbatia hodie eſt generoſarum virginum S. Vito conſecrata, ſpeculam olim fuiſſe, profundiſſimumque in ejus cacumine ad imum usque fundum excavatum puteum, Romanorum certe opus eſſe apparet.

A Menapiis Gugernisque jam ad Batavos per nemus ſacrum, utrorumque confinia tangens & regiones, tranſeamus. Saltus ille Clivenſis & Imperialis (3) ſylvæ nomine hodie venit, **het Clever Ham und het Rodeswaldt** vulgo, eſtque illud ipſum, in quod Imperii Veſpaſiani initio Cl. Civilis primores ſuæ, id eſt, Batavæ gentis ſpecie epularum vocavit, nocteque ac lætitia caleſcentes adverſum Romanos incitavit. *a)*

a) Tac. hiſt. l. 4. c. 14.

Batavi autem, inquit Tacitus, *b)* non multum ex ripa, ſed inſulam Rheni amnis colunt, Cattorum quondam populus, (4) & ſeditione domeſtica in eas ſedes transgreſſus, in quibus pars Romani Imperii fierent. Manet honos & antiquæ (cum Romanis vicdelicet) ſocietatis inſigne, nam nec tributis contenuantur, nec publicanus atterit, exemti oneribus & collationibus, & tantum in uſum præliorum ſepoſiti, velut tela atque arma bellis reſervantur.

b) lib. de ſit. & mor. Ger. c. 29. collat. hiſt. 4. c. 12.

Tan-

(1) Quaſi oſtium Lippiæ fluvii; Kolvinerius Lippe *Kant* vocat, quaſi extremum Luppiæ. Annales Cuniſii ad a. 779. *Lippehain* ſcribunt. Adelmus ad cit. a. *Rhenum*, ait, *in eo loco, qui Lippia vocatur, cum exercitu trajecit*, confundens fluvium cum vicino pago vel vico, cui Hermannus Ewichius in Deſcript. Veſaliæ *Lupiæ* nomen fuiſſe, atque eo nomine in Ptolemæi Chorographicis Tab. occurrere, audacter ſcribit. Sed nec vola, nec veſtigium ullum *Lupiæ* pagi apud illum Geographum. (vid. quoque Schatten. Hiſtor. Weſtphal. lib. 7. ad a. 779.) Veſaliæ vero nomen a Sylva vicina, **Weſeler Wald**, a muſtelarum frequentia ita dicta, acceſſe, veroſimile eſt.

(2) De quo vid. infr.

(3) Ita quoque ſentit Schlichtenhorſtius *Theatr. Geldriæ* lib. 1. §. 64. Alii prope Hagam Comitis, ubi **der Scaten Bosch** quaſi **der Sacren Bosch** transpoſitis & mutatis nonnihil literis dictum, quærunt. Marlianus *in Vet. Gall. locis tit. Batav.* Junius *Hiſtor. Batav.* c. 12. & 13. Rectius Menſo Altingius pag. 103. & Cluv. lib. II. c. 36. extra inſulam Batavorum juxta Batavodurum, hodie **Betenburg**, illud nemus extitiſſe cenſent, ſacrum appellatum, quia LEVÆ DEÆ dicatum erat, cui & Ara in illo nemore poſita fuit juxta vicum **Leuven**, ut nomen quoque indicat.

(4) Omnium Scriptorum conſenſu, e quorum præcipuis loca excerpſit Adrianus Paarf. libro *Cattis Aborigines Batavorum.* Teſtes quoque ejus rei ſunt loca apud Batavos a Cattis appellata, *Katwig* ad Oceanum, & *Katwig* ad Rhenum, *Kattendregt* prope Roterodamum, *Katswoude* juxta Monikendam, *Kattwoude* in præfectura Bevericenſi, *Kattenbroeck* in Diœceſi Ultrajectina, *Katſand* & *Katerneſſe* in finibus Flandriæ, &c. Batavos vero nonnulli a *Batone*, Duce Cattorum, alii a **Baatharen**, (vectigali, quod in oſtio Rheni ſolvendum ipſis fuerit;) laudatus Paarſius p. 28. l. c. Wilhelmum Hedam ſecutus, a voce Græca βάθος, terræ, quam incoluerint, profunditate; Menſo vero Altingius p. 15. a *Battis*, parte Cattorum ad Adranam fluvium, ita dictos fuiſſe referunt. Sed quæ partim fabuloſa ſunt, partim nullis certis fundamentis nituntur. Veroſimilius eſt, a Batavia inſula, quam occuparunt, appellatos fuiſſe, illam vero nomen ſuum accepiſſe a fertilitate **Betaue**, oppoſita ad Veluam, quaſi *Vache Aue*, terram viliorem, eadem ratione ac **Naſſau**, **Lemgow**, **Rhingow**, **Hennegow**, **Richenow**, **Weſtergow**, **Brisgow**, vel a bonitate vel ſitu ſuo nomina acceperunt.

Digitized by Google

Tantum ille. Egregia profecto gentis iſtius gloria, quam ad hæc usque tempora non tantum illibatam, ſed illuſtratam majorem in modum ſumma cum laude propagavit. Inſulam iſtam, vetuſtatem pariter & modernam etiamnum Batavorum ſedem, nomen priſcum in hunc diem ex parte cuſtodientem, egregie idem Tacitus deſcripſit l. 4. hiſt. Batavi, inquit, donec trans Rhenum agebant, pars Cattorum, ſeditione domeſtica pulſi, extrema Galliæ oræ vacua cultoribus, ſimulque inſulam inter vada ſitam occupavere, quam mare Oceanum a fronte, Rhenus amnis tergum ac latera circumfluit. Quin etiam luculenter hanc auctores ſuis limitibus deſcriptam exhibent, quando de Moſæ Rhenique fluminum fontibus ac oſtiis ſcribunt. Cæſar lib. 4. cap. 10. belli Gallici ait: Moſa profluit ex monte Vogeſo, qui eſt in finibus Lingonum, & parte quadam Rheno recepta, quæ appellatur Vacalos, (vel, ut legunt antiqui codices, Vualis, die Waele/) inſulam efficit Batavorum, neque longius ab eo millibus paſſuum LXXX. in Oceanum influit. Tacitus vero de Rheno ſic Annal. lib. II. cap. 6. Rhenus uno alveo continuus, aut modicas inſulas circumveniens apud principium agri Batavi, velut in duos amnes dividitur, ſervatque nomen & violentiam curſus, qua Germaniam provehitur, donec Oceano miſceatur: ad Gallicam ripam latior & placidior affluens, verſo cognomento Vahalem accolæ dicunt: mox id quoque vocabulum mutat Moſa flumine, ejusque immenſo ore in Oceanum effunditur.

Neque hic ſilentio involvendum duxi, quod habent Pomponius Mela & Plinius de Rheni fluminis alveis oſtiisque. *Ille* lib. 3. cap. 2. Rhenus, inquit, ab Alpibus decidens prope a capite, duos lacus efficit, Venetum & Acronium, mox diu ſolidus, & certo alveo lapſus, haud procul a mari huc & illuc diſpergitur; ſed ad ſiniſtram amnis etiam tum, & donec effluat, Rhenus: ad dextram primo anguſtus, & ſui ſimilis, poſt ripis longe ac late recedentibus jam non amnis, ſed ingens lacus, ut campos implevit, Flevo dicitur, ejusdemque nominis inſulam amplexus, fit iterum arctior, iterumque fluvius emittitur. Hic notandum, (1) Melam aut neſciviſſe, aut ſaltem referre noluiſſe tertium Rheni alveum, ſc. Vahalim, aut, ut Glareanus exiſtimat, Vahalim Rheni nomine indigitaſſe. Flevo vero alveus (2) eſt ille, qui Trajecto Muydam porrectus, fluvium in lacum auſtralem, vulgo Suiderſee / exonerat, fluviusque deinceps inſulam olim, hodie Vadum, Breeſandt dictum, prius amplectitur, ſtatimque oſtio, quod inter Vlielandiam Schellingamque inſulas eſt, emittitur. Atque hoc eſt oſtium illud, quod hodie vulgus het Vlie / Plinius vero Flevum vocat. *Hic* lib. 4. cap. 15. in Rheno ipſo, ait, prope C. Millia paſſuum in longitudinem nobiliſſima Batavorum inſula & Caninefatium, & aliæ Friſiorum, &c. Marſatiorumque ſternuntur inter Helium & Flevum; ita appellantur oſtia, in quæ effuſus Rhenus a Septentrione in lacus, ab Occidente in amnem Moſam ſe ſpargit, medio inter hæc ore modicum nomini ſuo cuſtodiens alveum; hæc ille. Flevum oſtium quodnam fuerit vidimus, at Helium idem eſſe, quo Moſa Vahali accepto in mare præcipitatur, ex accurata Plinianæ deſcriptionis inſpectione evidens eſt: An vero Helium iſtud oſtium

(1) Sunt non ſolum Scriptores veteres circa Rheni alveos & oſtia diverſi, ſed & quos alveos intelligunt, non clare ſatis indicant, quæ res Junii, Cluverii, Pontani & Menſonis Altingii diſceptationibus de alveis atque oſtiis Rheni occaſionem dedit. Aſinius apud Strabonem lib. IV. Virgil. Æneid. VIII. 727. Mela item & Tacitus l. c. duorum cornuum & alveorum Rheni mentionem faciunt. Plin. l. c. & Ptolemæus lib. II. c. 9. tres alveos, totidemque oſtia commemorant, Cæſar vero lib. cit. Rhenum, ubi Oceano appropinquavit, in *plures diffluere partes*, ait. Quamvis in controverſia, hinc inter laudatos egregios Viros orta, judicium nobis non arrogemus, hac tamen ratione veteres Scriptores intelligendi atque conciliandi videntur. Videlicet, initio non niſi duo Rheni alvei, *Vahalis & Rhenus* ipſe totidemque oſtia fuerunt, quibus Rheno, per foſſam Druſianam cum Iſala conjuncto, acceſſit tertius alveus, *Iſala* dictus. Aſinius itaque & Virgilius, quorum tempore Foſſa Druſiana nondum exſtitit, de duobus prioribus, *Vahali & Rheno* ipſo, loquuntur. Mela & Tacitus omittunt Rhenum, quia hic ejus aqua, per memoratam foſſam aliorſum derivata, curſum ſuum perdiderat, obſtructo quoque ejus Oſtio. Cæſar vero de rivis & elicibus, e duobus Rheni alveis eductis, intelligendus eſt.

(2) Nulli veterum Scriptorum totidem verbis, ſed cum quadam circumſcriptione memoratus Melæ lib. III. c. 2. Plinio lib. IV. c. 15. & Tacito A. II. c. 8. a Menſone Altingio dicitur fuiſſe, ubi *Flevus* Lacus deſiit, & iterum fluvius eſſe incipit, donec in Oceanum effluat, vid. Notit. Germ. inf. pag. 65.

Digitized by Google

um peculiarem quoque alveum habeat, Leccaque ſit; an vero idem ſit Vahalis alveus, ego hic aliis diſpiciendum relinquo. Sed modicum illum nomini ſuo cuſtodientem alveum eum eſſe, qui Leidam fertur, nullus ignorat. Latiſſimum tamen fuiſſe vel inde, quod nomen Rheni unus ſolus tulerit, tum Plinii, tum noſtro ævo, certum eſt. Atque hanc latitudinem, violentiam curſumque fluminis hujus Tacitus attendit, licet Plinius ante eum ſuam hiſtoriam ſcripſerit, quia ille de priore Rheni facie loquitur ante ejus abactionem factam per Civilem, quando is molem ſive aggerem a Druſo Germanico coërcendo Rheno excitatum disjiceret, *a*) Rhenumque adeo prono alveo in Galliam ruentem per Leccam effunderet. *b*) Hic notandum, Leccam non eſſe (1) Corbulonis foſſam, hunc in finem, ut ea Oceani incerta vetarentur, inter Moſam XXIII. millium ſpatio productam. Nam Lecca remotior Oceano eſt, quam ut huic fini ſervire potuerit, & longitudine ſua ſpatium illud XVI. & ultra paſſuum millibus exceſſit. Quærenda igitur alibi foſſa iſta erit, nimirum ubi ab urbe Leyda (2) vulgari nomine die Vliet / q. d. æſtuarium, Delftam fertur, indeque ad vicum Slupe Moſæ jungitur. Sic proxima Oceano adfluxus ejus vetare potuit, ſic etiam ſpatio XXIII. mill. paſſuum quam maxime congruit. Cæterum iſta Rheni abactione & effuſione tenuis iſtius alvei oſtium arenis tandem ex tumulis litoralibus vento aut inundatione aliqua ingeſtis, multis tamen retro ſæculis facile obſtructum eſt. (3) Supereſt adhuc alius Rheni alveus, qui a Druſo (4) foſſa e Rheno in Iſſalam ducta factus eſt. Nabaliam dici a Tacito (5) vult Cluverius, qui illam lectionem probat, q. d. die Nat-wahle / (6) argumento ex Ptolomæo ſumpto, qui Navalia urbem ad Iſſalam pro ipſa foſſa ſive Iſſala reponit: argumento etiam, quod Civilis poſt tentatam in Moſæ fluminis ore pugnam trans Rhenum conceſſerit, indeque mox in Batavorum inſulam ad Vahalim, poſtquam ſcilicet Cerealis inſulam iſtam depopulatus eſſet, Batavisque eripuiſſet, redire nequiverit. Hæc de Rheno ejusque alveis & oſtiis occaſione inſulæ Batavorum a nobis luſtrandæ.

a) *Tac. An. l. 13. c. 53.*
b) *Tac. hiſt. lib. 5. c. 14. & 19.*

Caninefates (7) quoque hic prætereundi neutiquam ſunt, quandoquidem de iis ſic

(1) Originem vero ſuam debere moli, qua Claudius Civilis Rhenum prono alveo in Galliam effudit, auctor pariter, ut ex ſuperioribus liquet, ac Cluver. lib. II. c. 31. & Altingius p. 110. exiſtimant. Eſſe vero illam abductionem Rheni juxta divortium Rheni & Vahalis quærendam, pluribus rationibus nobis perſuadet Cellarius Geogr. Antiq. p. 265. *Lecca* autem originem magnæ inundationi, qua anno 860. curſu Rheni impedito, aqua ejus in Leccam, exiguum antea rivulum, ſed tum ampliatum & aggeribus munitum, fuerit derivata, Chronica Hollandiæ communi conſenſu referunt, juxta excerpta, quæ inde dedit Adr. Paarſius libro *Catti Aborigines Batavorum*, pag. 45. & ſeqq.

(2) Cluverii lib. II. c. 31. Altingii p. 47. & Cellarii Geogr. Antiq. pag. 263. conſenſu.

(3) Crebris fluminis abactionibus per foſſam Druſianam, Vechtam, Goudam, imo & obicibus injectis, ſupra imprimis memorata inundatione oborta. Fridericus I. Imperator Oſtium illud Rheni iterum aperiri juſſerat, ut liquet ex diplomate apud Hedam *de Epiſc. Ultraj.* p. 281. 282. ſed ſine ſucceſſu. Anno vero 1571. multo labore id apertum, ſed haut diu poſt oborta tempeſtate iterum obſtructum fuiſſe, refert Orlerus in Chron. Holland. ad cit. A.

(4) Patre Germanici, unde *Foſſa Druſiana* dicta fuit, Tacit. Annal. lib. II. c. 8. Suet. in Claudio cap. *Foſſas Druſianas* vocat, quia non ſolum novam foſſam XI. M. P. inter Rhenum & Iſſalam duxit, ſed & alveum Iſalæ, ut tantam aquarum copiam caperet, ampliavit, novasque juxta illum foſſas duxit, ut cenſet Altingius pag. 115. cum veterem ductum, imo & ipſum Oſtium Iſalæ monſtret Yeſſelgat.

(5) Hiſt. lib. V. c. 26. ubi *petito*, inquit, *colloquio ſcinditur Nabaliæ fluminis pons.* Vahalis ſubſtituendum putat Lipſius ad cit. loc. Sed præterquam quod expunctio hæc admodum violenta videatur Altingio pag. 100. ipſa narrationis ſeries huic correctioni repugnat, quippe quod Cerealis cum legionibus Romanis in ipſa Batavorum inſula tunc occupaverit, atque adeo Civilis media Romanorum Caſtra tranſire debuiſſet.

(6) Id eſt, Vahalem poſteriorem. Partem tamen inter Rhenum & alveum Veteris Salæ iſto nomine ſolum veniſſe, cenſent Cluverius lib. III. c. 17. & Alting. loc. cit.

(7) Plin. lib. IV. c. 15. *Cannunefates*; Vetus inſcriptio apud Lipſium in notis ad Tacit. Annal. lib. XI. c. 18. *Cannanefates*; alia apud Reineſium pag. 513. *Cananivates*; Æthici Cosmographia *Cannifates* appellat. *Cajeſates*, quaſi Kaje-Waders, a *cajare*, obſtruere, & *Watten*, vadis, ſive ſtagnis, quæ indagine quaſi obſepiverint, a Germanis dictos, ſed a Romanis interpoſi-

ſic Tacitus hiſt. lib. 4. c. 15. Ea gens, ait, partem inſulæ colit, origine, lingua, virtute par Batavis, numero ſuperantur. Cluverius (1) iis eam maxime Rheni ripam, quæ ab Arnhemio Lugdunum usque porrigitur, aſſignat. Videntur tamen hiſce finibus minime contenti fuiſſe, ſed occupata etiam Hollandiæ Borealis parte, ibi Kennemerlandis nomen in hunc diem manens tribuiſſe.

Videamus jam loca apud Batavos Caninefatesque, prout in tabula itineraria Cluverius ea in ordinem meliorem redegit. (2)

Latus ſiniſtrum ſive Auſtrale vel occiduum inſulæ habet hæc loca:	Latus dextrum ſive Septentrionale habet hæc loca:
Noviomagi X.	*Ad Duodecimum XII.*
ſc. paſſ. M. ab Arenatio.	*ſc. paſſ. M. ab Arenatio.*
Caſtra Herculis VIII.	*Grinnibus VI.*
Carvone XIII.	*Fletione XXV.*
Levefano VIII.	*Nigro pullo V.*
Lauri XVIII.	*Albinianis X.*
Caſpingio XII.	*Matilone V.*
Tablis XII.	*Prætorio Agrippinæ III.*
Flevio XVIII.	*Lugduno II.*
Foro Adriani IIII.	
Lugduno VII.	

Utrumque latus confuſe ſic apud Antonium deſcribitur:

Colon. Trajana.
Burginatio V.
Herenatio VI.
Carvone XXII.
Mannaritio XXII.
Traj. to XV.
Albinianis XVII.
Lugduno X.

Nume-

poſitis duobus *nn*, ad evitandam ingratam ipſis vocalium colliſionem, *Caninefates* appellatos fuiſſe, exiſtimat Menſo Alting. pag. 27. atque Hadr. Junium ridet, qui a captura Cuniculorum Coninevaters nomen ſortitos fuiſſe cenſuit Batav. c. 3. & 14. Tantam interim Cuniculorum in maritimo tractu, quem Canifates olim tenuerunt, abundantiam olim fuiſſe, ut de iis minuendis publica conſilia agitata fuerint, refert laudatus Paarſius p. 217.

(1) Antiq. Germ. lib. II. c. 33. 34. Cum quo Menſo Alting. p. 25. in eo conſentit, quod adverſus Hadr. Junium & aſſeclas in Inſula Batavorum Caninefates collocat, quoad partem vero, quam inhabitarint, inſulæ, paulo ab ipſo abit, atque infra Oceanum, Rhenum & Islæ ripam eos ponit. Cellarius, etſi nihil definire velit, in Scriptorum tamen Batavorum, qui Hollandiam ſeptentrionalem eos incoluiſſe referunt, ſententiam cum auctore noſtro magis inclinare videtur p. 356. 357. Nos controverſiam illam inter tantos Viros componere non audemus.

(2) Lib. II. c. 36. imo potius corrupit. Ita vero Menſo Altingius duplicem iſtius Tabulæ viam reſtituit p. 30.

Via Noviomago Lugdunum.	Via altera Lugduno Noviomagum.
Noviomagus.	*Forum Adriani VII.*
Caſtra Herculis VIII.	*Flenium XVIII.*
Carvo XIII.	*Tablæ XII.*
Grinnes VIII.	*Carpingium XVIII.*
Levefanum VI.	*Ad Duodec. XVIII.*
Fletio XVI.	*Noviomagus XII.*
Lauri XII.	
Niger Pullus V.	
Albiniana II.	
Matilo V.	
Pr. Agrippinæ III.	
Lugdunum II.	

Digitized by Google

Numeris nulliarium corruptiſſimis, ſicut videre eſt ex utriusque lateris inſulæ Dimenſione inter ſe collata, nullo loco habitis, breviter iſta loca cum modernis inſulæ locis conferamus.

Noviomagum quis ſit locus, non opus eſt dicere. Oppidum Batavorum a Tacito hiſt. lib. 5. vocatur, quod Cl. Civilis poſt cladem apud Vetera acceptam exuſſit atque illinc in inſulam trajecit. Id oppidum ad id usque temporis Batavis unicum fuerat, atque ideo ſingulari nomine oppidi intelligebatur, ſicut Colonia Agrippina eidem auctori Ubiorum oppidum appellatur. Infra, intra, & ſupra Noviomagum longe lateque plurima, eaque inſignia Vetuſtatis Romanæ monumenta effodiuntur, Legio X. (1) Gemina dicta hic hyberna habuit, ut tegulæ ibidem inventæ teſtantur: LEG. X. G. P. F. h. e. *Legio decima Gemina, pia, fidelis.* Poſthumus etiam Principis & Imperatoris verius, quam tyranni nomine dignus, qui Remp. Rom. ſuſtinuit Gallieno interim luxu diffluente, monetam hic ſuam plerumque cudi fecit, ſicut ex multis apud egregium antiquitatum Rom. indagatorem, doctiſſimum Dn. Joan. Smith (2) indiciis equidem vidi. Nihil hic moramur Cluverium, alias doctiſſimum clariſſimumque antiquarium, quando Batenburgum ad Moſam exiſtimat vetus fuiſſe Batavorum oppidum, (3) cum antiquitates ipſæ hic loci, non vero Batenburgi inventæ, pro nobis faciant. Et licet non legamus, oppidum Batavorum, poſtquam exuſtum fuit, denuo reſtitutum fuiſſe; id tamen eſſe factum, res ipſa loquitur.

Caſtra Herculis Ammiano lib. 18. cap. 2. memorata in loco, qui Noviomago haud procul abeſt, (4) dicitur ſe **an gen holle Dorn**, & multas inſuper hactenus prodidit antiquitatum Rom. reliquias, ponenda opinor.

De Carvone alios audire, quam hic quicquam dare malim, Cluverius paronymias poti-

(1) Fragmentum hoc lateris coctilis, cui hæc una cum gemino cornu copiæ propter annonam & abundantiam loci, quem Legio iſta incoluit, inſcripta ſunt, inter alias ejusmodi tegulas refert Joh. Smetius Antiq. Neomag. p. 99. 100.

(2) Concionatorem Neomagenſem, a cujus celebri Pinacotheca antiquaria, quam & olim mihi videre licuit, Filius ejusdem nominis *magnam annulorum, gemmarum, amuletorum, clavium, ſtylorum, lampadum, ſigillorum*, aliorumque monumentorum, in agro præcipue Neomagenſi repertorum, copiam deſcripſit libro *Antiquitatum Neomagenſium*, anno 1678. edito. Ex ſtylorum, qui ibi inventi ſunt, magna copia. Scholam Academicam olim illic loci fuiſſe ſtudioſis frequentem, tanto magis Vir ille Clariſſimus p. 150. colligit, quod Suetonius in Caligula c. 45. *Ludi literarii* circa hæc loca meminerit.

(3) Cujus Tacitus lib. V. Hiſtor. c. 19. ita meminit: *Civili Chamorum auxilia venere. Non tamen aufus oppidum Batavorum armis tueri, raptit, quæ ferri poterant, ceteris injecto igni in Inſulam conceſſit.* Cluv. lib. 2. c. 19. & Menſo Altingius p. 18. & 104. *Batenburgum* ad Moſam eſſe cenſent. Hadr. vero Junius Batav. c. 15. Pontanus in Hiſtor. Geldriæ lib. 1. p. 7. Schlichtenhorſtius lib. 1. Hiſt. Geldriæ p. 6. Joh. Smetius patet libro peculiari de oppido Batavorum, ao. 1644. edito, aliique plures cum auctore noſtro Noviomagi illud quærunt. Cellarius iterum hæſitat p. 347. Priorum ſententiam præcipue confirmat, quod cit. loc. Tacit. illud Batavorum oppidum extra inſulam exſtitiſſe dicatur. Magis tamen poſteriorum ſententia nobis arridet, quod præter alias, quas adducunt, rationes, Noviomagum quidem extra inſulam ſit, ſed tam vicinum, ut Civilis illo incenſo ſtatim in hanc ſe recipere potuerit. Eſt vero ab hoc Batavorum oppido longe diverſum *Batavodurum*, quippe quod Tacitus lib. V. Hiſtor. cap. 20. *in* inſula collocat, atque communi Hadr. Junii, Cluverii, Altingii, Cellarii, aliorumque conſenſu ponitur, ubi hodieque eſt *Wyck de Duurſtede*, id eſt, *vicus Batavodurum.*

(4) Adeoque extra inſulam Batavorum, quod Cluverius quoque facit lib. II. c. 36. Mallem vero cum Menſone Altingio p. 29. in ipſa inſula illud quærere in loco **Malburg**, quia Ammianus l. c. ultimum inter caſtra fuiſſe ait, quæ Julianus adverſus Salios & Chamavos juxta Rhenum reſtituit, atque Burginatio, quod ſupra initio inſulæ poſuimus, poſtponit. Ipſum quoque nomen **Malburg**, veſtigia Herculis Tyrii, quem Phœnices *Malcamum, Malchum*, & *Malicam* appellaverint, idem Cl. autor ſervare exiſtimat, atque hunc in Germania inprimis cis-Rhenana cultum fuiſſe, e duobus inſcriptionibus ibi repertis, atque *Herculi Magusano & Saxano* poſitis, erudite diſſerit. Pontanus Hiſtor. Geldr. lib. I. p. 7. in vico **Kefern**, Pontus vero Heuterus de vet. Belg. lib. II. c. 6. in locis **Erckelens** vel **Arckele** caſtra Herculis collocant, ob ſolam nominis aliquam ſimilitudinem.

Digitized by Google

potius vocabulorum, quam antiquitates locorum ſcrutatus, apud Graviam oppidum (1) quærit, ſed ἀτόπως, quippe cis Moſam.

Quinque ſequentia loca Cluverius (2) ſic interpretatur: **Leuwen** vicus. **Leerdam** oppidum. Arx **Gieſſenburg**. **Alblas** vicus. **Delfft** non ignobilis civitas, locus ſcilicet ad foſſam Corbulonis, vulgo **die Vliet**/ ſitus. Certa hic ſunt incertis mixta meo quidem judicio, & ſi quis certa omnia dicere hæc velit, antiquitates locorum indagatas habeat, eſt neceſſum.

Sed Forum Adriani **Voorburg** (3) eſt, ubi legio prima Minervalis ſtationem habuit, teſte lapide duobus Silanis Coſſ. ſculpto, inibique non ita dudum effoſſo.

Dextrum jam inſulæ latus ſimiliter luſtremus, ut ſic tandem Lugdunum attingamus.

Arenacum hic locis itinerarii præmittit Tacitus hiſtor. lib. 5. cap. 20. Cluverius opinatur unum idemque eſſe cum Arenatio, quod inter Burginatium Noviomagumque recta via ſitum fuit, meo judicio **op gen Egeren by Qualberg**/ de quo in Menapiis: At Arenacum **Renckum** (4) eſſe, vicum Arnhemio vicinum, doctis nonnullis placet, quia ibi numiſmata antiqua reperta haud pridem fuere. Arenaco Tacitus Vadam Grinnesque caſtra conjungit dicto lib. Vadam autem **Wageningen**/ Grinnes (5) **Rhenen** eſſe, omnes conſentiunt, ſed Vadam ad Duodecimum etiam in tabula itineraria dici putat Cluverius, (6) ſicut & Mannaritium in Antonini itinerario **Maurick**. Cæterum Arenacum, Vada & Grinnes eodem quidem olim, ut nunc, ſitu in Batavorum inſula haud minus fuere, quam Batavodurum eidem Tacito celebre, hodie extra controverſiam **Wyck to Duerſteden**/ ſed flexu Autumni, ut Taciti utar verbis, & crebris pluvialibus imbribus ſuperfuſus amnis Rhenus paluſtrem humilemque inſulam in faciem ſtagni opplevit. Iſta inundatione facile factum, ut paulatim Germanicæ oræ iſta loca acceſſerint. Trajectum, (7) **Utrecht**/

(1) Lib. II. c. 36. p. 185. æque inepte ac Pontanus, qui l. c. in **Karvenheim** ditionis Clivenſis illud ponit, quare utrumque notat Menſo Altingius p. 28. atque *Carvonem* juxta calculum Itinerarii Antonini & Tab. P. collocat, ubi hodie eſt **Karvpck**.

(2) Lib. II. c. 36. ſola nominum ſimilitudine, atque propterea numeris Itinerarii utriusque violenta ratione nonnunquam mutatis. Menſo vero Alting. obſervata Itinerarii Antonini & Tabulæ Peut. menſura, *Lefevanum* p. 87. proxime ſupra Batavodurum ſ. Doreſtatum; *Lauri* pag. 86. in loco, qui 't Hof, i. e. Hortus, quod forte lauri in eo fuerint nutritæ; *Carpingium* p. 28. in **Aſpern**; *Tablar* p. 120. in tractu Ablaſſii; *Flevionem* vero, ſ. rectius *Flenium*, p. 58. in præfectura Puttenia collocat, cum quo Adr. Junius in Batavia in pluribus locis conſentit.

(3) Rectius **Voorburg**, a *Foro*, i. e. judicii loco, quod Hadrianus condidit, M. vero Aurelius Ælius Antoninus ampliavit, unde Arcem *Elinum* pro Ælium in nummis ab imperito Sculptore vocari exiſtimat M. Alting. p. 57. cui & *Fortrapa* ſ. *Fortranam* in quibusdam Diplomatibus Caroli Simplicis & Henrici IV. Impp. eſt illud ipſum Forum Adriani, P. II. p. 57. Vide quoque eundem de hoc *Foro* P. I. p. 66. & P. Scriverium in Tab. Antiq. Batav. p. 214.

(4) Unde præpoſito A, quod aquam denotat, nomen *Arencum*, & poſtea *Arenacum* extiterit. Sed illud longius petitum merito cenſet Pontanus Hiſtor. Geldr. lib. 1. p. 37. præterquam quod in Diplomatibus pagus ille non **Renckum**, ſed **Redichem** vocetur. Vide quoque Schlichtenhorſt. in Hiſtor. Geld. l. 1. p. 95. qui tamen cum Pontano Arenacum Taciti eſſe exiſtimat. Cum neutro horum locorum commune quid habere Arnhemium, atque recentioris originis eſſe, ita dictum, quaſi **Arnt** ſ. **Arnoldsheim**, cum Menſone Altingio cenſemus.

(5) Rhenen Menſo Altingius p. 80. M. P. IV. ſupra Levæſanum ponit, eo loci, ubi **die Wehrenpſſen**, e regione vici **Remmerten**, quem ut & Grinnes a buribus & inſulis ex deſtructione molis Druſianæ vicinæ ibi ortis nomen accepiſſe putat, illumque appellatum initio **Rheinewerten**; hos vero Grinnes, quaſi **Grinden**, a viridi coma, quam evectiores amnium fundi aquis exſerere ſoleant.

(6) Lib. II. c. 36. ſed quatuor ita errores eum committere, docet Menſo Altingius p. 127. atque *Vadam*, ubi paſcua ſunt, **de Koe-Weye**, M. P. III. infra Arnhemium quærendam eſſe, veroſimilius reddit.

(7) Rectius *Trajectus*, quo nomine in Antonini itinerario primum occurrit, quod indicium eſt, haud magnæ antiquitatis caſtrum primum fuiſſe, ex quo juncto ipſi a Willibrordo Monaſterio in vicum excreverit, nomina Caſtri, Caſtelli, Monaſterii, Vicus, quibus apud Scriptores medii ævi appellatur, indicant. Occurrit quoque nomine Veteris Trajecti in Annal. Bertin. ad a. 854. & paſſim in Diplomatibus apud Hedam, unde procul dubio appellationes **Olt Trecht**, *Utrecht*, & *Ultrajectum* ortæ fuerunt. **Wiltaburch** quoque vocatur a Beda lib. 5.

Utrecht hodie prælara civitas dubio procul, ſicut & Fletio Vleuten (1) vicus eſt. Niger pullus Cluverio Woerden. (2)

Albiniana vero caſtra a Clod. Albino, (3) cujus numiſmata ibi & in Foro Adriani inventa ſunt, ſic nuncupata, hodie Alphen dici omnino certum eſt.

Matilonis locum ædificiis vacuum ex adverſo vici Roudekercken / idem Cluverius (4) monſtrat.

Prætorium Agrippinæ Roomburg eſt, (5) Lugduno quam proximum & antiquitatibus inventis celebre.

Lugdunum (6) denique prope Rheni quondam oſtium, Ptolomæo etiam notum, (7) Leps

---

Hiſtor. c. 12. a *Vultis*, quos fingit Sigebertus ad a. 697. juxta alios a *Wiltis*, Slavis. Menſo Alting. P. II. p. 204. *Wiltaburgum* caſtrum quinto ſupra Trajectum milliari poſitum, atque a Wilt, feris vel hominibus vel brutis dictum fuiſſe putat, quod veroſimilius, quam a *Wiltis*, quia hos ad inferiorem Rhenum penetraſſe, nemo æqualium dixit, & Saxones, validiſſimam gentem, per quam tranſeundum fuiſſet, id pati voluiſſe quis crederet? Pluribus communem iſtum errorem, cui ſolius Bedæ autoritas lib. 5. c. 12. occaſionem dedit, redarguit idem Cl. autor in voce *Wiltæ*. Vid. quoque Anton. Matthæum de nobilitate, lib. 2. c. 21.

(1) Rectius Vleuten, proxime infra Trajectum, Menſ. Alting. p. 58.

(2) Lib. II. c. 37. temere, ut ſolet, mutatis numeris Paſſuum, in Tab. Peut. Laudatus itaque Altingius juxta menſuram illius tabulæ locum hunc ponit ad paludem der Steecter Polder, unde Romani atra & fulphurea ejus gleba nomen *Nigri Pulli*, i. e. de Schwarte Poel, ex latino & Germanico vocabulo compoſitum, procul dubio efformarunt. Certe hæc nominis derivatio magis mihi arridet, quam qui a Signo Nigri Pulli, ad diverſoriam tabernam forte ſuſpenſo, illud arceſſunt, quia juxta uſitatam Romanis loquendi rationem, non *Niger Pullus*, ſed ad *Nigrum Pullum* ſcriptum oportuiſſet.

(3) Qui, ut refert Capitolinus in Clodio Albino, a Commodo in Galliam miſſus, Friſios Rhenum transgreſſos fudit, ut adeo caſtra ad hunc amnem habuiſſe credibile ſit, an vero Albiniana in Tab. P. fuerint, æque incertum, ac quæ Scriverius Vet. Batav. p. 29. de cujusdam *Albini* vel *Albinovani* caſtris refert. Alii ab Alpheno Varo, cujus Tacitus lib. II. Hiſtor. c. 29. & Plutarchus in Othone meminerunt, Albiniana caſtra nomen accepiſſe credunt, vid. Paarſius libro *Catti Batav. Aborigines* in præf. p. 37. Sed is juxta Taciti narrationem ad Rhenum non pervenit. In eo vero conſentiunt omnes, quærenda hæc caſtra in vico Alfen.

(4) Lib. II. c. 36. id certum eſt ex Tabula Itin. medio viæ inter Lugdunum & Albiniana caſtra poſitum fuiſſe. Dictum Menſo Altingius p. 94. exiſtimat a Mut, Made, *pratum*, & Lo, *Editum*, quaſi Pratum Editum.

(5) Armamentarium quoque, quod juxta lapidis ibi reperti inſcriptionem apud P. Scriverium Antiq. Batav. Tab.

Imp. Cæſar Lucius Septimius Severus Auguſtus & M. Aurelius Antoninus Cæſar, Cohortis XV. reſtituerunt.

ibidem collocat Cluverius l. c. & recte, ut ad *Arcem Brittiam* mox dicemus. Ab *Julia* vero *Agrippina* voluptatis pariter ac oſtentationis gratia ſuperbum ædificium ibi excitatum fuiſſe, poſtea Auguſta domo extincta in Armamentarium converſum, cenſet Menſo Alting. p. 111. Adr. Paarſius lib. cit. in uſum Veteranorum militum, ut illi reliquam vitam ibi tranſigerent, illud ædificium ab Agrippina exſtructum exiſtimat, adeo ut ejusmodi ædes fuerint, quæ nunc dicuntur Invaliden-Hauſer.

(6) Itinerarium Anton. & Tab. Peut. ejus primum meminerunt, indicio haut obſcuro, non valde antiquæ originis eſſe. Cluverius quidem lib. II. c. 36. inter Caſtella refert, a Druſo ad Rhenum condita, atque alterum Caſtellorum fuiſſe putat, quorum Tacitus inter res belli Civiliani mentionem facit, lib. IV. hiſt. c. 15. Cum vero alterum horum Caſtellorum ad ipſum medium Rheni oſtium, alterum Romæoburgi, ipſo fatente Cluverio, poſitum fuerit, diverſum omnino ab utriſque *Lugdunum* ſtatui debet, niſi ambitu ſuo ipſum Romæoburgum complexum fuiſſe dicere velis, quod ab illo ævo abhorreret. Eſt itaque cur exiſtimet Menſo Altingius p. 88. aut diverſum ab illis Caſtellis fuiſſe, aut ſub Vitellii Principatu nondum extitiſſe *Lugdunum*, ita dictum a Loeg, *aggregatis habitationibus*, & Duyn, *monte*, quaſi locum contiguis ædificiis ad montem. Hujus nominis vario luſu in medii ævi documentis Leithen vel Letthen, *Lithis*, *Leithis*, *Leidni*, *Leydis*, &, quod priſtino nomini magis convenit, in *Annal. Fuldenſ.* ad a. *Ligduni* appellatur, Burggrafiatus titulo aliisque privilegiis inſignis urbs. Vid. præter laudatum Alting. P. II. pag. 112. Joh. Meurſii Athenas Batavas.

(7) Imo is *Lougodcinon* ſuum Geogr. lib. II. c. 9. ratione ſitus ita deſcribit, ut inter oſtium Rheni occidentale & medium interjectum, ab hoc M. P. XIII. ab illo vero M. P. IX. abfuerit, atque ita in-

Digitized by Google

Leyden/ eſt nobiliſſima hodie Hollandiæ civitas, Academia clara. In ea adhuc Romanæ ſtructuræ (1) opus, vulgo **de Burg** dictum, oſtenditur. Locus hic procul dubio ad illa hyberna & caſtella referendus eſt, de quibus Tacitus hiſtor. lib. 4. hiſce verbis: Statimque accitus Friſius (trans-Rhenana gens eſt) duarum cohortium hyberna, proximo occupato Oceano, irrumpit ſc. Brinio; & mox: ſimul excidiis caſtellorum imminebat, quæ a præfectis cohortium incenſa ſunt. Et huc pertinuit munimentum illud ad ipſum Rheni jam obſtructum arenarum tumulis oſtium, quod arcem Brittiam, (2) Procopii, fabuloſi ſcriptoris rerum Gothicar. lib. 4. errore, vulgus dicere amat.

Prolixius autem ea retuliſſe juvat, quæ de Batavis produnt ſcriptores, non tam quod vicini illi fuerint noſtris Geldris & Clivenſibus, quam quod utrique hi pars illorum fuerint olim, tam in ipſa Batavica inſula, præcipueque ad ejus caput, ubi nunc eſt Schenckianum munimentum, quam extra eam & certe ad ejus utrumque latus.

Friſios (3) poſtremum his addamus, utpote Batavis maxime vicinos. Gens trans-Rhenana fuit olim, hodieque cum nomine priſco priſcam ſimul virtutem patriamque ſervat. Majorum minorumque diſtinctum iis nomen olim etiam tributum. Hi Oceano, Rheno & Flevo claudebantur, ubi Hollandia Borealis & Trajectenſis provinciæ pars eſt: Illi ab eodem Flevo lacum circa Auſtralem, Velaviam, Tranſiſalaniam, Friſiam Groningampque provincias ad Amiſiam usque fluvium inhabitarunt. Quod apud Flevum fuit caſtellum Flevi oſtio appoſitum (4) in Vlielandia inſula ad Oceani littus, in quod Olennius infenſos fuga Friſios prævertit, *a)* a quo aut ſumptum nomen, quod alveo daretur, aut certe mox ab alveo natum, retentum eſt. Omnes hi in univerſum populi, qua trans Rhenum habitabant, Germanis, qua cis illud flumen, Gallis & quidem Belgi-

a) *Tac. lib. Annal. 4. cap. 72.*

incidat in pagum *Loor*-**Duynen**, quaſi *Loog*-**Duynen**, ſive alterum Batavorum *Lugdunum*, ut omnino ſtatuendum, niſi erroris Ptolemæum arguere velis. Vid Alting. p. 88.

(1) Imo vetus illud Romanorum caſtellum a Normannis deſtructum, & quod nunc adhuc ibi conſpicitur, a *Waſſenariis* Burggrafiis reſtauratum fuiſſe, Scriverius refert ad Chron. Goudanum p. 210. ſeqq. Adr. Paarſius l. c. pag. 30.

(2) Verba Procopii l. c. hæc ſunt: Per Inſulam ibi Batavorum Inſulam procul dubio intelligit, cum ad oſtium Rheni illam Arcem ponat. Batavis inde vocatur **Huiß to Britten**, **Brittenburg**, **Brittanniſchen Toren**, an quod e regione Britanniæ ſita fuerit, vel Britanni huc profugi eam inhabitaverint, non magis certum, ac quo nomine Romani illam Arcem appellaverint. *Armamentarium* quidem fuiſſe. cujus inſcriptio Lapidis in illis locis inventi meminit, ſummopere contendit Hadr. Jun. c. X. Batav. Cum vero Cornelius Aurelius iſtum lapidem inventum referat, aratro humum proſcindente, cui terra circa Brittenburgium apta non eſt, Romdoburgi potius repertum, ibique Armamentarium illud conſtitutum fuiſſe, cum Cluverio & Altingio ſupra cenſuimus. Alii a Claudio, alii a Caligula, alii a Britannis profugis conditum fuiſſe ſcribunt. Caſtellum a Druſo, cui vel a quo *Arx* quoque ibi ſtatuta fuit, ut Menſo Altingius p. 9. oſtendit, inter cetera 50. caſtella, juxta Rhenum poſita, iſto loco conditum; Huic vero a Caligula *altiſſimam illam turrim*, cujus meminit Suetonius in Claudio c. 46. adjectam fuiſſe, tanto magis nobis veroſimile videtur, quia Piſcatores Turris ibi rudera *Callach* appellent, quod nomen cum Caligula convenit; niſi Caracallæ reſtauratoris veſtigia ſervare magis placeat. Ornavit forte & ampliavit Claudius; Bello vero Civiliano deſtructam reſtaurarunt Septimius Severus & M. Aur. Antoninus & Caracalla. Quo tempore & quo modo poſtea Arx hæc iterum diruta fuerit, non conſtat. Fundamenta ejus aquis tempeſtate depulſis, nudata annis 1520. 1532. 1552. 1562. 1576. ut ipſi anno 1707. vidimus. Qui Ichnographiam ejus Arcis, antiquitates Romanas ibi repertas, atque varias Doctorum Virorum, Scriverii, Guiciardini, Somerenii, Boxhornii, Oudani, Junii, Ludolphi Smidts, aliorumque opiniones noſſe cupit, legat laudati Paarſii librum *Catti Batavorum Origines* inde a p. 85. - 124.

(3) Friſii, quos Kirchmaierus ad Tacit. de M. G. c. 34. quaſi **Frien** ſ. **Freyen**, a libertatis ſtudio, alii a **Friß**, a gelida plaga, quam incolebant, dictos putant, magnum terrarum tractum inter Oceanum, Rhenum, Amiſiam & vaſtas paludes olim inhabitarunt, juxta Tacit. de M. G. c. 34. qui & ex *modo virium* in Majores & Minores diviſos fuiſſe ibidem refert. Hi nempe occidentalem minoremque tractum, inter Rhenum, Vectam atque Flevum alveum incolebant, in tres pagos Friſiabonum, Marſatiorum, & Sturiorum rurſus diſtinctis; illi orientalem majoremque inde a Rheno ad Amiſiam tenebant. Alting. pag. 72. 73. Ubbo Emmius l. 3. Rer. Friſ. Media vero ætate ultra Scaldim & Albim fines ſuos extenderunt, ut dicitur infra.

(4) Ita quoque ſitum ejus deſcribit Cluver. lib. III. c. 17. Altingius vero p. 62. Ptolemæum ſecutus, M. P. LII. inde ad **Ukſingen** fluvium, atque locum **Buſſliet** vel **Flietdorp** removet.

Digitized by Google

a) Cæſ. l. 2. belli Gall. & Tacit. de ſit. & mor. Germ. ubi de Treveris & Ubiis.

cis, quanquam omnes Germanicæ erant originis, *a)* (1) accenſebantur, donec debilitatis fractisque hiſce in partibus Romanorum viribus, populorum iſtorum diſtinctæ appellationes ſunt ſublatæ, & Francorum omnia occupantium ſibique vendicantium nomen, præcipue ad utramque Rheni ripam, Saxonum etiam, qui Francorum illa tempeſtate erant æmuli, vocabulum, ad ulteriorem fluminis iſtius partem, tandem, ut initio dixi, inolevit. Igitur, antequam de moribus populorum iſtorum quicquam attingamus, placet nonnihil de Francis & Saxonibus hoc loco interſari.

Franci in Chaucis juxta Saxones Septentrionalis Oceani olim accolæ, imo ipſi Chauci fuere. De eorum ſiquidem antiqua patria in panegyrico, qui dictus eſt Conſtantino Magno, ſic legimus: Quid loquar ruſtus, ait panegyriſtes, intimas Franciæ nationes non jam ab his locis, quæ olim Romani invaſerant, ſed a propriis ex origine ſui ſedibus, atque ab ultimis Barbariæ littoribus avulſas, ut in deſertis Galliæ regionibus collocatæ pacem Rom. Imperii cultu juvarent & arma delectu. Hæc ille. Proinde apparet, quænam propriæ Francorum ſedes fuerint, & quidem avitæ. Haud enim fruſtra addit: Ex origine ſui, ſive ex originis ſuæ ſedibus, ſcilicet tractus littoralis Oceani Germanici. Hinc cum Galliam itinere pedeſtri incurſare libuiſſet, præcipue Baraviam & extrema Galliæ per Friſios infeſtabant, ſicut ex Eumenii & aliis duabus panegyricis orationibus clare ſatis videre eſt, & infra ſub Conſtantio & Conſtantino M. Impp. movebitur. Id quoque ſatis arguit, Oceani Germanici littus eos accoluiſſe, quod piraticam exercuerunt, totius fere Europæ littora populati, ut infra ſub Probo Diocletiano, item & Maximiano Impp. dicetur.

Sub Aureliano Imp. (2) Fl. Vopiſcus primus, quod ſciam, Francos memorat. Nec eſt, quod hic cum Paulo Æmylio recente ſcriptore Francones ſeu Frangones ex Ciceronis ad Atticum (3) quadam epiſtola quispiam objiciat, cum locus iſte miſere ſit depravatus. Germanos, inquit paulo ſuperius, illasque nationes, re audita de Cæſare, legatos miſiſſe ad Aurelium, qui eſt præpoſitus ab Hircio, ſe, quod imperatum eſſet, eſſe facturos. Huc usque Cicero, qui paucis interjectis iterum: Redeo ad duos Baſſas, Scævas, Fangones, &c. Virorum, non nationum ſunt nomina, nec hos ad nationes illas, quas legatos miſiſſe ante dixerat, quicquam pertinere, ſatis innuit tranſitio illa per verbum *redeo* expreſſa. Et cur quæſo, ipſe Cæſar in ſuis Commentariis hos Francones ſilentio præterifſet, ſi illi legatos ad ipſum cum cæteris miſiſſent? Male igitur Rhenanus pro Frangonibus Vangiones, at rectius Cluverius (4) Fangones ſubſtituit. Ante Aureliani itaque Imp. tempora vix notum Francorum nomen, quippe ſedibus ſuis tam diu detenti, ideoque ignobiliores, donec Romanis exturbatis ſibi vicinisque libertatem priſcam, & cum libertate nomen illud armis acquirerent, Romanorum interim Imperatoribus ignaviæ luxuique deditis, adeoque extrema Imperii negligentius & ut derelicta habentibus. Sic factum, ut non tam ad Oceanum Germanicum Chauci, quam ad Rhenum Uſipii, Tencteri, qui olim Sicambri, imo Anſivarii, Chamavi & Bructeri, Cheruſci, denique & Catti, in unum corpus (5) congreſſi, Francorum nomen (6) aſſumpſerint, aliasque etiam natio-

(1) Vide ſupra initio hujus libri.

(2) Imo Aurelianum adhuc Tribunum Legionis VI. Gallicanæ ſub Valeriano Imperatore, cæſis ad Moguntiam ſeptingentis Francis, trecentos captos ſub corona vendidiſſe, refert Vopiſcus in *Aureliano* c. 7. Poſtumum dein ſub Gallieno *Francica* auxilia in Galliam duxiſſe, ſcribit Trebell. Pollio in Gallieno.

(3) Lib. 14. Epiſt. 10.

(4) Lib. 2. A. G. c. 21.

(5) Initium ejus fœderis juxta Tabulam Peutingerianam fecerunt Chauci, Ambſivarii, Phriſii, (alii legunt Cheruſci) Chamavi. Cauſam huic fœderi dediſſe videntur, tum continuæ Romanorum inde a Jul. Cæſare in Germaniam irruptiones, atque Maximini nupera in Germanos crudelis victoria, qui multis locis vaſtatis, victs incenſis, gregibus abactis, atque Germanorum plurimis partim interemptis, partim in Pannoniam captivis abductis, ad vernam expeditionem ſeparabat, ut, ſi poſſet, Germaniam in provinciæ formam redigeret, teſte Herodiano lib. VII. & Capitolino in Maximis. Quibus molimínibus, ut in tempore reſiſterent, vires tandem optimo conſilio jungendas credebant Germani, Alemannorum inſuper exemplo incitati, qui excuſſo Romanorum jugo, in ipſas Romanorum provincias haut infelici ſucceſſu irru-

Digitized by Google

tiones tum ſibi ſubjecerint, tum libertatis recuperandæ propagandæque ſtudio ad ſe pellexerint, & ad Mœnum Salamque usque ſedibus propagatis, Rhenum tranſeundi Galliasque infeſtandi occaſionem nacti fuerint. Sic quoque illarum nationum nomen ſortiti, nunc Salii, nunc Anſibarii, Chamavi quoque, Sicambri & Bructeri pro locorum diverſitate dicti fuere. Saliorum & Anſibariorum meminit Marcellinus lib. 17. & 20. ab his Saliis lex Salica Francorum, & ut nonnullis placet, Sallandia Iſſalæ contigua nomen accepere. Claudianus (1) etiam Salios, (2) Sicambros, Chaucos & Francos conjungit in enconio Sriliconis, vide infra ſub Honorio. Idem facit Apollinaris Sidonius, (3) qui vixit ſub Majorano & Anthemio Impp. in laudibus Conſentii, Francos Sicambroſque jungens:

Tu Vidrum & Vahalim, Viſurgin, Albim,
Francorum & penitiſſimas paludes
Intrares, venerantibus Sicambris,
Solis moribus inter arma tutus.

Per Sicambros intelligit Uſipios & Tencteros, quia hi in illorum loca ſucceſſerant. Ideoque & Remigius, quondam Remorum Archiepiſcopus, Clodoveum Francorum Regem ſacro fonte tingendum ita eſt allocutus: *Mitis depone colla Sicamber.* Chamavi etiam dicti fuere, ſicut ex tabula itineraria a Peutingero edita apparet. In illa ad Rhenum, ab ejus oſtiis aſcendendo, hæc loca poſita ſunt, additis milliarium numeris, ſed corruptiſſimis: *Carvo. Caſtra Herculis. Noviomagus. Burginatium. Colonia Trajana. Vetera. Aſciburgium. Noveſium. Agrippina.* Ex adverſo horum locorum trans Rhenum, quem linea protracta deſignat in dextro latere, & a parte Germaniæ hoc vocabulum characteribus per intervalla locatis adſcriptum reperitur *Francia*; at verſus oſtia Rheni ab eadem ejus fluminis parte leguntur hæc nomina: *Chauci, Vapluarii*, ſcribendum: *Ampiarii, Chrepſtini*, (4) ſed id plane corruptum eſt; ſcribendum: *Cheruſci, Chamavi, qui & Franci*; ſequuntur *Bructuri*, ſimiliter ſub Francia comprehenſi. vide Sulpit. Alexandr. apud Gregorium Turonenſ. Atque hæc χωρογραφία (5) Francorum eſt,

irruperant. vid. Monum. Paderb. p. 177. Menſo Altingius p. 70. Schaten. Hiſt. Weſtph. l. 9. p. 145. Ad illos vero mox alii inter Rhenum, Oceanum, Albim & Lonam acceſſerunt populi, Cheruſci, Bructeri, Attuarii, Catti, Chauci, imo & Friſii. Valeſius in Notit. Gall. vel Francia.

(6) Wendelinus in Gloſſ. voc. Sal. a voce Atuatica Drangh, *ferox*, id nomen arceſſit, acerbius invectus in eos, qui a libertatis ſtudio id Francis impoſitum putant. Utrumque vero etymon conjungi poterit.

(1) In I. Conſul. Stilic. lib. I. v. 224. & IV. Conſ. Honorii v. 452.

(2) Ita Ammianus Marcell. vocat lib. XVII. c. 17. a *Sala*, Saal, comitio, quod apud Aborigines fuerit, ut recte exiſtimat Altingius l. c. *Attuarios* idem lib. XX. c. 10. *Bructeros* Sidonius Apollinaris Carm. VII. p. 325.

Bructerus ultroſa vel quem Nicer abluit unda
Prorumpit Francus.

(3) Carm. XXIII. v. 243. quo loco Hadr. Valeſius *Vicrum* loco *Tuncri*, fluvii in Germania ignoti, legendum cenſet lib. 5. Rer. Franc. Menſo Alting. P. II. pag. 61. Tuncrum retinet, atque Scaldim intelligit. Vide eundem Carm. XIII. v. 10.

(4) Altingius legit *Hrepſtii*, atque ſcribendum cenſet *Phreſii*, quos Francis quoque ſe junxiſſe, refert Valeſius in Notit. Gall. vel Francia.

(5) Quam multis aliis invictis argumentis Iſ. Pontanus in Orig. Franc. Illuſtr. Epiſcop. Paderb. in Mon. Paderb. Schatt. in Hiſtor. Weſtph. Voorburg. T. 3. Hiſtor. Germ. Menſo Altingius Notit. infer. Germ. P. I. v. Franci populi. Valeſius in Notitia Gallica v. Francia, Ill. a Cocceius in Procemio Jurisprud. Publicæ, Werthoff. in Notit. S. Imperii lib. I. c. 2. Hertius in notitia Regni Francici, ſatis abunde comprobarunt, atque pluribus comprobare, Iliada eſſet poſt Homerum ſcribere. Aliter tamen vitum fuit illuſt. Leibnizio, qui edita haut ita pridem Diatriba de Origine Francorum, Francos maris Balthici accolas fuiſſe, inde vero profectos intra Albim & Viſurgim conſediſſe, atque poſtea demum in loca Rhenum inter Viſurgim migraſſe; Quam tertiam ſedem Tabulam Peutingeranam ceteraque ſupra laudatorum Virorum argumenta reſpicere putat; Primam vero atque originem Francorum a Mari Balthico tum ex Geographi Ravennatenſis lib. I. c. XI. ubi per *Maurungoniam* ſive *Mauringiam* patriam Albis, in qua linea ſive pars Francorum remorata dicitur, tractum juxta mare Balthicum quaſi Meers-

gow,

eſt, antequam Rhenum tranſiviſſent, facta ſui juris Gallia, cui conſentit D. Hieronymus, cum in vita Hilarionis ſic ſcribit: Inter Saxones & Alemannos, gens non tam lata, quam valida, apud hiſtoricos, Germania, nunc vero Francia dicitur. Ubi tamen obſervandum, Saxones jam tum tranſito Albi Francicum littus, qua Chaucorum erant ſedes, occupaſſe. Nec hinc abludit tabula illa (1) auctore Ruperto, Tuitienſi Abbate, ſupra memorata de terra Francorum, deque in ea Divitenſi munimento. Hæc omnia, Francos non ex aliqua ſuperioris Germaniæ, ut nonnulli volunt, ſed ex inferioris potius regione prodiiſſe, licet in ſuperiori eorum nomen adhuc maneat, quousque ſedes ſuas promoverant, ſatis oſtendunt. Non tamen ibi ſubſiſtere ita potuere, quin aliquoties, quamvis repulſi, Rheni tentarent tranſitum. Affectabant enim Gallias, quarum tandem non ſolum, ſed etiam totius fere Europæ Imperio, creatis ſibi ex ſua gente Regibus, habitis quoque & ſuperatis variis conflictibus, potiti ſunt.

De Francis hactenus, ſequuntur Saxones. Ptolomæus (2) eos Chaucis majoribus, ad Albim usque protenſis, trans illud fluvium vicinos fuiſſe, & ſuper cervicem Cimbricæ peninſulæ habitaſſe, ſcribit, ubi nunc eſt Holſatia. Inſulas quoque adſignat tres juxta Albis oſtia, quos Saxonum vocat, hodie **Strand/ Buſen** & **Heilige Land**. Tacitus *a*) illo loco ponit Foſos, Cheruſcis tunc & Cimbris conterminam gentem. Quapropter Cluverius (3) *Foſi* corruptam eſſe vocem pro *Saxoni*, prima ſyllaba *Sa* amiſſa, dein *x* & *n* vitia-

a) *Tacit. de ſit. & mor. Germ. c. 36.*

gow, **Meerland**, appellatum intelligit; tum ex Ermoldi Nigelli Carmine inedito, quo a *Danis genus Francis adferre famam* refert; tum Adami Bremenſis & Procopii locis, quibus Mare Balthicum *paludis Mæotidis* nomine vocari exiſtimat; Secundam vero intra Viſurgim & Albim ſedem, in Franconiam usque extenſam, ex proœmio Legis Salicæ, quippe a Bodegaſto, Salagaſto & Windogaſto, deputatis pagorum ad Bodam, Salam, atque Unſtrotam, ſive Windeſtram fluvios, confectæ, probare contendit. Sed licet ingenioſe, pro Viri illius perſpicacia, hæc ſcripta ſint, ſoliditate tamen deſtitui, Cl. Gundlingius in ſuis ad illam Diatribam obſervationibus Gundlingianorum ſuorum p. 234. & ſeq. jam monſtravit, atque recte animadvertit, *Mauringiæ* nomen tractui quoque maritimo cis Albim tribui, dicique vere poſſit, lineam ſive partem Francorum illum incoluiſſe, cum ipſorum fines ad Albim usque ſe extendiſſe ex Claudiano & Sidonio Apollinari aliiſque conſtet; Adderem quoque iis cum Cl. Altingio l. c. illuſtr. Auct. Mon. Paderb. p. 58. & Cluverio lib. 3. c. 20. *Friſios & Saxones*, qua ratione Ermoldo Nigello ſua quoque fides ſalva manebit, cum Saxones & Danos eandem originem habuiſſe, nemo forte negaverit. Cetera, quæ de *Palude Mæotide* Adami Bremenſis in eodem tractu cis-Albino quærenda, itemque loco & tempore Legis Salicæ conditæ ibidem differit, veroſimiliora quoque nobis videntur. Manet itaque adhuc verum atque inconcuſſum, Francorum Patriam primamque ſedem fuiſſe, quam diximus, intra Rhenum, Oceanum, Albim & Lohnam. Quid fabulis de Francorum origine Pannonica & Trajana dederit occaſionem, inquirit Hertius l. c. p. 18. 19. aliquot conjecturis adductis, quibus adde Cl. Gundlingii opinionem, qui l. c. exiſtimat, famam de adventu Francorum ex Pannonia, ut refert Thuronenſis lib. 2. c. 9. ortam fuiſſe, quod Francorum nonnulli trajecto mari circa *Boniam* in Gallia, cujus littora infeſtarunt, conſederint, atque inde Rheno tranſito in Thuringiam reverſi fuerint.

(1) Quippe quæ Divitenſe illud munimentum, in terra Francorum a Conſtantino M. exſtructum, exhibet.

(2) Lib. II. cap. 11. & primus. Apud Lucanum enim

Et Bituria, longisque lever Saxones in armis.

Pro Saxones ſubſtituendum Axones & Auxones vel Sueſſiones, Turuebus jam monuit. Antea vitam quiete & ſilentio transegiſſe videntur bellorum fama nondum cogniti. Schurzfl. Oper. Hiſtor. p. 406.

(3) Lib. III. c. 21. Nec ille ſolus, ſed & Kirchmaierus ad Tacit. l. c. Menſo Alting. in Tab. Geogr. 1. & fere illuſtr. autor Monum. Paderb. p. 82. Verum adverſus Taciti mentem, qui Foſos *Cheruſcis*, (non *Cimbris*, quod autor noſter addit,) *conterminam gentem* ait, adeoque cis Albim ponit Fuſæ fluvii in ditione Hildesheimenſi procul dubio accolas. Id proinde certum eſt, Saxones origine eſſe Germanos. Cui vero lubet varias de ipſorum adventu ex Macedonia & Aſia noſſe fabulas, varium nominis juxta has nænias etymon, adeat Monum. Paderb. p. 79. 80. Schatt. in hiſt. Weſtph. lib. 3. p. 176. Meibom. in not. ad Wittichindi annales T. 1. p. 667. aliosque. A **Sachs, Sáſen**, longis cultris, quibus utebantur in bellis, dictos fuiſſe plurimi volunt, quos tamen lepidos magis, quam ſerios habet Schurzfl. Diſp. de *Witikindo M.* atque Saxones quaſi **Saten**, vel **Saſſen**, indigenas, appellatos cenſet, veſtigio nominis adhuc ſuperſtite in Holſatis, quod **Holtzgeſeſſene.**

vitiatis in *f* & *s*, existimat, quia & aliæ Germanicæ gentes antiquis Rom. scriptoribus eadem terminatione in *oni* sunt traditæ. Dixi, Saxones Chaucis fuisse vicinos, ergo & Francis, sicut ex superioribus perceptum. Piratica enim cum illis jam tunc celebres Diocletiani Principatu fuere, ut Eutropius testatur lib. 9. c. 13. (1) & Sidonius Carm. VI. (2)

Quin & Aremoricus piratam Saxona tractus
Sperabat; cui pelle salum sulcare Britannum
Ludus, & assuto glaucum mare findere lembo.

Ubi observandum, sperare pro timere (3) usurpari, & Saxones coriaceis lintribus (4) usos. Ideoque etiam in Belgica extrema littus adversum ipsos præpositos munitum fecerunt posteriores Rom. Impp. vide Marcellini lib. 27. c. 8. & 28. c. 5. Verum cum Saxones æmulatio incesseret, quod viderent Francos Allemannosque mutatis sedibus quotidianis prædis ditari, ipsi etiam in Romanos fines incursionem facere aggressi sunt. Quare Albi transito Francorum præcipue ad Oceani Rhenique littora nonnullas nationes, Chaucorum scilicet, Frisiorumque sedes ad Rheni usque ostia. (5) Chaucos (6) etiam gentis suæ partem, ait Zosimus lib. 3. c. 6. in narratione rerum a Juliano ad Rhenum gestarum, hoc est, postquam eos gentis suæ partem jam fecissent, in Romanum solum emittunt, qui Salios, Francorum partem, vi Saxonum in Batuviam suis e sedibus rejectos expulerunt. Hinc tempore Valentiniani in Oceani littoribus & paludibus inviis habitasse, virtuteque & agilitate terribiles in Romanos fines eruptionem meditatos fuisse, tradit Oros. lib. 7. cap. 31. & ex eo P. Diaconus lib. XI. (7) Et quanquam in Francorum finibus oppressos scribunt, non tamen ita vires amiserunt, quin Batuviam pedestribus præliis attriverint tempore Theodosii, ut habet panegyristes Pacatus. (8) Nec obstat, eos ibi siltem fuisse tunc debellatos, cum virtute sua atque armis latam sibi per Germaniam ad Albim, indeque vicissim ad Rhenum, ubi nunc est Westphalia, Alemannis Francisque demigrantibus, imo ad Britannias, (9) tempore sc. Theodosii junioris & Valentiniani tertii anno

(1) Ubi Carausium refert apud Bononiam per tractum Belgicæ & Armoricæ pacandum mare accepisse, quod *Franci* & *Saxones* infestabant. Ejusmodi Comitis littori præfecti, Nannetis meminit quoque Ammian. Marcellin. lib. 27. c. 8. Vid. quoque Notit. Imperii.

(2) vs. 370. Idem lib. 8. Ep. 6. *Quot*, inquit, *Saxonum Remiges viderit, totidem te cernere putes Archipiratas.*

(3) Ut lib. 7. cap. 7. ubi *alia*, ait, *regio tradita servitium, sperat Arverna supplicium.* Eodem sensu occurrit illa vox apud Virgil. Æneid. I. vs. 542. Juvenali Satyr. IV. v. 54.

(4) Id genus navium ita describit Isidorus Orig. lib. 19. c. 1. *Mioparo, quasi minimus paro*, (i. e. navigium piratarum, ut ante dixerat,) *idem & carabus. Est enim parva scafa ex vimine facta, quæ contexta crudo corio genus navigii præbet, qualci utuntur Germanorum piratæ in Occani littoribus vel paludibus ob agilitatem.* Ad ejusmodi naves respicit Sidonius verbis in carmine citato.

Cui (Saxoni) Pelle *salum sulcare Britannum*
Ludus: & assuto glaucum mare findere limbo.

(5) Unde tractus fœderati Belgii Saxonicæ nomine venisse, Chron. Holland. Rithmicum his verbis testatur in prœmio:

Du den Boecken-Hoer ic gewagen
Dat all 't Land beneden Nymagen
Wilen Neder-Zassen hiet.

Saxonum quoque vestigia supersunt in pago **Sassem**, s. **Sassenheim**, juxta Nortricum in Hollandia, & **Sackskomhuisen** & **Sakskom** in ditione Cœningensi. Vid. Dousæ Annal. l. 2.

(6) Ita legit Cluverius lib. III. c. 21. Ægidius Bucherius Belg. Rom. lib. 10. c. 10. *Quados* substituit. Mavult Schurzfleisch. Oper. Histor. p. 407. *Chamavos* scriptum.

(7) Adde Aminian. Marcellinum lib. XXVII. c. 7. ubi *Francos & Saxones terra vel mari prædis acerbis, incendiisque, & captivorum funeribus hominum, Gallicanos tractus violasse*, refert.

(8) Latinus Pacatus Dupanius, p. 234. Edit. Grut. 1607.

(9) Hengisto & Hossa ducibus, a Vortigerio Brittonum Regulo adversus Scotos & Pictos, cum Romani domi haberent, quod agerent, in auxilium vocati, quod Beda lib. I. c. 14. ad annum 447. capite autem 15. ad A. 449. factum fuisse refert, atque multis ea in re sibi non constare videtur; sed sine causa: Priori enim loco de invitatione & Legatione ad Saxones missa, posteriori de ipso Saxonum in Angliam adventu eum loqui, verba ipsius clare innuunt, ut Pagius in Histor. Crit. ad annos citatos jam animadvertit. Præter vero Bedam l. c. vide de hoc Saxo-

Digitized by Google

anno Chriſti 430. viam aperuerint. Verum quoniam omnia viciſſitudinibus ſunt obnoxia, Britannias Saxonum quidem propago in hunc usque diem tenet, at quam varias clades in Germania ſub Rege ſuo Witekindo a Carolo M. Francorum Rege Romanorumque Imperatore, experta, quomodove viciſſim, Francis Galliam ſolam prementibus, ad Imperii Romano-Germanici culmen in Ottone Magno Imp. evecta fuerit, inferius paucis videbimus.

Mores populorum.

Omnium Gallorum, ut Cæſar *a)* ait, natio admodum dedita fuit religionibus, ideoque & has noſtras præſertim trans-Rhenanas gentes, quoniam ſub Gallis comprehendebantur, quantumvis barbaras, ab omni religione abhorruiſſe, quis audebit affirmare? Cum cæteris ergo Galliæ nationibus Deum maxime Mercurium, (1) artium omnium, quæſtus pecuniarii, ac mercaturæ inventorem, cujus plurima habebant ſimulachra, coluere; poſt hunc Apollinem & Martem, & Jovem, & Minervam, deque iis eandem fere, quam reliquæ gentes, opinionem habuere. Ad ſacrificia ſua, quæ ſæpe humanis victimis (2) peragebant, Druidibus adminiſtris (3) uſi ſuere. Trans-Rhenani vero, quia gens Germanica, neque Druides (4) habuere, neque ſacrificiis operam dedere, Deorum tamen numero duxere, quos cernebant, & quorum opibus aperte juvabantur, Solem, & Vulcanum, & Lunam: reliquos ne fama quidem accepere. Hæc quidem de his Cæſar, verum aliter Tacitus, (5) at non parvo poſt Cæſarem intervallo: Deorum, ſcribit, *b)* maxime Mercurium illos coluiſſe, ei certis diebus humanis quoque hoſtiis litare, fas habuiſſe, Herculem ac Martem conceſſis animalibus placaſſe, fœminaſque fatidicas habuiſſe, quas inter celebris fuit ſub Divo Veſpaſiano Velleda (6) virgo, *c)* nationis Bructeræ, cujus inter trans-Rhenanas noſtras nationes tanta erat auctoritas, ut ab ea, quaſi numinis internuncia, conſulta reſponſaque acciperent, & augeſcente ſuperſtitione Deam illam arbitra-

a) lib. 6. c. 16. belli Gall.

b) de ſit. & mor. Germ. cap. 9.

c) Id. ibid. & hiſt. lib. 4. cap. 61.

---

num in Angliam tranſitu Malmesb. lib. I. c. 1. de G. K. Angl. Edmundi Gibſonii Chron. pag. 12. Huntiadonienſem lib. 2.

(1) Juxta Cæſarem de B. G. lib. 6. c. 17.

(2) Diræ hanc immanitatis religionem apud Gallos, Cicero quoque teſtatur Orat. pro Fontejo, abolere ſtuduerunt Auguſtus, Tiberius & Claudius Imperatores. Vid. Plin. H. N. lib. 30. c. 1. Suetonius in Claudio c. 25. Mela lib. III. c. 2. Apud Britannos quoque *cruore captivo adolere aras, & hominum fibris conſulere Deos fas habitum fuiſſe*, teſtatur Tacit. Annal. XIV. c. 30. De eadem inhumana conſuetudine apud Germanos idem Scriptor de M. G. c. 9. & 39. quam vero communem fuiſſe cum aliis quoque populis, pluribus exemplis oſtendit Cluv. lib. I. c. 35. Kirchmaj. ad Tacit. l. c. Scythas hominum victima Deos ſuos placaſſe refert Florus lib. III. c. 4. unde ad Europæas gentes, quas ab illis originem ducere ſupra diximus, deteſtabilem hunc morem, tranſiiſſe veroſimile eſt.

(3) Alterum genus hominum apud Gallos *Equitum*, alterum *Druidum* fuiſſe, refert Cæſar lib. VI. de B. G. c. 13. atque de horum munere, ſodalitatisque ipſorum præſide, *rebus*, inquit, *divinis interſunt, ſacrificia publica ac privata procurant, religiones interpretantur: Ad hos magnus adoleſcentum numerus diſciplinæ cauſa concurrit, magnoque ii ſunt apud eos honore; nam fere de omnibus controverſiis publicis privatisque conſtituunt, & ſi quod eſt admiſſum facinus, ſi cædes facta, ſi de hereditate, de finibus controverſia, idem decernunt, præmia pœnasque conſtituunt; Si quis aut privatus aut publicus eorum decreto non ſtetit, ſacrificiis interdicunt. His omnibus præerat unus, qui ſummam habebat auctoritatem: Hoc mortuo, ſi quis ex reliquis excellebat dignitate, ſuccedebat, aut ſi eſſent plures pares, ſuffragio Druidarum adlegabatur, nonnunquam etiam armis de Principatu contendebatur.* Præter hoſce Druides, alios quoque Sacerdotes habuiſſe Gallos, cenſet Schurzfleiſch. Oper. Hiſtor. Diſſ. 66. ubi & varias nominis ſententias refert.

(4) Cæſar lib. VI. de B. G. cap. 21. Sacerdotes tamen habuiſſe paris cum Druidibus poteſtatis Tacitus teſtatur de M. G. c. 7. ubi, *neque*, ait, *animadvertere, neque vincire, neque verberare quidem, niſi Sacerdotibus permiſſum, non quaſi in pœnam ac Ducis juſſu, ſed velut Deo imperante, quem adeſſe bellantibus credunt.* Quibus verbis, quæ Cæſar l. c. prolixius expoſuerat, Tacitus conciſe tradit. Druides quoque, ut Cluverius exiſtimat lib. I. c. 24. p. 203. appellatos fuiſſe, non ſatis conſtat, atque fabulæ ſunt, quæ Suffridus Petri de decem Druidibus apud Friſios refert.

(5) Pluribus teſtimoniis id exponit Cluverius lib. I. Antiq. German. c. 35.

(6) De qua Tacit. l. c. *Mummius*, ait, *Lupercus Legatus Legionis inter dona miſſus* Veledæ. *Ea Virgo nationis Bructeræ late imperitabat; vetere apud Germanos more, quo pleraſque fœminarum*

Digitized by Google

bitrarentur. Quin etiam templa (1) illis fuiſſe, celeberrimum illud Tanſanæ (2) fanum, *a*) quod apud Marſos fuit olim, & ab exercitu Germanici ſolo æquatum, argumento eſt. Cæterum apud Rheni utrique ripæ adjacentes hoſce populos matrimonia ſevera, *b*) (3) agriculturæ, *c*) (4) & victus, *d*) non adeo diligens cura, ut nec cultus, (5) niſi quod victum

a) *Tac. Ann. lib. 1. c. 51.*
b) *Id. de ſit. & mor. Cæſar lib. 6.*
c) *Id. ib. & Mela l. 3. cap. 3.*
d) *belli Gall.*

narum fatidicas, & augeſcente ſuperſtitione arbitrentur Deas. Eam ſub D. Veſpaſiano ſe vidiſſe, refert idem ſcriptor de M. G. c. 8. forte cum capta eſſet ſub Domitiano a Rutilio Gallico, ut Pap. Stat. Sylv. lib. I. Sot. pro Rutilio Gallico v. 90. canit:

Non vacat Arctoas acies, Rhenumque rebellem,
Captivæque preces Veledæ - - -

Suidas in voce Θυάζουσα *Gannæ* quoque meminit, quæ poſt Veledam in Gallia numinis loco vaticinia ediderit, & a Domitiano magnis honoribus fuerit affecta. *Auriniam* inſuper Tacitus l. c. commemorat, quam Germani & complures alias venerati fuerint. Menſo Altingius *Auriniam* ab *ale* & celtica voce **ruin** *ars*, quaſi **Alruin** omnium artium; *Gannam* a **Gau**, *magnæ perſpicacitatis*, *Veledam* a **Veelweet**, *multæ ſapientiæ* fœminas atque Deas, interpretatur in Notit. Germ. infer. p. 102. atque in harum numerum quoque *Nehalenniam*, cujus Inſcriptio meminit apud Sponium Sect. III. no. 90. *Baduhennam*, apud Tacit. lib. IV. Annal. cap. 73. *Deam Aludanam* in Inſcriptione inter monumenta Naſſovica **in Bergendal**, & *Levam* refert ſub illis nominibus. Pluribus de his fœminis fatidicis vide Olaum Wormium in Lit. Dan. c. 5. Schedium de Diis German. c. 43. Kirchmaj. in Not. ad Tacit. de M. G. c. 8. ubi Virgines fuiſſe, quæ domi conſulta dabant, aut una cum exercitu in expeditionem proficiſcebantur, vaticinantes ſic, ut apud nos in militia Cæſareana *Cyageneorum* vetulæ, **die Ziegeneirinnen**, haut inepte ſcribit.

(1) Rara tamen, vel initio penitus nulla, quod teſte Tacito de M. G. c. 8. *nec cohibere parietibus Deos, neque in ullam humani oris ſpeciem aſſimilare, neque ex magnitudine cœleſtium arbitrati* Lucos & Nemora *conſecraverint, Deorumque nominibus appellaverint ſecretum illud, quod ſola reverentia vident.* Scythas ſcilicet, a quibus orti fuerunt, imitati, de quibus idem refert Herodotus in Muſa IV. unde ſacrorum Nemorum & præcipue cultarum quercuum tot veſtigia inter Vahalim & Moſam in Haſſia, Bavaria & alibi adhuc extant, de quibus vide Schurzfleiſch. in Diſſ. cit. Cluver. lib. I. c. 34. Kirchmajer. ad Tacit. l. c. Quia vero ejusmodi loca ſacra ſepire ſolebant, ſucceſſu temporis factum, ut templa quoque in illis exſtruxerint.

(2) Cluver. lib. I. A. G. c. 26. 't **Anfang**, *Principium* omnium rerum interpretatur, atque idem nomen *Baduhennam*, cujus ſupra meminimus, fuiſſe exiſtimat, nomine hujus derivato a voce Arabica *Bedon*, principium. Schatt. in Hiſtor. Weſtphal. p. 75. *Hertham* ſ. **Erde**, Deam, linguæ Germanicæ ignarum voluiſſe ſignificare. Menſo Alting. Notit. Germ. infer. p. 102. *Tanſana* a voce Celtica **Than** ſ. **Dan**, *Præſes*, & **Feen**, *Palus*, compoſitum eſſe, atque *Deam Paluſtrem* ſignificari putat. Loccen. Antiq. Suec. Goth. lib. I. c. 3. Deum Abietinum intelligit nomine *Tanſana*, a **Fan**, *abies*, & **Fan**, *Dominus*, derivato. Cl. H. A. Meinders in Tract. Hiſtor. Polit. de ſtatu religionis in Vet. Saxon. p. 126. *forte etiam*, hac de re ſcribit, *vocabulum Teuſanæ inde derivandum, quaſi dicerent Teu ſane, i. e. ad Fanum, ex Romanorum vocabulo Fanum, quod templum ſignificat.* Mallem ego ejusmodi appellationes a Celtica & Germanica cum Ægidio Menagio ad Proœm. Laertii & Altingio p. cit. alibique paſſim, quam vel Græca vel latina petere. Meminit quoque Tacit. de M. G. c. 40. *Templi*, cui *Herthum Deam ſatiatam converſatione mortalium ſacerdos reddiderit*, quo vero loco Kirchmaj. in notis pag. 409. caſtrum illud nemus, *Herthæ ſacratum*, ut eodem capite dixerat, intelligendum, atque Tanſanæ templum exemplum prorſus ſingulare fuiſſe putat.

(3) Tacit. de M. G. c. 18. *quot ſingulis uxoribus eſſent contenti*, atque *hæ ſepta pudicitia egerint, nullis ſpectaculorum illecebris, nullis conviviorum imitationibus corruptæ*, pœna quoque atroci in adulteras ſtatuta, cit. lib. c. 19. ibique Not. Kirchmaj. Erat quoque Juvenum Venus *ſera eoque inexhauſta pubertas*, ibid. cap. 20. *Maximamque inter ſuos laudem tulerunt, qui diutiſſime impuberes manſerunt, atque intra annum vigeſimum fœminæ notitiam habuiſſe in turpiſſimis habuerunt.* Cæſar. lib. VI. de B. G. cap. 21.

(4) Agriculturæ, *ſcribit Cæſar* de B. G. lib. VI. c. 22. non ſtudent. Tacitus c. 14. de M. G. *Nec arare terram, aut exſpectare annum tam facile perſuaſerit, quam vocare hoſtes & vulnera mereri. Pigrum, quin imo iners videtur ſudore acquirere, quod poſſis ſanguine parare.* Agros tamen, quia ad potum panemque frumento opus erat, coluiſſe, *delegata domus, penatum & agrorum cura fœminis ſenibuſque*, liquet cap. 15. lib. cit. Proprios tamen agros non habebant, ſed ſingulis annis alios attribuebat magiſtratus, ut refert Cæſar l. c. *ne aſſidua conſuetudine capti, ſtudium belli agricultura commutent, ne latos fines parare ſtudeant, potentioresque humiliores poſſeſſionibus expellant, ne accuratius ad frigora atque æſtus tolerandos*

Digitized by Google

ctum attinet, cibi ſimplices, (1) agreſtia poma, recens fera, aut lac concretum; & potus ipſis fuerit humor ex hordeo aut frumento, in quandam ſimilitudinem vini coctus, corruptus dicitur Tacito, cui cereviſia grata non fuit. (2) Ripæ tamen Rheni proximi & vinum mercati (3) fuere. Mercantibus iis (loquimur & hic de Rheno proximis) pecunia prius mercibus ſuis a Romanis acquiſita in uſu, cujus formas quasdam agnoſcebant atque eligebant, Serratos Bigatosque. (4) Nummi autem Serrati erant, quorum extremitas Serræ ad inſtar inciſa erat, probandi gratia, an probi, an vero ſubærati eſſent. Bigati vero erant, quorum unum latus bigas exhibebat, ut plerumque familiarum Rom. nummi antiquiſſimi, ideoque maxime probi. Ad cultum deinde quod ſpectat, inter eos Sicambri, Suevorum more, *a)* crines, qui ipſis natura flavi, (5) creſcere ſiverint, & artificio quodam intorſerint, atque in nodos concinnarint, (6) teſtibus Martiale: *b)*

a) Tacit. de ſit. & morib. Germ. c. 39.

Crinibus in nodum tortis venere Sicambri.

b) Epigr. 3.

Item Claudiano: *c)*

c) de quart. Conſulat. Honorii.

Ante ducem noſtrum flavam ſparſere Sicambri
Cæſariem. Ve-

ædificent; ne qua oriatur pecuniæ cupiditas, qua ex re factiones, diſſenſiones que naſcuntur, ut animi æquitate plebem contineant, cum ſuas quisque opes cum potentiſſimis æquari videat.

(5) De peditibus Germanorum Tacit. de M. G. c. 6. *Nudi aut ſagulo leves. Nulla cultus jactatio.* Idem c. 17. *Tegumen*, ſcribit, *omnibus ſagum, fibula, aut, ſi deſit, ſpina conſertum. Locupletiſſimi veſte diſtinguuntur, non fluitante ſicut Sarmatæ & Parthi, ſed ſtricta, & ſingulos artus exprimente. Gerunt & ferarum pelles, proximi ripæ negligenter, ulteriores exquiſitius, ut quibus nullus per commercia cultus.* Senſus eſt, proximos Rheno pelles non multum curaſſe, quod alia veſtimenta a Gallis & Romanis per commercia cum iis didicerint; Ultimos vero in ſolis pellibus ornatum quæſiviſſe. Nulla ergo cauſa eſt, ut cum Cluverii audaci manu hic quid mutemus, qui & Germanos contra citata & Cæſaris de B. G. lib. IV. cap. I. lib. VI. c. 21. diſerta teſtimonia nimis nudos facit, lib. I. c. 16. merito propterea a Conringio notatus de Republ. Vet. Germ. p. 89. Vide quoque Hachenb. Diſſ. XI. de *Re Veſtiaria Vet. Germ.*

(1) Teſte Tacito de M. G. c. 23. Cæſar quoque lib. VI. c. 21. *Major pars*, ait, *victus eorum lacte & caſeo & carne conſiſtit.* Vide eundem de Suevis lib. IV. c. 1. Cluv. lib. I. c. 17. & Kirchmaj. in Notis ad Tacitum.

(2) Ut & Eobano Haſſo & Henrico Abrincenſi. vid. Kirchm. l. c.

(3) Tacit. cit. cap. 23. Ceterum adeo a vino alieni fuerunt, ut de Nerviis etiam, populo cis-Rhenano, Cæſar lib. II. c. *nullum*, referat, *aditum eſſe ad eos mercatoribus. Nihil pati vini, reliquarumque rerum ad luxuriam pertinentium inferri, quod his rebus relangueſcere animos, eorumque virtutem remitti exiſtimarint.*

(4) Hi a *Bigarum* impreſſa figura, ut *Quadrigati* a Quadrigis, & *Victoriali* iidem a Victoria, quam ducunt, imagine appellantur. *Serrati* vero non a Serræ imagine, ut Alex ab Alexandro, Pierius Valerianus, Althamerus, Fulvius Urſinus, Willichius, Rhenanus exiſtimarunt, ſed quia crenati, ferræque in modum toto margine, ut ſerratæ vel ſerratulæ herbæ folia, inciſuris ſunt dentati. vid. P. Jobertum in Notit. rei nummariæ pag. 66. 174. Cl. Smetius Antiq. Neom. p. 172. Quod etſi ſignum fuerit puræ monetæ argenteæ, impediri tamen ita non potuit, quin adulterini nummi ea forma nonnunquam ſuppoſiti fuerint. Exhibet enim laudatus Cl. Smetius cit. lib. p. 184. nummum ſerratum cum inſcriptione: L. SCIP. ASIAG. i. e. *L. Scipionis Aſiagenis*, ſed *ſubæratum*, ſive cupreum, lamina vero argentea tam arcte incruſtatum, ut dignoſci non queat, niſi per ſciſſuram; quod tamen adulteræ monetæ genus Morellius apud cit. Jobertum pag. 25. infallibilem antiquitatis ac raritatis indicem habet, cum fraude patefacta per edicta publica talis moneta fuerit vetita. Ejusmodi vero nummos Tacit. c. l. *veteſvem* pecuniam vocat, quia obſervante eodem Joberto p. 174. nummi ſolum Conſulares ante Auguſtum ea forma compoſiti ſeſe offerunt, poſt cujus ævum vero nulli tales viſi ſunt.

(5) Imo commune id fuit omnibus Germanis. Tacit. in Agricola c. 10. *Rutilæ comæ, magni artus Germanicum originem aſſeverant.* Niſi quod pro temperie regionis, flavus color aliquando obſcurior, atque vel *aureus* vel *rutilus* vel *rufus* magis fuerit. Lucanus lib. 10. Pharſ.

Pars tam flavos gerit altera Crines,
Ut nullus Cæſar Rheni ſe dicat in arvis
Tam rutilas vidiſſe comas.

Vide pluribus Cluver. lib. I. c. 14. Kirchmaj. ad Tacit. de M. G. c. 4.

(6) De Suevis quoque Tacit. lib. 39. de M. G. *Inſigne gentis obliquare crinem, nodo ſubſtringere.* Seneca lib. III. de ira c. 26. *Non eſt Æthiopis inter ſuos inſignitus color, nec rufus crinis, & coactus in nodum. Apud Germanos utrumque decet.* Vid. Cluv. lib. I. c. 16. p. 131.

Digitized by Google

Vetuſtiſſima his etiam procul dubio conſuetudo fuit, quemadmodum & Germanis Celtisque, vicinis Rheni accolis, prima legitimæ ſobolis indicia flumine judice dare; recens enim natos ad Rhenum detulerunt, ſcutoque impoſitos alveo vel rapidiſſimo commiſerunt, agnoſcentes pro ſuis, quibus unda pepercit; quos ſi hauſiſſet, adulterio conceptos opinati. Meminit hujus moris Claudian. (1) in Ruff. lib. 3. quem Gallis ibi tribuit:

Et quos naſcentes explorat gurgite Rhenus.

Denatos vero ſeu defunctos vita rogo impoſitos cremare ſoliti ſunt, *a)* (2) quanquam pro cultu Gallorum ſumptuoſiora erant funera cis-Rhenanorum. *b)* Armorum autem & rerum bello geſtarum tanta gloria claruerunt, ut nullis hac in parte ceſſerint, ſiquidem qua ultra Rhenum incolebant, cæteris Germanis virtute inferiores neutiquam fuere, jure igitur etiam ad illos hoc: Nullos mortalium armis (3) aut fide ante Germanos eſſe: *c)* qua citra illud flumen habitabant, Belgarum magnifico nomine illuſtres, omnium Gallorum fortiſſimi, vel Julio Cæſare *d)* judice, (4) olim ſunt habiti. Quin etiam in ea Germanorum manu, quam Romani Imperatores corporum ſuorum cuſtodiæ (5) adhibebant, fuiſſe hos, ut exiſtimem, hinc adducor, quod Batavis & Friſiis quoque, quibus contermini fuere, hoc honoris ſit tributum olim, (de Batavis Sueton. in Caligul. c. 43. de Friſiis lapis Interamnæ: (6) HILARIVS NERONIS CORPORIS CVSTOS NATIONE FRISO VIX. ANN. XXXIII.) quod inſuper metu aliquo & ſuſpicione ob Varianam cladem, Germanorum hanc manum dimiſerit Auguſtus, *e)* quanquam eam poſtea idem recepit, ac inter initia Principatus ſui habuit Tiberius. *f)* Certe non levis hinc conjectura eſt, quos e ſatellitio ſuo dimiſit Auguſtus, ſive odio, ſive ſuſpicione, iis, qui Varum & cum eo tres legiones non procul a Teutoburgenſi ſaltu trucidaverant, una aut contigua patria junctos fuiſſe. Adſcribere hic operæ precium exiſtimavi, quæ de Sicambrorum militia habet Wolfgangus Lazius, (7) ſedulus rerum antiquarum indagator: Meminit, ait, Sicambrorum cohortis C. Tacitus Romanorum in exercitu lib. 4. Annal. Item: militabat hujusmodi cohors Romanorum & inclinante imperio, ut ex Marcellino conſtat. Et poſt ea: huc pertinent, quæ de Sicambria civitate, & Sicambrorum legione, in Pannonia ſub Valentiniano in limite Iſtri præſidium agitante, annales Hungariæ

a) Tacit. de ſit. & morib. Germ. c. 27.
b) Cæſ. l. 6. bell. Gall. cap. 19.
c) Tac. Ann. lib. 13.
d) l. 1. bell. Gall. c. 1.
e) Suet. in Aug. c. 49.
f) Tac. l. 1. Annal.

F 3

(1) Nonnus, Theophylactus, Euſtathius, Nazianzenus, Epigramma quoddam Græcum, & omnium primus Julianus Cæſar in Epiſtol. ad Maximum, quorum verba refert Cluverius, atque iſtum, legitimos liberos ab adulterinis dignoſcendi, morem populis ad Rhenum peculiarem fuiſſe putat lib. I. c. 21. longeque diverſum a Trans-Rhenanorum aliarumque gentium conſuetudine, infantes recens natos aqua frigida immergendi, ut corroborentur, cujus Ariſtoteles lib. 7. Polit. Galenus de tuenda ſanitate, Sidonius Apollinaris aliique l. c. meminerunt.

(2) Vide, qui prolixe ſatis hac de re agit, Cluverium lib. I. c. 53.

(3) Tacit. Annal. XIII. c. 54. Idem lib. 4. Hiſtor. cap. 64. Germanos *ad arma natos* ait. Ad hoc armorum & belli ſtudium, de quo vide Cæſarem de B. G. lib. I. c. 36. lib. VI. c. 23. & alibi paſſim, omnis res tum publica, tum privata Germanorum compoſita fuit. Huc tendebant dura juventutis a primis incunabilis educatio, fera atque inter pares & validos matrimonia caſta, ſimplices ac nutrientes cibi, veſtitus tenuis, exercitia militaria, venationes, latrocinia, ſpes immortalitatis, aliaque inſtituta, de quibus Conringius de Republ. Antiq. Vet. Germ. & Werlhofius in Notit. Imper. enucleata, jam ſatis diſſeruerunt.

(4) Qui propterea ex Germanis, quos pacaverat, Uſipiis, Tencteris, Ubiis, aliisque ad inferiorem Rhenum populis, milites in ſuum exercitum conſcripſit, eorumque præcipua opera Vercingetorigem debellavit, Dio lib. 40. atque Pompejum pugna Pharſalia vicit. Vide ipſum de B. G. lib. 8.

(5) Multus in hac re eſt Hadr. Junius cap. V. Batavi.æ.

(6) In Umbria, Italiæ provincia repertus, cujus inſcriptionem Hadr. Junius l. c. quoque refert.

(7) Lib. VI. de Republ. Rom. c. 13. quibus illuſtriſſ. Epiſcopus in Mon. Paderb. additipalatur p. 6. ubi *ex his*, inquit, *Sicambris*. If. Pontanus lib. 2. Orig. Franc. c. 6. conſcriptam arbitratur *Sugambram cohortem, quam Romanus promptam ad pericula, nec minus tantuum & armorum tumultu trucem haud procul inſtruxerat.* Tacit. Annal. 4. *Nec eſt dubium, quin ex his etiam coacta* Legio Sicambrorum, *cujus ſub Valentiniano Imperatore in limite Iſtri præſidium agitantis monumentum in Pannonia prope Budam eſſe repertum, autor eſt Lazius*, lib. 6. de Republ. Romana, c. 13. Bonfinius lib. I. rer. Hungar. Decad. I. *Legionem primam auxiliatricem ex Sicambris auxiliaribus conflatam ſub Valentiniano II. contra Quados, Sarmatas, Gothosque in Pannonia excubias egiſſe*, aſſerit.

Digitized by Google

riæ referunt, & ejus loci veſtigia oſtendunt in Schombri loco ruinoſo haud procul a Buda. Hæc ille. Bonfinius rerum Ungaricarum Decad. 1. lib. 1. ſcribit: ſupra Budam veterem in eadem Danubii ripa vetuſtiſſimæ urbis veſtigia nunc cernuntur, magnumque murorum ambitum referunt, Sicambriam nunc juniores dicunt, a Sicambris, remotiſſimis Germaniæ populis: Nam civitas iſta ex auxiliatrice Sicambrica legione Germaniæ vocem olim aſſumpſit, &c. Ad Lazium revertor; is ibidemque, inter Germanorum cohortes auxiliares in Aphrica contra Gildonem Sicambros quoque fuiſſe, ex Claudiano *a)* probat, ubi is hanc Stiliconis ad Honorium adhortatoriam introducit:

a) *de bell. Gildon.*

Hortator me cogit avus; quonam usque remoti
Cunctamur? decuit pridem complere biremes,
Et pelagi ſuperare moras: transmittere primus
Ipſe paro; quæcunque meo gens barbara nutu
Stringitur, adveniat: Germania tota feratur
Navibus, & ſocia comitentur claſſe Sicambri,
Pallida translatum jam ſentiat Africa Rhenum.

Lingua.

Linguam deinde quod ſpectat horum populorum antiquam, multis de cauſis Germaniæ ſimilis fuiſſe creditur, qua adhuc ii Galliæ populi utuntur, qui Francice non loquuntur, ut omnes populi citra Rhenum, Rheno tamen proximi, Helvetii, Rauraci, Sequani, Allätii, Nemetes, Vangiones, & tota fere Belgia. Nec mirum hoc videri poteſt ei, qui conſiderat, populum Roman. exercitus ſuos in Gallia habuiſſe, adeoque in Galliæ fœcundiore parte, diutiusque fuiſſe preſſam eam, quam nunc Franci inhabitant Galliæ partem, jugo & ſervitute Romanorum. Rhenus quippe & Germania ſæpius & citius a Romanis, quam Gallia reliqua, deſecerunt. Ideoque Romani in Germania & Rheni regionibus non ita celebrem reddere & propagare ſuam linguam potuere, ſicut in interiori Gallia, Hiſpania & Italia. Verum priſcos Galliæ, adeoque noſtros populos illa, quam dixi, lingua (1) uſos fuiſſe, ex innumeris ejus veſtigiis in lingua Francica adhuc conſpicuis videre eſt. Hoc præteritorum perfectorum (per habui *b)* periphraſis, articuli item, quos Latina lingua non habet; denique plurima nominum & verborum themata evincunt, qualia ſunt, (2) ignis, *c)* pulvinar, *d)* ſcamnum, *e)* cancer, *f)* caper, *g)* vexillum, *h)* calcar, *i)* dives, *k)* diuitto, *l)* frico, *m)* occido, *n)* &c. Ad hanc rem porro faciunt priſca Regum ac Ducum Gallorum propria nomina (3) apud Cæſarem, omiſſis ſæpe ac mutatis aliquot literis, ut Latinæ declinationi apta fierent, mire torta. Vetuſtæ præterea Galliæ linguæ aliquot dictiones, ab auctoribus obſervatæ, argumento ſunt nobis, priſcos Galliæ populos, nominatimque hujus Belgiæ, ea, qua adhuc utimur, lingua fuiſſe locutos. Plin. lib. 18. cap. 18. aratra rotulis inſtructa, Gallicum inventum, Pli agratti recte nominavit, ubi tamen Codices, injuria temporum, & incuria ignorantiaque ſcriptorum depravati, Plummarat habent. Lib. item 4. c. 16. Bodicum padum Gallica lingua a Liguribus dictum ait, quod ſignificat fundo carentem, & Bodincomagum oppidum eodem tractu eſſe, nos **Bodenmangel** dicimus: Padum item a picea

b) *j'ay eſcript, ſcripſi. j' avois eſcript, ſcripſeram.*
c) *Feu,* **Feur.**
d) *Couſſin,* **Küſſen.**
e) *Banc,* **Banck.**
f) *Ecrevice,* **Krebs.**
g) *Bouc,* **Beck.**
h) *Banniere,* **Panier.**
i) *Eſperon,* **Sporn.**
k) *Riche,* **Reich.**
l) *Laiſſer,* **Laſſen.**
m) *Grater,* **Kratzen.**
n) *Tuer,* **Tödten.**

(1) Celtica nimirum, origine cum ceteris linguis Europæis omnibus, ut ipſi populi, Scythica, juxta. Boxhorn. de Originibus Gallicis, Salmaſium de lingua Helleniſtica, Morhof. **im Unterricht der teutſchen Sprache** c. 4. atque Leibnizium in brevi deſignatione meditationum de originibus gentium, ſupra jam laudata, cujus poſtremi eruditiſſimi Viri ſententia primitiva in duas ſpecies, *Japeticam*, quam vocat *Celto Scythicam*, populorum nempe Septentrionalium ſive Europæorum omnium, & *Aramæam*, Meridionalium Aſiæ videlicet & Africæ gentium, ſe diviſit, adeo, ut quotquot exiſtant linguæ antiquæ, illius varii tantum dialectus ſint, quod cum Hiſtoriæ ſacræ, atque famæ rationi convenientiſſimum eſt. Quod vero ad linguas attinet Europæas, atque Celticam inprimis, ut conſilio Scythica vocabula, quorum ille nonnulla produxit ex Herodoto, Heſichio, &c. colligantur, omnino optandum eſſet.

(2) Plura vide apud Boxhornium cit. libro.

(3) Qualia ſunt *Ambiorix*, *Vercingetorix*, pro Germanorum **Ambiorich**, **Vercingetorich**, ſolita Germanis terminatione in nominibus, **Henrich**, **Friedrich**. *Litarius* apud Cæſarem de B. G. 7. 37. *Ambactus* lib. VI. 15. *Vergobretus* magiſtratus l. 1. 6. quæ ſunt Germanorum **Ludwich**, & **Ambagt**, **Merck** vel **Berg**, ſive **Burg-Oberſte**. *Lutarius* & *Leonarius* apud Livium lib. 38. 16. *Bracca*, unde Galla braccata dicitur, apud Diod. Sic. 5. 30. vocabula Gallica, eadem vero cum Germanorum **Luther**, **Lonhard**, & Belgarum **Broeck**, veſtimenti genus.

Digitized by Google

cea arbore, quam Galli ita vocent, nominatum, (Paech vult dicere, quod manet adhuc in noſtra lingua.) Idem alibi Gallos medullam margam vocare inquit. Ita apud Suetonium in Galba, (1) præpinguis Gallice Galb intelligitur; ſed vitulus potius: Nam ita præpinguem & obeſum hominem per jocum vocamus. Et Beco, roſtrum, apud eundem in Vitellio (2) adhuc habemus in noſtra vernacula. Quis vero hæc in univerſum vocabula aut Germanica, aut Germanicis ſimillima eſſe negaverit? Quis etiam Germanica illa apud Plinium & Tacitum, Belgis itidem noſtris olim hodieque uſitata fuiſſe, dubitaverit, ut ſunt Ganza, *a)* Herthum, *b)* Gleſum, *c)* quorum illud anſerem, iſtud terram, hoc vitrum ſive ſuccinum vitro pellucido ſimillimum Latinis ſignificat? Reſtat, ut de literarum charactere, quem ad linguam ſuam pernotandam hi noſtri populi uſurparunt, aliquid adducamus. Literarum ſecreta, (3) ait Tacitus de Germanis, *d)* viri pariter ac fœminæ ignorant. Id verum fuerit de interioribus, non tamen de Rheno proximis, quantulum enim amnis inter hos & noſtros cis-Rhenani hujus tractus incolas, quo minus ſicut communi lingua, ita etiam ſimili literarum charactere uterentur? Gallos autem priſcos in publicis nonnullis, privatisque rebus ac rationibus Græcis literis, hoc eſt, literarum notis, uſos fuiſſe, auctor eſt Julius Cæſar, (4) ubi lib. 6. cap. 14. bell. Gall. de Drui-

a) Plin. l. 10. ubi de anſer. Germanicis.
b) c) Tacit. de ſit. & mor. Germ. c. 40. & 45.
d) d. lib. c. 19.

(1) C. 3. ubi hominem præpinguem *Galbam* a Gallis appellari refert, cujus vocis terminatione latina abjecta, remanet Germanorum Kalb, quo nomine Germani hominem obeſum adhuc vocare ſolent. Vid. Glareanum in notis ibidem, & Voſſium in Etymologico.

(2) Cap. 18. ubi *Becco* per roſtrum Gallinaceum explicat, quod eſt ipſum Belgarum Beck.

(3) De Literarum Characteribus hunc locum cum Autore noſtro plurimi accipiunt, atque inde Germanos noſtros plane ἀγραμμάτους fuiſſe, probare contendunt, ſed contra mentem Taciti, niſi quadrata rotundis eum miſcuiſſe velis. Agit enim in iis, quæ verba noſtra præcedunt & ſequuntur, de ſeveris Germanorum moribus, quibus feminarum apud eos pudicitia ſepta atque cuſtodita fuerit. His autem citata verba, quo vulgo accipiuntur ſenſu, præter rem immiſceri, Lipſio in notis ad illum locum ſuboluit, atque propterea Berneggerus æque ac J. F. Gronovius de literis amatoriis, quarum hic nonnulla exempla e latinis & Græcis Scriptoribus adfert, ibi agi cenſuerunt. Convenientiſſimum autem mihi videtur, loqui Tacitum de occultis notis, quibus amantes vel nutu, vel certo digitorum, vino madidorum, in menſa ductu, laſcivos amores ſibi invicem declarabant, quales artes Ovidius *Amorum* lib. I. Eleg. IV. 17. ita deſcribit:

Me ſpecta nutusque meos, vultumque loquacem:
Excipe furtivas, & refer ipſa notas.
Verba ſupercilii ſine voce loquentia dicam,
Verba leges digitis, verba notata mero.

Et *Heroidum* Epiſt. XVI. ubi Helena Paridi ita reſpondet atque ſuum amorem declarat:

Ah quoties digitis, quoties ego tecta notavi
Signa ſupercilio, pœne loquente dari.
Et ſæpe extimui, ne Vir meus ille videret,
Non ſatis occultis *erubuique* notis.
Sæpe vel exiguo vel longo murmure dixi,
Nil pudet hunc, nec vox hæc mea falſa fuit.
Orbe quoque in Menſæ legi ſub nomine noſtro,
Quod deducta *mero littera fecit*, Amo.

Quæ etſi ab Eruditorum Virorum, quos ſupra laudavimus, ſententia parum differant, propius tamen a mente Taciti abeſſe putamus, quippe quod de ſignis ac notis, quibus amantes non abſentes, ſed in Conviviis ac ſpectaculis præſentes libidinem ſibi invicem declarabant, agere videatur, qua de re pluribus egimus in Diſſert. *de Defectu Veter. Scriptor. Germ.*

(4) Hottomannus, Gothofredus, Jungermannus & Arn. Montanus vocem *Græcis* expungendam cenſent, quod Cæſar alias ſibi repugnaret, quippe cum lib. 5. c. 48. Epiſtolam *Græcis* literis conſcriptam Equiti cuidam Gallico ſe tradidiſſe referat, ne ſua ab Gallis hoſtibus Conſilia animadverterentur. Quia Aldus Manutius, Fulvius Urſinus & Petrus Ciaconius nihil mutant, atque Cicero inſuper Orat. pro Fontejo Gallorum linguam *barbaram & immanem* vocat, Cæſarem priori loco de Druidibus tantum loqui cenſeo cum Schurzfleiſchio Diſſert. de *Vet. Inſtit. Drui-*

Digitized by Google

a) *d. lib.*

Druidum disciplina & discipulis agit. Apud nostros ergo populos eundem scribendi modum obtinuisse, tum hinc, tum ex Tacito *a)* (1) constabit, qui Asciburgi, quod in ripa Rheni situm fuit, hodie **Essenberg**, vicus est in Comitatu Moersensi, aram Ulixi consecratum, adjecto Laertæ patris nomine, olim reperiam esse, ait, quod quamvis ille neque confirmare argumentis, neque refellere voluerit, quod tamen addit, monumenta & tumulos quosdam Græcis literis inscriptos in confinio Germaniæ, *b)* Rhetiaque (non Rhetiæ, ut habet emendatior lectio) adhuc extare, fidem assertioni nostræ dabit. Hinc est, quod antiqui Franci, qui sub Marcomiro & Pharamundo Gallias devicerunt, suas habuerint a Græcis parum distantes literarum notas; quibus Wastaldus eorum patrio sermone descripsit historiam. *c)* Hinc quoque est, quod nonnullæ literarum Græcarum figuræ adhuc manserint inter Francorum characteres, quibus tempore Carolingorum usi sunt Franci, sicut in illorum nummis aureis, *d)* ad Rhenum passim inventis, conspiciuntur. Sed lectionem istius loci apud Tacitum emendandam, & non *ασκιπόγιον*, sed *ὀδυσσειακὸγιον*, ab Ulixe seu *ὀδυσσεῦ* sic nominatum, legendum, proque oppido **Dousberg** *e)* (2) ad Issalæ ripam sumendum esse, dicat aliquis, is certe, præterquam quod fabulam nobis attulerit, sententiam allatam confirmabit potius, tantum abest, ut eam destruxerit. Sic enim & trans-Rhenanis saltem aliquibus literarum secreta non omnino ignota fuisse, extra dubium erit.

b) *quid per confinium Germaniæ intelligat, vide ipsum hist. l. 4.*

c) *Henr. Corn. Agrippa de vanit. scient. cap. de literar. elementis.*

d) *istorum nummorum exemplar postea exhibebimus.*

e) *Drusoburgum à Druso & fossa Drusiana, h. e. Issala, Lipsius auct exilissimat in not. ad Tac. Annal. l. 13.*

Hæc de antiquis cum populis, tum moribus, lingua item, ejusque charactere, quibus res patriæ nostræ olim stetit; sequitur, ut ad secundum librum perveniamus, & Romanorum Impp. seriem cum rebus apud populos & Provincias has gestis perstringamus.

LIB.

Druidum §. 2. Græcas vero literas cum Phocæensium colonia Massiliam allatas fuisse, atque inde Gallis innotuisse, Strabo lib. IV. his verbis innuit: *atque ideo Urbs ea* (Massilienium) *paulo ante quidem barbaris loco ludi literarii patefacta est, & Græcarum literarum studiosos reddidit Gallos, ut Contractuum quoque formulas Græce conscriberent.* A Gallis porro Germani eas acceperunt. Tabulas enim *literis Græcis* scriptas in Castris Helvetiorum repertas fuisse, testatur Cæsar lib. I. c. 30. Chilpericum quoque, Francorum Regem, quatuor literas Θ Ψ Ζ Π jussisse prioribus addi, refert Gregorius Thuronensis lib. 5. c. 44. Wastaldum denique res Francorum patrio sermone, ast literis similibus characteribus Græcis descripsisse, Trithemius narrat. v. Hachenb. Germ. Med. Dissert. 7. §. 5. Imo & Populos Septentrionales Alphabetum suum Runicum ex græcis literis efformasse, perquam mihi verosimile reddit Vir Cl. Joh. Per. **Ludewig, in der Einleitung zu dem teutschen Müngwesen**, c. XII.

(1) De M. G. cap. 3. ubi vide Kirchmajeri notas.

(2) De quo vide infra.

Digitized by Google

LIBER II.

De Romanorum Imperatorum apud populos & provincias has res gestis.

HOc Libro secundo Romanos Imperatores, solos posthac in hisce provinciis ad tempora usque labentis Imperii rerum Dominos, resque sub iis hic locorum gestas, recensere necesse habemus: interea tamen Regum, Principum ac Ducum, qui tempestate illa, cum Romani cuncta ad se raperent, apud populos hosce ægre potestatem suam servare ac retinere potuerunt, mentionem, ubi apud auctores occurrunt, faciemus.

JULIUS igitur CÆSAR, cum majori, quam ullus unquam antea Romanorum Imperatorum, rerum gerendarum cupidine flagraret, *a)* ex omni provinciarum copia Gallias potissimum propter idoneam triumphorum materiam elegit; *b)* Galliaque Transalpina, mox & Cisalpina acceptis: Illyrico *c)* insuper, Helvetico, & altero contra Ariovistum, Germanorum Regem, (1) bellis confectis, *d)* Belgas, qui tertiam Galliæ partem (2) incolebant, aggressus est, P. Corn. Lentulo, & Q. Metello Nepote Coss. Ann. ab Urbe condita DCXCVII. Horum non ignobilis portio erant Eburones ac Menapii, hodie Juliacenses, Geldrienses, & Clivii, qui una cum cæteris Belgarum nationibus, eo quod Cæsarem prospero rerum successu ferri viderent, *e)* ac, ne omni subacta Gallia ad se quoque Romanus exercitus adduceretur, verentur, *f)* arma adversus Cæsarem sumpserunt, ac imperatam armatorum summam Eburones quidem iisque vicini, quadraginta millia, at Menapii septem, & ut habet Orosius, *g)* decem millia in aciem sub Adra, summo belli præfecto, *h)* produxerunt, sicque reliquo Belgarum exercitui conjuncti, Cæsaris exercitum primo perterritum in fugam verterunt, *i)* inde Rhenorum, qui paulo ante in fidem Cæsaris transierant, oppidum, nomine Bibrax, *k)* (3) quod millia pass. Jul. Cæsar.

a) *Dion. l. 39.*
b) *Suet. in Jul. c. 22.*
c) *Idem ibid.*
d) *Cæs. l. 1. belli Gall.*
e) *Dion. l. 39.*
f) *Cæs. l. 2.*
g) *lib. 6. c. 7.*
h) *Dion. l. 39.*
i) *Eutrop. lib. 6.*
k) *vid. Malianum & consule Merulam.*

(1) Arioviſtum *Regem & Amicum Populi R.* in Conſulatu ſuo appellatum fuiſſe, refert Cæſar de B. G. l. 1. c. 35. & 43. quos honores *pro magnis meritis* dare populum R. conſueſſe, Syphacis filio, cum eosdem honores peteret, reſponſum fuiſſe, teſtatur *Livius* lib. 31. c. 11. Aſt quæ Arioviſti in Romanos merita? Ea itaque de cauſa Cæſarem iſtos honores Arioviſto conciliaſſe ſuſpicor, ut in Galliam iturus eum haberet Amicum. Hoc quoque S. P. R. decretum eſt procul dubio illa Κύρωσις τῆς βασιλείας, *Confirmatio Regni Arioviſti*, de qua ſcribit *Dio Caſſius* lib. 38. Quorum vero Populorum Rex fuerit Arioviſtus, valde obſcurum eſt. *Harudes* quidem, *Marcomannos*, *Tribocos*, *Nemetes*, *Vangiones*, *Suevos*, *Seduſios* Arioviſtum adverſus Romanos duxiſſe, refert *Cæſar* lib. 1. c. 51. Aſt omnium quoque horum populorum Regem fuiſſe haud dicitur, nec credibile eſt, Regnum Arioviſti in Cattos usque, qui Suevorum nomine apud Cæſarem veniunt, ſe extendiſſe. Marcomanni itaque, Harudes & Seduſii ipſius Regno obnoxii, ceteri autem ejus tantum Socii fuiſſe videntur. Clivize autem & tractus Juliacenſis Incolas huic Arioviſti expeditioni haud interfuiſſe, ex eo mihi fit veroſimile, quod ipſorum Vicini, Ubii, Suevos, qui in auxilium Arioviſto proficiſcebantur, inſecuti, magnum ex illis numerum occiderint. *Cæſar* lib. 1. c. 54. coll. 37. Ceterum de belli ejus cauſis, & loco cladis, quam Arioviſtus paſſus fuit, vid. Cl. *Cellarii* Diſſ. de *Julii Cæſaris adverſus Arioviſtum geſtis*. Illuſtr. a *Coccejus* J. P. c. 6. in f. *Grotius* de J. B. & P. lib. 1. c. 3. §. 5. num. 4. *Schatenius* in Hiſt. Weſtphaliæ pag. 28. & ſeqq.

(2) Etenim Galliam in tres partes, quarum unam Belgæ incoluerint, refert *Cæſar* de B. G. l. 1. c. 1. cujus proin tempore fines Belgicæ fuerint Sequana, Matrona, Oceanus, Sequani & Helvetii. Auguſtus vero ſicut Provincias reliquas Orbis Romani ordinavit & inæqualitatem correxit, ita Belgicæ *Sequanos & Helvetios* adjecit, ut liquet ex *Plinio* lib. IV. c. 17. & *Ptolomæo* lib. II. c. 9. qui Mediomatrices Sequanos, Helvetios & Rauricos ultimos in Belgarum recenſione ponunt.

(3) De qua *Cæſar* lib. II. c. 6. *Ab ipſis*, inquit, *Caſtris oppidum Remorum nomine Bibrax aberat millia paſſuum* VIII. *id ex itinere magno impetu Belgæ oppugnare cœperunt, agre eo die ſuſtentatum eſt.* Quo vero loco illud poſitum fuerit, incertum eſt. *Cellarius* in Geograph. Antiquit. Vol. I. p. 391. Hoc vero certum, diverſum fuiſſe a *Bibracte*, *Æduorum oppido longe maximo & copioſiſſimo*, de quo *Cæſar* lib. I. c. 23. quod *Vinand. Pighius* cum aliis *Auguſtodunum* fuiſſe cenſet p. 20. ſed vide Cellarium Vol. I. p. 214.

Digitized by Google

paſſ. VIII. a Romanis aberat caſtris, magno impetu oppugnare cœperunt, ſed ſpe potiundi oppidi dilapſa, Romanis quoque, quos inter & ipſos palus erat, juſto prælio decertare detrectantibus, ac, ubi neutri initium tranſeundi paludem facerent, in caſtra reductis, tranſire poſtea Axonam fluvium (hodie Alsne) conati quidem ſunt, ut Q. Titurii caſtellum expugnarent, pontem interſcinderent, Rhemosque a Romanis divellerent: verum equitatu Cæſaris præventi & quodammodo afflicti, hac iterum ſpe fruſtrata, domum ſuam quemque reverti, & in quorum fines primum Romani exercitum introduceret, ad eos defendendos undique convenire, optimum eſſe conſtituerunt. Facile dehinc Cæſari fuit, unaquaque Belgarum civitate expugnata, præſidia apud eos firmare, (quorum etiam unum fuit, quod in Advatuca Eburonum ſtatuit,) ac Belgas omnes aut ad deditionem compellere, aut, qui eam detrectarent, exſcindere, *a)* donec eadem ratione anno ſequente æſtate prope exacta (1) in Menapios, id eſt, Geldrienſes & Clivenſes, quoniam in armis cum Morinis adhuc eſſent, neque ad eum legatos de pace unquam miſiſſent, exercitum abduxit, arbitratus, id bellum celeriter confici poſſe. Verum illi opinionem Cæſaris egregie fefellerunt. Nam ubi denſioribus ſylvis & paludibus, *b)* in quibus omnia, quæ chara habebant, occultaverant, abderentur, Romanus quoque miles, quia hyems appetebat, imbrium continuatione exagitaretur, Cæſar vaſtatis eorum agris, ædificiisque incenſis, exercitum in hyberna apud eas civitates, quæ proxime bellum fecerant, reduxit. *c)* Ea autem, quæ ſecuta eſt, hyeme, qui fuit annus Cn. Pompejo & M. Craſſo Coſſ. Ann. ab Urb. Cond. DCXCVIII. Uſipetes Germani, & Tenčteri, quod a Suevis complures annos bello preſſi & agricultura prohibiti eſſent, magna cum multitudine hominum Rhenum tranſierunt, non longe a mari, quo Rhenus influit, & qua regione Menapii incolebant, & ad utramque ripam fluminis agros habebant, iis occuparis, reliquam partem hyemis ſe horum copiis aluerunt. *d)* His de rebus Cæſar certior factus Anno ſequente, ſcilicet Urb. Cond. DCXCIX. ubi jam longius in fines Eburonum, hodie Juliacenſium, numero CCCCXXX. millium proceſſerant, ac magnam equitatus ſui partem trans Moſam prædandi frumentandique ergo miſerant, *e)* Moſulam navali ponte transgreſſus, *f)* nihil tale quid metuentes (2) hoſtes prælio ingenti partim fudit, partim in fugam compulit, qui cum ad confluentem Moſæ & Rheni (3) perveniſſent, reliqua fuga deſperata, magno eorum numero interfecto, reliqui ſe in flumen præcipitaverunt, atque ibi timore, laſſitudine, & vi fluminis oppreſſi, cum uxoribus ac liberis miſerandum in modum perierunt. *g)* Equitatus, qui, ut dictum, magno ſuorum exitio abfuerat, ſtragem hac percepta in Sicambrorum, id eſt, Clivenſium & Marckenſium trans-Rhenanorum fines receſſit, ſeque cum iis conjunxit. (4) Cæſar eo miſſis ſuis eos ſibi dedi poſtulavit, non quod id ſe impetraturum ſperaret, neque enim tum tantus Romanorum terror eos, qui trans Rhenum incolunt, habebat, ut id genus juſſis eorum obtemperarent: (5) ſed ut hanc occaſionem Rheni tranſeundi haberet. Itaque cum equites non dederentur, atque ipſe ab Ubiis, qui Sicambrorum vicini, iidemque hoſtes erant, vocaretur, Rhenum

a) *Cæſar l. 2. bell. Gall.*

b) *vid. Dion. lib. 39.*

c) *Cæſar l. 3. bell. Gall.*

d) *Idem l. 4. bell. Gall. Dio Caſſ. lib. 39. p. 112.*

e) *Cæſ. ibid.*

f) *Flor. l. 3. c. 10.*

g) *Cæſ. d. l.*

(1) Belloque cum Venetis, populis Britanniæ minoris, primum confecto, de quo *Cæſar* lib. II. *Oroſius* lib. 6. c. 9.

(2) Tempore nimirum induciarum, & deceptis, quos Germani juvenum quorundam facinus deprecatum miſerant ad Cæſarem, majoribus, quare *Cato* cenſuit, *Cæſarem ipſum hoſtibus dedendum eſſe, ut pro Civitate perfidiam expiaret. Dio* lib. XX. c. 19. *E. Waſſenbergii* Embrica p. 3. *Schaten.* Hiſt. Weſtph. p. 31.

(3) *Cæſar* lib. IV. c. 15. ubi *Cluverius* l. II. c. 14. *Moſellam* ſubſtituit, quem *Hadr.* quoque *Valeſius* in Notit. Galliæ p. 363. ſequitur, *Cellarius* vero cum *Iſaaco Pontano* Diſcept. Chorogr. P. I. c. 5. libris omnibus illam emendationem adverſari, atque communem lectionem ſervandam cenſet Vol. I. Geograph. Antiquit. p. 268. & in Diſſert. *de Rebus Julii adverſus Arioviſtum* §. 32.

(4) Qui vero ad Cæſarem miſſi erant Principes Teuthenorum, & natu Majores, reverti ad ſuos noluerunt, ſed Romanis militarunt, atque una cum aliis, quos Cæſar e Gallis & Germanis conſcripſerat, in acie Pharſalica ſtrenue pugnarunt. *Dio Caſſius* lib. 41. *Florus* lib. 4. c. 2. *Waſſenberg.* cit. lib. p. 8. *Schatenius* in Hiſt. Weſtph. p. 34.

(5) Intrepidi Sigambri Cæſari reſponderunt, ut ipſe refert lib. IV. c. 16. *Populi Romani Imperium Rhenum finire; ſi ſe invito Germanos in Galliam tranſire non æquum exiſtimaret, cur ſui quidquam eſſe Imperii aut poteſtatis trans Rhenum poſtularet?*

Digitized by Google

num ponte conſtratum tranſiit, (ut vult Joan. Jucund. Veron. in Menapiis,) (1) ſed cum Sicambros in loca munita ſe recepiſſe inveniret, Suevos autem ad auxilium his ferendum coire, intra vigeſimum diem ponte reſciſſo regreſſus eſt, *a)* procul dubio tunc a Sicambris, ut Plutarchus ſcribit, pulſus. (2) Atque hac de cauſa Menapiis mox in deditionem acceptis, veriſimile eſt, Cæſarem conſtituiſſe hinc inde præſidiis & caſtellis (3) Rheni ripam adverſus Barbaros muniiſſe. Exigua autem parte æſtatis reliqua, Cæſar, quod omnibus fere Gallicis bellis, hoſtibus ſuis inde ſubminiſtrata auxilia intelligebat, in Britanniam proficiſci contendit, (4) in quam cum trajeciſſet, facto prælio Britannos, ut ſe Cæſari commendarent, impulit, indeque obſidibus acceptis, in Galliam rediit. At Q. Titurius, & L. Cotta legati, qui in Menapiorum fines juſſu Cæſaris legiones duxerant, omnibus eorum agris vaſtatis, frumentis ſucciſis, ædificiisque incenſis, quod Menapii, ſicut anno ſuperiore, omnes ſe in denſiſſimas ſylvas abdiderant, ad Cæſarem ſe receperunt, Cæſar in Belgis omnium legionum hyberna conſtituit. *b)*

a) Dion. l. 37.

b) Cæſ. l. 4.

Anno Urb. Cond. DCC. Lucio Domitio & Appio Coſſ. poſtquam ſecundo Cæſar in Britanniam profectus, (5) iterum in hyberna militem reduxiſſet, initium repentini tumultus ac defectionis ortum eſt ab Ambiorige & Cativulco, Eburonum Regibus, Inducimari Treviri impulſu. Ambiorix ergo Q. Titurio Sabino & L. Cottæ, qui apud Aduatucam hyemandi cauſſa conſederant, ut caſtris exirent, ſi ſe ſuosque incolumes vellent, per fraudem ſic compoſita oratione perſuadet. (6) Illos deinde e caſtris egreſſos, inſidiis in valle diſpoſitis intercepit; ac una cum exercitu unius legionis & quinque cohortium oppreſſit. *c)* Neque ulla de Ambiorige ultio, quippe qui perpetua fuga latuit, *d)* primum apud Menapios, *e)* (7) mox trans Rhenum apud Germanos. Quapropter Cæſar illis in deditionem compulſis Ann. Urb. Cond. DCCI. C. Domitio Calvino, & M. Valerio Meſſala Coſſ. hos, ponte iterum apud Ubios, paulum ſupra eum locum, quo antea exercitum traduxerat, *f)* tranſito, bello eſt adortus. In Ambiorige enim, modo hac modo illac diffugiente, inſequendo negotium habuit; poſtquam eum nulla ratione comprehendi poſſe vidit, in Germanos, quod Treviris ſuppetias ferre voluiſſent, arma convertit: Inde quoque mature metu Suevorum ſe recepit, nulla re perfecta, quam quod gloriam Rheni altera vice Trajecti reportavit: pontis ea parte, qua ad Germanos per-

c) Cæſ. l. 5.

d) Flor. l. 3. c. 10.

e) Cæſ. l. 6.

f) Cæſ. cod. lib. 6. 9.

(1) In Commentatione de Ponte Cæſaris in Notis variorum ad *Julium Cæſarem* pag. 419. Edit. Lugdun. A. 1606. Veroſimilius eſt, quod cenſent P. *Heuterus* in Vet. Belg. l. I. cap. 8. *Schaten.* in Hiſt. Weſtphal. p. 30. in Ubiis, (inter Coloniam Agrippinam & Bonnam) quippe amicis Cæſaris, apud quos tutus erat, pontem poſitum fuiſſe, cujus ſtructuram varie delinearunt Viri eruditi, *Joh. Jucundus Veron.* l. c. *Jul. Cæſ. Scalig. Hieron. Magius*, *Adrianus Turnebus* in Comment. ad Jul. Cæſarem p. 420. & ſqq. ejusd. Edit. *Lipſius* Poliocret. Lib. II. in f. *Broelmannus* apud Vorburgium T. II. p. 174.

(2) Quod & *Pompejus* apud Lucanum lib. II. ita Cæſari exprobrat:

Gelidis Rheni qui fugit ab undis.

(3) Circa eadem quoque tempora Cæſarem arcem Clivenſem adverſus Germanos conſtructam fuiſſe, exiſtimat *Pighius* in Herc. Prodic. p. 3. Inſcriptione quoque, quæ adhuc in atrio arcis ejus conſpicitur, inductus. Sed vid. Not. ad lib. præc.

(4) De cujus expeditionis cauſa pariter ac eventu Scriptores inter ſe non conveniunt. *Cæſar* ipſe lib. IV. c. 20. *propter auxilia Gallis inde ſubminiſtrata*; *Suetonius* in ejus Vita c. 47. *ſpe Margaritarum*; *Dio Caſſius* lib. 40. p. m. 122. *ingenti cupiditate inſulæ potiundæ*, revera illam ſuſceptam fuiſſe ſcribunt. De ſucceſſu admodum pro more ſuo glorioſe ſcribit *Cæſar* lib. IV. c. 22. & ſeq. Scriptores vero Anglici multis cladibus affectum reverſum fuiſſe referunt. Certe Lucanus lib. II. v. 698. de Cæſare ſcribit:

Territa quæſtis oſtendit terga Britannis.

(5) Trajiciens in Britanniam ex portu Morinorum *Illio*, de cujus ſitu magna eſt Eruditorum Virorum diſſenſio. Vide *Cellarium* Vol. I. p. 376. 377. De ipſa hac altera expeditione *Cæſarem* lib. V.

(6) Jurejurando quoque pollicitus, tutum ſe iter per fines ſuos daturum. Vide Orationem apud *Cæſarem* lib. 5. c. 27. & *Dion. Caſſium* lib. 40. p. m. 123.

(7) Cliviæ incolas, cum quibus Ambiorigi hoſpitium eſſe ſciebat, tum primum coactos, ut Legatis ad Cæſarem miſſis pacem petierint. *Cæſar* lib. VI. c. 5.

Digitized by Google

pertinebat, reſciſſa, caſtellum (1) impoſuit, ut crebro ea tranſiturus videretur. Secundum hæc ira effugii Ambiorigis pernotus, ejus patriam, quanquam nihil tum moviſſet, omnibus, qui vellent, diripiendam palam propoſuit, eo conſilio, ut quàm plurimi ad hoc
a) *Dion. l.40.* convenirent, *a)* Cæſar *b)* addit, ut potius in ſylvis Gallorum vita, quam legionariorum
b) *lib.6.bell. Gall. c.34.* periclitaretur, ſimul ut magna multitudine circumfuſa pro tali facinore, ſtirps ac nomen Civitatis tolleretur. Itaque multi cum Galli, tum Sicambri ad prædam confluxere. Cæterum Sicambris, qui præda invitati longius procedebant, non ſatis fuit ex Eburonibus prædam egiſſe, ſed ipſos quoque Romanos petierunt, quos ut frumentatum digreſſos animadvertiſſent, caſtra nimirum Aduatucam aggreſſi ſunt, Romanorumque, re percepta
c) *Dion. d. l.* ad deſendendum caſtra recurrentium, multos occiderunt: *c)* attamen expugnatione Aduatucæ deſperata, Germani trans Rhenum ſe receperunt, non exiguo ſui apud Romanum militem metu (2) relicto. Quorum omnium maxime admirandum videbatur, quod Germani, qui eo conſilio Rhenum tranſierant, ut Ambiorigis fines depopularentur, ad
d) *Cæſ. lib. 6. cap. 49.* Caſtra Romanorum delati, optatiſſimum Ambiorigi beneficium obtulerunt. *d)* Cæſar, quia & hyems prope & Romæ tumultus erat, nullam vindictam (3) exigere cum poſſet,
e) *Dion. d. l. & Cæſ. l. VII. c. l.* milites in hyberna dimiſit, ipſe in Italiam profectus eſt. *e)* Veruntamen anno ſequente, qui fuit Urb. Cond. DCCII. Cn. Pompejo Coſ. ſolo, præter Rhemos, Treveros, & Lingonas univerſi Galli, interque eos noſtri Eburones, ob prædam procul dubio ex iis actam, Cæſarem oppugnatum convenere, ſed ab eo victi ſunt, capto (4) eorum Imperatore
f) *Vid. Cæſ. l.7. bell. Gall.* Vercingetorige. *f)* Poſthæc Ann. Urb. Cond. DCCIII. Cæſar C. Trebonium in Belgio
g) *Aul. Hirtius l.8. bell. Gall. in f.* cum quatuor legionibus collocat, ſic enim exiſtimabat, tutiſſimam fore Galliam, ſi Belgæ, quorum maxima virtus, exercitibus continerentur. *g)* Sic tandem novem annorum labore quietam habuit Galliam, neque tamen impune, aliquoties enim adverſum expertus eſt caſum: *h)* Et Pompejus apud Lucanum *i)* narrat, fugiſſe Cæſarem ex Germania:

h) *Sueton. in Jul. c.25.*
i) *Lucan. Pharſal. l. 2.*

- - - - *multisne rebellis* (inquit)
Gallia jam luſtris, etasque impenſa labori
Dant animos? Rheni gelidis quod fugit ab undis?
Oceanumque vocans incerti ſtagna profundi
Territa quæſitis oſtendit terga Britannis.

Imperator Maximilianus Flamini Romano interroganti, num Cæſaris commentaria legiſſet? reſpondit: Cæſarem de rebus ſuis inflatius ſcripſiſſe, ut qui ſe victorem,
k) *Aven. ann. Boj. l. 1. c. 12. §. 28.* cum victus ſit, faciat. *k)* Cæterum confectis bellis quinquies triumphavit. Primum etiam excellentiſſimum triumphum egit Gallicum, ejus triumphi die Velabrum prætervehens, pene curru excuſſus eſt, axe defracto, aſcenditque Capitolium ad lumina, quadra-

(1) Ita *Dio Caſſius* p. m. 135. Ipſe Cæſar *Turrim tabulatorum IV. ſe conſtituiſſe atque præſidium Cohortium XII. pontis tuendi cauſa ibi poſuiſſe*, ſcribit lib. VI. c. 29.

(2) Quem nec *Cæſar* diſſimulavit, qui lib. VI. c. 48. *ac*, ſcribit, *tantus fuit etiam poſt diſceſſum hoſtium terror, ut ea nocte, quum C. Voluſenus miſſus cum equitatu ad Caſtra veniſſet, fidem non faceret, adeſſe cum incolumi Cæſarem exercitu.* *Sic omnium animos timor præoccupaverat, ut pene alienata mente, deletis omnibus copiis, equitatum tantum ſe ex fuga recepiſſe dicerent.*

(3) *Niſi quod milites magno numero coactos in omnes partes dimiſerit, omnes vicos, ædificia incenderit, Cæſar* lib. VI. c. 43. *Hirtius* lib. VIII. B. G. c. 24. a qua propterea vaſtatione Clivi quoque & Juliæ tractus haud immunes fuerunt.

(4) Imo clade accepta ſe ipſum dedidit Cæſari Vercingetorix, *quum integro etiamnum corpore effugere poſſet, ſperans, quia aliquando Cæſaris amicitia uſus erat, poſſe ſe veniam ab Eo impetrare, ad quem non implorata ante per illum internuncium pace ſe contulit, ſedentique pro tribunali repente in conſpectum venit, quæ res animos quoque nonnullorum terruit. Erat enim Vercingetorix ſtaturæ proceræ, magnamque armorum gloriam habebat. Facto ſilentio inhil locutus, in genua concidit, manuque tendens ſupplicis geſtum exhibuit. Erant, quibus ea res miſericordiam moveret, priſtinam hominis fortunam cogitantibus, præſentemque calamitatem ante oculos cernentibus. At Cæſar id, quod maxime ad ſuam ſalutem ille factorum ſpectaverat, amicitiæ prioris conjunctionem cum bello illato contulit; oſtenſoque quibus cum meritis affeciſſet, quaque ab eo accipere ipſum par fuiſſet, delicti gravitatem auxit, eamque cauſam habuit, cur neque miſericordia tum profequeretur Vercingetorigem, & ſtatim in vincula conderet, quem poſt in triumpho ductum necavit.* *Dio Caſſius* lib. 40. p. m. 140.

Digitized by Google

draginta elephantis dextra ac ſiniſtra lychnuchos geſtantibus. *a)* Et milites ejus inter cætera carmina, qualia currum proſequentes joculariter canunt, etiam vulgatiſſimum illud pronuntiaverunt: a) *Sueton. in Jul. c. 37.*

Gallias Cæſar ſubegit, Nicomedes Cæſarem,
Ecce Cæſar nunc triumphat, qui ſubegit Gallias:
Nicomedes non triumphat, qui ſubegit Cæſarem. b) b) *Id. c. 49.*

Tribus & viginti vulneribus interfecto (1) Cæſare An. ab Urb. Cond. DCC. fere & IX. ſucceſſit ei OCTAVIUS, ob auctum ab eo (2) & excultum imperium AUGUSTUS Octavius Auguſtus. **appellatus. Hic quamvis feliciſſimus omnium Imperatorum fuerit, clades tamen omnino duas, nec alibi, quam in Germania a majoribus noſtris accepit, Lollianam & Variana**m, ſed Lollianam majoris infamiæ, quam detrimenti, Varianam pene exitiabilem, tribus legionibus cum duce legatisque & auxiliis omnibus cæſis. *c)* Cum enim Sicambri, vicini amnis accolæ, eorumque auxiliarii Uſipetes & Tencteri ægre ferrent, Populi Rom. exercitum ad Rhenum inſolefcere, & jam inveteraſcere, primum quosdam Romanorum in ſuo ſolo deprehenſos in crucem egerunt, deinde Rheno transmiſſo Galliam depopulati ſunt. *d)* Conſecuta ſtatim eſt nobilis illa clades Lolliana, quam Strabo l. 7. attingit. Belli initium fecere Sicambri, Rheno proximi, duce Melone. Hi correptis armis ſubito & improviſo Romanos vi adoriuntur, M. Lollium, (3) hominem vitioſiſſimum & pecuniæ, quam recte faciendi cupidiorem, cum copiis profligant, aquila quintæ legionis potiuntur, incremantque, *e)* An. U. C. 737. Hæc legio apud veterа ſtationem habuit, ut tegulæ (4) ibidem inventæ teſtantur. Audita hac clade Auguſtus ab urbe in Gallias perrexit, ſentiensque, ſe eas & conterminas provincias tuto & quiete tenere non poſſe, quod crebro Germani in Romanas provincias incurrerent, honore ſimul patris ſui Cæſaris ductus, quem bis transvectum ponte Rhenum, bellum quæſiviſſe ſciebat, Germaniam in provinciam redigere concupivit. Curam itaque ac onus belli hujus *Cl. Druſo Neroni* (5) **delegavit.** *f)* Interea Auguſtus caſtellis ac præſidiis ripam

c) *Sueton. in Aug. c. 23.*

d) *Dion. l. 54.*

e) *Velleius Paterc. l. 2.*

f) *ex Dione loc. cit.*

(1) Conſpiratione inprimis inter C. Caſſium Marcumque & D. Brutum facta, a Cæſare vero prodigiis omnibus ſpretis. *Suetonius* in vita Cæſaris c. 80. *Dio Caſſius* lib. XLIII. p. m. 244.

(2) Eadem de cauſa Titulus ille Germanice reddi ſolet, **Mehrer des Reichs.** Non vero ab auctoimperio, ſed *Augurio*, quaſi conſecratum, &, dum viveret, inter Divos relatum, Octavium ita vocatum fuiſſe *Suetonius* teſtatur, qui in vita ejus cap. 7. *Poſtea*, inquit, *C. Cæſaris, & deinde* Auguſti *cognomen aſſumſit, alterum Teſtamento Majoris Avunculi; alterum Munatii Planci ſententia, cum quibusdam* Romulum *appellari oportere, quaſi & ipſum Conditorem urbis, prævaluiſſet, ut Auguſtus vocaretur, non tantum novo, ſed etiam ampliore cognomine, quod loca quoque religioſa, & in quibus augurati quid conſeceratur, auguſta dicantur ab auctu, vel ab avium geſtu, guſtuve. Dio* quoque *Caſſius* lib. LIII. p. m. 750. *Auguſtus, quaſi hominis natura amplior ipſe cognominatus eſt. Florus* lib. IV. c. 22. *ſed ſanctius & reverentius viſum eſt nomen Auguſti, ut ſcilicet jam tum, dum colit terras, ipſo nomine & titulo conſecraretur.*

(3) Cæſare interfecto, turbisque Romæ ortis Germani occaſione uſi, atque irruptiones in Galliam feciſſe videntur, ad quas vindicandas ab Auguſto miſſus fuit in Belgicam M. Vipſan. Agrippa, qui ponte quidem Rheno impoſito Germanos in finibus ſuis aggreſſus eſt, ſed eodem, quo olim Julius Cæſar ſucceſſu, niſi quod Ubios non *inuitos*, ut Strabo refert lib. IV. *intra Rhenum transduxerit.* Vid. *Dio Caſſius* lib. XLVIII. In Agrippæ locum poſtea miſſus M. Vinicius, qui Mercatores Romanos a Germanis occiſos ulturus, Rhenum quoque tranſiit. *Dio Caſſius* lib. LIII. p. 514. *Schaten.* Hiſt. Weſtphal. p. 37. Poſtea Auguſtus in Galliam miſit Tiberium Neronem, adjuncto ei M. Vipſ. Agrippa, & poſt illorum diſceſſum M. *Lollium*, cujus cladem *majoris* licet *infamiæ*, quam *detrimenti* fuiſſe refert *Sueton.* l. c. Cæſarem tamen *ab urbe in Galliam vocaſſe* ſcribit *Velleius* lib. II. c. 97. Atque *Dio Caſſius* lib. LIV. p. 534. *maximum illud bellum*, dicit, *fuiſſe, quod ipſum adeo Auguſtum urbe extraxerit.* Quod vero *Germanicos in arma verſos* M. Lollius ſuperaſſe dicitur *Euſebio* in Chronic. & *Marian. Scoto*, id vel de ipſorum receſſione, cum Lollius nec opinantes eos obruerat, intelligendum, vel plane falſum eſt.

(4) Et *Tacit.* lib. I. Annal. c. 45. ubi *ſic* ait, *compoſitis præſentibus haud minor moles ſupercrit, ob ferociam quintæ & unæ &c. Viceſimæ*, (ita poſt Lipſium legendum monet *Altingius* in Not. Infer. Germ. p. 37.) *ſexageſimum apud lapidem* (loco *vetera* nomen,) *hibernantium.*

(5) Rectius *Neroni Claudio Druſo*, Privigno ſuo, Tiberii Cl. Neronis, qui partes Antonii erat ſecutus, & Liviæ Druſillæ filio, Tiberii Imp. fratri, in ædibus Auguſti tertio poſt menſe, ex quo

Rheni munüit, interque ea Vetera, (1) ubi, ut apparet, Sicambri Rhenum transiverant, ſtragemque iſtam ediderant, militibus educendis ac reducendis, commoda caſtra conſtituit L. Domit. & P. Scipione Coſſ. *a)* Miſſus ergo in Germaniam Druſus, Germanis intentus, quando Rhenum tranſirent, eos repulit, atque ipſe deinde in Uſipetarum regionem ſecundum Inſulam Batavorum atque in Sicambrorum terram transgreſſus, magnam agri partem vaſtavit. Inde ſecundo Rheno (2) in Oceanum devectus, Friſios ſubegit, ac per paludem in Chaucorum fines profectus, in periculo fuit, navibus propter defluxum maris in ſicco conſtitutis: tamen Friſiorum opera, qui pedeſtri militia ſe ei junxerant, ſuperato diſcrimine inde digreſſus, (jam enim hyems appetebat,) Romam pervenit. Initio veris rurſus ad bellum profectus, Rhenum tranſiit, Uſipetas ſubjugavit, Lupiæque fluminis ripis ponte junctis in Sicambros irrupit, perque eos in Cheruſcorum regionem usque ad Viſurgim proceſſit, eum etiam tranſiturus, ni cum inopia alimentorum ac hyemis propinquitas, præterea examen apum in caſtris viſum deterruiſſent. *b)* Præterea in tutelam provinciarum, præſidia atque cuſtodias ubique diſpoſuit, per Moſam flumen, per Albim, per Viſurgim. Nam per Rheni quidem ripam quinquaginta amplius caſtella direxit. Bonnam & Geldubam pontibus junxit, claſſibusque firmavit. *c)* Atque hinc loca illa, quæ Tacitus in Auguſta hiſtoria, & Antoninus in itinerario celebrarunt, in provinciis quidem hiſce originem habent. Trans Rhenum quoque Druſus foſſam novi & immenſi operis effecit, quæ Druſiana (3) vocatur, *d)* hodie die Yſſel.

a) *Cluver. antiq. Germ. l. 2. c. 18.*

b) *Dion. l. 54.*

c) *Flor. l. 4. c. 12.*

d) *Suet. in Claud. c. 9.*

Hæc Druſus a M. Meſſallæ & P. Sulpitii Conſulatu ad usque Conſulatum C. Cenſorini & Aſinii Galli, quatuor annorum ſpatio, totidemque expeditionibus (4) geſſit, ſed in quarta expeditione inter Rhenum & Salam *e)* (5) ex fractura, (6) equo ſuper crus

e) *Strabon. Geograph. lib. 7.*

quo is Liviam a marito ſuo priori dimiſſam duxerat, nato, quod Romanis licentius jocandi & alias ſuſpicionis occaſionem dedit. *Vellej.* lib. II. c. 95. 97. & *Sueton.* in Claud. c. I.

(1) Caſtra ſcilicet, ita dicta, ex quo alia Caſtra ad Rhenum ſunt poſita. Vid. de illis ſupr. lib. I.

(2) Scilicet per foſſam Druſianam, quam prima illa expeditione trans Rhenum ductam fuiſſe a Druſo, clare ſatis innuit *Dio Caſſius* lib. IV. p. 544. atque pluribus demonſtrat *Cluverius* G. A. lib. III. c. 17. *Tacit.* Annal. XII. c. 18. *Foſſas*, & *Suetonius Foſſas Druſinas* vocat in Claudio cap. I. videlicet quod fluvium quoque *Salam* profundiorem & ampliorem reddi, & *Vechtam* cum eodem conjungi curaverit Druſus, ut exiſtimat M. *Altingius* in Not. Germ. infer. p. 67.

(3) Vid. Not. præced. Hanc foſſam quoque intelligi per *Nabaliam* apud *Tacit.* Hiſt. lib. V. c. 26. ita dictam quaſi die Nawael, *poſterior* Vahalis, reſpectu *prioris* & veteris, exiſtimat *Cluver.* A. G. lib. III. c. 17. & M. *Altingius* Not. G. infer. P. I. p. 100.

(4) *Schatenius* Hiſt. Weſph. p. 40. & ſeqq. itidem quatuor expeditiones memorat. *Dio* vero *Caſſius*, qui omnium accuratiſſime expeditiones Druſi in Germanos diſtinguit, tantum tres earum refert. Primam ante prætoram; ſecundam in prætura; tertiam, cui immortuus eſt in Conſulatu. Hac itaque ultima expeditione Druſum in Cattorum fines ingreſſum, hinc in Cheruſcos duxiſſe, atque Trajecto Viſurgi ad Albim usque penetraſſe, inde vero a ſpectro monitum, regreſſum fuiſſe, refert *Dio Caſſius* lib. V. initio. Quod ad ſpectrum illud attinet, *mulierem humana ampliorem forma* Druſo *obviam* factam, atque ita eum allocutam idem Scriptor refert: *Druſe, quo tandem nullum cupiditati tuæ modum ſtatuens, contendis? Non tibi ſatis conceſſum hac omnia videre? Quin tu abi, jam enim & operum tuorum, & vitæ inſtat tibi terminus.* Sermone latino ſpectrum hoc iſta locutum fuiſſe, *Suetonius* addit in vita Claudii c. I. *Dio*, cui *res iſta mira profecto eſt*, fidem tamen ei abrogare non vult. An luſus fuerit humanus, an ſomnium, an vero malignus ſpiritus Deorum cultores in errore ſuo, ac ſi quælibet gens ſuam habeat præſidem Deam, qualem *Plinius* lib. VII. Epiſt. 27. eadem forma ſibi apparuiſſe refert, confirmare voluerit, ut *Cellario* in Diſſert. de *Claudii Druſi expeditionibus* probabile videtur, in medio relinquimus.

(5) Strabo lib. cit. Ἐγὼ, inquit, καὶ Σάλας ποταμὸς, ὁ μεταξὺ καὶ τῆ ῥήνῳ πολεμῶν καὶ κατορθῶν Δρῦσος ἐτελεύτησεν ὁ γερμανικός. *Eſt & Sala fluvius, inter quem & Rhenum bellum feliciter gerens Druſus Germanicus obiit.* Quis ſit ille Sala? An Iſala Germaniæ inferioris, ut *Iſaac Pontanus* Diſcept. Chorogr. 31. & *Waſſenbergius* in Embrica cap. 2. contendunt; an Sala, quem Mœnus recipit, ut vult *Hadr. Valeſius* Not. Gall. voce *Salia*; an Sala, qui Albim influit, juxta M. *Altingium* in Not. Germ. infer. p. 115. P. I. *Cellarius* Geogr. Antiq. Vol. I. pag. 452.? in medio relinquit illuſtriſſimus Autor Monument. Paderborn. p. 65. Poſtrema ſententia veroſimilior foret, ſi certum eſſet, Druſum prope Moguntiacum obiiſſe, at illud non cer-

Digitized by Google

crus ejus collapſo, oppetiit, relicto poſt ſe, procul dubio tyrannidis in Germanos exercitæ, in hunc usque diem durante terrifico nomine. *a)* (1) Corpus ejus ad urbem devectum eſt, ſepultumque in campo Martio. Cæterum exercitus honorarium ei tumulum excitavit, (ſcilicet apud Moguntiam,) (2) circa quem deinceps ſtato die quotannis miles decurreret, Galliarumque Civitates publice ſupplicarent. Præterea Senatus inter alia complura marmoreum arcum cum trophæis via Appia decrevit, & Germanici cognomen ipſi poſterisque ejus, Suetonio *b)* & utroque hoc apud Vetera reperto nummo (3) teſtantibus.

a) Der Drouß, ſive de Droes.

b) *Sueton. in Claud. c. 1. Dio Caſſius l. 55. p. 549.*

Argenteus.



Æneus.

Amiſſo in Germania Druſo, frater ejus *Tiberius Nero* poſt annos paucos, iterum tumultuantibus Germanis, ad eos pacandos miſſus eſt. De ejus geſtis breviter ejusdem commilito (4) Vellejus Paterculus hiſt. lib. 2. in hunc modum: Intrata (inquit) protinus

certo conſtat, nec ſolidius ex monumento ibidem, cujus *Eutropius* meminit lib. VII. c. 8. colligitur, quam ad Luppiam fuiſſe mortuum ex *Ara* in honorem Druſi ibi poſita. Neque idoneam cauſam habuit *Altingius*, cur fatuo ſale inſulſiores haberet l. c. qui intra Iſalam & Rhenum eum obiiſſe putarent, cum fruſtra pro certo ſupponat, quod prope Moguntiam deceſſerit Druſus. Neque etiam, quod *Cellarius* l.c. exiſtimat, *Strabonis* mens eſt, quod Druſus in receſſu ſuo bella geſſerit intra Salam & Rhenum, ſed quod infelici bellorum ſucceſſu obierit. Aperte tamen falſum eſt, quod *Waſſembergius* l. c. contendit, circa Iſalam quoque in arce Diedamenſi ſepultum eſſe Druſum.

(6) Ut dicitur in argumento libri 140. Epit. Livii.

(1) Ut Dæmonem malumque imprecaturi, Druſi id nomine faciant Weſtphali, **dat dy die Druß.** *Schaten.* Hiſt. Weſtph. p. 46. *Kemp.* Hiſt. Friſ. l. 1. c. 8. Peſtilentesque tumores ab ipſo appellari **Drüſen**, vult *Adel. Erich.* **Jüliſche Land-Chronicke** p. 93. ſcilicet, *quia crudeliter cum Germanis egit, eosque partim maleficiis infeſtavit*, ut *Dio* refert lib. 54. in f.

(2) Teſte *Eutropio*, qui lib. VII. c. 8. *poſt hunc*, inquit, *Claudius fuit, patruus Caligulæ, Druſi, qui apud Moguntiacum monumentum habet, filius.* Monumentum hoc, cujus quoque *Otto Friſing.* meminit lib. III. c. 4. pluribus deſcribunt *Joh. Hüttichius*, Coll. Antiq. in Urbe & agro Mogunt. *Tenzelius* in Colloq. Menſtr. ad ann. 1690. Dum vero Cenotaphium hoc ibi a militibus erigeretur, *Ara* quoque a præſidiariis Legionibus juxta Luppiam in ejus honorem fuit extructa, cum qua memoratum tumulum conjunctum fuiſſe, exiſtimat *Lipſius* ad Tacit. Annal. lib. II. c. 7. ſed adverſus *Dionis* & *Eutropii* diſerta teſtimonia, quorum ille quoque *honorarium tumulum* ad Rhenum ei datum fuiſſe, ſcribit lib. LV. p. 549.

(3) Uterque Arcum apud *Sueton.* l.c. exprimit, in cujus ſummitate ſpolia Germanorum, & in medio Druſus equo ſedens, prout ovans, Urbem eſt ingreſſus, equoque decurrens & haſtam ferens, quomodo in expeditione ſe geſſerat. In cornibus ſingulis ſingula trophæa & captivi, manibus poſt terga revinctis, de quo ritu *Juvenalis* Sat. X.

Et ſummo triſtis Captivus in Arcu.

Vid. *Jacob. de Bie* in Numiſmat. Arſchot. Tab. IV. Cum vero in illis nummis Conſulatus Druſi nulla fiat mentio, illos jam ante cuſos fuiſſe ſuſpicor, ut ita nomen Germanici non tam poſt obitum ejus ipſi primum decretum, quam cum filiis ejus communicatum fuerit. *Dio Caſſius* lib. cit. p. 549. Cæterum *Morellius* Specim. Tab. XV. p. 155. & *Vaillant* Num. Imp. Græc. p. 9. nummum exhibent hac inſcriptione: ΔΡΟΥΣΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΓΟΥΣΤΟΥ ΥΙΟΣ: *Druſus Cæſar Auguſti filius*, eumque *Neroni* huic *Claudio Druſo* vindicant, ſed vide illuſtr. *Spanhemium* de præſt. Numm. Vol. II. p. 320.

(4) Quippe Tiberii Tribunus militum in Thracia & Macedonia & Præfectus Equitum in Germania. Ita enim ipſe *Vellejus* p. m. 67. *Hoc tempus me functum antea tribunatu caſtrorum, Tib. Cæſaris militem fecit; quippe protinus ab adoptione miſſus cum eo Præfectus equitum in Germaniam, Succeſſor Officii Patris mei, cæleſtiſſimorum ejus operum per annos continuos novem, Præfectus, aut Legatus ſpectator, & pro captu mediocritatis meæ adjutor fui.*

Digitized by Google

nus Germania ſubacti Caninefates, Attuarii, Bructeri, recepti Cherufci, gentes, & amnis, mox noſtra clade nobilis tranſitus Viſurgis, penetrata ulteriora. Et mox: Anni ejus æſtiva usque in menſem Decembrem perducta, immanis emolumentum fecere victoriæ. Et iterum: proh Dii boni! quanti voluminis opera in ſequenti æſtate ſub duce Tiberio Cæſare geſſimus! Perluſtrata armis tota Germania eſt, victæ gentes pene nominibus incognitæ, receptæ Chaucorum nationes. (1) Atque eo bello XL. (Eutrop. habet CCCC.) millia deditiorum (2) trajecit in Galliam, atque ia proximis Rheno agris collocavit, *a)* C. Aſinio Gallo, & C. Cenſerino Coſſ. Ann. Principatus Auguſti XXXV.

a) Sueton. in Tiber. c. 9.

(*) *In Bethlehem Iudæa.*

b) *Luc. c. 2. & in Chron. Caſſiodori.*

c) *Flor. l. 4. cap. 12.*

d) *Suet. in Tiber. c. 16.*

e) *Vell. Paterc. l. hiſt. 2.*

f) *Flor. l. 4. cap. 12.*

g) *Vellej. d. l.*

h) *Flor. l. 4. cap. 12.*

i) *Dion. lib. 56.*

k) *Flor. d. l.*

Interea naſcitur (*) CHRISTUS, Servator noſter, gloria Iſraëlis & lux gentium atque orbis, qui poſtea quoque & harum provinciarum incolis in ſalutem affuſit, Anno Principatus Auguſti 41. (3) fere expleto, & 42. ineunte, C. Lentulo, & M. Meſſala Coſſ. *b)* Victis autem Germanicis, deditisque Sicambris, breve id Romanis gaudium fuit, quod Germaniam in provinciam redigere inſtituiſſent; nam obtinere difficilius eſt provincias, quam facere: viribus quidem parantur, at jure retinentur. *c)* Poſtquam nunciata Illyrici defectione Tiberius Auguſti legatus ad curam belli triennalis, *d)* & quidem graviſſimi tranſiiſſet, Quinctilius Varus, homo avarus, utpote qui Syriam, cui præfuerat, pauper divitem ingreſſus, dives pauperem reliquerat, *e)* Rheni limitibus Germaniæque victæ magis, quam domitæ, *f)* ab Auguſto præficitur. Is cum ad Germanos veniſſet, concepit eſſe homines, qui nihil præter vocem, membraque haberent hominum, quique gladiis dominari non poterant, poſſe jure mulceri. *g)* Quo propoſito mediam ingreſſus Germaniam, auſus ibi fuit conventum agere; in caſtris ſe direxerat, quaſi violentiam Germanorum & lictoris virgis & præconis voce poſſet inhibere: *h)* Inſtituerat etiam ſubito eos transformare, & tanquam ſervituti ſubjectis imperare, pecuniasque ut a ſubditis exigere, *i)* at illi Vari libidinem ac ſuperbiam haud ſecus, quam ævitiam odiſſe, ut primum togas, & ſæviora armis jura viderent. *k)* Duce igitur Arminio, (4) Sigimeri Prin-

(1) Non minus adulatoria ſunt, quæ ſtatim ſequuntur: *Omnis eorum juventus infinita numero, immenſa corporibus, ſitu locorum tutiſſima traditis armis una cum Ducibus ſuis, ſepta fulgenti armatoque militum noſtrorum agmine ante Imperatoris procubuit Tribunal. Fracti Longobardi, gens etiam Germana feritate ferocior; denique quod antea nunquam ſpe conceptum, nedum opere tentatum erat ad quadringenteſimum milliarium a Rheno usque ad flumen Albim, qui Semnonum Hermundurorumque fines praterfluit, Romanus cum ſignis perductus Exercitus, & eodem mira felicitate & cura Ducis, temporum quoque obſervantia, Claſſis, quæ Oceani circumnavigaverat ſinus, ab inaudito atque incognito ante mari flumine Albi ſubvecta plurimarum gentium Victoria cum abundantiſſima rerum omnium copia exercitui Cæſarique ſe junxit.* Imo eo ſtudium placendi *Vellejum* perduxit, ut p. m. 64. *Tiberium*, ſcribat, *omnes partes Germaniæ Victorem peragratum ſine ullo detrimento commiſſi Exercitus, ſic perdomuiſſe eam, ut in formam pene ſtipendiariæ redegerit provinciæ.* Et pag. 68. *nihil fuiſſe in Germania, quod vinci poſſet, præter gentem Marcomannorum.* Ad quæ *Lipſius* merito, *o vanitatem!* ſed hæc & plura magnifice, imo ſerviliter *Vellejus* narrat in Tiberii ſui laudes, ἀλλ' ἐγὼ ὁ πιθόμην. Magis ingenue *Dio Caſſius* lib. LV. p. de ultima expeditione Tiberii in Germaniam ante cladem Varianam, *in Germanos*, inquit, *expeditionem cum alii, tum Tiberius fecit, progreſſusque eſt primo ad Erygrum, (Viſurgim) deinde ad Albim fluvios, nihil tamen magnopere memorandum actum eſt: quanquam de Germanis Imperatoris nomen non Auguſtus modo, ſed Tiberius etiam invenerit; honoresque triumphales C. Senſtius, Germaniæ Præfectus, quod horum motu his Germani pacem acceperint.* De expeditione ejus in Germaniam poſt cladem Varianam idem Scriptor p. 586. lib. LVI. *Tiberius & Germanicus, cui pro Conſule erat Imperium, impreſſionem in Germaniam fecerunt: ac populati nonnullas partes, nullo tamen prælio vicerunt, quum nemo manum conſereret, neque ullum populum ſubegerunt.*

(2) Inprimis Sigambrorum, de quibus lib. I.

(3) Sive Anno Juliano 42. Alii nativitatem Chriſti in præcedentem annum, alii in 43. alii in 44. alii in 45. alii in 46. rejiciunt. Æra Vulgaris, Dionyſiana dicta ab ejus Autore, incipit ab anno Juliano XLVI. qui eſt Auguſti Imperii 45. Tantas componere lites, non eſt hujus loci. Vide, ſi lubet, *Anton. Pagium* in Apparatu Chron. ad Annal. Baronii p. 35. & ſqq. Cl. *Salom. van Till* in Diſſert. *de Anno, menſe & die Nativ. Chriſti*, adjuncto ejus Comment. in Habakuk.

(4) Quem *Vellejus* l. c. *aſſiduum militiæ Romanæ Comitem & jus Civitatis Romanæ equeſtremque gradum conſecutum fuiſſe*, refert. Vide de eo pluribus *Georg. Spalat.* ap. Schardium R. G. T. I. *Schurzfleiſch.* in Diſſ. XL. *de Arminio. Waſſerbach* de ſtatua *Arminii. Monum. Paderb.* p. m. 24. *Schat.* in H. W. p. 95. *Lohenſteinius* in Arminio ſuo multa fabuloſa ejus Ducis geſtis adniſcet.

Digitized by Google

Principis filio, qui genere nobilis, manu fortis, ſenſu celer, ingenio promptus, ardorem animi vultu oculisque præferebat, corripiunt. *a)* Id Varo per Segeſtem Arminii ſocerum indicatum, ſed prævalebant jam fata conſiliis, omnemque animi ejus aciem perſtrinxerant. Arminius igitur ſegnitia Vari in occaſionem facinoris uſus, nec imprudenter ſpeculatus, neminem celerius opprimi, quam qui nihil timeret, *b)* nil tale metuentem Varum improviſo adortus undique invadit, caſtra rapit, *c)* tresque legiones totidemque alas & ſex cohortes *d)* opprimit. *e)* Ita exercitus omnium fortiſſimus, diſciplina, manu, experientiaque bellorum inter Romanos milites princeps, marcore ducis, incluſus ſylvis & paludibus, ad internecionem trucidatus eſt. *f)* Nihil illa cæde per paludes perque ſylvas cruentius; nihil inſultatione Germanorum intolerabilius, præcipue tamen in cauſarum patronos, aliis oculos, aliis manus amputabant, unius os ſurum, reciſa prius lingua, quam in manu tenens Germanus, *Tandem*, inquit, *vipera fibilare deſiſte.* *g)* Varo plus ad moriendum, quam ad pugnandum animi fuit, quippe paterni avitique exempli ſucceſſor ſe ipſe transfixit, (1) cujus corpus ſemiuſtum hoſtilis laceravit feritas, caput ejus abſciſſum, latumque ad Marobuduum, & ab eo miſſum ad Tiberium, gentilitii tandem tumuli ſepultura honoratum eſt. *h)* Signa & aquilas duas (2) Germani hic a Romanis cœperunt: tertiam ſignifer prius, quam in manus hoſtium veniret, evulſit, merſamque intra baltei ſui larebras gerens, in cruenta palude ſic latuit. *i)* Hac clade (qua nulla poſt Craſſi in Parthis damnum in externis gentibus gravior Romanis fuit, *k)* factum, ut imperium, quod in littore Oceani non ſteterat, in ripa Rheni fluminis ſtaret. *l)* Hac etiam clade Romæ nunciata Auguſtus excubias per Urbem indixit, ne quis tumultus exiſteret, & præſidibus provinciarum prorogavit imperium, ut & a peritis & aſſuetis ſocii continerentur; vovit & magnos ludos Jovi Opt. Max. ſi Rempubl. in meliorem ſtatum verteret, quod factum Cymbrico Marſicoque bello erat. Adeo namque conſternatum ferunt, ut per continuos menſes barba capilloque ſummiſſo, caput interdum foribus illideret, vociferans: Quinctili Vare legiones redde; diemque cladis quotannis mœſtum habuerit ac lugubrem. *m)* Hac denique ſtrage edita Germani animos ſumpſerunt, & immenſis copiis Aliſonem caſtellum cinxerunt, verum L. Cæditius, (3) præfectus caſtrorum, iique, qui una circumdati erant, omnibus difficultatibus ſuperatis, nec temere, nec ſegniter, ſpeculatique opportunitatem ferro ſibi ad ſuos pepercre redirum. *n)* Aliſo caſtellum & fluvius (4) eſt: ſi fluvius, Alme hodie dicitur: Caſtella duo ſunt ad iſtum fluvium, ubi Lupiæ miſcetur, Elſen & Alsheim/ quatuor millibus paſſuum a Paderborna meridiem verſus. *o)* His auditis Tiberius revolat ad Auguſtum, rurſumque ad Germaniam mittitur, Gallias confirmat, exercitus diſponit, præſidiaque cis Rhenum hiſce præſer-

a) *Vell. d. loc.*
b) *Vell. l. 2.*
c) *Flor. l. 4. cap. 12.*
d) *Vellej.*
e) *Flor.*
f) *Vell. d. l.*
g) *Florus.*
h) *Vellej.*
i) *Flor. l. c.*
k) *Vellej.*
l) *Flor.*
m) *Suet. in Auguſt. c. 23. Dio Caſſius lib. 56. p. 585.*
n) *Vellejus.*
o) *Cluver. antiq. Germ. lib. 3. cap. 9.*

(1) Quod non ſine cauſa aut duram captivitatem, aut acerbam mortem a Germanis metueret, quippe quibus ob avaritiam, imperandi libidinem ac ſuperbiam adeo erat inviſus, ut *corpus ejus, quod militum pictas humi abdiderat, effoderint, atque ſemi-uſtum laceraverint. Florus* lib. IV. c. 12. *Vellejus* lib. 2. *Dio* lib. LVI. p. 582. *Oroſius* lib. 6. c. 21.

(2) Quæ an poſtea a Romanis receptæ fuerint, magna diſſenſio eſt inter *Tacitum* & *Florum*, de qua Illuſtr. Autor Monum. Paderborn. p. 27. 28. Nunquam Romanis redditas fuiſſe, & ab illis *duplicem Aquilam* Imperii inſignia originem ſuam accepiſſe, cenſent *Cuſpinianus* in Vita Auguſti, *Ubricus Huttenus*, & *Flavius Illyricus*, quos merito refellit *Bellarminus* Imp. R. lib. I. c. 7. §. 2. atque ab imperii in Orientale & Occidentale diviſione illam arceſſit, ita, ut una potius Aquila ſit proſpicienis in Orientem & Occidentem. Illuſtr. *Cocejus* J. P. c. 13. §. 14. Abſurdiſſimum vero eſt, quod P. *Piaſcius* in Chron. Rer. Geſt. per Europ. p. m. refert, Polonos quoque pugnæ adverſus Q. Varum interfuiſſe, atque ab Aquila Romanis erepta Aquilam ab eo tempore in inſignibus ſuis geſſiſſe.

(3) Quem propterea una cum *Aſprenate*, quod duas Legiones Romanas ſcivaverit, & *Coldo Cælio*, quod catenarum, quibus vinctus erat, feriem complexus, ita eas capiti ſuo illiſerit, ut ſanguinis pariter ac cerebri profluvio protinus expiraverit, laudat *Vellejus* p. m. 47. *Schaten.* in H. W. p. 63. 64. 65. Præter illum Cœlium quam multos alios *ſplendidiſſime natos, Senatorum per militiam auſpicantes gradum* Variana clade, (ita enim legendum eſſe, non *Mariana*, recte monet *Lipſius*) fortunam depreſſiſſe, captosque fuiſſe, *Seneca* teſtatur Epiſt. 47. unde multas familias ruſticas a Nobilibus Romanis originem ducere exiſtimat Cl. *Waſſerbach* de Stat. Arminii.

(4) Vid. ſupr. lib. I.

Digitized by Google

a) *lib. 2.*

fertim in locis munit; ultra Rhenum quoque cum exercitu transgreditur, ſed vaſtatis agris, exuſtis domibus, & Aimoino territo, ut Paterculus habet, *a*) in hyberna revertitur.

b) *Lipſ. in not. ad Tac. Cluver. in ant. Germ. & alii.*

c) *Cluv. d. l. lib. 3. c. 19.*

d) *Aventin. annal. Bojor. l. 2. Conrad. Heresbach in notis manu ejus propria ſcriptis, ad loca Martiani additis, vidi in bibliotheca Heresbachiana, & alii.*

Cæterum memorandam illam cladem Romanus exercitus paſſus eſt C. Poppæo Sabino & Q. Sulpitio Camerino Coſſ. Anno Urb. Cond. DCCLXII. a nato Chriſto XI. (1) & quidem in ſaltu Teutoburgienſi inter Amiſiam & Lupiam amnes, ut habet Tacitus lib. 1. Annal. quamvis de loco hujus cladis inter doctos controverſia ſit, aliis *b*) in Weſtphalia apud oppidum **Dethmold**/quod, ut Cluverius *c*) exiſtimat, antiquum illud Teutoburgum fuit, & Teuthomellum Arminio lib. 4. cap. 75. dicitur, moderna ſedes Comitum Lippienſium; aliis *d*) in Ducatu Clivenſi apud oppidum **Duisburg** (2) illam conſtituentibus: ſed hi partim ſimilitudine appellationum locorum quorundam decepti, partim amore ſorſan patriæ, quam hac ratione claram reddere cupiunt, ducti, falluntur; illi vero recte demum ſentiunt. (3) Legantur, quæ habet Bernh. Mollerus lib. 5. deſcriptionis Rheni & fluminum illi influentium, in ejus libri argumento ſic ait inter cætera: Certum eſt, Lippiam ſub Lipſpringia naſci, qui ab ortu ſtatim facit inſulam, diſtat a fronte Lippiæ fons Amaſis 40. ſtadiis verſus Septentrionem, inter utrosque fontes Dalbruggæ ſunt, in quibus locis multa Varianæ cladis veſtigia adhuc ſpectantur. Saltus adhuc reſtat Teutoburgenſis, cujus apud Tacitum fit mentio, apud villam Teutonis, vulgariter **Teutenmeyer**/ monteſque ſtatim, qui attolluntur, crebris hic hiant vallibus, ut revera locus iſte ſaltuoſus ſit &c. Reſtat adhuc in Dalbruggis locus, qui dicitur campus victoriæ, **dat Winfelt**/ eo quod ibi victoriam a Quinctilio Varo & tribus Rom. legionibus Arminius, Cheruſcorum Dux, obtinuerit. Reſtat etiam adhuc rivus roſeus, **die rode Becke**/quod nomen rivo inditum ab aquis Romano infectis ſanguine. Effodiuntur locis paſſim globoſis crania hominum disjecta, & pila Romanorum rubigine obducta, unde in ipſo libro idem auctor ſic canit:

Hic ubi Dalbruggas ab Eoo vindicat orbe
Mons, velut in dorſum fragmina rupis abit.
Hic Teutenburgi manet appellatio ſaltus,
Teutonis integrum villula nomen habet.
Pauper ad Antoni cecidit Væſtringia fanum,
Illic Harminii creditur eſſe domus.
Pertenui diſtat ſpatio rimator agrorum
Amaſis: haud longe Lippia fundit aquas.
Bructera Dalbruggis remanent hic nomina duris:
Varus ibi trina cum legione ruit.
Campus enim victor pugnæ præclara reliquit
Signa, quibus nullo ſtat dubitante fides.
Area diffundit ſpatioſo jugera tractu,
Jugera militiæ viribus apta facit.
Inde quadraginta ſtadiis Padeborna recedit,
Mille duo paſſus hinc Detemolda fugit.
Contigua facilis regione profunditur unda,
Roſcidus ebullit paupere rivus aqua.
Ille licet fluctu terras rimetur inani,
Attamen Amiſii flumine dignus abit.
Nec truculens rivum fecit natura rubere
Sanguine, ſed Latius flumina tinxit eques.
Adde, quod egeſto fodiuntur ceſpite pila,
Adde, quod everſo crania rure jacent.

Hi-

(1) Rectius IX. *Ant. Pagius* ad illum annum.

(2) Ut poſt *Avent.* lib. II. c. 2. *Joh.* quoque *Tybius* in Antiquit. Duisb. exiſtimat. *Otto Friſing.* lib. III. c. 4. aliique apud Auguſtam Vindelicorum; *Mart. Chriſtoph. Laurentius* Mon. Rom. in Thuringia P. I. c. 6. & 7. in Thuringia locum ejus cladis quærunt.

(3) Scilicet, qui juxta Dethmoldiam illam cladem Romanis illatam fuiſſe cenſent, ut quoque illuſtr. Autor Monum. Paderb. pag. m. 19. & *Schaten.* in Hiſt. Weſtphal. pag. 65. pluribus demonſtrarunt.

Digitized by Google

Hiſtoriam narrare juvat, livore vetuſtas
Hiſtoriam nullo commemorare vetat.

Conſiderentur quoque, quæ Tacitus habet lib. Annal. de Amiſia flumine, ad quem Pedo præfectus, poſtquam finibus Friſiorum equites eduxiſſet, impoſitas navibus quatuor legiones per lacus vexit, apud quem etiam Bructeri fuſi ſunt, ad quorum ultimos exercitus ſtatim ductus, quantumque Amiſiam & Lupiam inter vaſtatum, unde non procul ſaltus iſte Teutoburgienſis, in quo reliquiæ Vari legionumque inſepultæ jam tum dicebantur. Conſiderentur quoque, quæ Dion habet lib. 56. quando ait: Varum procul a Rheno in Cheruſcorum fines & ad flumen Viſurgim fallaciis Germanorum abductum, non procul inde cæſum, eo nimirum loco, ubi montes erant convallibus crebris intercepti, arbores etiam denſæ & immodicæ proceritatis, &c. Hæc de Emſero amne, planaque illa in Ducatu Clivenſi apud ſylvam Duisburgenſem regione, vix ac ne vix quidem intelligi poſſe, quilibet judicabit. Verum enimvero ut nihilominus Romanorum hæc clades ad priſcæ noſtræ patriæ gloriam faciat, videamus. Ex Strabone *a*) conſtat, etiam Sicambrorum (1) procerem Deutorigem, filium Betoritis, qui fuit frater Melonis, de quo antea, cum Arminio clanculum conjuraſſe, ut & Aventinus annotat. Ergo & a noſtris procul dubio Sicambris, id eſt, Clivenſibus & Marcanis, Romani tunc cladem illam paſſi ſunt. Menapii autem, qui Cliviam cis-Rhenanam Geldriamque coluere, haud illibenter pereperunt, præſidiarium qui illos vexaverat militem tunc cæſum fuiſſe. Nam ex Tacito conſtat, legionis undeviceſimæ, quæ apud Vetera ſtationem habuit, *b*) aquilam ſimul cum Varo fuiſſe amiſſam. Nec a vero alienum eſt, Varum e Veteribus tunc exercitum trans Rhenum duxiſſe, *c*) quando certum eſt, inter Amiſiam & Lupiam ſtragem illam contigiſſe, & etiamnum collem iſtum, ubi Vetera olim ſtetere, a Varo Vorſſeberg nomen ſervare; denique nonnullis, qui in bello Variano ceciderant, cenotaphia apud eadem hæc Vetera fuiſſe poſita, ex hoc non ita pridem iſthic loci invento (2) videre eſt. *d*)

Die Emſer.

a) *lib. 7.*

b) *Annal. lib. 1. 60.*

c) *Pontis adhuc reliquiæ inter rudera Veterum ad ripam Rheni videri poſſunt, tigna nimirum lignea, quæ pontem olim ſuſtinebant.*

Anno ab Urb. Cond. DCCLXVII. Sexto Pompejo & Apulejo Coſſ. Auguſtus Cæſar Germanicum, (3) Druſo ortum, octo apud Rhenum legionibus præpoſuit, adſcirique per adoptionem a Tiberio juſſit. *e*) (4) Mox iisdem Coſſ. e vivis ſublato Auguſto, dum Germanicus agendo Galliarum cenſui intentus eſſet, *f*) legiones Germanicæ TIBERIUM,

d) *in ar. e nobilium de Loe in Weſſen hodie adhuc extat.*

e) *Tac. l. 1. Annal. c. 31.*

f) *Id. eod. l.*

(1) Scilicet portio tantum Sicambrorum cis Rhenum erat traducta, portio vero trans Rhenum manſerat, atque poſtea Franeorum fœderi ſe junxit, qui Sicambrorum nomine paſſim appellantur. *Monum. Paderb.* p. 6. & 76. *Schatenius* in Hiſt. Weſtph. p. 50.

(2) Quod Cenotaphium illuſtris Vir, *Weſſelus L. B. de Loe*, Dominus in Wiſſen, ut Autor in margine memorat, aſſervavit, Sereniſſimus vero Princeps *Fridericus Wilhelmus* ſibi oblatum in arce Clivenſi reponi juſſit, unde poſtea 1667. *Johannes Mauritius*, Princeps Naſſaviæ, Ducatus Clivenſis Gubernator, in ſuum Bergendahl illud transferri curavit, ubi M. *Altingius* id deſcriptum Notitiæ ſuæ German. infer. Part. I. p. 34. quoque inſeruit, atque Inſcriptionem ejus ita interpretatur:

Marco Cælio Titi filio Lemonia (tribu) Bono Nomine,
Primo & Legato Legionis Duodevigeſimæ, Annorum quinquaginta trium.
Cecidit Bello Variano. Oſſa
Inferre licebit. Publius Cælius Titi filius
Lemonia (tribu) Frater fecit.

Privatum & *Thiaminum*, qui ad latera Cælii collocati ſunt, *Waſſerbach* d. l. libertos Cælii fuiſſe putat, qui cum Patrono ſuo in prælio perierint.

(3) Poſt acceptam cladem Varianam, *Revolat*, ut *Vellejus* ſcribit p. m. 73. *ad Patrem Cæſar* (Tiberius:) *perpetuus Patronus Romani Imperii, aſſuetam ſibi cauſam ſuſcipit. Mittitur ad Germaniam* &c. omiſſo, ut Tiberio ſoli gloriam illam adferret, *Germanico*, quem vero una cum Tiberio in Germaniam miſſum fuiſſe, teſtatur *Dio* lib. LVI. p. m. 586.

(4) Licet Tiberius filium jam haberet, ut refert *Dio* lib. LV. p. 557. atque diu cunctatus eſſet, an Germanicum ſibi Succeſſorem deſtinaret. *Suet.* in Calig. c. IV. & in Tiberio c. 15. Erat nempe Germanicus *Dione* teſte lib. LVII. p. 615. *& corporis forma præſtantiſſimus, & animi bonis natura optimus.* Vide quoque *Sueton.* in Calig. c. 3. Propter illam vero adoptionem Germanicus Tiberii filius in nummis vocari ſolet.

Tiberius Nero.

UM, qui tunc imperium arripiebat, pertinaciſſime recuſabant. *a*) (1) Duo apud ripam Rheni exercitus erant, unus ſuperior dictus ſub C. Silio, alter inferior ſub A. Cæcinna. Quibus Silius præerat, mente ambigua fortunam ſeditionis alienæ ſpeculabantur. Inferioris exercitus miles in rabiem prolapſus eſt, orto ab undeviceſimanis quintanisque initio, & tractis prima quoque ac viceſima legionibus; nam iisdem æſtivis in finibus Ubiorum habebantur. Miſſionem hæ flagitabant & ſtipendia, Centurionesque ſuos trucidatos ante vallum aut in amnem Rhenum projecerant. Germanicus audito legionum tumultu ſtatim ad eas properat, verbis increpat, ad fidem hortatur, tandem miſſione & pecunia ipſis indulta ſedat. In hyberna prius non abſceſſere quintani undeviceſimanique, donec iisdem in æſtivis contracta ex viatico, ipſiusque Cæſaris pecunia perſolveretur. Primam & viceſimam legiones *b*) Cæcinna legatus in civitatem Ubiorum reduxit, turpi agmine, cum ſifci de Imperatore rapti inter ſigna, interque aquilas veherentur. Germanicus ſuperiorem exercitum in fide continuit. Interea legati a Senatu egreſſi jam apud aram Ubiorum **)* (2) Germanicum adeunt. Duæ ibi legiones, prima atque viceſima, Veteranique nuper miſſi ſub vexillo hyemabant. Pavidos & conſcientia vecordes intrat metus, veniſſe patrum juſſu, qui irrita facerent, quæ per ſeditionem expreſſerant. Ideoque iterum inſaniunt, Cæſari vim intentant, Blanco legionis principi mortem, concionem Germanicus habet, qua quidem eos movet, ſed non placat; filium itaque & uxorem a ſe dimittit, quæ res milites in pœnitentiam dedit, mutati pœnas ultro in ſe poſcunt, ipſi ſeditioſos puniunt. Germanicus inde per artem eos ſejungit, novosque Centuriones ſufficit. Sed compoſitis præſentibus haud minor moles ſupererat, ob ferociam quintæ & undeviceſimæ legionum, ſexageſimum apud lapidem (loco Vetera nomen eſt,) hybernantium. Nam primi ſeditionem cœptaverant, atrociſſimum quodque facinus horum manibus patratum, nec pœna commilitonum exterriti, nec pœnitentia converſi, iras retinebant. Igitur Cæſar arma, claſſem, ſocios demittere Rheno parat, ſi imperium detrectetur, bello certaturus. Romani conſternati his nunciis Tiberium culpant, qui ipſe non occurrat: Sed ille ſedem imperii premit. Interea Germanicus minis & terrore rem conficit, (3) ipſi turbidi turbatores ſuos cædunt, ſed parum compoſite. Ideo dolet Cæſar, & mox milites in hoſtem ducit, juncto ſiquidem ponte tramittit (4) duo-

a) Suet. in Calig. c. 1.

b) Tac. Annal. l. 1.

**) Hinc autem videtur, aram Ubiorum aut in civitate Ubiorum, aut non procul ab ea fuiſſe. Hæc vero & ſequentia ex Tac. Ann. l. 1. verbis etiam ejus aliquando retentis, ſunt deſumpta.*

(1) Atque ipſum Germanicum Imperatorem deſiderabant. *Sueton.* in Tiberio c. 25. *Quidam etiam*, inquit, *Principem* (Tiberium) *detrectabant, non a ſe datum, ſummaque vi Germanicum, qui tum ipſis præerat, ad capeſſendam Rempublicam perurgebant, quanquam obſtrmate reſiſtentem.* Idem in Calig. c. 1. *Legiones univerſas Tiberium pertinaciſſime recuſantes, & ſibi* (Germanico) *ſummam Reipublicæ deferentes, incertum conſtantia an pietate majori compeſcuit.*

(2) Quam propterea in margine non procul a Civitate Ubiorum abfuiſſe putat Autor. Eſt de ſitu hujus Aræ magna inter eruditos diſſenſio. *Cluverius* lib. II. c. 17. & *Jacob. Campius* eandem cum Oppido *Bonnæ* fuiſſe exiſtimant. *Julianus Pichon* ipſam Oppidum Ubiorum fuiſſe cenſet ad *Taciti Annal.* lib. I. c. 57. Qui ab utroque oppido diverſam fuiſſe putant, in eo quoque differunt, quod alii Bonnæ, alii oppido Ubiorum propiorem faciant. Cum Autore noſtro ſentiunt *Lipſius* in Notis ad Tacitum l. c. & *Cellarius* Vol. I. p. 329. Non lubet ſingulorum argumenta excutere. Diverſam vero tam ab Oppido Ubiorum, quam Bonna, atque huic potius, quam illi propiorem fuiſſe, propterea mihi credibilius videtur, quod *Tacitus* lib. I. Annal. c. 45. Aram illam *ſexageſimum lapidem* a Veteribus abfuiſſe ſcribat, quod Bonnæ vicinæ magis, quam Oppidi Ubiorum convenit.

(3) Qua erga Tiberium fide in turbis hiſce componendis egerit Germanicus, *Tacitus* teſtatur, qui lib. I. Annal. c. 35. Germanicum *clamitaſſe* ait, *moriturum ſe potius, quam fidem excuret. Dio* quoque lib. LVII. p. 604. & 605. *Germanico*, refert, *nomen Imperatoris obtulerunt* (Legiones:) *quumque is multis verbis habitis non potuiſſet eos ſedare, ac tandem gladium, quaſi manus ſibi ipſi illaturus, ſtrinxiſſet, lugubrem clamorem ſuſtulerunt.* De ipſius ſolertia & prudentia lege ſequentia apud *Dionem* verba. Turpiſſima itaque in Tiberium adulatione & ſumma in Germanicum iniquitate ſcribit *Vellejus* lib. 2. c. 125. *quo quidem tempore* (ſcilicet turbarum a Legionibus excitatarum) *ut pleraque ignave Germanicus*; quod vero, eum adverſus omnium fidem ac conſenſionem dicatur, *Böclerus* in Notis *gnave* legendum cenſuit, ſed quia huic lectioni ſequentia repugnant, *Cellarius* in Diſſert. de *Germanico* §. XI. revera a *Vellejo*, ut Tiberio placeret, ita ſcriptum fuiſſe, exiſtimat.

(4) Rhenum nempe. Tres vero adverſus Germanos expeditiones ſuſcepit, quas *Vellejus* procul dubio

duodecim millia e legionibus ſex, & viginti ſocias cohortes, octo equitum alas. Læti neque procul Germani agitabant, dum Romani juſtitio ob amiſſum Auguſtum, poſt diſcordiis attinentur. At Cæſar agmine propero ſylvam Cæſiam limitemque a Tiberio cœptum ſcindit, caſtra in limite locat, frontem ac tergum vallo, latera concædibus munit. Inde ſaltus obſcuros permeat, conſultatque ex duobus itineribus, breve & ſolitum ſequatur, an impeditius & intentatum, eoque hoſtibus incautum. Dilecta longiore via cætera adcelerantur. Juvit nox ſideribus illuſtris, quæ & feſta Germanis erat, & ſolennibus epulis ludicra. Ventumque ad vicos Marſorum. Eos Cæſar ſtraros tunc per cubilia propterque menſas ſecuros & incuſtoditos cædit. Quinquaginta millium ſpatium ferro flammisque pervaſtat, & celeberrimum illis gentibus templum, quod Tanfanæ (1) vocabant, ſolo æquat. Redeunti a finitimis Bructeris, Tubantibus & Uſipetibus, inſidiæ parantur, quas tamen virtute facit irritas.

Anno U. C. DCCLXVIII. Druſo, Tiber. filio, & C. Norbano Coſſ. Germanicus iterum Rhenum (apud Bonnam ut apparet) transmittit, Cattos improviſos opprimit, agris, domibus, hominibus, vaſtatis, incenſis, cæſis, ad Rhenum vertit. Cheruſcos interea Cattis auxilium ferre paratos Cæcinna exterruit, Marſosque congredi auſos prælio cohibuit. Sed legati Segeſtis, patriæ ſuæ proditoris, auxilium adverſus populares ſuos, a quibus ſuaſore Arminio circumſidebatur, petunt, Germanicus ideo agmen convertit, pugnatumque in obſidentes, ereptusque Segeſtes magna cum propinquorum & clientum manu, cui inerant fœminæ nobiles, iuterque eas uxor Arminii gravida, ferebantur & ſpolia Varianæ cladis, plerisque eorum, qui tunc in deditionem veniebant, prædæ data. Hæc omnia in triumpho Germanici traducta poſtea ſunt. Arminius autem propter raptam uxorem, & ſubjectum ſervitio uxoris uterum, vecors per Cheruſcos volitabat, arma in Segeſtem, arma in Cæſarem poſcens. Conciti per hæc non modo Cheruſci, ſed conterminæ gentes, & Inguiomerus patruus; unde Cæſari major metus, & ne bellum mole una ingrueret, Cæcinnam cum quadraginta cohortibus Romanis diſtrahendo hoſti per Bructeros ad flumen Amiſiam mittit, equitem Pedo præfectus finibus Friſiorum ducit, ipſe impoſitas navibus quatuor legiones per lacus vexit, ſimulque pedes, eques, claſſis apud prædictum amnem convenere. Chauci cum auxilium pollicerentur, in commilitium adſciti ſunt. Bructeros ſua urentes, expedita cum manu L. Stertinius miſſu Germanici fudit; interque cædem & prædam reperit undevicesimæ legionis aquilam (2) cum Varo amiſſam. Ductum inde agmen ad ultimos Bructerorum, quantumque Amiſiam & Lupiam amnes inter, vaſtatum, haud procul Teutoburgienſi ſaltu, in quo reliquiæ Vari legionumque inſepultæ dicebantur. Igitur cupido Cæſarem invadit ſolvendi ſuprema militibus ducique, & Romanus qui aderat exercitus ſextum poſt cladis annum trium legionum oſſa, nullo noſcente alienas reliquias an ſuorum humo tegeret, omnes ut conjunctos, ut conſanguineos, aucta in hoſtem ira, mœſti ſimul & infenſi condebant, primum extruendo tumulo ceſpitem Cæſar poſuit gratiſſimo munere in defunctos, & præſentibus doloris ſocius. Inde pugna cum Arminio, a qua tamen manibus æquis abſceſſum eſt. Mox Germanicus reducto ad Amiſiam exercitu, legiones claſſe, ut advexerat, reportat, pars equitum littore Oceani petere Rhenum juſſa. Hic Romanos ſub Cæcinna in reditu Arminius aggreditur, & tantum non fundit, verum nimia victoriæ cupiditate victoriam amittit. Tradit C. Plinius, Germanicorum bellorum ſcriptor, ſtetiſſe Agrippinam apud principium pontis, laudes & grates reverſis legionibus habentem. Sed legiones, quæ ſub P. Vitellio littore reducebantur, effuſione Oceani in plano periclitatæ tandem ad Viſurgim amnem penetrarunt, quo Germanicus claſſe contenderat, impoſitæ deinde legiones iſthinc per Oceanum reductæ ſunt. Interea Stertinius ad accipiendum in deditionem Segimerum fratrem Segeſtis præmiſſus, ipſum & filium ejus in civitatem Ubio-

dubio ex invidia præternaviſit, *Dio* quoque præter morem admodum ſobrie, *Tacitus* autem lib. I. Annal. c. 49. 50. 51. 52. 55. usque ad c. 72. & lib. II. Annal. c. 5. usque ad 26. pluribus deſcribunt; egregie vero illuſtrant *Illuſtriſſ. Aut.* Monum. Paderb. p. 56. 66. & inprimis *Nic. Schaten.* in H. W. a pag. 74. usque ad 92. Vide quoque *Waſſenbergium* in Embrica lib. I. c. 5.

(1) Vide de hoc templo ſupra lib. I. circa finem.

(2) Vide Not. ſupra p. 57.

Digitized by Google

rum perduxit. Cæterum ad supplenda exercitus Romani damna certavere Galliæ, Hispaniæ, Italiæ. Anno sequente, *a*) T. Statilio Sisenna, & L. Scribonio Coss. Tiberius specie moti Orientis Germanicum a Legionibus suetis abstrahit, cui paret ille, sed lente: prius enim Germanos nova ratione & mari aggreditur, fabricata mille navium classe, quæ in insula Batavorum convenit. Germanicus, dum adiguntur naves, Silium legatum cum expedita manu irruptionem in Chattos facere jubet: ipse, audito castellum Lupiæ flumini adpositum obsideri, sex legiones eo duxit. A Silio autem ob subitos imbres nihil aliud actum, quam ut modicam prædam, & Arpi Principis Chattorum conjugem filiamque raperet; neque Cæsari copiam pugnæ obsessores fecere, ad famam adventus ejus dilapsi. Tumulum tamen nuper Varianis legionibus structum, & veterem aram Druso sitam disjecerant; restituit aram honorique patris Princeps ipse cum legionibus decucurrit. Tumulum iterare haud visum, & cuncta inter castellum, Alisonem, ac Rhenum novis limitibus aggeribusque permunita. Jamque classis advenerat, cum præmisso commeatu & distributis in legiones ac socios navibus, fossam, cui Drusianæ nomen, ingressus est. Lacus inde & Oceanum usque ad Amisiam flumen secunda navigatione pervehitur, militemque ibi in terras iturum, transposuit; mox Angrivarios Stertinio duce populatur, & sternit: ipse transgressus Visurgim Cheruscos & Arminium ingenti prælio vincit in campo, cui Idistaviso nomen. (1) Cluverius *b*) prælii locum descripsit inter Minden & Oldendorp prope arcem Eyßdorp / quæ nomen Idistavisi refert. Trophæum Romani in loco excitant, qua contumelia accensi Germani, pugna acri & ambigua Romanos adoriuntur denuo. Tandem Romanis victoribus Germanicus congeriem armorum struxit, superbo hoc cum titulo: DEBELLATIS INTER RHENUM ALBIMQUE NATIONIBUS, EXERCITUS TIBERII CÆSARIS HÆC MONIMENTA ET JOVI ET AUGUSTO SACRAVIT. Monimenta hæc, ut habet Chytræus in deliciis itinerum, in Comitatu Difholtio prope stagnum Dummerium erecta fuere. Miles inde Romanus classe reducitur, cum clade pene & exitio, ita intumuit Oceanus. Hæc clades ut Germanos ad spem novi belli, ita Germanicum ad eos coercendos erexit, Marsisque vastatis & excisis miles in hyberna apud Rhenum reductus est, & Germanicus Romam a Tiberio redire ad decretum triumphum monitus: triumphavit (2) ad VII. Kalen. Junias, C. Cælio, & L. Pomponio Coss. Ann. Urb. Cond. 770. In hoc triumpho, ait Strabo, *c*) illustrium virorum ducta sunt corpora simul & fœminarum, Semiguntus, Segesti filius, Cheruscorum Ductor, & Soror ejus, uxor autem Arminii, cujus ductu & auspicio in Cheruscis conflatum est bellum in fœderum fractione contra Quinctilium instituta. Ejus fœminæ nomen est Thosuelda, secum erat filius trimus Tumelicus nomine, item Sesithacus, Ægimeri (*) filius, Cheruscorum ductoris, ejusque uxor Rhamis, Veromiri filia Cattorum Principis, Deutorixque Bætoritis filius, fratris Melonis Sugambri. Ægestus quoque socer Arminii ab eo dissentiens inchoante bello, qui observato tempore transfuga ad Romanos transivit, & traductis in triumpho cognatis patris aderat, honorifice ipse in ducendo habitus in ipsa pompa incedebat; & Lybis Chattorum sacerdos aliique mortales, &c. Triumphi etiam hujus indicium habet numisma hoc æneum (3) apud Vetera effossum:

a) *Tacit. l. 2. Annal. per totum.*

b) *l. 3. c. 14.*

c) *Geogr. l. 7.*

(*) *Ægimerum & Ægestem vocat Strabo, alii Segimerum & Segestem.*

Anno

(1) Ut *Tacitus* refert Annal. lib. II. c. 16. ubi vide *Lipsium* in Notis, qui planitiem circa pagum Vegesack, duobus circiter milliaribus infra Bremam designari putat.

(2) Præter quos honores Arcus quoque propter Ædem Saturni, ob recepta signa cum Varo amissa, ei dicatus fuit. *Tacit.* Annal. lib. I. c. 41.

(3) Cujus altera pars repræsentat currum triumphalem, inque eo stantem Germanicum, manibus habenas & Aquilam tenentem, addito GERMANICUS. CÆSAR. Altera parte idem Imperator

Digitized by Google

Anno ab Urb. C. DCCLXXII. M. Silano & C. Norbano Coſſ. *Arminius abſcendentibus Romanis,* (1) *& pulſo Maroboduo regnum adfectans, libertatem popularium adverſam habuit, petitusque armis cum varia fortuna certaret,* dolo propinquorum cecidit, *liberator haud dubie Germaniæ, & qui non primordia populi Romani, ſicut alii Reges Ducesque, ſed florentiſſimum imperium laceſſierit: prœliis ambiguus, bello non victus, ſeptem & triginta annos vitæ, duodecim potentiæ explevit.*

Anno ab Urb. Cond. DCCLXIV. *a)* Tiberio quartum, & Druſo Nerone ſecundum Coſſ. Galliarum civitates ob magnitudinem æris alieni ex continuatione tributorum, & gravitate fœnoris contracti rebellionem cœptavere, (2) cujus exſtimulator acerrimus, inter Treveros Julius Florus, apud Æduos, Julius Sacrovir, ille Belgas, hic propiores Gallos concivit. Haud ferme ulla civitas intacta hoc motu fuit. Conſultus ſuper eo Tiberius aſpernatus eſt indicium. Interim Florus inſiſtere deſtinatis, pellicere alam equitum, quæ conſcripta Treveris militia diſciplinaque Romana habebatur, pauci equitum corrupti, plures in officio manſere. Aliud vulgus obœratorum arma cepit, petebantque ſaltus, quibus nomen Arduenna. Sed Julius Indus e civitate eadem, diſcors Floro, inconditam multitudinem adhuc diſjecit. Florus incertis lætebris victores fruſtratus, poſtremo viſis militibus, qui effugia inſederant, ſua manu cecidit. Isque Treverici tumultus finis. *a) Hæc ex Tac. Annal. l. 3. c. 40. 41. 42. deſumpta.*

Anno Urb. Condit. *b)* DCCLXXXI. Junio Silano, & Silio Nerva Coſſ. Friſii, trans-Rhenanus populus, rebellant, Romanorum magis avaritiæ, quam obſequii impatientes; rapti qui tributo aderant milites, & patibulo affixi. Olennius inſenſos fuga prævenit, receptus caſtello, cui nomen Flevum, (3) illic civium ſociorumque manus littora Oceani poſſidebat. Quod ubi L. Apronio, inferioris Germaniæ Proprætori, cognitum, vexilla legionum e ſuperiore provincia, peditumque & equitum auxiliarium delectos accivit, ac ſimul utrumque exercitum Rheno devectum Friſiis intulit; ſoluto jam caſtelli obſidio, & ad ſua tutanda digreſſis rebellibus. Igitur proxima æſtuaria aggeribus & pontibus traducendo graviori agmini firmat; atque interim repertis vadis, alam Caninefatum, & quod peditum Germanorum inter Romanos merebat, circumgredi terga Friſiorum jubet, ſed parum providus aut fœlix, unde duplex Romanorum clades. (4) Clarum inde inter Germanos Friſium nomen. *c)* *b) ex Annal. l. ac. lib. 4. c. 72. ſeqq.*

Anno Urb. C. DCCLXXXV. Nati Chriſti XXXIV. circiter, Cn. Domitio & M. Furio Coſſ. *d)* JESUS CHRISTUS, Servator noſter, cruci a Judæorum gente affixus eſt (5) Hieroſolymis: mortuus quidem & ſepultus eſt, ſed tertia die e ſepulchro vivus reſurrexit, & quadrageſimo ab inde die in cœlum aſcendit, idque in ſalutem omnium eorum, qui non tantum per univerſum terrarum orbem, ſed etiam ex hiſce, de quibus ſermo eſt, in eum crediturі eſſent, populis. *c) Tac. Annal. l. 4. c. 74. d) in Chron. Conſular. M. Durel. Caſſiodor.*

Tibe-

rator conſpicitur, capite laurea revincto, & manu ſiniſtra itidem Aquilam militarem complexus, adſcripto hoc elogio: SIGNIS. RECEPTIS. DEVICTIS. GERMANIS. *Pichona* ad Tacit. l. c. *Carolus Patinus* Imper. Rom. Numiſm. p. 64. *Illuſtr. Spanhemius* Vol. II. p. 207. qui vero omnes figuræ, ut videtur, muliebris in manu dextra, non meminerunt. *Patinus* manum illam tantum exporrectam exhibet inſtar Imperatoris milites adhortantis. Si autem figura illa in nummo iſto reperitur, *Germaniam devictam* deſignari puta, cum devictæ Regiones mulieris ſpecie in numnis repræſentari ſoleant.

(1) Verba ſunt *Taciti* Annal. lib. II. cap. ult. Scriptores de eo vide ſupra p. 57.

(2) Cui vero Clivize & Juliæ Incolæ non interfuerunt, procul dubio, quod *præcipuum robur Rhenum juxta, commune in Germanos Galloſque ſubſidium, Octo Legiones, Tacit.* Lib. IV. Annal. c. 5. a quibus tam cis, quam trans Rhenum ita fuere coërciti, ut Domitius *Tacito* teſte Lib. IV. Ann. c. 44. *exercitu flumen Albim tranſcenderit, longius penetrata Germania, quam quisquam priorum.*

(3) Vide ſupra lib. I. pag. 31.

(4) Quarum altera nongenti Romanorum apud lucum *Baduhennam* occiſi fuerunt; altera vero Cruptoricis villa quadringentorum manus, cum proditionem metueret, mutuis ictibus procubuit. *Tacit:* Annal. IV. p. 73. *Schaten.* H. W. p. 96. 97. De lucu *Baduhenna*, Dea *Pada* apud Friſios ſacro, M. *Altingius* in Not. Inf. Germ. P. I. p. 14.

(5) Non eſt hujus loci, in verum annum emortualem Chriſti ejusque menſem & diem inquirere. Varias ea de re ſententias tum Patrum, tum recentiorum refert atque examinat *Ant. Pagius* in Crit. Hiſt. Chronol. in Annal. Barenii T. I. p. 22. & ſeqq. quem vide, ſi lubet.

Digitized by Google

Cajus Caligula.

Tiberio jam inſidiis oppreſſo, CAJUS Cæſar, filius Germanici, in imperio ſuccedit, cognomentum calceamenti militaris, id eſt, CALIGULÆ ſortitus eſt, quia natus in exercitu (1) fuerat, *a)* & quidem, ut Plinius Secundus, referente Suetonio, *b)* tradidit, in Treveris Vico Ambiatino ſupra Confluentes, unde verſiculi imperante mox eo divulgati:

In caſtris natus, patriis nutritus in armis,
Jam deſignati Principis omen erat.

Hic, cum Galliæ a finitimis gentibus diriperentur, *c)* admonitus de ſupplendo numero Batavorum, quos circa ſe habebat, expeditionis Germanicæ (2) impetum cœpit, legionibus & auxiliis undique excitis, contracto etiam omnis generis commeatu, iter ingreſſus eſt. *d)* Poſtquam caſtra attigit, nihil amplius, quam Adminio, Cinobellini Britannorum (3) Regis filio, qui pulſus a patre cum exigua manu transfugerat, in deditionem recepto, quaſi univerſa tradita inſula magnificas Romam literas miſit. *e)* Mox deficiente belli materia, paucos de cuſtodia Germanos trajici, occultique trans Rhenum juſſit, ac ſibi poſt prandium quam tumultuoſiſſime adeſſe hoſtem nunciari. Quo facto, proripuit ſe cum amicis & parte equitum prætorianorum in proximam ſylvam, truncatisque arboribus, & in modum trophæorum adornatis, ad lumina reverſus eſt. *f)* Cum autem trans Rhenum inter anguſtias denſumque agmen iter eſſedo faceret, dicente quodam, non mediocrem fore conſternationem, ſicunde hoſtis appareat, illico equum conſcendit, ac propere verſus ad pontes, ut eos calonibus & impedimentis ſtipatos reperit, impatiens moræ, per manus & ſuper capita hominum translatus eſt, turpique fuga Romam reverſus. *g)* (4) Converſus tamen ad curam triumphi, Gallorum proceriſſimum quemque legit, ac ad pompam ſepoſuit, coëgitque non tantum rutilare & ſubmittere comam, ſed & ſermonem Germanicum addiſcere, nominaque Germanica ferre. *h)*

Hæc ad Rhenum, & quidem in hiſce & vicinis provinciis, intra quadriennium geſta ſunt.

Tiberius Claudius.

Anno Urb. Cond. DCCC. ſexto circiter CLAUDII, C. Valerio Aſiatico, & M. Valerio Meſſala Coſſ. Cheruſcorum gens Regem Roma petivit, amiſſis per interna bella nobilibus, & uno reliquo ſtirpis regiæ, qui apud urbem habebatur, nomine Italus. Paternum huic genus (5) ex Flavio, fratre Arminii, maternum ex Acrumero, Principe Cattorum, erat. Ipſe forma decorus, & armis equisque in patrium Romanumque morem exer-

a) *Sext. Aurel. Victor.*
b) *Sueton. in Calig. c. 8.*
c) *Sext. Aurel. Vict. & quidem in vita Tiberii.*
d) *Sueton. in Calig. c. 43.*
e) *Id. c. 44.*
f) *Id. c. 45.*
g) *Id. c. 51.*
h) *Id. c. 47.*

(1) Sive ut *Dio Caſſius* L. LVII. p. 605. ὅτι ἐν τῷ στρατοπέδῳ τὸ πλεῖστον τραφεὶς τοῖς στρατιωτικοῖς ὑποδήμασιν ἀντὶ τῶν ἀσιωῶν ἐχρῆτο. *Quia in exercitu plerumque educatus militari pro Urbico pedum tegmine uteretur.*

(2) *Dio Caſſius* Lib. LIX. p. 656. de cauſa ejus expeditionis hæc ſcribit: *Jam omnes in Italia Romæque abſumtæ erant pecuniæ, unde omnino quicquam haberi potuiſſet: neque ibi præterea ulla pecuniæ conquirendæ ratio, quæ alicujus momenti eſſet, reperiri poterat, urgentibus interim vehementiſſime ſumtibus. Igitur Cajus in Galliam abiit, obtentu Germanici belli uſus, quod is populus aliquid novi motus dediſſet: Ipſe revera in animo habens, Galliæ quoque opibus florentes & Hiſpaniam expilare.*

(3) *Oroſius* lib. VII. c. 5. *Minocynobellinum* vocat; ſed *Svetonii* lectionem præferendam putat *Caſaubonus*, niſi quod pro Adminio Arminio, nomine apud Germanos & Britannos conſueto, forte legendum ſuſpicetur.

(4) Cum quoque prius ludicram pugnam inſtituiſſet in littore Oceani, in Indicium Victoriæ ibi extructa *altiſſima Turri, Sveton.* c. 46. quæ in urbe Bononiæ adhuc ſupereſſe & *la Tour d'Ordre* nunc vocari dicitur a *Cluverio* lib. II. c. 36. *Miræo* in *Chron. Belg.* ad ann. C. 48.

(5) Vide *Strabonem* lib. VII. ubi hæc fere Principum Cheruſcorum traditur Proſapia:



Digitized by Google

exercitus. Igitur Cæſar auctum pecunia, additisque ſtipatoribus, hortatur gentile decus magno animo capeſſere. *a)*

a) *Tac. Ann. l. 11. c. 16.*

Per idem tempus Chauci (1) nulla diſſenſione domi, & morte Sanquinii alacres, dum Corbulo adventat, inferiorem Germaniam incurſavere, Duce Gannaſco, qui natione Caninefas, auxiliaris & diu meritus, poſt transfuga, levibus navigiis prædabundus Gallorum maxime oram vaſtabat, non ignarus dites & imbelles eſſe. At Corbulo provinciam ingreſſus magna cum cura, & mox gloria, cui principium illa militia fuit, triremes alveo Rheni, cæteras navium ut quæque habiles, per æſtuaria & foſſas adegit; lintribusque hoſtium depreſſis, & exturbato Gannaſco, ubi præſentia ſatis compoſita ſunt, legiones operum & laboris ignaras, populationibus lætantes, veterem ad morem reduxit. Et natio Friſiorum poſt rebellionem clade L. Apronii captam infenſa, aut male fida, datis obſidibus conſedit apud agros a Corbulone deſcriptos. Idem Senatum, Magiſtratus, leges impoſuit, ac ne juſſa exuerent, præſidium immunivit, miſſis qui majores Chaucos ad deditionem pellicerent, ſimul Gannaſcum dolo aggrederentur. Nec irritæ aut degeneres inſidiæ fuere adverſus transfugam & violatorem fidei. Sed cædæ ejus motæ Chaucorum mentes, & Corbulo ſemina rebellionis præbebat. Ideo Claudius adeo novam in Germanias vim prohibuit, ut referri præſidia cis Rhenum juberet. Jam caſtra in hoſtili ſolo moliebatur Corbulo, ſed re ſubita ſignum receptui dedit. Ut tamen miles otium exueret, inter Moſam Rhenumque trium & viginti millium ſpatio foſſam produxit, (2) qua incerta Oceani vetarentur. *b)*

b) *Verba ſunt Taciti Annal. l. 11. c. 18. 19. 20. quæ hic retinere conſultum duxi.*

Conſulatus hi hic intercedunt:

- Vitellii & Vipſanii, A. U. C. 801.
- Pompeji & Q. Verannii, A. U. C. 802.
- C. Antiſtii, & M. Suilii. His Coſſ. Agrippina, quo vim ſuam ſociis quoque nationibus oſtentaret, in oppidum Ubiorum, in quo genita erat, veteranos Coloniamque deduci, imperat: cui nomen inditum ex vocabulo ipſius. (3) Ac forte acciderat, ut eam gentem Rheno transgreſſam avus Agrippa in fidem acciperet. *c)* Hic eſt
- Annus U. C. 803. & 40. poſt Cladem Varianam. *d)*
- T. Claudii quintum, & Ser. Cornel. Orfiti, A. U. C. 804.
- P. Cornelii Sullæ, & L. Salvii Othonis, A. U. C. 805.
- D. Junii Silani, & Q. Haterii, A. U. C. 806.
- M. Aſinii Marcelli, & M. Acilii Aviolæ, A. U. C. 807.
- Imperator. CLAUDII NERONIS, & L. Antiſtii Veteris, A.U.C. 808.
- Q. Voluſii, & P. Cornelii Scipionis, A. U. C. 809.
- Imp. Claud. Neronis ſecundum, & L. Calphurnii Piſonis, A. U. C. 810.

c) *Tac. Ann. lib. 12. c. 27.*

d) *Idem ib.*

Anno U. Cond. DCCCXI. Imp. CLAUD. NERONE tertium, & Valerio Meſſalla Coſſ. *e)* Paulinus Pompejus & L. Vetus exercitui Romano in hiſce provinciis præerant. Ne tamen ſegnem militem (4) attinerent, Paulinus inchoatum ante tres & ſexaginta annos a Druſo aggerem (5) coërcendo Rheno abſolvit. Ju-

Claudius Nero.

e) *Idem l. 13. c. 53.*

(1) Jam antea adverſus illos miſerat Sabinium, cui propterea Chaucii nomen dedit. *Sueton.* c. 25. in Claudio.

(2) *Ne fluvii Oceano æſtu ante refluentes ſuperſtagnarent*, ut refert *Dio Caſſius* lib. LX. p. 686. Foſſam hanc, ut *M. Altingius* exiſtimat P. I. p. 47. cœpiſſe a Capite fluvii prope Lugdonum, cui nomen Vliet, atque ad locum, qui Geetvliet vocatur, paulo infra confluentes Vahalis & Moſæ fuiſſe productam, veroſimilius eſt, quam foſſam intelligi, a Lugduno per Urbem Delftenſem ad Maſæ landiæ Cataractos, (Maes-Landſchluiß) ut *Simon van Leuwen* aliiq; volunt, productam, cum illa recentioris temporis ſit.

(3) Atque ab illo tempore vel ſimpliciter *Agrippina* in Tab. Theod. & Ἀγριππινησις, *Agrippinenſis* a Ptolomæo, vel *Colonia* aut *Civitas Agrippinenſis* dicta, cujus Urbis hiſtoriam *Ægidius Geteniue* libro de admiranda Magnitudine Coloniæ deſcripſit.

(4) Ex quo enim Claudius *novam in Germanias vim prohibuerat, atque referre cis Rhenum præſidia juſſerat*, ut refert *Tacit.* Annal. lib. XI. c. 19. res in Germania quietæ erant; *ingenio* quoque *Ducum*, ut idem Scriptor ait lib. XIII. c. 13. *qui pervulgatis triumphi Inſignibus majus ex eo decus ſperabant, ſi pacem continuaviſſent.*

(5) *Molem* nimirum a Druſo factam, atque a Civili deſtructam, *Tacit.* Hiſt. Lib. V. c. 19. *Dio Caſſius* l. LV. ubi autem hæc moles ſive agger quærendus ſit, docet M. *Alting.* P. I. p. 54-55.

Digitized by Google

Juſtus Lipſius in ſuis ad hunc Taciti locum notis, ſic de hoc aggere: Intelligitne, inquit, foſſam Druſianam, Iſſalæ hodie cognomento inſignem, quæ Rhenum imminuit, exhauſit, & quaſi coërcuit? an potius aliud opus in Gallica ripa, quo tumidum ac vagum cum pernicie accolarum amnem reprimeret, videtur? Et refero ad aggerem iſtum, quæ lib. 5. hiſtor. ſcripta: quin & diruit molem a Druſo Germanico factam &c. Hæc Lipſius.

Vetus Moſellam atque Ararim, (1) facta inter utrumque foſſa, connectere parabat, ut copiæ per mare, dein Rhodano & Arare ſubvectæ, per eam foſſam, mox fluvio Moſella, in Rhenum, exin Oceanum decurrerent, ſublatisque itinerum difficultatibus, navigabilia inter ſe Occidentis Septentrionisque littora fierent. Invidit operi Ælius Gracilis, Belgicæ legatus, deterrendo Veterem, ne legiones alienæ provinciæ inferret, ſtudiaque Galliarum affectaret. Cæterum continuo exercituum Rom. otio fama pervagata eſt, ereptum legatis jus ducendi in hoſtem. Ideo Friſii juventutem ſaltibus & paludibus per lacus admovere ripæ Rheni, agrosque vacuos & militum Rom. uſui ſepoſitos inſedere, auctore Verrito & Malorige, qui nationem eam, in quantum Germani tunc regnabant, regebant. Dubius Avitus accepta a Paulino provincia, minitando vim Romanam, niſi abſcederent Friſii veteres in locos, aut agros iſtos a Cæſare impetrarent, Verritum & Malorigem preces ſuſcipere perpulit. Illi profecti Romam, dum Neronem opperiuntur, theatrum Pompeji intrant, ibi cum quosdam cultu externo in ſedibus Senatorum adverterent, audirentque earum gentium honoris id datum, quæ virtute & amicitia Romana præcellerent; *Nullos mortalium armis aut fide ante Germanos eſſe*, exclamant. Nero civitate ambos donavit, Friſios decedere agris juſſit. Illis adſpernantibus miles immiſſus, captis cæſisque, qui pervicacius reſtiterant. Eosdem agros Anſibarii occupavere, pulſi a Chaucis. Illi tantum exilium orabant; aderat iis Bajocalus, vinctum ſe rebellione Cheruſca juſſu Arminii, mox Tiberio & Germanico ducibus ſtipendia meruiſſe, referens. Sed Avitus, cum arbitrium penes Romanos eſſe, quid agrorum darent, quid adimerent, reſpondiſſet, Anſibarii Bructeros, Tencteros, ulteriores etiam nationes ſocias bello vocabant. Curtilius Mancia tunc Aviti ſcripto monitus, Rhenum transgreſſus, a tergo Anſibariis arma oſtendit. Avitus legiones in agrum Tenctherum induxit, excidium minitans, niſi cauſam ſuam diſſociarent. Igitur illis abſiſtentibus, Bructeris etiam territis, & cæteris aliena pericula deſerentibus, ſola Anſibariorum gens retro ad Uſipios & Tubantes conceſſit, quorum terris exacti tandem ut hoſtes cæduntur. Eodem anno Colonia nuper condita fatali igne (2) conflagravit. *a)* Hæc patria paſſa eſt Nerone imperante, quem tamen paulo minus XIV. annis perpeſſus Romanus orbis tandem deſtituit, initium facientibus Gallis, Duce Julio Vindice, (3) qui tum eam provinciam pro Prætore obtinebat. Motum hunc Galliarum cognovit Neapoli, die ipſo, quo matrem occidit. *b)* GALBA interim Carthagine nova conventum agens, ſimiliter tumultuari Gallias comperit, ſupervenerunt Vindicis literæ, hortantis, ut humano generi aſſertorem ducemque ſe accommodaret: Nec diu cunctatus conditionem recepit. *c)* Et quanquam morte Vindicis (4) maxime conſternatus, vitæ ſere renunciaſſet, ſupervenientibus tamen ab urbe

a) *Hæc ex Tac. lib. Annal. 13.*

b) *Sueton. in Neron. c. 40.* Galba.

c) *Sueton. in Galb. c. 9.*

(1) Deſumta hæc ex *Tacito* Annal. lib. XIII. c. 53. & ſeqq.

(2) De quo *Tacitus* Annal. lib. XIII. c. 57. juxta vulgarem lectionem, *Sed*, inquit, *Civitas Jubonum Socia nobis malo improviſo afflicta eſt. Nam ignes terra editi Villas, arva, vicos paſſim corripiebant, ferebanturque in ipſa conditæ nuper Coloniæ Mœnia.* Hanc Juhonum Civitatem ultra Rhenum ponit *Cluverius* lib. III. G. A. c. 8. in Ducatu Bergenſi, in qua regione juga montium apta ſint igni concipiendo. Sed Juhonum illam gentem Chimæram eſſe, atque nusquam extitiſſe, legendum eſſe apud Tacitum; *ſed Civitas Ubiorum Socia nobis*, tum ex Codice Florentino, in quo *Civitas Vibonum* (errore librarii pro *Ubiorum*) ſcriptum fuit, tum aliis rationibus docet *M. Altingius* P. I. p. 83. 84. 85.

(3) De quo *Xiphilinus* in excerptis Dionis lib. LXIII. p. 724. *Cajus Julius Vindex, natione Gallus, propter Majores e ſtirpe Regia, propter Patrem Ordinis erat Senatorii, homo magnis viribus Corporis, & multa præditus prudentia, perituque rei militaris, & ad omne præclarum facinus audax.* Quæ inſequitur Oratio Vindicis, qua convocatam Gallorum multitudinem adverſus Neronem incitavit.

(4) Qui ſibi ipſi manus intulit, quum magnam Cladem paſſus eſſet a Rufo, qui Germaniam tenebat,

Digitized by Google

be nunciis, ut occiſum Neronem, cunctosque in verba ſua juraſſe cognovit, depoſita legati, ſuſcepit Cæſaris appellationem, iterque ingreſſus Fontejum Capitonem, res novas in Germania molientem, oppreſſit. *a)* Civitates Galliarum, quæ cunctantius ſibi acceſſerant, gravioribus tributis, quasdam etiam murorum deſtructione punivit, & præpoſitos procuratoresque ſupplicio capitis affecit, cum conjugibus & liberis. Germanorum cohortem, a Cæſaribus olim ad cuſtodiam corporis inſtitutam, multisque experimentis fidiſſimam, diſſolvit, ac ſine ullo commodo remiſit in patriam. *b)* Tandem omnibus fere offenſus, præcipua apud milites (1) invidia flagravit. Sed maxime frenebat ſuperioris Germaniæ exercitus, fraudari ſe præmiis navatæ adverſus Gallos & Vindicem operæ. Ergo primi obſequium rumpere auſi. *c)* Inferioris Germaniæ legiones diutius ſine Conſulari fuere, donec miſſu Galbæ *Vitellius* iis aderat. *d)* Sed a Galba contra opinionem iſthuc miſſus eſt Vitellius. *e)* Piſonem interea Galba adoptat. Id OTHONEM, qui imperii ſedem tenebat, offendit: nam ubi ſpe ſua ſe lapſum videret, animum ad utriusque cædem appulit & perfecit, (2) conciliatis ſibi prætorianis. Illi æmulus ſtatim & hoſtis Vitellius exortus; nam cæde Galbæ annunciata, *f)* Imperator etiam, a Fabio Valente conſenſu utriusque Germaniæ exercituum in Colonia Agrippinenſi ſalutatus, *g)* (3) compoſitis Germanicis rebus, (4) adverſus Othonem in Italiam perrexit. *b)* Verum in Gallia cum adhuc eſſet, de Bebriacenſi Victoria, (5) & Othonis exitu (6) audivit. Pugionem, quo Otho ſe occiderat, in Agrippinenſem Coloniam miſit Marti dedicandum. *i)* Geſta hæc paucis menſibus, Coſſ. Imp. Serg. Galba, & Tito Vinio. Octavo imperii menſe deſciverunt a Vitellio exercitus, & pars in abſentis, pars in præſentis VESPASIANI, qui tunc Judæam fere ceperat, (7) verba jurarunt. *k)*

a) *Sueton. in Galb. c. 11.*

b) *Ibid. c. 12.*

c) *Ibid. c. 16.*

d) *Tac. hiſt. lib. 1.* Otho.

e) *Sueton. in Vitell. c. 7.*

f) *Ibid. c. 9.*

g) *Tac. hiſt. lib. 1. c. 57.*

h) *Sueton. in Vitell. c. 9.*

i) *Ibid. c. 10.* Flavius Veſpaſianus.

k) *Sueton. in Vitell. c. 15.*



Cujus

nebat, atque ad motus Galliæ compeſcendos præfectus, Veſontionem obſederat. *Xiphilinus* l. c. p. 725. Ipſe tamen Rufus obitum Vindicis doluit, nec Imperium ſibi a militibus oblatum accipere voluit. Idem Scriptor p. 726.

(1) Quod nimis avarus, parumque liberalis in milites eſſet, quibus, pecuniam poſtulantibus, nihil dedit, atque reſpondit: *Legere ſoleo milites, non emere. Xiphil.* lib. LXIV. p. 729.

(2) Ita ut Galba *in medio foro a militibus occiſus, cadaver ignominia cujusvis generis adfectum, caput cervicibus abſciſſum & in pilo fixum fuerit*, una cum ipſo occiſo, quem adoptaverat, Piſone. *Xiphilin.* in Excerpt. lib. LXIV. pag. 730. *Eutrop.* lib. VII. c. 10.

(3) Homo *facili & prodigo animo, Sueton.* in Vitellio c. 7. qualem nempe milites cupiebant. *Nec enim*, ut refert *Xiphilinus* l. c. p. 729. 730. *eis* (militibus) *cura fuit, quod ir Tiberio in deliciis fuerat, quodque vita ejus adhuc cum priſtina libidine conſentiebat. Quin potius ob eam cauſam eum ſibi magis idoneum & accommodatum fore arbitrati ſunt.*

(4) A quibus procul dubio, ut & Germanicis, quibus præerat, exercitibus, *Germanici* Cognomen ipſi delatum, *Tacit.* Hiſt. I. 62. *Sueton.* in Vitellio c. 8. atque in nummis, quales vide apud *Carolum Patinum* ad Suetonium & in Numiſm. Imp. Rom. p. 104. tributum fuit. Quod enim Harduinus contendit, Vitellium ita dictum fuiſſe, quod e Livia ſ. Julia, Germanici filia, natus fuerit, tam a vero alienum eſt, ut Illuſtr. *Spanhemius* ne refutatione quidem indigere merito exiſtimaverit, Vol. II. p. 350.

(5) A *Bebriaco*, ut *Eutropius* aliique ſcribunt, ſive Bedriacenſi potius a *Bedriaco*, ut *Tacit.* lib. II. Hiſt. c. 32. *Suetonius* & *Plutarchus* habent, vico inter Cremonam & Veronam, de quo vid. pluribus *Cellarius* in Geograph. Antiq. Vol. I. p. 689.

(6) Qui cum *levi prælio eſſet evictus, ingentes tamen copias ad bellum haberet, ſponte ſemetipſum occidit, Eutrop.* lib. VII. c. 11. militibus monitis, ut ad *Victorem abirent, eumque ſtudioſe & diligenter colerent*, ceteriſque ſuis rebus, ut morti proximus, compoſitis. *Xiphil.* in Exc. lib. LXIV. p. 733. *Sueton.* in Ottone cap. 10. & 11.

(7) Hiſtoriam hujus expeditionis referunt *Tacit.* Hiſt. lib. I. c. 10. *Joſephus* de B. J. lib. II. c. 17. & lib. III. c. 4. Nummus vero, quem exhibet Autor, cuſus demum fuit poſt Hieroſolymam a Ti-

Cujus copiæ in Italiam venientes, omnes tandem Romam per vim & varia prælia ingreſſæ ſunt, & Vitellius ignominioſiſſime (1) occiſus, uncoque in Tiberim tractus eſt. *a)* Eodem anno, antequam obitus Vitellii per Germaniam auditus eſſet, dum alii Veſpaſianum, alii Vitellium fovent, civile bellum motus Germaniæ præſertim inferioris excepit, *b)* initium ejus facientibus Batavis, quod non ut ſocii, ſed ut mancipia haberentur. Auctor iis Claudius Civilis (2) regia ſtirpe, Batavos ſpecie epularum in ſacrum nemus vocatos, ibique nocte ac lætitia calefcentes ad arma compoſita oratione incitat & impellit, miſitque ad Caninefates, qui conſilia ſociarunt, & Brinio duce, accitis Friſiis, duarum cohortium hyberna proximo Oceano improviſi capiunt. Hic dolo Civilis, mox aperta vi prælioque, Caninefatibus, Friſiis, Batavisque ad illud compoſitis Romanos aggreditur, & haud procul a flumine Rheno vincit. Germanorum inde ſibi juncto auxilio, cum Hordeanius ipſi ſegniter iret obviam, Lupercum, qui in ipſum cum legionariis, Ubiorum quoque & Treverorum auxilio, Batavorumque ala egrediebatur, ſed in ipſa acie a Batavis jam pridem a Civile corruptis, tunc vero fugientibus, deſerebatur, prælio inſigni fundit, Ubiis Treverisque fuga diſperſis, legionariis vero in caſtra, quibus Veterum nomen eſt, effugium ſumentibus. Iisdem diebus Batavorum & Caninefatium cohortes ad Civilem in inferiorem Germaniam tendunt, Bonnam veniunt, innoxium tranſitum petunt, ubi iis reſiſteretur, ferro viam invenere. Civilis vero ad Vetera venit, quæ ubi machinis admotis fruſtra oppugnat, ad obſidium caſtrorum conſilium vertit. Vocula ad id ſolvendum mittitur, additus Voculæ in partem curarum Herennius, ſed non auſi ad hoſtem pergere, loco, Gelduba nomen eſt, caſtra fecere. In proximos Gugernorum pagos, qui ſocietatem Civilis acceperant, ductus a Vocula exercitus, pars cum Herennio manſit, quæ fortuito certamine a Germanis ſuperatur. At Civilis ex Ubiis, Treveris, Menapiis, & Morinis acta præda, contuſis etiam Ubiis, cœſis eorum in vico Marcoduro cohortibus, ferocior, ad Vetera ſatagit, qui cum parum conſulte Germanos oppugnatum ea miſiſſet, turris quoque, a Batavis erecta, ab obſeſſis fracta eſſet, omiſſa oppugnandi ſpe, iterum ad obſidium vertit. Interim adverſus Voculam veteranas cohortes, & quod e Germanis maxime promptum, mittit. Rapiuntur in tranſitu hyberna alæ Aſciburgii ſita, & Vocula pene oppreſſus, caſu tamen adjutus, Batavos cædit, qui ſi hoſtem Civilem ſtatim impellere, curſumque rerum ſequi maturaſſet, ſolvere obſidium legionum eodem impetu potuiſſet. Civilis, quaſi ſuis victoria provenitet, tentavit obſeſſorum apud Vetera animos, in quorum conſpectu Vocula cum Civile acie pugnavit, eumque ad fugam compulit, ſed Vocula omiſſis fugientium tergis, vallum turresque caſtrorum milite auxit, tanquam rurſus obſidium immineret, impedimentaque legionum cum imbelli turba Noveſium miſit, ut inde terreſtri itinere, quia Germani Rheno potiebantur, frumentum adveherent, fame apud Vetera preſſis. Civilis miſ-

a) *Tacit. hiſt. l. 3.*

b) *Sequentia ex Tacit. hiſt. l. 4. c. 14.*

Tacit. l. c. cap. 33.

Tacit. l. c. cap. 34.

---

to captam, anno poſt N. C. LXXI. quo Veſpaſianus III. Conſul fuit, vid. *Pagius* T. I. ad Ann. LXX. Quid autem ſibi velint figuræ militaris & muliebris vincta cum palma intermedia, Ill. *Spanheimius* de præſt. Numm. Volum. I. p. 350. & *Begerus* in Theſaur. Palat. p. 301. exponunt. Plures vero ejusmodi nummos cum Inſcriptione *Judæa capta*, tempore decennalium in memoriam Judææ ſubactæ cuſos, vide apud *Occonem* p. 147. & ſeqq. coll. *Pagio* T. I. ad ann. 78.

(1) *Eutropius* lib. VII. c. 12. *interfectum*, ſcribit, *& magno dedecore tractum per Urbem Romam publice, nudum, erecta coma & capite, ſubjecto ad mentum gladio, ſtercore in vultum & pectus ab omnibus obvii appetitum, poſtremo jugulatum & in Tiberin dejectum, etiam communi caruiſſe ſepultura.* vid. quoque *Xiphilin.* in Excerpt. lib. LXVI. p. 743.

(2) Belgice **Claes den Borger**, *ultra quam Barbaris ſolitum, ingenio ſolers, & Sertorium ſe aut Hannibalem ferens, ſimili oris deboneſtamento. Tacit.* Hiſt. lib. IV. c. 13. Bellum hoc Batavorum pro libertate ſua geſtum ex recentioribus deſcripſerunt *Adr. Junius* in Batav. c. 12. *Joh. van Somera* in Batav. c. 12. *Otto Vecnius*, Pictor celeberrimus, libro peculiari, *Batavorum cum Romanis bellum a Cornelio Tacito Hiſtorico olim deſcriptum, figuris nunc æneis expreſſum*, Antwerpiæ 1612. qui inſuper Tabulis XII. quæ in Curia Potentium Ordinum Belgii Hagæ Comitis conſpiciuntur, iſtius belli cauſas, Duces & eventum artificioſiſſime repræſentavit. Elegantem quoque comparationem Claudii Civilis, Libertatis Batavicæ Vindicis, cum Wilhelmo, Arauſionenſium Principe, ejusdem Libertatis Reſtauratore, vide apud *Bentivoglium* in Hiſt. Belgic. c. VII. *Grotium* in Præfat. ad Antiquit. Reipubl. Batav. *Stradam* lib. I. & VII. Præter hos Scriptores Batavicos vid. quoque *Nic. Schaten.* in Hiſt. Weſtph. inde usque a p. 110. ad 124.

Digitized by Google

missos frumentatores, datasque iis in præsidium cohortes invadit, incerto prælio, quod mox diremit: cohortes Geldubam perrexere, interim Civilis Vetera circumsedit. Vocula Geldubam atque inde Novesium concessit. Civilis capit Geldubam, mox haud procul Novesio equestri prælio prospere certavit. Dum hæc geruntur in Germania, Vespasianus iterum & Titus Consulatum absentes inierunt. Lipsius *a)* ponit in annum Urb. Cond. DCCCXXIII. Audita tandem per Gallias Germaniasque morte Vitellii, duplicatur bellum. Civilis enim cum Classico, præfecto alæ Treverorum, & quibusdam Gallis in Colonia Agrippinensi clanculum fœdus init, miscuere sese Tutor & Sabinus. Treveri & Lingones a Romanis palam deficiunt, Vocula resciscit, & in Coloniam Agrippinensem descendit, Gallorum inde fraude illectus ad hostem contendit, & haud procul a Veteribus Classicum Tutoremque frustra increpat, ideoque Novesium versò itinere concedit, Classicique opera occiditur. Romani ibi Gallis jurant. Tutor Agrippinenses eodem adigit, eodemque obsessi in Veteribus sollicitantur, quos fames premit, & ad pactionem perpellit, eosque abeuntes Germani præter fas cædunt. Vetera hinc igne injecto eversa. Lupercus hic captus est, interque dona missus Velledæ. (1) Ea virgo, nationis Bructeræ, late imperitabat, vetere apud Germanos more, quo plerasque fœminarum fatidicas, & augescente superstitione arbitrentur Deas. Tuncque Velledæ auctoritas adolevit, nam prosperas Germanis res, & excidium legionum prædixerat. Sed Lupercus in itinere interfectus. Legio XIII. Novesio excedere jussa, castra quoque Bonnensia a Romanis deserta, hybernaque Romanorum hinc inde direpta & subversa sunt, in quo periculo etiam Agrippinensis Colonia versata, a Civile tamen, ob memoriam veteris in se beneficii, servabatur, Germanis quidem invitis, e quibus Tencteri Ubios adeunt, & ad defectionem a Romanis sollicitant, sed hi ambiguo callidoque responso Tencteros leniunt, legatosque, qui cuncta ex voluntate Agrippinensium perferant, ad Civilem & Velledam mittunt, sed coram adire, alloquique Velledam negatum, arcebantur aspectu, quo venerationis plus inesset, ipsa edita in turre. Dilectus e propinquis consulta responsaque, ut internuncius nunimis, portabat. Civili, qui Agrippinensium societate auctus Sunicos occupabat, Labeo Bethasiorum, Tungrorumque & Nerviorum tumultuaria manu se opponit, sed victus profugit. Civilis avia Belgarum circumibat, dum Claudium Labeonem capere aut exturbare nititur. Classicus segne plerumque otium trahens, velut parto imperio fruebatur, nec Tutor quidem maturavit superiorem Germaniæ ripam, & ardua Alpium præsidiis claudere. Interim una & vicesima legio Vindonissa, Sextilius Felix cum auxiliariis cohortibus per Rhætiam irrupere. Tutor cum Treverorum copiis, vitato Moguntiaco, Bingium concessit, fidens loco, qui pontem Navæ fluminis abruperat, sed in cursu cohortium, quas Sextilius ducebat, & reperto vado, proditus fususque. Ea clade perculsi Treveri, sed a Valentino & Tutore in arma retracti. Hoc belli statu Petilius Cerialis, sub Vespasiano belli Dux, Moguntiacum venit, ejus adventu erecta spes. At Civilis & Classicus, ubi pulsum Tutorem, cæsos Treveros, cuncta hostibus prospera accepere, trepidi ac properantes, dum dispersas suorum copias conducunt, crebris interim nunciis Valentinum movere, ne summæ rei periculum faceret. Eo rapidius Cerialis, missis in Mediomatricos, qui breviore itinere legiones in hostem verterent, contracto quod militum Moguntiaci, quantumque secum advexerat, tertiis castris, Rigodulum venit, quem locum magna Treverorum manu Valentinus insederat, montibus aut Mosella amne septum, & addiderat fossas obicesque saxorum. Non deterruere ea munimenta Cerialem, qui, ut ventum ad manus, nobilissimos Belgarum, interque eos ducem Valentinum, cepit. Cerialis postero die Coloniam Treverorum ingressus est, avido milite eruendæ civitatis, quam tamen Cerialis servat, Treverosque oratione facunda & sapiente composuit & erexit. Civilis & Classicus isthuc adveniunt, Civilis pugnam differri censet, Tutor, & cum eo Classicus maturat. Media acies Ubiis Lingonibusque data, dextro cornu cohortes Batavorum, sinistro Bructeri, Tencterique, pars montibus, alii viam inter, Mosellanique flumen improvisi Romanos assiluere. Perrupta legionum castra, fusi equites: medius Mosellæ pons, qui ulteriora Coloniæ annectit, ab hostibus infestus. Cerialis recuperatum pontem lecta manu firmavit. Mox in castra reversus milites increpat, iique animum

Tacit. c. 36.

a) in not. ad Tacit. hist. lib. 4. c. 58.

Idem c. 54.

Idem c. 59.

Id. c. 60.

Id. c. 62.

Id. c. 64.

Id. c. 70.

Id. c. 71.

Id. c. 73.

Id. c. 76.

Id. c. 77.

(1) De qua vide supra lib. I. p. 42.

Digitized by Google

Tac. c. 79. recipiunt, & hostem nimio prædæ intentum fugant. Orabant auxilium Agrippinenses, offerebantque uxorem ac sororem Civilis, & filiam Classici, relicta sibi pignora societatis, atque interim dispersos in domibus Germanos trucidaverunt. Unde metus, & justæ auxilium invocantium preces, antequam ad ultionem Civilis illuc intenderet, siquidem ille validius adhuc flagrantissima cohortium suarum integra, quæ e Chaucis Frisiisque composita, Tolbiaci, in finibus Agrippinensium agebat. Sed tristis nuncius avertit, deletam cohortem dolo Agrippinensium, qui largis epulis vinoque sopitos Germanos, clausis foribus, igne injecto cremavere. Simul Cerialis propero agmine subvenit. Circumstiterat Civilem & alius metus, ne quartadecima legio, adjuncta Britannica classe, afflictaret Batavos, qua Oceano ambiuntur. Sed classem Caninefates ultro aggressi fundunt, Classicus quoque adversus equites, Novesium a Ceriale præmissos, secundum prælium fecit, quæ modica, sed crebra damna famam victoriæ nuper partæ lacerabant.

Titus. Interea TITUS *a)* Judæam, inque ea Hierosolymorum urbem cepit, (1) soloque æquavit.

a) *Sequentia ex Tacit. hist. l. 5. desumpta, a c. 1. ad 14.*

Idem lib. cit. a c. 14. ad 21. At Civilis post malam in Treveris pugnam, reparato per Germaniam exercitu, apud Vetera consedit, secutus est eodem Cerialis. Ibi campis suopte ingenio humentibus, molis obliquæ a Civile in Rhenum additæ objectu revolutus amnis superfunditur, pugna isthic tumultuaria in aquis, Civilis Cerialem vincit, mox instaurata pugna Civilis in fugam pellitur, deserente eum, & e mole in Rhenum educta transnatante Bructerorum cuneo: neque ausus oppidum Batavorum *b)* (2) armis tueri, raptis, quæ ferri poterant, cæteris injecto igne in insulam concessit. Quin & diruit molem *c)* a Druso (3) Germanico factam, Rhenumque prono alveo in Galliam ruentem, disjectis, quæ morabantur, effudit. Sic velut abacto amne, tenuis alveus, insulam inter, Germanosque, continentium terrarum speciem fecerat. Transiere Rhenum Tutor quoque & Classicus, & centum tredecim Treverorum Senatores, tantumque belli superfuit, ut præsidia cohortium, alarum, legionum modicis vicis quadripartita Civilis invaserit. Decimam legionem Arenaci; *d)* secundam Batavoduri; *e)* & Grinnes *f)* Vadamque *g)* cohortium alarumque castra. Germanorum, Batavoduri, irrumpere inchoatum pontem nitebantur. Ambiguum prælium nox diremit, plus discriminis apud Grinnes Vadamque. Vadam Civilis, Grinnes Classicus oppugnabant: Sed ubi Cerialis cum delecta equitum manu subvenit, versa fortuna. Præcipites Germani in amnem aguntur. Civilis, dum fugientes retentat, agnitus, petitusque telis, relicto equo, transnatavit. Idem Germanis effugium. Tutorem Classicumque appulsæ lintres vexere. Cerialis Novesium Bonnamque profectus ad visenda hyberna navibus remeabat, disjecto agmine incuriosis vigiliis. Animadversum id Germanis, & insidias composuere: electa nox atra nubibus, & prono amne rapti, nullo prohibente vallum ineunt. Prima cædes æstu adjuta. Aliud

b) *Noviomagum, ut doctissimis placet.*

c) *de ista mole sup. ex Lipsio.*

d) *Non* Arnhem, *sed* Renckhum, *pagus in Velavia, ibi inventi sunt nummi Rom.*

e) Wyck the Duersteden.

f) Rhenen.

g) Wageningen.

Tacit. c. 22.

(1) Anno post natum Christum LXX. ut ostendit A. *Pagius* in Crit. Hist. Chronolog. T. I. ad a. cit. Historiam penitus nunc devictæ Judææ vid. apud *Josephum* de B. Jud. lib. IV. c. 5. lib. VI. & VII. integris. *Tacit.* Hist. lib. V. a c. I. ad 14. Nummum vero, quem Autor exhibet, non eodem anno, sed LXXVIII. cum Titus decennalia & simul memoriam Victoriæ Judaicæ celebraret, cusum fuisse, merito contendit *Pagius* ad cit. a. quia tum demum VI. Consul fuit Titus. Triumphi quoque Judaici, quem *Suetonius* in Tito c. 6. attingit, pluribus vero describit *Joseph.* de B. Jud. lib. VII. c. 16. Nummum vide apud C. *Patinum* ad Suetonii *Titum* & in Numism. Imp. Rom. p. 147. Quod vero præter illos honores *Judaici* cognomen, more alias Victoribus apud Romanos consueto, Vespasiani Pater & filius non usurpaverint, ob Religionis odium & gentis contemptum procul dubio factum fuit. Ill. *Spanhem.* Vol. II. p. 502.

(2) De quo supra lib. I. p. 34.

(3) A Corbulone perfectam. Vide supra p. 65.

Digitized by Google

ud Germanorum agmen turbata Romanorum claſſe, prætoriam navem vexillo inſignem, illic ducem rati, abripiunt. Cerialis alibi noctem egerat. Multa luce revecti Germani, captivis navibus, prætoriam triremem flumine Lupia donum Velledæ traxere. Civilem cupido inceſſit, navalem aciem oſtentandi. Spatium velut æquoris captum, ubi Moſæ fluminis amnem Rhenus Oceano affundit. Cerialis flumine ſecundo Civilem, qui eum ſua claſſe vento agebatur, prætervectus, Civile etiam tunc nihil auſo, & trans Rhenum abeunte Batavorum inſulam hoſtiliter populatus, agros villasque Civilis intactos, nota arte ducum ſinebat. Inde per occultos nuncios Batavis pacem, Civili veniam oſtentans, Velledam propinquosque monebat, fortunam belli tot cladibus adverſam, opportuno erga populum Rom. merito mutare. Batavi inclinant. Non ſefellit Civilem ea inclinatio. Petito igitur colloquio, ſcinditur Vahalis (1) fluminis pons, in cujus abruptu progreſſi duces de pace (ita apparet ex fine admixtali libri,) tractant. (2)

Tacit. c. 23.

Idem c. 24.

Idem c. 25.

Id. c. 26.

Pace conſtituta caſtra hybernaque ad Rhenum paſſim reſtaurata ſunt Veſpaſiani providentia, qui per omnes terras, qua jus Romanum eſt, *a)* renovavit urbes cultu egregio, viaſque operibus maximis munivit. Vetera caſtra aliaque hic loci hyberna etiam ab eodem reſtituta eſſe, conjicere & hinc licet, quod major, quæ iſthic effodiuntur, numiſmatum pars Veſpaſiani effigiem referant. Bella autem iſta ſub Veſpaſianis, patre filioque, hic geſta ſunt. Miſcuit ſe iis ante Principatum DOMITIANUS, cum nimirum Civilis Romanos armis infeſtis aggrederetur, *b)* expeditionemque in Galliam (3) Germaniasque, (auctore ſcilicet Civile rebellantes,) non neceſſariam inchoavit, ut ſe fratri Tito adæquaret. *c)* Talem quoque jam Imperator in Cattos ſuſcepit, de quibus poſt varia prælia triumphum egit. *d)* (4) Empta tandem pax eſt a Germanis: Annua tributa conſtituta, uti ſe trans Rhenum Danubiumque continerent. Domitianus præterea Trajanum, virum belli & pacis artibus clariſſimum, ex Hiſpaniis excitum, Germaniis, quæ in Galliis ſunt, præfecit, ut Germani trans-Rhenani, virtute quoque Trajani, & admiratione, juſtitiaque, in fœdere detinerentur. *e)* (5)

a) A. Vict.

Domitiano.

b) vid. Tac. hiſt. l. 4.

c) Suet. in Domit. c. 2.

d) Ibid. c. 6.

e) hæc Aventin. ex Dion.

Hactenus Romæ, ſeu per Italiam orti imperium rexere, hinc advenæ. *f)* COCCEJUS NERVA Trajanum in filii locum, inque partem imperii adoptavit. *g)* Is inſignia imperii apud Agrippinam ſumpſit, An. U. C. 847. *h)* Igitur ULPIUS TRAJANUS, Im-

f) A. Victor. Coc. Nerva.

g) Idem. Ulpius Traj.

h) Oroſ. l. 6. c. 7.

(1) Ita *Lipſius* legendum putat in notis ad cap. 26. *Nabaliæ* autem vocem, quam plerique Codices habent, retinendam eſſe, atque *foſſam Druſianam* intelligi, exiſtimat M. *Altingius* Not. Germ. Inf. p. 100. vid. quoque not. ſup. ad p. 54. Certe Vahalis perperam ſubſtituitur, quia fluvius, in cujus ponte ſciſſo ſteterunt Civilis & Cerealis, intermedius fuit inter utrosque. At vero Cerealis cum exercitu in ipſa Inſula commorabatur, ut ex *Tacit.* lib V. Hiſt. c. 23. 24. colligitur, adeo ut Civilis per medias legiones tranſire debuiſſet, antequam perveniret ad Vahalim. Ipſe quoque Civilis animadvertens Friſiorum animos a Cereali jam inclinatos, trans Rhenum atque ultra foſſam Druſianam ſ. Nabaliam in Bructeros ſe contulerat, ut liquet ex *Tacito* l. c.

(2) Nec dubium eſt, quin confecta quoque fuerit, quod nullum Imperatoribus Veſpaſianis Patri & filio cum Batavis vel ceteris Germanis bellum fuerit.

(3) Multis quidem hanc expeditionem celebrant *Joſephus* de B. Jud. lib. VII. c. 23. & *Martialis*, qui lib. II. Epigramm. 2. ita Domitianum alloquitur:

Nobilius (nomen) *domito tribuit Germania Rheno,*
Et puer hoc digno nomine Cæſar erat.

Sed a Muciano pariter ac Cereali, Romanis Ducibus, propterea ſpretam fuiſſe, teſtatur *Tacitus* Hiſt. lib. IV. c. 85. 86. atque ingenue *Suetonius* l. c. *expeditionem*, ſcribit, *in Galliam Germaniasque, neque neceſſariam, & diſſuadentibus Paternis amicis inchoavit: tantum ut fratri ſe & operibus & dignatione adæquaret.*

(4) Sed *falſum*, ut *Tacitus* refert in Vita Agricolæ c. 39. *emptis per Commercia, quorum habitus & crines in captivorum ſpeciem formarentur*, & *Xiphilino* teſte lib. LXVII. p. 760. *Hoſte nusquam viſo*, plane ut Caj. Caligula, de quo *Sueton.* in ejus Vit. cap. 47. & ſupra, affectato quoque nomine *Germanici*, quaſi *Germania aſe capta*, ut patet ex ſtolidis Inſcriptionibus nummorum apud *Carol. Patinum* de Numiſmatib. Imperat. p. 118. & *ad Sueton.* p. 417.

(5) Hæc quidem *Aventin.* ſcribit l. II. c. 16. *Dio* vero non habet, præterquam, quod *Xiphilin.* l. LXVIII. p. 770. *Trajanum*, cum a Nerva Coccejo *adoptaretur*, & *in Senatu Cæſar deſignaretur*, *Germaniæ præfuiſſe* referat. A Domitiano tamen Præfidem Germaniæ conſtitutum fuiſſe, indicat *Plinius* in Paneg. cap. 14.

Digitized by Google

a) *A. Vict.* Imperator apud Agrippinam, nobilem illam Galliæ Coloniam, *a)* factus, (1) rempubl. ita adminiſtravit, ut omnibus Principibus merito præferatur. Urbes trans Rhenum in
b) *Eutrop. lib. 8.* Germania reparavit, *b)* adeoque Germaniam in priſtinum ſtatum reduxit. *c)* Coloniam quoque Trajanam, (2) a ſe ita vocatam, in qua Legio XXX. Ulpia victrix ſtationem
c) *Oroſ. d. l.* habuit, deduxit. Sub hoc Imperatore Veſtritius Spurinna Bructerorum Regem, a ſuis puſſum, procul dubio, quod Romanis faveret, vi & armis induxit in regnum, oſtentatoque bello ferociſſimam gentem, quod eſt pulcherrimum victoriæ genus, terrore perdo-
Hadrianus. muit. *d)* De HADRIANO habemus, quod architectorum, artificumque quorumvis
d) *Plin. in epiſt. VII. ad Macrin. epiſtol. l. 2.* agmina ſecum per imperii provincias omnes peregrinando traxerit, & colonias, oppida, caſtra in limitibus, præſidiorumque caſtella paſſim reſtauraverit, auxerit & ampliarit. Ex Dione enim Spartiano, Sexto Victore & aliis colligimus, eum in Galliis, ut & Britanniis multa novaſſe, ideoque & harum provinciarum caſtris, (3) hybernis & coloniis, cum omnes Rom. imperii provincias pedibus circumiret, (4) & multa ædificaret, ornatus & augmenti aliquid contuliſſe credibile eſt; Atque hinc illi RESTITVTORIS ORBIS TERRARVM titulus in hujusmodi numiſmate (5) extat:



De

(1) Vide præter *Oroſium* l. c. *Eutropium* lib. VIII. c. 2. *Xiphilin.* l. c. p. 771. *Credentne*, inquit *Plinius* in Paneg. c. 9. *poſteri Imperatorem non ab exercitu* (ut Galba & Vitellius) *factum? eidem cum Germaniæ præfideret*, Germanici *Nomen hinc miſſum? - - Jam Cæſar, jam Imperator, jam Germanicus abſens & ignarus.*

(2) A qua diverſa ſunt *caſtra Trajana* & *Ulpia* ab eodem inſtituta, vid. ſupra lib. I. p. 24. & 25. Scholam ſimul in uſum juventutis iſtius Coloniæ inſtitutam fuiſſe oportet, ſi verum eſt, quod *Pighius* p. 36. in reperta tabula marmorea contendit, a *M. Aurelio* luperat. eandem Scholam igne abſumtam iterum reſtitutam fuiſſe. *Caſtelli* quoque *Trajani* ex adverſo *Mogunciaci* meminit *A. Marcellinus* lib. XVII. c. 3. Magis ſcilicet ſollicitus fuit Trajanus, ut Imperium Romanum intra Rheni fines tutum redderet, quam ut Germanos invaderet, cum quibus pacem coluit. Quod vero ad *expeditionem Germanicam* attinet, cujus meminit nummus apud *Occonem* p. m. 201. falſo procul dubio rumore, quaſi Germani ſe moverent, orto, ad illam ſe præparavit Trajanus, omiſſam, ex quo Germanos quietos eſſe cognitum fuit. Nullum certe bellum neque in Germania ſuperiori, neque inferiori geſſit. De Batavis e contrario *Tacitus* ſub Trajano de M. G. c. 29. *Manet*, ſcribit, *honos & antiquæ ſocietatis infigne. Nam nec tributis contemnuntur, nec Publicanus atterit, exemti oneribus & collationibus.*

(3) Urbem Clivenſem quoque ab hoc Imperatore conditam, atque Æliam ſuiſſe dictam, contendit *Pighius* in Herc. Prodic. p. 40. ſed ex ſuo tantum ingenio, ut *Ælium Gracilem*, de quo infra in *Comitibus Cliviæ*, Adriani gentilem faciat, quare a *M. Altingio* merito notatur in Notit. infer. Germ. P. I. p. 46.

(4) *In Germaniam quoque tranſiſſe, pacisque magis, quam belli cupidum militem, quaſi bellum immineret, exercuiſſe*, refert *Ælius Spartianus*, Scriptor Hiſt. Aug. p. m. 41. atque teſtatur nummus apud *Occonem* p. 230. cum Inſcriptione: ADVENTUI AUG. GERMANIÆ. Quin & Regem Germanis conſtituiſſe, idem Scriptor memorat p. 57. populis forte Danubio vicinis, ut *Quadis* etiam ab *Antonino Pio* Regem datum eſſe, nummus teſtatur apud *Occonem*, p. 251. Nullum vero cum Germanis bellum geſſit, pacis adeo ſtudioſus, ut eam quoque donis nonnunquam redemerit, plusque otio, quam ceteros armis ſe adeptum fuiſſe dixerit. *S. Aurel. Victor* in Adriano. Tantum propterea abeſt, ut nummus cum Inſcriptione *Germania*, apud *Jacob. de Bie* p. m. 39. & alios *Germaniam ſubactam* denotet, ut potius figura nuliebris ſtans, & haſtam atque ſcutum tenens, procul dubio deſignet Germaniam adhuc ſtantem, & nondum exarmatam aut ſubactam. Nomen vero *Germanici* non affectatione quadam ob devictam Germaniam uſurpavit, ut *Nic. Schaten.* cenſet *H. W.* p. 133. ſed adoptionis jure a Trajano accepit.

(5) In quo *Imperator togatus dextra ſublevans mulierem turrito capite, & Orbem geſtantem, Terram deſignat omnem oppidis cultam & habitatam, Imperatoris beneficiis recreatam. Jac.*

de

De Succeſſoribus ANTONINIS, & ſequentibus Auguſtis etiam manifeſtum eſt, eos variis in locis mutaſſe ac reſtituiſſe multa. Quod ipſum per Gallias ac Rheni limites teſtantur milliariæ columnæ, (1) aliæque inſcriptiones marmoribus inciſæ cum Imperatorum titulis, quorum auſpiciis pontes & viæ reſtauratæ, operaque publica in urbibus, oppidis, caſtris, ac caſtellis facta fuere. Pighius in Hercule Prodicio p. 35. ait, vidiſſe ſe in caſtro Loh/ ſupra Vetera, columnam translatam ex proxima via militari, quæ characteribus vetuſtate licet fugientibus, docebat, ANTONINUM PIUM Imperatorem viam illam publicam per aliquot paſſuum millia reſtituiſſe. Cæterum Antoninus Pius per legatos ſuos plurima geſſit bella, per quos etiam Germanos (hic & alibi ad Rhenum) rebellantes contudit. *a)* Hoc apud Lorium villam propriam febre extinctо, *M. Aurelius Antoninus* Rempubl. capeſſit, & confeſtim *L. Verum* genere ſibi junctum in ſocietatem potentiæ accepit. Cattos quoque in Galliam (2) (contiguasque nobis provincias) irrumpentes per Aufidium Victorinum repulit, emptis etiam Germanorum contra Germanos auxiliis. Bellum Marcomannicum (3) ipſe per ſe magna virtute confecit. Omni diligentia legiones (hinc inde in Galliis Rhenique ripa conſtitutas) ad Germanicum Marcomannicumque bellum paravit. *b)* De Germanis & Marcomannis cum filio Commodo, quem Cæſarem jam fecerat, triumphavit. *c)* (4)

Antonini.

Pius.

a) *Jul. Capitol.*

Philoſopho.

b) *Idem Jul. Capitol.*

c) *Eutrop. lib. 8.*

vide etiam nummum ad Vetera inventum.

Sextus Aurel. Victor auctor eſt, triumphos tunc ex nationibus, quæ Regi Marcomaro ab usque urbe Pannoniæ, cui Carnuto nomen eſt, ad media Gallorum protendebantur, actos fuiſſe. Sub hoc Principe Pertinax, poſt Imperator, multa præclare geſſit, cum in hiſce, tum in aliis Germaniæ provinciis, claſſemque Germanicam rexit. *d)* Didius item Julianus poſt præturam legioni præfuit viceſimæ ſecundæ primigeniæ; legio hæc Veterum hyberna tenuit, teſtantibus lateritiis hiſce tegulis ſæpenumero ibi effoſſis: |LEG. XXII. PR.| |LEG. XXII. PRI. V. VI.| (i. e. Legio viceſima ſecunda primigenia

d) *Jul. Cap.*

Vlpia

de *Bie* l. c. p. 39. Plures *Reſtitutoris* titulo nummos vide apud eundem *Occonem* p. 231. *Patinum* p. 154. Illuſtr. *Spanhem.* Vol. II. p. 625. & 626. ubi *Aurel. Victoris*, *Spartiani* & *Dionis* loca ex illis nummiis ſimul illuſtrantur.

(1) Figuram ejusmodi Columnellæ ad oſtium Moſæ & Vahalis repertæ, atque *M. Aurelio Antonino* inſcriptæ, exhibet *Menſo Altingius* Not. German. Inf. P. I. p. 66.

(2) In *Germaniam* potius & Rhetiam irrupiſſe, ſcribit *Capitolinus* in Ant. Philoſ. c. 8. ubi Autor *Galliam* ſubſtituendam putavit, quod Catti Germaniæ Populus fuerit, atque in illam irrupiſſe haud dici poſſit. Sed Germania procul dubio cis-Rhenana intelligitur, in quam olim Catti ſæpius irruperant.

(3) Marcomannis *Quados*, *Hermanduros*, *Naricos*, *Suevos*, omnesque adeo ſuperioris Germaniæ Populos adverſus Romanos ſe ſociaſſe, tantumque belli hujus terrorem fuiſſe, ut Antoninus undique Sacerdotes acciverit, peregrinos ritus impleverit, Romamque omni genere luſtraverit, referunt *Eutrop.* lib. VIII. c. 6. *Jul. Capitol.* c. 13. & 22. Ipſe quoque illud bellum geſſit, atque *Germanicum* propterea ſe vocavit, quod ſibi bello proprio pepererat. *Idem* c. 12. Ceterum quæ de pluvia miraculoſa, precibus Legionis Chriſtianæ in ſummis exercitus Romani periculis impetrata, a *Xiphilino* in Excerpt. Dionis lib. LXXI. p. 806. *Tertulliano* in Apologet. c. 5. *Euſeb.* in Hiſt. Eccleſ. lib. V. c. 5. *Oroſio* lib. VII. c. 15. referuntur, inter Viros Cl. *Witſium* & *Matth. Larroquanum* peculiaribus diſſertationibus *de Legione fulminatrice*, quo nomine Legio illa tunc ſimul inſignita dicitur, admodum controverſa fuerunt. Sane narrationes Scriptorum adductorum multa falſa & fabuloſa admixta habent. Imbrem credo cum tonitru tum præter omnem expectationem decidiſſe, ut miraculi inſtar id viſum fuerit.

(4) Liberis utriusque ſexus ſecum in triumpho vectis. *Jul. Capitol.* c. 12. Nummum triumphalem, in quo trophæa de Germanis conſpiciuntur, ſedentibus infra viro & femina captivis, cum inſcriptione: DE GERMANIS, vide apud *Jacob. de Bie* lib. cit. p. 63.

Digitized by Google

Commodo. Ulpia victrix.) Inde Bellicam (forte Belgicam) ſanctè ac diu rexit. *a)* COMMODUS, qui patri in imperio ſucceſſit, cum ab eo in ſupremis moneretur, attritos jam Barbaros ne permitteret vires recipere, reſpondit, ab incolumi quamvis paulatim negotia perfici poſſe, a mortuo nihil. *b)* Germanos magnis præmiis in amicitiam ſibi adjunxit, qui, ut ait Herodianus, periculorum deſpicientes, aut populationibus incurſibusque victum parabant, aut poſita mercede pacem venalem habebant, Germaniæ in Gallia ejus imperium detrectarunt, ſed omnia per duces ſedata ſunt. *c)* Sub eo Severus poſt Conſulatum exercitui Germano præfuit. Clodius etiam Albinus per Commodum in Galliam miſſus, fuſis tunc Phriſiis (1) trans-Rhenanis, celebre nomen ſuum & apud Romanos, & apud Barbaros (*) fecit. Commodo ſublato, imperium PERTINACI, tunc Romanæ urbis præfecto, conſeſtim delatum eſt. *d)* Eo prætorianorum militum ſeditione, & Didii Juliani ſcelere interfecto, JULIANUS (2) imperium invaſit. *e)* At SEVERUS, ubi auditum eſt, Commodum occiſum, Julianum odio cunctorum imperare, a Germanis legionibus, repugnans, Imperator eſt appellatus, *f)* (3) qui Romam petiit, & Julianum paucorum proximè Milvium devicit, miſſique, qui fugientem perſequerentur, apud Palatium Romæ obtruncavere. *g)* Sub eo Albinus in Gallia ſe Cæſarem fecit, ſed apud Lugdunum victus eſt & interfectus. Ab hoc Albino Albiniana caſtra (4) (**Alfen** in Hollandia inter **Woerden** & **Leiden**) vocata, cujus etiam argentea numiſmata reperta ibi ſunt. Cæterum Severus filios ſuos Succeſſores reliquit BASSIANUM & GETAM. Baſſianus, ut ſolus regnaret, fratrem occidit. E Gallia Germanicam veſtem (5) Romam devexit, qua utens, Caracalla de nomine hujus veſtis cognominatus eſt. Alemannos, gentem populoſam ex equo mirifice pugnantem, propè Mœnum amnem devicit. *b)* Notandum, Alemannorum nomen (6) celebrari cœpiſſe, ubi Germanorum diverſæ gentes (7) Romanos

(*) *Intelligit Germanor.* Ælius Pertinax. Didius Jul. Severus. Baſſianus Caracalla. Geta.

a) *Æl. Spartian.*
b) *Sext. Victor. c. 17.*
c) *Æl. Lamprid.*
d) *A. Victor.*
e) *Eutrop.*
f) *Spartian. c. 4. & 5.*
g) *A. Vict.*
h) *Idem.*

(1) Seu Friſiis, ut refert *Jul. Capitol.* in Claud. Albino c. 6. Inde vero apparet, Cliviæ atque reliquos Germaniæ cis-Rhenanæ Populos Romanis adhuc ſubjectos manſiſſe.

(2) De quo *Ælius Spartianus* in Vita ejus c. I. *Belgicam* (adeoque & Cliviæ Regionem) *ſanctè ac diu rexit. Ibi Caucbis, Germaniæ Populis, qui Albim fluvium accolebant, erumpentibus reſtitit, tumultuariis auxiliis Provinciarum: Ob quæ Conſulatum meruit, teſtimonio Imperatoris, Cattos etiam debellavit. - - Poſt Germaniam inferiorem rexit.*

(3) Sub quo res in Germania inferiore quietas fuiſſe, ex monumenti, in honorem filiorum Severi, cum in Britanniam proficiſcerentur, apud Batavos erecti, inſcriptione patet, quam *Pighius* in Herc. Prodic. ita refert p. 12.

FORTUNÆ. AUG. SAC.
PRO. SALUTE. ITA. AC.
REDITU. D. D. N. N.
M. AUR. ANTONINI. PII
AUG. ET. P. SEPTIMI.
GETÆ. NOBILISS. CÆS.
CIV. BATAVI.
FRATRES. ET. AMICI. P. R.
V. S. L. M.

(4) Volunt alii *Alpheniana* ſcribendum, & ab Alpheno Varo, Præfecto Caſtrorum, ita dicta fuiſſe, ſed is Caſtris in Lingonibus præfuit. *Tacit.* Hiſt. lib. II. c. 29. Veroſimilius itaque a Clodio Albino, cum adverſus Friſios, ut ſupra dictum, proficiſceretur, caſtra illic poſita fuiſſe, dicta ab ipſius nomine *Albiniana*, unde nomen **Alfen** dein ortum, vici ſupra Lugdunum. *M. Alting.* P. I. p. 2.

(5) Germanos, refert *Herodianus* lib. IV. p. m. 215. *ſibi adjunxit, atque in amicitiam conciliavit, ſic ut ex his ſocios bellorum, & cuſtodes corporis, validiſſimum quemque & pulcherrimum ſibi adſciverit. Sæpe etiam Romano cultu depoſito veſtem Germanicam induceret, atque in eorum ſagulis argento variegatis conſpiceretur etiam flavam capiti Cæſariem imponens, ad modum Germanicæ tonſuræ. Quibus læti barbari mirifice eum diligere.* Vide quoque *Ælium Spartianum* in Caracalla cap. 9. ibique *Salmaſ.* in Not. *Aurel. Victorem* c. 21. *Xiphilin.* in excerpt. lib. LXXVI. p. m. 881.

(6) Quorum primus meminit *Ælius Spartianus* in Ant. Caracalla cap. X. ubi hunc Imperatorem *Germanici & Parthici & Arabici & Alemannici* nomen, (quod illam Gentem deviciſſet,) ſibi adſcripſiſſe refert, ex quo tempore frequens eſt ipſorum mentio apud *Aur. Victorem, Eutropium, Ammianum Marcellinum, Vopiſcum* in Probo cap. XII. Nec dubito, quin Αλαμβα-

Digitized by Google

manos ad Rhenum & in Galliis majori, quam hactenus, vi & numero oppugnatum conveniſſent. Sequentium Impp. MACRINI, & HELIOGABALI tempore, nil memorabile, quod quidem in hiſce & aliis ad Rhenum partibus geſtum ſit, habent Hiſtorici, reſcendis iſtorum Imperatorum flagitiis occupati. Sub ALEXANDRO SEVERO tamen Germani Rhenum transgrediuntur, Gallias vaſtant, Romanorum præſidia ad Rhenum paſſim diripiunt, legiones quoque tumultuantur. Hæc ubi Alexandro, Antiochiæ tunc agenti, literis nunciata ſunt, compoſitis ibi rebus mox adverſus Germanos properat. Alexander Moguntiacum cum veniſſet, pontem ibi primo junctis inter ſe navibus in Rheno fecit, ut per eum exercitus in Germaniam magnam transgrederetur, quo jam Germani deprædatis Gallis conceſſerant. Huic bello intentum, milites, (1) fraude Maximini, qui eos grandibus pollicitationibus ineſcarat, Alexandrum cum paucis agentem in vico Sicilia (Sicklingen) in agro Moguntino interficiunt, Mammeamque matrem ejus contrucidant, quæ Ficeliæ (zu Ober-Weſel) ſepulta eſt. Carptim hæc attingunt Herodianus, S. Aur. Victor, Lamprid. Eutrop. Aurel. Caſſiodor. Jornand. &c. Omnem autem belli apparatum, quem Alexander inſtituerat, MAXIMINUS, a militibus Imperator factus, traduxit in Germaniam. (2) Quid vero ibi geſſerit, ex ejus potiſſimum literis, quas Julius Capitolinus ex Ælio Cordo refert, intelligere licet: Ita enim ſcripſit ad Senatum: (3) Non poſſumus tantum, Patres conſcripti, loqui, quantum fecimus, per CCCC. millia Germanorum vicos incendimus, greges abduximus, captivos abſtraximus, armatos occidimus, in palude pugnavimus. Perveniſſemus ad ſylvas, niſi altitudo nos tranſire non permiſiſſet, &c. Repreſſi hoc modo Germani, quieverunt aliquamdiu ſub ſervitutis jugo, donec Valeriani infælicitate, & Gallieni filii ejus ignavia, jugum erecta rurſum cervice excutere licuit. Conjicere hinc facile quisquis poteſt, provincias etiam haſce iſtis cladibus inſigniter fuiſſe implicatas & afflictas. (4) Cæterum Maximini Imperio duo GORDIANI, pater & filius, Principatum arripientes, unus poſt unum interie-

Macrinus. Heliogabal. Alexander Severus. Maximinus. Gordiani duo.

---

vos apud *Dionem* lib. LXXVII. p. 876. iidem ſint cum Alemannis. Vide illuſt. *Spanhemium* de præſt. Numm. Vol. II. p. 504. *Vorburg.* T. I. Scilicet cum didiciſſent Germani, ſua diſcordia præcipue factum eſſe, ut Romani in ipſorum ditiones trans Rhenum irruperint circa initium Seculi tertii, tam in ſuperiori Germania Alemanni, quam inferiori Franci fœdera inter ſe inierunt, ut non ſolum adverſus Romanos ſe defenderent, ſed & in ipſas illorum Provincias nunc penetrarent.

(7) *Aſinius Quadratus* apud Agathiam lib. I. Hiſt. *convenas & miſcellancos homines* fuiſſe ſcribit, inde dictos *Alemannos*, quaſi Allmänner ſ. Allerley Männer. Hunc *Aſinium Quadratum Cluverius* lib. III. c. 4. inſigni errore confundit cum *Aſinio*, cujus meminere *Strabo* & *Sueton.* in Julio Cæſ. c. 30. & 50. eaque de cauſa Alemannorum Populum jam a tempore Strabonis repetierat, acerbe propterea notatus ab *Iſaaco Pontano* Orig. Franc.

(1) Infenſi Severo, quod Oratoribus ad Germanos miſſis Pacem & fœdera ab illis emercatus eſſet, atque matris autoritate omnia ageret. *Herod.* lib. VI. p. m. 316. 317. *Aurel. Victor.* c. 24. *Lampridius* c. 59. 60. Hinc vero patet, qua adulatione nummus in memoriam hujus expeditionis in Germaniam cuſus ſit cum Inſcriptione, ut *Occo* refert p. 414. GERMANIA DEVICTA.

(2) *Statim*, inquit *Herod.* lib. VII. p. 327. *bellica facinora affectavit, ut metum illum atque cunctationem Alexandri, in præliis capeſſendis jure improbatam fuiſſe coarguceret.* Ipſam expeditionem cum admirando apparatu vide apud eundem l. c. p. 328. & ſeqq. nimia quandoque exaggeratione deſcriptam.

(3) Literas refert quoque *Jul. Capitol.* in Maxim. c. 12. in quibus *Salmaſius* loco *quadringenta millia* legendum cenſet *quadraginta millia.* Sed a jactantia Maximini id alienum non eſt. Quam enim res a ſe geſtas confueverit extollere, ejus quoque Oratio teſtatur ad Senatum miſſa, ut & tabula picta, quam ante curiam poſuit, ut facta ejus pictura loqueretur, Senatus vero poſt ejus mortem deponi & exuri juſſit, tanquam inanium horum puderet. Vide eundem Scriptorem c. 13. Sed & mirum non eſt, tot vicorum millia incenſa apud Germanos, cum ædificia ipſorum inſtar tabernaculorum fuerint, atque ita comparata, ut facile conflagraverint. Facillime ſtatim his incendiis ſubjungit *Herodianus* p. 333. *Ignis eorum Urbes atque domicilia dopaſcitur; Lapidum enim apud illos aut laterum coctilium eſt penuria: Sed denſas habent ſylvas, adeoque lignis quum abundent, ea componentes ac compingentes ſibi tabernacula ædificant.*

(4) Ex illis enim Provinciis Romani exercitus Rhenum ſolebant trajicere.

Digitized by Google

Pupienus. Albinus.

teriere. (1) Pari etiam tenore PUPIENUS & ALBINUS, regnum invadentes, perempti ſunt. *a)* Pupienus iſte ſub Maximino Germanias, quæ in Gallia ſunt, rexerat, & cum copiis militaribus Germanorum Ravennam profectus, ibi, quæ ad bellum ſpectabant, comparatis, ad Aquilejam Maximino occurrens, ipſum ibi occiderat. Sub ÆLIO ANTONINO GORDIANO, Gordiani Auguſti filio, Danubius & Rhenus ſimul eodem tempore ſe Romanis provinciis ſuperfundebant. *b)* Sub PHILIPPIS & DECIO nihil hic geſtum legimus, niſi quod Decius bellum civile, in Gallia (forſan etiam in hoc tractu,) motum, oppreſſerat. *c)* GALLUS autem HOSTILIANUS, & Galli filius, VOLUSIANUS, non completo potentiæ biennio, nihil omnino clarum geſſerunt. *d)* Quin etiam LICINII VALERIANI & GALLIENI Imperium Romano nomini perniciosum (2) ac pene exitiabile fuit, vel ipſorum infælicitate, vel ignavia. Illo ſiquidem a Sapore, Perſarum Rege, in Meſopotamia capto, ignobilique ſervitute detento, & tandem fœde laniato, Germani Ravennam usque venerunt. *e)* Hoc vero, poſtquam a Gallia (hiſceque provinciis) Germanos adhuc ſtrenue arcuiſſet, *f)* (3) mox in omnem laſciviam

a) *A. Vict.* Ælius Antonin. Gordianus.

b) *hac Aventin. ex Rom. ſcript. collegit.* Phil. Arabs. Decius.

c) *Eutrop. lib. 9. c. 4.* Gall. Hoftil. Voluſianus.

d) *Idem ib.* Lic. Valer. Gallienus.

e) *Idem ib.*

f) *A. Vict.*



Vide etiam nummum argent. apud Colon. Traj. repertum. Poſthumus.

ignaviamque diſſoluto, Alamanni vaſtatis Galliis in Italiam irruperunt. Germani etiam usque ad Hiſpanias excurrerunt, Tarraconemque expugnaverunt. (4) Tum, jam deſperatis rebus, & deleto pene imperio Romano, POSTHUMUS, (5) qui Barbaris, ut ait Sextus Aurelius Victor, per Galliam, hoc eſt, harum & vicinarum provinciarum gentibus, præſidebat, purpuram ſumpſit, & per annos decem ita imperavit, ut conſumptas pene provincias ingenti virtute & moderatione reparaverit; (6) qui ſeditione militum, (& qui-

(1) Neque adverſus Germanos quid moliti fuerunt. Quod vero milites inter ceteros titulos Gordiani III. Sepulchro adſcripſiſſe refert *Jul. Capitol.* in ejus Vita cap. 34. VICTORI GERMANORUM, procul dubio factum fuit, quod Rheni limes a Præſidibus Galliæ ſub illo Imperatore adhuc fuerit conſervatus, vel repulſis Germanis, vel pecunia, ne irrumperent in Galliam, tantiſper delinitis.

(2) Ita ſtatum Romanum deplorandum illo tempore deſcribit *Eutropius* lib. IX. c. 6.

(3) Nummum in ejus rei inemoriam adductum exhibet quoque Cl. *Begerus* in Theſ. Palat. p. 342. aliumque præterea, in cujus averſa parte tropæa de Germanis, inſraque circa truncum duo captivi nudi & vincti repræſentantur, cum Inſcriptione: GERMANICUS MAXU. ſ. *Maximus.* Tres inſuper ejusdem Imperatoris nummos cum Inſcriptione: VICTORIA GERM. *Joh. Smetius* in Antiq. Neom. p. 218. 219. 224. recenſet. Sane ſtolida jactantia.

(4) Turbata per crebras Imperatorum mutationes Republica Romana, peregrinæ Gentes in ejus Provincias nunc undique irruere cœperunt; *Solvuntur*, ſcribit P. *Oroſius* lib. VII. c. 22. de Valeriano & Gallieno, *repente undique permiſſu DEI ad hoc circumpoſitæ relictaque Gentes, laxatisque habenis in omnes Romanorum fines invehuntur. Germani Alpibus Rhetia, totaque Italiæ penetrata Ravennam usque perveniunt. Alemanni Galliis pervagantes etiam in Italiam tranſeunt. Græcia, Macedonia, Pontus, Aſia Gothorum inundatione deletur. Nam Dacia trans Danubium in perpetuum aufertur. Quadi & Sarmatæ Pannonias depopulantur. Germani ulteriores abraſa potiuntur Hiſpania. Parthi Meſopotamiam auferunt, Syriamque corrodunt. Extant adhuc per diverſas Provincias in magnarum Urbium ruinis parvæ & pauperes ædes, ſigna miſeriarum & nominum indicia ſervantes, ex quibus nos quoque in Hiſpania Terraconem noſtram ad conſolationem miſeriæ recentis oſtendimus.* Per Germanos ulteriores intelligit Francos, utpote remotiores, qui una cum Alemannis in Galliam irruerunt, atque ditiones Cliviæ & Juliæ haud parum vexarunt. *Treb. Pollio* in Gallieno c. 7. *Quum multis auxiliis Poſthumius juvaretur Celticis ac Francicis, in bellum cum Victorino proceſſit*; quo loco per *Celtica* auxilia accolas Rheni inferioris intelligi apparet ex *Zoſimo* lib I. p. m. 8. *A. Victor* de Cæſ. cap. 33. *Tum Alemannorum vis in Italiam: Francorum gentes direpta Gallia Hiſpaniam poſſederunt.*

(5) Alii *Poſtumius* ſcribunt, ſed rectius *Poſtumus*, ut in nummis vocatur. Vid. *Joh. Smetius* l. c. p. 237. *Præſidem* vero *Galliæ* & *Ducem Trans-Rhenani limitis* eum fecerat *Valerianus*, cujus vide literas apud *Treb. Pollionem* de Poſtumo II. p. m. 749.

(6) Unde in nummis apud Illuſt. *Spanhem.* Vol. II. p. 626. *Car. Patinum* p. 335. *Joh. Smetium* in Antiquit.

quidem a Victorino, Victoriæ filio,) *a)* interfectus est, quod Moguntiacum, quæ adversus eum rebellaverat, Lolliano res novas moliente, diripiendam militibus tradere noluisset. *b)* Interempto autem Posthumo, castra ea, quibus is Rheni limites muniverat, nonnulla etiam, quæ in solo Barbarico ædificaverat, subita Germanorum irruptione direpta sunt & incensa. LOLLIANUS vero, postquam, in Posthumi locum subrogatus, delatum sibi a Gallis sumpsisset imperium, illa, sicut & plerasque Galliæ civitates bello vastatas, in statum veterem reformavit. *c)* VICTORINUS postea Galliarum accepit imperium, sed cum nimiæ libidinis esset, Agrippinæ occisus est cum filio. *d)* Sepulchrum eorum circa eam urbem extitisse, tradit Trebellius Pollio, hac cum inscriptione: *Hic duo Victorini Tyranni siti sunt.* Interim Victoria, amisso Victorino filio, TETRICUM Imperatorem facit, comprobantibus legionibus. Gallienus tandem Mediolani occisus est. *e)* Ipsius autem morientis sententia Imperator designatus est CLAUDIUS, Princeps optimus. Hic receptis legionibus, Alamannos, in Italiam irrumpentes, haud procul a lacu Benaco fudit. *f)* Verum inviderunt huic fatæ longiorem vitam: jam enim sensim collabi debebat Romanum imperium. AURELIANUS igitur, mortuo Claudio, interemptoque ejus fratre Quinctilio, Imperator factus, Tetrico apud Catalaunios prodente exercitum, Gallias recepit; *g)* nam apud Moguntiacum Francos, quorum nomen tunc primum (1) in hisce partibus & ad Rhenum celebrari cœpit, cum vagarentur per totam Galliam, sic afflixit, ut trecentos ex his captos, septingentis interemptis, sub corona venditerit; unde de eo facta cantilena est: *mille Francos, mille Sarmatas semel occidimus, mille, mille, mille, mille, mille Persas quærimus.* *h)* TACITUS & FLORIANUS post hunc successive imperarunt, sed breve ipsorum imperium obstitit, ne dignum quid memoria egerint. *i)* PROBUS tandem Gallias, quæ omnes occiso Posthumo turbatæ, & interfecto Aureliano a Germanis possessæ fuerant, *k)* ingenti præliorum felicitate restituit. *l)* Sic enim inter alia ipse Imperator ad Senatum scribit: CCCC. millia hostium cæsa sunt, & sedecim millia armatorum nobis oblata, & LXX. urbes nobilissimæ captivitate hostium liberatæ. Autor Vopiscus. Idem quoque refert, Francos a Probo Cæs. prostratos in inviis paludibus. Unde acclamatum ei (2) Romæ: *Tu Francicus, tu Gothicus.* Memorabile est, quod habet Panegyristes (3) ad Maximianum, exiguum Francorum numerum, quos captos Probus in pontum procul transtulerat, (4) arreptis navibus totam fere Europam circumvectos esse, & Asiæ, Græciæ, Lybiæque depopulatis littoribus, captis etiam Syracusis, per Oceanum tandem ad suos revertisse. De Victoria autem illa Germanica extat nummus (5) argenteus ad Vetera repertus: Pro-

a) *Trebell. Pollio.*
b) *Eutrop. lib. 9. c. 7.* Lollianus.
c) *Tr. Pollio.* Victorinus.
d) *Eutrop. lib. 9.* Tetricus.
Claudius.
e) f) *Aurel. Vict. & alii.*
Aurelianus.
g) *Jornand. de regn. succeſſ. l. 1.*
h) *Fl. Vopiſc. in Aurel. c. 7.* Tacitus. Florianus.
Probus.
i) *Eutrop.*
k) *Fl. Vopiſc.*
l) *Eutrop.*

tiquit. Neom. p. 246. RESTITUTOR GALLIARUM, PACATOR & RESTITUTOR ORBIS vocatur. Cl. *Begerus* in Thes. Palat. nummum quoque exhibet, in cujus averſa parte Victoria Imperatori globum & ſceptrum tenenti lauream imponit cum Inſcriptione: VICT. GERM. Quia ſcilicet, *quod ſubmotis omnibus Germanicis Gentibus, Romanum in priſtinum ſecuritatem revocaſſet Imperium*, ut *Treb. Pollio* refert in Vita ejus p. m. 749. qui & in Lolliano memorat p. m. 751. quod *Poſtumus per ſeptem annos* (quibus Galliæ præfuit,) *nonnulla caſtra in ſolo Barbarico ædificaverit, quæ a Germanis incenſa Lollianus reformaverit.* His itaque *Altmum*, vulgo **Eltenberg**, aliaque caſtra in ripa Rheni trans-Rhenana ſuam originem debere, veroſimile eſt.

(1) Circa annum CCXXXV. quo Aurelianus cladem illam Francis intuliſſe ſcribit *Carol. Cointius* Annal. Francic. ab initio N. 2. Antea Germanorum nomine Alemannis oppoſiti fuere. Vide Not. præced. ad verba *Tarraconemque expugnarunt.* Ceterum de Francorum *origine, nomine, legibus*, aliisque ipſorum *inſtitutis & moribus*, v. Not. ſupra l. I. in f. & infr. l. III. initio.

(2) Ut *Vopiſcus* refert in Probo cap. 13. ſed jam ante, quam in Galliam proficiſceretur, propter res ſub Prædeceſſoribus ſuis adverſus Francos in Gallia feliciter geſtas. *Schatenius* H. W. p. 169. 170.

(3) *Claud. Mamertinus.*

(4) Unde forte nata eſt fabula, quod Franci adcolæ fuerint Paludis Mœotis, indeque in Germaniam venerint.

(5) Quem Cl. *Begerus* quoque exhibet in Theſ. Palat. p. m. 355. Ita quoque ipſe *Probus* in literis ad Senatum ſcriptis apud *Vopiſcum* c. 15. *Subacta eſt omnis, qua tenditur late, Germania: Novem Reges Gentium diverſarum ad meos pedes, imo ad veſtros ſupplices ſtratique jacu-*

Proculum (1) etiam & Bonoſum, imperium uſurpare conatos, Agrippinæ oppreſſit. Bonoſus iſte bibit, quantum homo nemo; (2) quapropter Aurelianus eum in honore habuit, ut Germanorum legatis, quando venirent, propinaret, atque ab ebriis ſecreta cuncta cognoſceret. *a*) Poſt Probum CARUS factus eſt Auguſtus, qui confeſtim *Carinum* & *Numerianum* filios Cæſaris fecit. Et quoniam cognita Probi morte, Barbarorum quique opportune invaſerant, miſſo ad munimentum Galliæ majore filio, Numeriani comitatu in Meſopotamiam pergit protinus. *b*) Caro ictu fulminis, Numeriano vero inſidiis Apri interemptis, exercitus DIOCLETIANUM Imperatorem creavit. Is Aprum manu ſua percuſſit. Mox Carinum omnium odio & deteſtatione viventem prælio ingenti vicit. *c*) Fl. Vopiſcus ex oratione quadam Numeriani (3) refert: Cum Diocletianus, apud Tungros in minoribus locis adhuc militans, in caupona quadam moraretur, a Druijade ei imperium his verbis: *Imperator eris, cum Aprum occideris*, prædictum fuiſſe. Imperium adeptus, ubi comperit, Carini diſceſſu Helianum Amandumque (4) per Galliam excita manu agreſtium ac latronum, quos Bagaudas (5) incolæ vocant, populatis late agris, plerasque urbium rentare, MAXIMIANUM in imperii conſortium accepit. *d*) Maximianus in Galliam profectus, fuſis hoſtibus brevi quieta omnia reddidit. Ideo etiam Panegyriſtes ei liberatæ ſemel Bataviæ (6) vicinæque regionis

Carus.

a) Hæc ex ſcriptoribus Rom. refert Avent. lib. 2. c. 40.

b) A. Victor. Diocletian.

c) Eutrop. lib. 9. c. 13.

Maximian.

d) A. Vict.

---

cuerunt. Omnes jam Barbari vobis arant, vobis jam ſerunt, & contra interiores gentes militant. Vana jactantia! *Eutropius* enim lib. IX. c. 11. *Galliæ a Barbaris occupatas ingenti præliorum felicitate reſtituiſſe* refert. Ipſe quoque *Probus* apud Vopiſcum in ejus Vita c. 14. *Germaniam totam poſtea adhuc in Provinciam* redigere voluit, quod autem non factum fuit. Nihil itaque egit, quam ut Francos Gallia expulerit, atque illorum perſecutione Germanos forte Rheno propiores ſibi ſubjecerit; *quod Urbes Romanas & caſtra in ſolo Barbarico cum poſuiſſe, atque illic milites collocaſſe*, memoret idem Scriptor c. 13. vid. quoque *Zoſim.* l. I. p. m. 19.

(1) Quem *Vopiſcus* p. 968. *Galliæ præfuiſſe*, refert, atque *Alemannos, qui tunc adhuc Germani dicebantur, non ſine gloriæ ſplendore contriviſſe*, de quo vid. illuſt. *Spanhem.* Vol. 2. de præſt. numiſm. p. 505.

(2) Ut refert *Vopiſcus* in Bonoſo Script. Hiſt. Aug. p. 970.

(3) Forte *ita* legi debet: *ex relatione ſui avi*, quippe quem ſibi iſta retuliſſe memorat *Vopiſcus* in Numeriano p. 984.

(4) Utriusque numinos exhibet *Golzius*, quos vero ſuſpectos habet illuſtr. *Spanh.* Vol. 2. p. 264.

(5) *Oroſius* lib. VII. cap. 25. *Vacaudas* vocat. Sed *Zoſimus* lib. 6. c. 2. *A. Victor, Salvianus, Eutropius, Bacaudas* appellant, quam vocem nonnulli a Græco Vocabulo βαγαυδεῖν, *vagari*, alii aliunde derivant. Oportet vero Gallicam vocem eſſe, quia *Eutropio* teſte lib. IX. c. 13. ipſi Galli *factioni ſuæ Bagaudarum nomen impoſuerunt.* Verolimile eſt, quod *Leibnizius* pag. 91. Etymol. Collect. exiſtimat, a *Bagad*, voce Celtica, *turma, turba, Grex, Bagaudas* dictos eſſe, quia turba ſive colluvies fuit rebellium hominum, de quibus *A. Victor Bagaudæ*, ſcribit, *factio ruſticorum in Gallia, propter iniquitatem Romani Magiſtratus rebellantium. Salvianus* de vero jud. lib. V. *Vocamus Rebelles, vocamus perditos, quos eſſe compulimus criminoſos. Quibus enim aliis rebus Bagaudæ facti ſunt, niſi iniquitatibus noſtris, niſi improbitate judicum?* Caſtrum Bagaudarum adhuc ſupereſſe IV. milliaribus a Lutetia Pariſiorum, refert *Dufresnius* in voce *Bagaudæ*. Vid. quoque *Jacob. Gothofredum* ad l. 14. Cod. Theodoſ. de Infirm. his, quæ ſub Tyran. *Schaten.* H. W. p. 177.

(6) Præter Francos enim *Chaibones*, (*Aviones Tacit.* de M. G. c. 40.) *Eruli* & *Saxones* Rheno inferiori trajecto, Galliam infeſtabant, dum Alemanni & Burgundiones verſus ſuperiorem Rhenum idem facerent. *Mamert.* in Paneg. *Zoſimus* lib. I. c. 67. ubi *Logionum* (*Lugiorum* forte) inſuper cum Herulis meminit. *Cellar.* Geogr. Antiq. Vol. I. p. 480. *Schaten.* H. W. p. 177. Non tamen Maximianus Francos Batavia penitus ejecit, quippe cum illi Batavis juncti Galliam haud parum vaſtaverint, ut *Eumenius* in Paneg. ſuo conqueritur. Mera itaque adulatio eſt, quando *Mamertinus* in Paneg. ſuo. *Quidquid*, inquit, *ultra Rhenum proſpicio, Romanum eſt*; Uti quoque inepta verba ſunt, quibus eadem Oratione Diocletianum & Maximianum ita alloquitur: *Vos Imperium non terræ, ſed Cæli regionibus terminatis.*

Digitized by Google

nis laudem tribuit. Quanquam, inquit, illa regio divinis expeditionibus tuis, Cæſar, vendicata atque purgata, quam obliquis meatibus Scaldis interfluit, quamque divortio ſui Rhenus amplectitur, pene, ut verbi periculo loquar, terra nam eſt, ita penitus aquis imbuta permaduit, ut non ſolum, qua manifeſte paluſtris eſt, cedat nixum, & hauriat preſſa veſtigium, ſed etiam, ubi paulo videtur firmior, pedum pulſu tentata quatiatur, & ſentire ſe procul mota, pondus teſtetur. Ita, ut res eſt, ſubjacentibus innatat, & ſuſpenſa late vacillat, ut merito quis duxerit, exercendum fuiſſe tali ſolo militem ad navale certamen. Hæc ille. Eo bello Carauſius, (1) Menapiæ civis, factis promptioribus enituit, eoque eum ſimul, quia gubernandi gnarus habebatur, parandæ claſſi, ac propulſandis Germanis, *a)* (Francis ſcil. & Saxonibus,) (2) per tractum Belgicæ & Armoricæ *b)* maria infeſtantibus, præfecere. Hoc elatior, cum parum multos opprimeret, neque prædæ omnia in ærarium referret, Maximiani metu, a quo ſe cædi juſſum compereret, Britanniam hauſto imperio capeſſivit. *c)* (3) Zoſimus comes lib. 2. auctor eſt, Diocletiani & Maximiani auſpiciis, Rheni provinciarumque omnium limites oppidis & caſtellis ita munita fuiſſe, ut omnes copiæ militares in iis domicilium habere, & ubique hoſtium repellendorum cauſa confluere poſſent. Maximianus etiam, ut obiter hoc annotemus, Thebæam legionem, (4) quam illi contra Carauſium bellaturo Diocletianus miſerat auxilio, propter Chriſtianæ religionis profeſſionem, velut rebellem, decimationibus primum exhauſit, ac variis deinde cædibus crudeliſſime diſſipavit & affixit, ejusque cohortes, quæ jam per Rheni ripam deſcenderant, usque in inferiorem Germaniam perſequi item juſſit, e quibus Caſſium & Florentium Bonnæ, Gereonem Agrippinæ, Victorem cum ſuis ad Vetera caſtra Coloniamque Trajanam occiſos eſſe, hiſtoriæ Eccleſiæ Sanctenſis referunt. *d)* Diocletiano & Maximiano imperium deponentibus, ad adminiſtrationem Reipubl. CONSTANTIUS & GALERIUS MAXIMINUS Auguſti creati ſunt, diviſusque inter eos Romanus orbis, ut Galliam, Italiam, Africam Conſtantius, (5) Illy-

a) *A. Vict.*
b) *Eutrop. lib. 9.*
c) *A. Victor.*
d) *vid. Here. Prodic. p. 37.*
Conſtantig. Galer. Max.

(1) Qui *viliſſime*, ut *Eutropius* ſcribit lib. 9. c. 13. *natus, in ſtrenuæ militiæ ordine famam egregiam fuerat conſecutus, cum apud Bononiam per tractum Belgicæ & Armoricæ pacandum mare accepiſſet.* Duos Carauſii numinos, quorum uterque in parte antica IMP. CARAUSIUS AUG. in parte vero poſtica alter CONCORDIA MILITUM, alter vero IMPERATORIS VICTORIA inſcribitur, exhibent illuſtr. *Spanh.* Vol. II. p. 265. & Cl. *Begerus* in Theſ. Palat. p. 362.

(2) Quorum *Ptolemæus* lib. II. c. 11. primum meminit, quod ἐπὶ τὸν ἀυχένα τῆς κιμβρικῆς χερσονήσου, *ſupra dorſum Cherſoneſi Cimbricæ* tum habitaverint. Antea ſub *Foforum* nomine, quorum *Tacitus* mentionem facit c. 36. de M. G. eos latuiſſe exiſtimat *Cluverius* G. A. lib. III. c. 21. Foſos autem cis Albim in tractu Hildeimenſi propter Fuſam amnem habitaſſe, cenſet *Leibnizius* T. I. S. R. B. p. 12. Miſſis ceterum fabulis tum de origine, quam nomine Saxonum, de quibus, ſi lubet, vid. *Nic. Schaten.* H. Weſtph. p. 176. *Mon. Paderborn.* p. 80. 81. *Hertium* in Notit. Vet. German. P. II. c. 3. Id certum eſt, Saxones, ab Inſtrumento militari Sachs, quo ipſos uſos referunt *Goth. Viterb.* apud *Piſt.* T. II. p. 362. *Rorico* Monach. de Geſt. Franc. lib. IV. ita forte dictos, populum fuiſſe Germaniæ, qui tractum maritimum incoluit, atque Piraticæ ſe dedit, Francisque junctus littora Galliæ & Britanniæ adeo Sec. III. infeſtavit, ut neceſſe habuerint Romani, valida illic collocare præſidia, ſub Præfectis, qui *Comites* dicebantur *littoris Saxonici*, vel *tractus Maritimi*, de quibus vid. *Notit. Dignitat. Imp. Occid.*

(3) Quo occiſo *Allectus*, ejus Socius, Britanniam per triennium tenuit, teſtibus *Eutropio* l. c. & nummis ap. Ill. *Spanhem.* Vol. II. p. 265.

(4) Nullam ejus martyrii mentionem faciunt *Lactantius*, *Euſebius*, *Sozomenes*, *Theodoretus*, *Socrates*, qui tamen *Evagrio* teſte in Proœmio accuratiſſimi alias ſunt in commemorandis martyriis ejus temporis, nec rem tam memorabilem præteriiſſent. Primus vero ejus meminit *Eucherius*, Epiſcopus Lugdunenſis, in actis ſuis apud Surium, *Pag.* in Hiſt. Critic. T. I. ad ann. 296. *Grot.* de J. B. & P. lib. I. c. 4. §. 7. num. II. atque ejus fide martyrium illud referunt *Browerus* in Annal. Trevir. *Pighius* in Herc. Prodic. l. c. *Schaten.* H. W. p. Occaſionem fabulæ procul dubio dedit, quod in nonnullos milites Thebææ Legionis, Chriſtianæ Religioni addictos, a Maximiano quoque ſævitum fuerit.

(5) Qui non modo, ut *Eutropius* refert l. c. *amabili*, *ſed etiam venerabili Gallis fuit*, quippe *Vir Oroſio* teſte lib. VII. c. 25. *tranquilliſſimus, & ſummæ manſuetudinis & civilitatis*, adeo ut ſub bono hoc Principe cis-Rhenani Populi tranquille egerint. Quæ vero de reſtaurata a Conſtantio poſt devictos Francos Schola Clivenſi a *Pighio* in Herc. Prod. p. 5. & aliis ſcribun-

a) *Eutrop. l. 10. c. 1.* b) *A. Victor.* Illyricum Aſiam, Orientem Galerius obtineret. *a)* Eodemque tempore *Conſtantinus*, Conſtantii & Helenæ filius, Cæſar efficitur. *b)* Conſtantii autem Cæſaris imperio, cum Franci, aſpera hyeme Rhenum gelu conſtrictum transgreſſi, Bataviam occupaſſent; glacie ſoluta ab Imperatore oppreſſi ſunt. Multa ille, inquit Panegyriſtes ad Maximianum & Conſtantinum, Conſtantii patris ejus mentionem faciens, Francorum millia, qui Bataviam aliasque cis Rhenum terras invaſerant, interfecit, depulit, abduxit. Alius ad Conſtantinum, de patre Conſtantio loquens, Terram Batavicam, inquit, ſub ipſo quondam alumno ſuo, a diverſis Francorum Regum gentibus occupatam, omni hoſte purgavit: nec contentus viciſſe ipſis, in Romanas tranſtulit nationes, ut non ſolum arma, ſed & feritatem deponere cogerentur. Jam Conſtantius utcunque Francos compeſcuerat, & ad fœdus faciendum coëgerat, ſed cum digreſſus eſſet in alias provincias, aliisque bellis occuparetur, obliti fœderis Franci, rurſum in Galliam incurſionem fecerunt. Itaque

Conſtantinus M. CONSTANTINUS, poſtea Imperator, Conſtantii ex Helena filius, imperante adhuc patre, & adoleſcens duos Francorum Regulos, (1) Aſcaricum & Ragayſum cepit, beſtiisque dilaniandos objecit, *c)* ne poſtea poteſtate adepta Rheni tranſitum amplius tentarent. *d)* Conſtantinus hic MAGNI cognomen ob res præclare geſtas meruit. Chriſtum profeſſus, nomen ejus numiſmatibus, ſignis & labaris ſuis inſcribi voluit, (2) literis hiſce initialibus: XP. hoc modo ſe tangentibus

c) *Panegyriſtes ad Conſtantinum.* d) *Eutrop. lib. 10.*



e) *Lib. 1. contra Symmach.* Hinc Prudentius de hoc ſigno ait: *e)*

Chriſtus purpureum gemmanti textus in auro
Signabat labarum, clypeorum inſignia Chriſtus
Scripſerat. - - -



Semina hinc Chriſtianæ fidei indubie etiam non tantum inter Romanos, ſed & Provinciales hic loci (3) aut habitantes aut militantes ſparſa ſunt. Conſtantinus M. tres filios

buntur, ad Civitatem Auguſtodunenſem cum *Lipſio* referenda cenſuimus ſupra lib. I. p. 27. Vide quoque *Nic. Schaten.* Hiſt. W. p. 182.

(1) Vide quoque *Euſeb.* in Vita Conſtant. lib. I. c. 19. *Nic. Schaten.* H. W. p. 187. Nummum in illam Victoriam cuſum, in quo Francia mulieris ſpecie ſub trophæis lugens repræſentatur, cum Inſcriptione: *Gaudium Romanorum*, & infra, *Francia*, exhibent Illuſtr. *Spanhem.* Vol. II. Differt. 13. p. 638. & *Carol.* de *Bie* in Num. Arſchot. p. 132. Non tamen ita ſubjugati Franci, quin ipſos adhuc metuerit Conſtantinus, atque ad eos coërcendos Pontem Rheno juxta Coloniam Agrippinam impoſuerit, & Divitenſe munimentum præſidio firmaverit, navibusque armatis Rhenum usque ad Oceanum inſtruxerit. *Eumen.* in Paneg. *Nic. Schaten.* Hiſt. W. p. 189. Pontis non ex ligno, ſed ſecto lapide confecti ſtructuram vide apud *Vorburgium* T. II. p. 174.

(2) Videlicet in memoriam crucis in Cœlo a ſe viſæ, cum Inſcriptione: *Ἐν τούτῳ νίκα. In hoc vince.* Vide de ejusmodi labaris, nummis, ſcutis monogrammate hoc inſcriptis, *Claud. Molinet.* Differt. *Ephemerid. Pariſ.* anno 1681. inſerta, Illuſtr. Viros *Spanhemium* Vol. 2. p. 638. *Cuperum* in Notis ad Lactantium p. 238. *Carol. Patinum* in Num. Imper. p. 380. Quod ad ipſam crucem in Cœlo viſam attinet, veroſimilius mihi videtur, quod Cl. *Fabritius* exiſtimat in Diſſertatione de *Cruce Conſtant.* Vol. VI. Bibl. Græc. præfixa, Conſtantino, dum anxius Cœlum intueretur, ſpeciem quandam crucis cum corona, Victoriæ Symbolo, in Halone ſive Parafalana apparuiſſe, adductis ejus rei pluribus exemplis.

(3) Imo jam ſeculo ſecundo religionem Chriſtianam non ſolum in hæc loca, ſed & Germaniam trans-Rhenanam penetraſſe, *Irenæus* lib. 1. c. 3. adverſus *Hæreſ.* his verbis teſtatur: *neque hæ, quæ in Germaniis* (pluralem enim numerum verba Græca, ab Epiphanio lib. I. adverſus *Hæreſ.* Sect. 31. conſervata, habent,) *ſunt fundatæ Eccleſiæ aliter credunt, aut aliter tradunt.* Si forte Germanias cis-Rhenanas *ſuperiorem & inferiorem* ibi intelligi velis, ex *Tertul-*

Digitized by Google

os Successores reliquit: *Constantinum II. Constantem & Constantium.* Constantino II. Gallia, Hispania & Britannia, Constanti Italia, Africa Illyricum & Græcia, Constantio Oriens & Thracia obvenere. Sed Constantinus non contentus hac divisione, (1) bellum civile contra jus & fas movit, verum ad Aquilejam contra Constantem profectus, ab ejus militibus occisus est. Constans igitur post fratris meritam cædem, omni conatu, superatis Alpibus, Galliam intravit, varioque eventu pugnans, intra biennium omnes fratris Constantini provincias consecutus est. Sed cum gubernationem negligeret, (2) multa etiam crudeliter faceret, clandestinis sociorum consiliis factus est Imperator *Magnentius*, (3) qui & *Decentium* fratrem Cæsarem fecit. Verum Constantius adversus Magnentium in Galliam profectus, eum ferro sibi ipsi vitam adimere compulit, Decentius hoc audiens, laqueo vitam finit. Magnentio autem & Decentio hoc modo sublatis, *Sylvanus*, (4) dux Germaniæ inferioris in Gallia Belgica, qui pro Constantio contra Magnentianos Alemannosque acerrime Gallias tutatus fuerat, apud Augustum, ob invidiam, falso, quod res novas moliretur, accusatur, ideo ab Augusto insidiæ ei tenduntur. Quod ubi comperit Sylvanus, conqueritur apud exercitum in Colonia Agrippinensi, nec mora a fremente milite Imperator creatur, mittitur ad ipsum Agrippinam a Constantio Ursicinus dux, rei militaris peritissimus, & cum eo Ammian. Marcellinus, (5) historiarum scriptor. *a)* Tribuni Sylvani pecunia corrupti impetum in regiam de improviso faciunt, fugientem Sylvanum in Ecclesia Christianorum trucidant, undetrigesimo imperii die. Dum civilibus bellis Romani sese invicem atterunt, Germani, assueti discedere prædis Romanorum, florentissimas & antiquissimas in Galliis urbes capiunt, (6) diripiunt, castra, hyberna, æstiva expugnant, legiones delent; juxta Rheni fluenta Castra Her-

a) *vide Ipsius libros.*

tulliano testimonium, qui adversus Judæos cap. VII. ita scribit: *In quem alium universæ gentes crediderunt, nisi in Christum, qui jam venit? Cui enim & aliæ gentes crediderunt, Parthi, Medi, Elamitæ, & qui inhabitant Mesopotamiam, Armeniam, Phrygiam, Cappadociam, & incolentes Pontum, & Asiam, & Pamphyliam, immorantes Ægyptum & regionem Africæ, quæ est trans Cyrenem, inhabitantes? Romani & incolæ; tunc & in Hierusalem Judæi & cæteræ gentes; ut jam Gætulorum varietates & Maurorum multi fines, Hispaniarum omnes termini & Galliarum diversa nationes, & Britannorum inaccessa Romanis loca, Christo vero subdita; & Sarmatorum & Dacorum & Germanorum & Scytharum & additarum multarum gentium & Provinciarum & Insularum multarum nobis ignotarum, & quæ enumerare minus possumus? In quibus omnibus locis Christi nomen, qui jam venit, regnat. - - - Sic Germani adhuc usque limites suos transgredi non sinuntur.* Per Germanos, quos cum Dacis & Sarmatis conjungit, & Romani limitem, id est, Rhenum transgredi prohibuerunt, procul dubio Germani trans-Rhenani intelliguntur. Uti vero Diocletianus & Maximianus id agebant, ut Christianam Religionem extinguerent, ita in Christianos in Gallia quoque sævierunt. Mitiores in eos fuerunt Constantius & Constantinus. Per migrationes vero Gentium Septentrionalium in Galliam Religio Christiana tam in cis- quam trans-Rhenana Germania iterum obnubilata fuit, restituta postea sub Regibus Francorum, maximeque auspiciis Caroli M.

(1) De qua, ut & bello hinc orto inter Constantinum & Constantem, vid. *Zosim.* lib. 2. c. 39. & seqq. *Eutrop.* lib. X. c. 5. *Cassiod.* in Hist. tripart. lib. 3. c. 12. *Orosius* lib. 7. aliique.

(2) De quo *Eutropius* lib. X. c. 5. *Mox*, inquit, *cum & valetudine prospera, & amicis pravioribus uteretur, ad gravia vitia conversus, cum intolerabilis Provincialibus, militibus injucundus esset, factione Magnentii occisus est.*

(3) Natione Germanus, quod adversus *Tristanum* pluribus ostendit Illustr. *Spanhemius* in Notis ad Juliani Imperat. Orationem I. pag. 219. 220.

(4) Rectius *Silvanus*, itidem origine Germanus, natus Bonnito Franco, *Ammianus Marcellinus* lib. XV. c. 5. qui ea tempestate Francorum multitudinem in Palatio floruisse ibidem refert, memoratque, Malarichum, Laniognisum origine Francos; Nummos extare, ut referunt *Golzius & Nicol. Schaten.* in Hist. Westph. p. 207. cum Inscriptione: DN. FL. SYLVANO. P. F. AUG. dubitat Illustr. *Spanhem.* in Notis ad Jul. Orat. I. p. 308.

(5) Qui ipse lib. XV. c. 3. *posthæc*, scribit, *ita digesta protinus jubetur exire tribunus; Protectoribus domesticis decem, ut postularet ad juvandas necessitates publicas, conjunctis, inter quos* ego *quoque eram, cum Veriano Collega.*

(6) Numerum oppidorum *ad quinque & quadraginta pervenisse, Burgis & Castellis minoribus omissis*, refert *Julian.* Orat. I. p. 279. Edit. Lipsi. vid. quoque *Ammian. Marcell.* lib. 16. c. 3. *Zosim.* lib. 3. c. 1. *Eutrop.* lib. 10. c. 7. *Nicol. Schaten.* H. W. p. 210.

Digitized by Google

Herculis, Quadriburgum, Triceſimæ, Noveſium, Agrippina, Bonna, Antennacum, Bingium, aliaque complura loca partim direpta, partim exciſa ſunt. Agros illos contra conſuetudinem Germani occuparunt, ibique ſedes, quaſi perpetuo manſuri, fixerunt.

Franci tunc cum Camavis apud Toxandriam in Romano ſolo cum liberis & conjugibus conſederunt. (1) Quocirca Imperator Conſtantius, periclitanti Galliæ conſul-
Julianus. turus, JULIANUM, patruelem ſuum, Athenis tunc literis operam dantem, (2) Mediolanum accerſit, ibique octavo Idus Novembr. Cæſarem declarat, (3) Arbitione & Lolliano Coſſ. Anno ſalutis 360. Helenam inde, ſororem ſuam, Auguſtus Juliano connubio jungit, qui quatuor annos continenter cum Germanis decertavit. Calendis autem Decembris Julianus per Taurinos Gallias petit, & Viennæ hyeme exacta, delectuque apud Veſontionem habito, primo Brocomagum ſive Breucomagum occupat, Germanisque obviam ei venientibus ſuſis fugatisque, nulloque poſtea repugnante, ad recuperandam Agrippinam, ante ipſius in Galliam adventum exciſam, profectus eſt. Nulla iſto tractu tunc civitas videbatur, niſi quod apud Confluentes Rigodulum oppidum eſſet, & prope ipſam Coloniam turris. Igitur Agrippinam ingreſſus, non ante inde motus eſt, quam Francorum Regibus perterritis pacem firmaret. Quibus vincendi primitiis lætus per Treveros, apud Senonas hyematurus, abſceſſit. Interea Chonodomarus, Rex Germanorum nobiliſſimus, aliique Alemannorum Reges, Suomarius, Hortariusque, ad Argentoratum copias cogunt conjunguntque, ad Julianum legatos mittunt, jubentque eundem Galliis excedere ſuis, quas jure belli acquiſiviſſent, ſi non pareret, congrederetur. Julianus audita legatione, cum omnibus copiis in hoſtes movet, Alemannosque ingenti prælio vicit, capto ibidem Chonodomaro, qui Juliano oblatus, veniamque poſcens, bono animo eſſe eſt juſſus. (4) Suomarius quoque Hortariusque Reges, pacem ſuppliciter orantes, in deditionem accepti ſunt. Victor Julianus Moguntiacum proficiſcitur, Rhenum ponte jungit. (5) Huc legati Germanorum veniunt, pars pacem poſtulat, pars bel-

(1) De Juliano *Ammian. Marcell.* lib. 17. c. 9. *primo*, ſcribit, *omnium petit Francos, eos videlicet, quos conſuetudo* Salios *appellavit, auſos olim in Romano ſolo apud Toxandriam locum habitaculis ſibi figere præcipitanter.* Nec ſolum in Toxandria, de cujus ſitu vid. infr. Diſſ. de *Comit. Teiſterb.* Annal. Cliv. inſertam, §. 6. confederunt, ſed & vicinis locis; *Agri, Julianus* ſcribit in Epiſt. ad Athen. p. 279. *quem cis Rhenum obtinebant Barbari, tantum erat ſpatium, quantum a ſcutibus illius ad Oceanum usque porrigitur.* Cum Francos *olim* cis Rhenum ſedes fixas poſuiſſe, l. c. referat *Ammian. Marcell.* non dubito, quin jam ſub Conſtantino, copiis e Provinciis Occidentalibus verſum Orientem translatis, Colonia Francorum illuc venerit, aucta poſtea, ex quo Magnentius & Conſtantius Francos adverſus ſe invicem in auxilium arceſſiverant, ut referunt *Socrates* lib. 3. c. 1. *Libanius*, qui de Conſtantio in Juliani Orat. funebri, *ac certe*, inquit, *Barbarit per literas aperit Romanorum limites, quum diceret, liberum iis eſſe, quantum poſſent, regionem occupare.* Vid. quoque Illuſtr. *Spanhem.* in Not. ad Juliani Orat. I. p. 226. & *Hertium* in Not. Vet. Franc. Regni p. 29. 30.

(2) *Eutropius*, qui expeditioni ejus adverſus Parthos interfuit, Lib. 10. c. 8. de Juliano, *Liberalibus*, ſcribit, *diſciplinis apprime eruditus: Græcis doctior, atque adeo, ut latina eruditione nequaquam cum Græca ſcientia conveniret; facundia ingenti & promta, memoriæ tenaciſſimæ, in quibusdam Philoſopho propior. In amicos liberalis, ſed minus diligens, quam tantum Principem decuit. Fuerunt enim nonnulli, qui vulnera gloriæ ejus inferrent. In Provinciales juſtiſſimus, & Tributorum, quatenus fieri poſſet, repreſſor, civilis in cunctos; mediocrem habens ærarii curam: gloriæ avidus, ac per eam animi plerumque immodici. Nimius Chriſtianæ Religionis Inſectator, perinde tamen, ut cruore abſtineret.* Videlicet animadverterat Julianus, ſuppliciis & tormenta nullum detrimentum Chriſtianæ religioni attuliſſe, quare alia via illam everſum ibat, publico *Edicto*, quod inter ejus Epiſtolas No. XLII. extat, prohibens, ne Chriſtiani humaniores literas vel docerent, vel docerentur. Ceterum eruditionis ejus teſtes quoque ſunt *Orationes & Epiſtolæ* Græce ab ipſo ſcriptæ, atque noviſſime cum *Cyrilli* Libris adverſus Julianum, egregiisque *Petavii* & Illuſtr. *Spanhem.* notis editæ Lipſiæ 1696.

(3) Invitus ac diu reluctatus, ut ex *Anm. Marcellino* lib. 15. c. 8. itemque *Libanii* Panegyrico Juliani liquet; nec tota illi adminiſtratione credita, ſed cum Juliano, miſſis Marcello & Saluſtio, ut *Zoſimus* refert lib. 3. c. 2. Vid. quoque Illuſtr. *Spanhem.* in cit. Not. p. 291. 292.

(4) Deſumta hæc ex *Ammiano Marcell.* lib. 16. cum quo conferendi *Eutropius* lib. 10. c. 7. *Zoſimus* lib. 3. c. 3. in cujus vero narratione multa ſuſpecta ſunt. *Nic. Schat.* H. W. p. 211. 212. 213.

(5) Ter Rhenum trajeciſſe oſtendit *Cellar.* in Not. ad Zoſim. lib. 3. c. 3. Ipſe certe *Julianus* in Epi-

Digitized by Google

bellum minatur. Julianus octingentos milites clanculum navibus in Germaniam transportat, egreſſi, quicquid invenire poterant, ferro violarunt ac flammis, monumentum etiam in Alemannorum ſolo a Trajano conditum, ſed ab illis deſtructum, tumultuario ſtudio reparant, locatis ibi pro tempore defenſoribus. Germani, qui interim pontem, dum ſtruerentur, obſervabant, deſertis inſidiis avolarunt. Ponte perfecto Julianus cum omnibus copiis tranſit, rebellium domos & meſſes exurit, reſiſtentes trucidat. Ita ad regionem, cui Capellatii (1) (vulgo Pfalz) nomen eſt, veniens, caſtra locat, ibi cum Germanorum Regulis, qui ſupplices venerant, fœdus ictum, amicitiaque firmata eſt, receptique in ſocietatem Romanam, omnes captivos reddiderunt, quorum undecim millia fuere; Cæſare in Alemannorum ſeceſſibus occupato, Severus, magiſter equitum, per Agrippinam & Juliacum Rhemos petiturus, offendit Francos loca vacua præſidiis vaſtare, duoque munimenta, quibus ſe tutarentur, occupaſſe. Huc properat Julianus, & Caſtellum oppidum, quod Moſa ambit, obſidione, menſe ſcilicet Decembri & Januario, claudit, donec quinquageſimo quarto obſidionis die fame compulſi ſe dederent. Inde Parhiſios hyematurus abit. Recepta igitur omni Gallia, Julianus ibidem fauſtis acclamationibus a militibus Auguſtus eſt appellatus. Interea Franci, qui Belgicam inferiorem poſſidebant, Germaniæ populos ad irruptionem in Gallias concitant. Julianus, antequam in unum cogerentur, ut eorum conatibus proveniret, petit primum Francos, Salios cognominatos, auſos olim in Romano ſolo apud Toxandriam locum habitacula ſibi figere, (Salios (2) Juliani tempeſtate Batavorum tenuiſſe inſulam, auctor eſt Zoſimus lib. 3.) Horum legatio cum Tungros veniſſet, Cæſar præſto eſt, verum comiter dimiſſis legatis, improviſus eos adoritur, jamque precantes potius, quam reſiſtentes, in deditionem recepit. Inde tria munimenta & caſtra ad Moſam, a Germanis exciſa, reparat; quin etiam urbes illas, a Francis ante occupatas & deſtructas, utpote Caſtra Herculis, Quadriburgum, Triceſimas, Noveſium, &c. recuperat. Iterum & poſtremum in limitem Germaniæ ſecundæ eſt egreſſus, omnique apparatu communitus, Taſandro oppido (Cluverius legit Obtricenſi Moſæ oppido,) propinquabat. Rheno deinde transmiſſo, regionem ſubito pervaſit Francorum, quos Anſuarios vocant, incertorum hominum, licentius etiam extima Galliarum perſcrutantium. Hos negotio levi ſuperavit, captisque plurimis & occiſis, orantibus aliis, qui ſuperſuere, pacem ex arbitrio dedit. Unde reverſus pari celeritate, per flumina præſidiaque limites explorans diligenter, ad Rauracos venit, locisque, quæ olim Germani intercepta retinebant, recuperatis, plenioreque cura firmatis, per Boſon-

Epiſtola ad Athenienſ. p. m. 280. *Ter*, inquit, *cum adhuc Cæſar eſſem, Rhenum trajeci. Viginti captivorum millia a trans-Rhenanis Barbaris repetii*, &c. Vid. quoque *Ammian. Marcell.* lib. 17. *Nic. Schaten.* p. 220.

(1) Cujus loci ſolus *Ammianus Marcellin.* meminit lib. 18. p. m. 126. *B. Rhenanus* lib. 1. R. G. ſedem putat fuiſſe Comitum Palatinorum, qui ab illo Capellatii, ſ. *Palas*, nomen ſuum acceperint, ſed merito propterea notatus a *Frebero* Orig. Palat. c. 2. p. m. 37. Veroſimilius eſt, quod *Nic. Schaten.* cenſet H. W. p. 220. locum dictum fuiſſe a Palis, ſ. Pfählen, voce Germanica, quibus fines deſignati fuerint inter Alemannos & Burgundiones, cum ipſe Ammianus Marcellinus *lapides terminales* iſtorum Populorum confinia diſtinxiſſe, ibi referat.

(2) Quos a velocitate, inſtar Sacerdotum *Saliorum*, tempore primum Juliani circa annum 358. a Romanis ita dictos fuiſſe, ſunt, qui exiſtimant, inducti teſtimoniis *Ammiani Marcellini* lib. 17. ubi *Velites* eos vocat, atque *Apoll. Sidonii*, qui Carm. 6. ita canit:

\- - - *Vincitur illic*
Curſu Herulus, Chunnus jaculis, Francuſque natatu,
Sacromates clypeo, Salius pede, *falce Gelonus.*

Aſt vereor, ut ſatis ſolide. Etenim jam ante, quam Rhenum tranſirent, ita fuiſſe appellatos, ipſe[i]nnuit Ammianus Marcellinus, dum *primos Francos a Juliano petitos* ſcribit, quos *conſuetudo* Salios appellavit, unde liquet, jam diu ſic fuiſſe *cognominatos*. Cur vero ita fuerint dicti, an ab *Iſala* vel *Sala* fluviis, an a voce Saal, Palatio, ſ. loco, ubi Franci publicos ſuos conventus habuerint, diſceptatur. Veroſimilior eſt poſterior ſententia, quam *Johannes Cenalius*, Epiſcopus Araufionenſis, primus fovit, atque pluribus confirmarunt Illuſtr. a *Cocceji* in Orat. de *Lege Salica*, & *Jurispubl. Prudentia* c. 3. §. 82. 88. *Pfeffingerus* in Notis ad *Vitriarii* Jus publ. lib. 1. Tit. V. §. 1.

Digitized by Google

Boſontionem, Viennam hyematurus abſcedit. Hinc Julianus, rerum potitus, ingenti apparatu Parthis intulit bellum. Ex illo victor remeans, dum ſe inconſultius præliis inſerit, hoſtili manu interfectus eſt. Juliano ita, & poſt eum JOVINIANO octo menſium Imperatore, mortuo, *a*) VALENTINIANUS Ann. Urb. Cond. MCXIX. apud Niceam Auguſtus ſalutatur. Is Saxones, (Anno Urbis Conditæ MCXXVII.) gentem, in Oceani littoribus & paludibus inviis ſitam, virtute atque agilitate terribilem, in Romanos fines eruptionem meditantem, in Francorum finibus oppreſſit. *b*) Infra Coloniam Agrippinam cæſos eſſe, ex Zoſimi lib. 4. conſtat. Hic Valentinianus cum *Valente* fratre regnavit annos tredecim. Poſt hos *Gratianus*, a Valentiniano patre jam antea in collegam cœptatus, imperavit cum Valentiniano annos octo, dies octoginta quinque: cum patruo & fratre tres: cum eodem fratre ac *Theodoſio* quatuor: & cum his omnibus, antecedente *Arcadio*, menſes ſex. Hic apud Argentarium, oppidum Galliæ, triginta Alamannorum millia in bello extinxit. VALENTINIANUM II. fratrem conſanguineum, puerum adhuc vix quadrimum, ab exercitu Cæſarem declaratum, ab imperii ſocietate non repulit, ſed omnia ei communia fecit. Sed cum animadverteſſet, ab Hunnis & Alanis extremum periculum inſtare nomini Romano, accito ab Hiſpania *Theodoſio*, cunctis faventibus, agenti annum a triceſimo tertium, imperium committit. *c*) At vero Gratianus, dum exercitus negligeret, & paucos ex Alanis, quos ingenti auro ad ſe transtulerat, veteri ac Romano militi anteferret, odia contra ſe militum excitavit. MAXIMUS ergo, in Britanniam invitus ab exercitu Imperator creatus, in Galliam tranſiit, & a Gratiani legionibus exceptus, eundem ſubita incurſione perterritum, in Italiam tranſire meditantem, dolo interfecit. *d*) Franci quoque, Genovalda, Sonnone & Marcomaro Ducibus, Rhenum circa Moguntiam transgrediuntur, haud inde procul in vico Sicilia nomine copias Maximi profligant, in totam Germaniam cis-Rhenanam, quæ eſt Gallia Belgica, erumpunt, limite rupto, pluribus cæſis, fertilibus maxime oris devaſtatis, Agrippinenſi Coloniæ metum injiciunt. Quod ubi Treveros nunciatum eſt, Nannenus & Quintinus collecto exercitu apud Agrippinam conveniunt. Sed jam Franci optima quæque depopulati, onuſti præda per Rhenum in Germaniam tranſierant, aliquot tamen reliquerant in Romano ſolo ad iterandam deprædationem, quos Romani apud Carbuariam ſylvam fundunt, pauci fuga elabuntur. Conſultant poſthæc Duces ipſius Maximi, in Franciamne trans Rhenum infeſto exercitu injurias ultum caſtra moveant. Nannenus ire recuſat, cauſatus, Francos haud imparatos, & domi procul dubio fortiores fore. Nannenus Moguntiacum revertitur, Quintinus armis infeſtis circa Noveſium Rhenum transgreditur, ſed infeliciter pugnat. Arbogaſtus, genere Francus, pulſus a Sonnone & Marcomaro, Germaniæ legionis Præfectus in Galliis, Valentinianum II. adhortari non deſinit, ut in Francos arma moveat, & auctores belli, Sonnonem & Marcomarum petit dedi. Valentinianus invitatos ad colloquium in Germaniam dimittit, ipſe Treveros ad hyberna concedit. Id diſplicuit Arbogaſto, ideo conſcio Eugenio in Valentinianum conſpirat, Valentinianus Viennæ ſtrangulatur. Interea Arbogaſtus, ob veterem in Sonnonem & Marcomarum, Franciæ Regulos, ſimultatem, hyeme Agrippinam Coloniam cum omnibus copiis petit, transgreditur Rhenum, Bructeros ripæ proximos, Chamavorumque pagos depopulatur, nullo hoſtium occurrente, præter paucos ex Anſuariis & Chattis Marcomaro duce in collium jugis ſe oſtendentibus. Sed Arbogaſtus, non auſus ſe credere ſylvis trans Rhenum, Agrippinam revertitur, Eugeniumque Imperatorem Galliæ creat, qui cum Alemannorum & Francorum Regibus fœdus init. *e*) Extincta ſic cum Gratiano & Valentiniano II. familia Valentiniani I. ſolus ſucceſſit THEODOSIUS, *qui & poſtremus Romanum imperium in Occidente & Oriente integrum tenuit*, dignus haud dubie, qui inter optimos Principes connumeretur. Pacatus panegyriſtes Theodoſium laudat a debellatis Saxonibus. *Attritam*, inquit, *pedeſtribus præliis Batavium referam? Saxo conſumptus bellis navalibus offeretur.* Addit: *Saxonicum dici potuiſſe, ſicut & Sarmaticum & Alemannicum.* Contra Eugenium & Arbogaſtum necem Valentiniani ulciſci parans, eos in Alpibus ſuperavit. Hinc Claudianus:

O nimium dilecte Deo! cui fundit ab antris
Æolus armatas hyemes, cui militat æther,
Et conjurati veniunt ad claſſica venti.

Hac

Jovinianus.
a) *Eutrop. lib. 10.*
Valentinianus.
b) *Paul. Diac. lib. 11.*
Valentinianus II.
c) *A. Vict.*
Maximus.
d) *P. Diac. l. 11.*
e) *Ex Greg. Tur. l. 2. c. 9. qui ea habet ex Sulpitio Alexandro.* Theodoſig.

Digitized by Google

Hac victoria potitus, filios duos imperii consortes fecit, ARCADIUM Orienti, HONORIUM Occidenti praficiens. Et quoniam ætate minores erant, Duces illis attribuit, Arcadio Ruffinum, Honorio Stiliconem; neque multo post vitam finiit Mediolani, Imp. Honorii anno octavo, Urb. Cond. 1174. Franci pridie Cal. Jan. hyeme rigente, trajecto Rheno, iterum Gallias incessentes, Treverim urbem incendunt, indeque in Belgicam & Celticam progressi sunt. *a)* Ad has turbas & seditiones sedandas, Galliasque adserendas, Stilico missus est. Is quid egerit, Claudianus testatur lib. 1. de laudib. Stiliconis: Arcadius & Honorius. *a) Sigebert. Æmyl. l. 1.*

Cedant Druse tui, cedant Trajane labores,
Vestra manus dubio quicquid discrimine gessit,
Transcurrens egit Stilico, totidemque diebus
Edomuit Rhenum, quot vos potuistis in annis. &c.
Impiger a pigro descendens fluminis ortu,
Ad bifidos tractus & juncta paludibus ora
Fulmineum perstrinxit iter, dueis impetus undas
Vincebat celeres, & pax a fonte profecta,
Cum Rheni crescebat aquis, ingentia quondam
Nomina, crinigero flaventes vertice Reges. &c.
Occurfant ubicunque velis, nec fama fefellit
Justitiæ, videre pium, videre fidelem,
Quem veniens timuit, rediens Germanus amavit.

Et iterum:

- - - Rhenumque minacem
Cornibus infractis adeo miteseere cogis, (scil. o Stilico,)
Ut Salius jam rura colat, flexosque Sicambri
In falcem curvent gladios, gemmasque viator
Cum videat ripas, quæ sit Romana requirat.
Ut jam trans fluvium non indignante Cayco, (i. e. Chauco,)
Pascat Belga pecus, mediumque ingressa per Albim,
Gallica Francorum montes armenta pererrent.

Et post pauca:

- - - Vinclis punire licet, sub judice nostro
Regia Romanus disquirit crimina carcer,
Marcomeres, Sonnoque docet, quorum alter Etruscum
Pertulit exilium, cum se promitteret alter
Exulis ultorem, jacuit mucrone suorum.

Arcadio sextum & Probo Coss. sub Honorico Vandali & Alani trajecto Rheno Gallias intrarunt. Hieronymus Epistola 11. ait: *Tunc Moguntia & Wormatia excisæ sunt, & Treveris & Colonia captæ.* Anno Christi 416. Roma quoque ab Alarico, Gothorum Rege, post biennalem obsidionem, Cal. April. anno 18. Honorii, Urb. Cond. 1164. Christi 413. capta est, unde Hieronymus:

Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet? aut possit lachrymis æquare dolorem?
Urbs antiqua ruit, multos dominata per annos,
Plurima perque vias sternuntur inertia passim
Corpora perque domos, & plurima mortis imago. b)

Gothi tamen sponte Roma excedunt, facto, ut ait Paul. Diaconus, aliquantarum ædium incendio. *b) Procop. lib. 1. Æmyl. l. 1. Oros. lib. 7. cap. 38.*

Franci denuo, creato Rege *Pharamundo*, partem Galliarum, Rheno propinquam, amne transito occupant, Anno Christi 420. *c)* Ab hoc Pharamundo Chronica Francorum Reges enumerare incipiunt, ideoque de ipsis jam porro libro tertio differemus. *c) P. Æmyl. lib. 1.*

(*)

Digitized by Google

LIBER III.

De Francorum Regibus, eorumque apud populos & provincias has rebus geſtis.

Pharamundus, I. Francorum Rex. *Bernh. Furmerius, Ann. Friſ. l. 2. c. 7.*

DE Francorum origine, habitu & moribus ſupra lib. I. copioſe dictum eſt. Hi *Pharamundum*, Marcomiri Ducis filium, (1) ut jam indicavimus, An. Chriſti 419. (2) ut cæteris nationibus pares eſſent atque ſimiles, cum antea tantum Duces (3) & Regulos habuiſſent, Viceburgi, (4) in conventu ordinum celeberrimo, primum ſuum creaverunt Regem, eumque ſcuto ſublatum more priſco (5) magna ceremonia ut Regem venerati ſunt. Quo facto Pharamundus conſtitum, ut populum bello fortem, ſed pace inconditum bene gubernaret, legem condere decrevit, (6) idque conſilio potiſſimum quatuor procerum, qui ex cæteris Francorum

(1) Quis Pharamundi Pater fuerit, æque dubium eſt, ac tempus, quando, & locus, ubi fuerit electus. Autor *Chron. Reg. Franc.* apud *du Cheſne* T. 1. & *Aimoinus* l. 1. c. 4. Sunnonis, fratris Marcomiri, filium fuiſſe ſcribunt. Vid. quoque *Pontan.* de orig. Francor. l. 3. c. 6.

(2) Plerique initium Regni Francici anno 420. ponunt, auctoritate adducti Proſperi Aquitanici, qui in *Chronic.* apud Labbeum ita ſcribit:

Anno XXVI. (Honorii) *tricesimus nonus Xyſtus*
Romanam Eccleſiam regit.
Solis hoc anno defectio facta.
Faramundus regnat in *Francia.*

Cum enim Honorius anno 394. cœperit regnaſſe, atque inſuper juxta *Scaligeri* calculum lib. 2. Emend. temp. Eccliplis Solis, cujus ibidem mentio fit, in annum 421. inciderit, Pharamundum anno 420. electum fuiſſe cum Scaligero plurimi ſibi perſuadent. Ex anno XXVI. Imperii Honorii initium Regni Francorum non ſatis certe conſtare, arbitratur *Aut. Pagius* in Hiſtor. Critic. ad ann. 418. §. 8. quod codices memorati Chronici admodum varient, atque alii XXI. alii XXV. Honorii annis Faramundum regnaſſe referant. Cum vero Solis defectio juxta ipſius calculum anno 418. acciderit, illo quoque anno Faramundum electum fuiſſe cenſet.

(3) Quos videlicet Francorum Populi, communi fœdere juncti, tempore belli ex Veteri Germanorum inſtituto ſibi eligere ſolebant, Scriptores vero *Regulos*, *Regales*, *Sub-Regulos* nonnunquam vocant, vid. *Gregor. Thuronenſ.* lib. 2. c. 9. Seriem ejusmodi Ducum ſive Regulorum ante Pharamundum *Pontan.* lib. 3. c. 6. *Hertius* in Not. Vet. Franc. Regni c. 7. exhibent.

(4) Herbipolim ſive Würzburgum autor intelligit, *Trithemium* ſecutus, qui ibidem Pharamundum electum fuiſſe refert; alii vero Treviri, alii Coloniæ juxta *Gregor. Thuronenſ.* l. 2. c. 9. in Thuringia id factum fuiſſe tradiderunt, adeo ut electionis locus incertus maneat. Vid. quoque *Schaten.* in Hiſt. W. lib. V. p. 263.

(5) De Brinione quodam, Caninefatum Duce, *Tacitus* lib. 4. Hiſt. c. 15. §. 4. *Impoſitus*, inquit, *ſcuto more gentis & ſuſtinentium humeris vibratus*, *Dux eligitur.* Non ſolum autem apud Francos quoque hunc morem obtinuiſſe, pluribus oſtendit *Hertius*, in Not. Vet. Franc. Regni c. 4. §. 10. ſed & Græcis uſitatum fuiſſe, *Lipſius* in Not. ad cit. loc. Taciti docet.

(6) Fide hæc nituntur *Præfationis* ad illas leges, *Auctoris* Geſt. Franc. cap. 4. Vetuſtorum Chronicorum, *Ivonis* apud Freher. Corp. H. Fr. p. 51. *Mallacenſis* apud Labbeum T. 2. *Adonis* Uſen. ad ann. 879. *Sigeb. Gembl.* ad ann. 422. *Ottonis Friſing.* lib. 4. Chronic. c. 32. Sunt tamen, qui illis teſtimoniis poſthabitis, Leges illas Pharamundo, vel antiquiores vel recentiores, atque cum R. P. *Daniele* T. 1. Hiſt. Franc. & in peculiari Diſſert. a Clodovæo M. latas eſſe contendunt. *Leibnizius* in Diſſert. *de Orig. Franc.* ſupra ad lib. 1. cit. ante Pharamundum in Thuringia a Proceribus pagorum ibidem, *Saalgan*, *Bolegan*, *Windgan*, eas conditas eſſe cenſet. Quæ vero ſententia, cum præcipue ipſius Hypotheſi nitatur, qua Francos origine Maris Balthici accolas fuiſſe, inde vero profectos in Thuringiam primum migraſſe, atque hinc demum intra Rhenum inferiorem & Viſurgium migraſſe, *citat. Diſſertat.* putat. Vid. quæ ſupra de illa monuimus. Clar. *Gundlingius* in Obſervationibus ſuis, quarum ibidem mentionem fecimus, cum Rever. quidem Daniele illas Leges a Clodovæo M. ſed cum adhuc Paganus eſſet, ſtatimque poſt prælium Tolpiacenſe opera Præfectorum Alemannicorum, *Salheimenſis*, *Bodenheimenſis*, *Windheimenſis* & *Wiſenheimenſis*, in pago Wormsgan latas, ab eodem vero, poſtquam Chriſtianam Religionem recepiſſet, emendatas fuiſſe exiſtimat; quod admodum veroſimile eſt, atque *Conringio* Epiſt. ad Baluzium & *Frehero* P. 2. Orig. Palat. jam ſuboluit. Vide tamen, quæ in Notis ſuis ad editas nuper *Leges Francorum Salicas & Ripuar.* ut & Diſſert. *Leibn.* de *Orig. Franc.* repoſuit Cl. Vir *Joh. Georg. Eccardus.*

Digitized by Google

ſelecti, Viſogaſtus, Bodogaſtus, Salegaſtus & Videgaſtus fuere nominati. Hi quatuor Viri in villis Sallehaim, Bodohaim & Widohaim, ultra Rhenum ſitis, tres conventus celebrarunt, & in iis legis capita quamplurima conſtituerunt, ne populus Francorum, qui omnes vicinos ſuos fortitudine ſuperabat, eisdem juſtitia eſſet inferior. Lex iſta Salica dicta eſt, vel a Sala fluvio, ubi Franci conlèderunt, ut quibusdam placet; vel a Saliis, populis circa Friſiam habitantibus; vel, ut aliis viſum, a Sale, quod ea lex Rempubl. conſervet, haud aliter quam ſal carnes, quæ illo confricantur; vel denique, ut Furmerius judicat, a villis iſtis, in quibus condita eſt primitus, ſuum ſortita eſt nomen, eo quod illæ villæ (1) Curiæ eſſent ac Palatia Procerum, quæ idiotiſmo Salæ dicebantur, & poſtea a barbaris Scriptoribus Curtes eodem ſenſu appellatæ fuerunt: ex quibus colonis glebæ adſcriptis reliquam terræ partem laborandam committebant, qui etiam non tantum, certis menſium & hebdomadum diebus, Curiæ Domino, vel Seniori, ligone, equo, bigis vel quadrigis, aut etiam pedibus operas præſtabant, ſed etiam certam pecuniolam cenſus nomine inferebant, quin & aliquando decimas omnium fructuum tam humentium, quam aridorum pendebant; unde apud Saxones **Laſſen**/ apud Sicambros **Lathen**/ apud Friſios **Liten**/ ejusdem etymi vocabulis, quod ſcilicet primo capti, & poſtea ex commiſeratione in agris relicti, (2) nec ejecti aut venditi eſſent, dicti ſunt. Ager autem, in quo Dominus agebat, **Hoff**/ **Hove**/ **Saele** & **Saelſtatt**/ quaſi dicas aulam, cohortem, aut ſedem: colonorum vero agri Köten, (3) quaſi ab aliis ſundis dependentes articuli, appellati ſunt. Lex autem Salica, qua genus ſuum Franci conſervare ſtuduerunt, ita habet: *Ut terræ Salicæ* (4) *nulla portio hæreditatis mulieri veniat, ſed ad virilem ſexum tota terræ hæreditas perveniat;* cauſa in eadem hac lege additur, quod gens Francorum, cum parva eſſet numero, fortis tamen robore, validum Romanum jugum de ſuis cervicibus pugnando excuſſerit, neque in colum patiatur haſtam Francorum & Gallorum victricem commutari. Veſtigia veterum Saliorum (5) adhuc extant in regione Salandia, & pago Salicum, cujus in fundatione Abbatiæ Elrinenſis, Anno 963. fit mentio, ubi Imperator Otto I. ſeu Magnus, quæ fiſcus habebat telonii de piſcatura in pago Salon, & fluvio Isla, dicta Habedolt, monaſterio huic contulit. Hinc pagus Sehlemenſis hodie dicitur,

(1) Ut jam olim quoque cenſuit *Joh. Robertus Cenalius*, Epiſcopus Araufion. in H. G. & pluribus confirmavit Per-Illuſtr. a *Coccejus* in Orat. *de Lege Salica* & J. P. c. 3. §. 82. 88.

(2) Quam rationem Gloſſator quoque Speculi Saxonici lib. 2. art. 59. reddit: **Wy in Saſſen tu Lyfftgude gebohren iſt, dat iſt ein Kate, dy mach des Gudes ane ſynes Heren Orloff, ſich nicht vortygen. Dit ſint dy unſe Olderen ſitten ipten, don ſy dy Lanth bedwungen.** Eadem habet lib. 3. art. 44. Sed nugæ. Erant *Laſſi* ſervorum genus, qui a ſervitiis domeſticis dimittebantur, ut agros Domini certis conditionibus colerent. De illis *Nithardus* lib. 4. *quæ*, inquit, *gens* (Saxones) *omnis in tribus ordinibus diviſa conſiſtit. Sunt enim inter illos, qui Ethilingi, ſunt, qui Frilingi, ſunt, qui Lazzi dicebantur. Latina vero lingua hoc ſunt Nobiles, ingenui atque ſervilcs.* Vid. pluribus Clar. *Ludwig* in Diſſertat. de *Colonis adſcript.*

(3) Unde & *Coſſati*, quaſi *Kotſati*, nonnullis dici reputantur. Ejusmodi vero agrorum genus agros in Clivia eſſe, qui vulgo dici ſolent **Kösguder**, exiſtimat *Feltmannus* de jure in re & ad rem cap. 6. §. 32.

(4) Quid per *terram Salicam* intelligatur, variæ ſunt doctorum Virorum ſententiæ, quarum recenſione vereor, ne nauſeam creemus Lectori. *Terra Salica*, ut Leges *Salicæ*, ita dicitur a **Sal**, ſ. Regio Palatio, denotatque terram, quæ ad *Salam* ſive Curtem Regiam pertinet, certisque conditionibus ab illa recipitur, oppoſite ad *Alode*, quo nomine Bona *propria* deſignantur, quæque a parentibus accepta ad heredes tam fœminas, quam maſculos libere tranſeunt. Vid. Per-Illuſtr. *a Coccej.* in Orat. de *Lege Salica*, & Cl. *Eccardum* in Not. ad *Leg. Salic.* p. 106. 107. 108. ubi recte quoque monet, filias a Succeſſione in *terram Salicam* non ſimpliciter fuiſſe excluſas, ſed tantum quousque maſculi extiterint, ut in Lege Francorum *Ripuariorum* cap. 56. clariſſime indicatur. Ceterum an hæc Lex ad Succeſſionem in Regno quoque pertineat, inter Anglos & Gallos, cum Eduardus III. Rex Angliæ, poſt obitum Caroli *Pulchri*, R. G. jure matris ſuæ, ſororis defuncti Regis, in Regno Galliæ ſuccedere vellet, acerrime diſputatum fuit, meritoque cum *Hotomanno*, aliisque doctis Viris in ipſa Gallia, negat Cl. Vir, *Joh. Petr. Ludwig* in Diſſert. *de Jure Anglorum in Galliam*, T. II. Opuſculorum Miſcell. p. 455. & ſeqq.

(5) De quibus vid. ſupr. Not. ad Libr. I.

citur, qui Comitatui Zutphanio originem dedit. De Pharamundi Succeſſoribus (1) antequam dicamus, illud prius annotare operæ precium eſt, Honorio Imp. Romæ tandem mortuo, ſucceſſiſſe in Occidente atque Roma *Valentinianum III.* Conſtantini & Placidiæ ſororis ejus filium, cum interim Theodoſius II. Arcadii filius, Conſtantinopoli imperaret. Sub hoc Valentiniano Ætius patritius, Galliis aſſerendis animum intendens, primo cum Majoriano, qui poſt imperavit, in Francos, qui Galliam Rheno proximam (2) occupare auſi fuerant, expeditionem parat, qui cum in Helena vico, quem nunc Hedenam vocant, ad Cancum fluvium nuptias cujusdam captivæ virginis (3) celebrarent, & excubiis omiſſis diſſolutius agerent, facile, abſente quoque ipſorum Rege Pharamundo, (4) in Germaniam magnam a Romanis pulſi ſunt; & ſic Ætius omnes terras Sequanorum, Heduorum, Matiſconenſium, Cabillinenſium, Veſontionum, & quicquid a Rheno in Rhodanum usque extendebatur, ſecure retinebat, adeoque Galliam Lugdunenſem Belgicamque pacavit, Romanoque juri reddidit. Gothi (5) vero ex Hiſpania reduces ejusdem Honorii Imperatoris beneficio Aquitaniam tenebant, omnemque regionem, quæ inter Rhodanum & Ligerim fluvios in montes Pyrenæos deſinebat. Reſtabat minima Galliarum pars, quæ Rheno, Moſella & Ligeri continebatur: valida quidem viris & oppidis, ſed quæ quotidie hoſtem Francum haberet vicinum, ejusque impetum ſingulis quaſi momentis expectare cogebatur: hic enim viſo Burgundionum (6) ſucceſſu, in Galliam totis animis intentus, omiſſa Germania, Rhenum transmittere ſatagit, adeoque Gallia mirum in modum ab exteris nationibus occupata, Romani vix pro tertia ejus parte retinenda laborabant.

Valentinianus III. Romanorum Auguſtus.

Pharamundo *Clodius*, cognomento *Capillatus* ſive *Crinitus*, (7) ſucceſſit, II. Francorum

Clodius Capillatus ſive Crinitus, II. Francor. Rex.

(1) Quos *Merovingicos* appellare ſolent, procul dubio, quod *Merovæus*, fixa ſede in Gallia poſita, fines Regni cis Rhenum primus extenderit, atque ab illo Succeſſio Regum ex ipſius familia certa ſit. Pleniorem vero & accuratiorem Regum Merovingicorum recenſionem vide in adjecta *Tab. Geneal. I.*

(2) Imo Cameracum usque excurriſſe Clodionem, ibidemque aliquamdiu commoratum fuiſſe, refert *Gregor. Thuronenſ.* lib. 2. c. 9.

(3) Qua de re Majorianum Carm. V. ita alloquitur *Sidonius Apollinaris*:

- - Poſt tempore parvo
Pugnaſtis pariter Francis, qua Clojo patentes
Atrebatum terras pervaſerat. Hinc coëuntes,
Claudebant anguſta vias, arcuque ſubactum
Vicum Helenam, *flumenque ſimul ſub tramite longo*
Arctus ſuppoſitis trabibus tranſmiſerat agger.
Illic, te poſito, pugnabat ponte ſub ipſo
Majorianus eques. Fors ripæ colle propinquo
Barbaricus reſonabat Hymen, Scythicique choreis
Nubebat flavo ſimilis nova Nupta marito.
Hos ergo, ut perhibent, ſtravit, crepitabat ad ictus.
Caſſis & oppoſitis haſtarum verbera thorax
Arcebat ſquamis, donec converſa fugatus
Hoſtis terga dedit.

(4) Clodione potius, quippe cum Pharamundus jam ante 428. obiiſſet.

(5) Viſigothi ſ. Weſtrogothi nempe, qui Duce Athanarico Italiam invaſerant, ipſamque Romam ceperant, pacto autem cum Honorio Imperatore inito & affinitate facta, Galliam intra Alpes & Montes Pyrenæos occuparunt, atque in Hiſpaniam expeditionem mox ſuſceperunt, ſede quoque Regia Barcinone conſtituta. *Oroſ.* lib. 7. *Philoſtorg.* 12. 4. *Zoſimus* lib. 6. *Pratorius* in Orbe Gothico. Pluribus autem de hoc Viſigothorum regno in Gallia agit *Hertius* in notitia Vet. German. P. 3. c. 7.

(6) Populi quoque Germanici, qui in finibus Poloniæ olim habitavit, *Plinius* in Hiſt. Not. lib. 4. c. 14. atque aliorum populorum exemplo, irruptione in Galliam facta, Regnum conſtituit, cujus initia & interitum quam accuratiſſime deſcribit *Schurzfl.* Oper Hiſt. Polit. Diſſert. 11.

(7) Fuit nempe a Clodione usque Regum Francorum Inſigne Regiæ Nobilitatis *comam* alere. *Clodius*, refert *Sigebertus* ad ann. 450 *filius Pharamundi, Rex crinitus, regnat ſuper Francos.* Et *Agathias* lib. 1. *Mos eſt*, ſcribit, *Francorum Regibus tonderi nunquam, ſed a pueris comam alere, quæ pulchre impendet humeris, etiam frontes crinibus dividens, & in utramque ſe ſpar-*

Digitized by Google

ad pag. 88.

onensis, CHILDEBERTUS, Rex Parisiorum,
ob. A. C. 562. Ux. *Ultrogotha*, al. *Vultrogotha*.

THEODORICUS, Rex Aus partim
ex concubina natus. ob. a. *gancie*. ob.
N. filia R. Burgundiæ. *Radegun-*
a, (4) *In-*
na.

THEODEBERTUS, R. Au
ob. A. C. 547. (1) Ux. *Wisgar*
Wachonis, R. Longobar
(2) *Deutheria*.

THEODOBALDUS, ex (2
ſtraſ. ob. A. C. 555. Ux. *Wa*
Wisgardis, de qua ſupr.

IGEBERTUS, HILPERICUS, CHRAMNUS,
R. Auſtraſiæ. ob. R. Sueſſionen- una cum con-
A. C. 577. Ux. *Bru-* ſis. Ux. (1) *Au-* juge & duabus filiabus
necchildis. *dovera*, (2) *Gal-* propter conſpirationem
DEBERTUS, *ſuinta*, (3) *Fre-* cum Brittonum Princi-
trafiæ & Burgun- *degundis*, cujus pe a patre
ob. A. C. 597. Ux. fraude periit combuſtus.
ba. A. C. 586.

ODORICUS II. THEUDELAN. &
argundiæ, frau- & SIGEBERTUS.
Brunichildis, ut
er antea, ſublatus.
Hermemberga.

ertus II. *Childebertus* *Corbus*
Chlota- auffugit, & *Meroveus*.
II. occi- nunquam
. repertus.

CHLODOBERTUS, ROBERTUS, & THEODORICUS infantes obierunt. CHLOTHARIUS II. Magnus, patri occiſo quadrimeſtris infans ſucceſſit, Rex tandem *totius Franciæ*. ob. A. C. 630. Ux. (1) *Haldetrudis*, (2) *Bertrudis*, (3) *Sichildis*.

primum Auſtraſiæ, ac BLITILDIS, (3) ARSBERTUS, Rex Aquitaniæ,
Ux. *Gomatrudis*, Soror Ux. N. obiit A. C. 636. Ux. N.
inthildis, (3) *Vulfgun-* |
agnetrudis. ob. 628. CHILPERICUS insidiis patrui
occiſus.

Auſtraſiæ. CLODOVEUS II. Rex
Ux. N. Neuſtriæ & Burgund.
obiit A. C. Ux.
aldo Majore *Bathilda*.
gatus.

I. THEODORICUS III. R. Neuſtriæ & Burgundiæ, FLODOVENZ
fra- poſt obitum fratris ſui Chlotharii III. in Mona- juxta Alb. Mo-
ton- ſterium detruſus eſt, mortuo fratre Childerico II. nach. ſolum
que iterum reſtitutus, ob. A. C. 690. Ux. *Crotildis*. ad a. 653.
; Ux.
n qua CLODOVEUS III. CHILDEBERTUS III.
ait oc- R. Neuſt. & Bur- fratris Succeſſor, ob. A. C. 711.
7. gund. ob. 694.
DAGOBERTUS III. patris Succeſſor, obiit A. C. 715.
II.
erti II. THEODORICUS IV. extincto
Dani- Chilperico II. qui patri ſucceſſerat, R. Neuſt. & Burgund. ob. A. C. 725.
III.
naſte- CHLOTHARIUS IV. quem alii
egum Theodorici IV. alii Dagoberti III. fratrem volunt.
rovin-

Digitized by Google

Digitized by Google

corum Rex in Germania An. Chr. 431. designatus. Hic cum miro desiderio occupandæ Galliæ teneretur, Thuringia expugnata, Duisburgum (1) castellum inter Angram & Rhuram amnes, & ad Rhenum fluvium occupat, sedemque Imperii aliquamdiu ibi constituit. Inde anno proximo, superato Rheni limite, copias in Galliam traduxit, complures in Belgio urbes cœpit, & usque ad Sonnam amnem vastando pervenit, atque ita Franci in Belgica superiori & inferiori sedibus occupatis, postea sensim, quicquid Galliarum supererat, suo imperio adjecere, & Francia dicta primum, (2) quicquid *Merovæus*, III. Francorum Rex in Germania anno Christi 449. declaratus, tenuit: hic enim etsi nactione Thuringus (3) esset, quia tamen Rex Clodio eum filio, quem reliquerat, Alberoni, testamento præfecerat, ille pupillo Alberone a sceptro excluso se pro Rege gerit: in sylva tamen Carbonaria sive Arduenna sese occultantem, Brabantiæ vicinisque regionibus imperare patitur. Ab hoc Alberone orti postea Pipini (4) & Carolingi, qui extrita Merovæi stirpe, regnum in Francia obtinuerunt. Nam an. 586. Carolomannus vixit, & Landæ in Habspania apud Brabantos, Franciæ parte, imperavit. Merovæus autem an. Christi 449. nullo impediente, cum maximo Francorum exercitu Rhenum transit, & captis multis urbibus, ad Axonam fluvium sedes capit. Ab hoc Reges Francorum Merovingi sunt

Merovæus, III. Francor. Rex.

gentibus partem. Eginhardus quoque in Vita Caroli M. c. 1. de postremis Francorum Regibus, *neque*, ait, *Regi aliud relinquebatur, quam ut Regio tantum nomine contentus*, crine profuso, *barba submissa, solio resideret*, ad quem locum vide de hoc jure Capillitii pluribus *Besselium & Goldastum*.

(1) De quo *Gregor. Turon.* lib. 2. c. 9. Edit. Wechel. 1613. *Ferunt etiam tunc Chlogionem utilem ac nobilissimum in gente sua Regem Francorum fuisse, qui apud* Dispargum *Castrum habitabat, quod est in Termino Thoringorum.* Vid. quoque *Aimoinum* lib. 1. c. 4. Gest. Franc. Epit. c. 5. Ubi vero Dispurgum illud situm fuerit, admodum inter Eruditos controvertitur. *Wendelinus* de Natal. Solo Leg. Sal. c. 14. & *Henschenius* de Tribus Dagobert. lib. 4. c. 8. Diestheimii in Brabantia, *Bucherius* in Belg. Rom. lib. 15. c. 12. Heinsbergæ in Ducatu Juliaco, *Browerus* Antiquitat. Fuldens. lib. 1. Diesbergæ in Sylva Fagonia, *Chifletius* in Anast. Childerici Duisburgi juxta Fuhram in Brabantia illud quærunt, atque loco *Thuringorum* legendum putant *Tungrorum*. Alii in Germania quidem trans-Rhenana illud collocant, sed in diversas quoque partes abeunt, Cl. Vir *Joh. Georg. Eccardus* in Notit. ad Leg. Franc. Sal. p. 5. cum *Joh. Wilh. Dietmaro*, cujus verba ex programmate quodam ibidem adducit, in monte Comitatus Henneberg ici, qui vulgo der Dießberg appellari solet, atque tertio Lapide a sylva Thuringica inter pagos & Vicos Helmershausen, Volmuthhausen, Erbenhausen, Aschenhausen & Oberkatza, situs est, Dispurgum illud collocant. Sed uti priorum sententiæ repugnat, quod ante Merovæum Franci fixam sedem cis Rhenum haud posuerint, ita a posterioribus frustra supponitur, quod Franci, antequam Rhenum fuerunt transgressi, in Franconia vicinisque dit ionibus commorati fuerint. Autoris itaque nostri *Petavii* in Rat. Temp. lib. 6. c. 13. *Illust. Aut.* Mon. Paderb. pag. 156. *Sagittarii* de Reg. Thuring. l. 2. c. 2. Per-Illustr. *a Coccejì* J. P. c. 3. §. 80. aliorumque sententiam, qui Pharamundum Duisburgi ad Rhenum sedem suam Regiam habuisse censent, præferendam duco. Nec obstat, quod illud Duisburgum hodie a finibus Thuringorum remotissimum sit. Veterem enim Thuringiam *Gregor. Turonens.* l. c. intelligit, quam vero latissime & fere ad Rhenum usque se extendisse notissimum est, atque pluribus ostendunt *Sagittarius* l. c. *Hertius* in Not. Vet. Germ. P. 3. c. 4.

(2) De antiqua illa Francia vid. supr. Not. ad lib. I.

(3) Fabulæ quidem sunt, quas de Merovæo, a Clodionis Uxore ex solo Merovehonis vel Bestiæ vel Viri cujusdam erga illam appetitu concepto, refert Autor *Excerptorum* apud *Freherum* Corp. Hist. Fr. p. 95. Duos tamen Clodionem reliquisse filios *Priscus Rhet.* æqualis Scriptor his testatur: *Ast Francos bello lacessendi, illi* (Attilæ) *causa fuit Regum ipsorum* (Clodionis) *obitus, & de Regno inter Liberos controversia. Seniori Attilas studebat, juniorem Ætius tuebatur, quem Romæ vidimus Legationem obeuntem, nondum lanugine florescere incipiente, flava coma & capillis propter densitatem & magnitudinem super humerum effusis.* Juniorem hunc Merovæum fuisse existimat *Ant. Pagius* in Crit. Hist. Chronol. ad a. 451. T. 1. p. 325. Certe Monachus *Egolism.* in Vita Caroli M. *Eginhardus* in Vita S. Burchardi, Episc. Herbipolit. apud Surium, aliique Scriptores, quorum testimonia haud temere rejicienda sunt, eum Clodionis filium fuisse scribunt.

(4) Id certum est, Reges Francorum Carolingicos ab Arnulfo Majore Domus & Episcopo Metensi, atque Carolo C. Hasb. hujusque ex Carolomanno Nepote *Pipino* Landensi hac serie ortos fuisse:

Digitized by Google

sunt appellati, & initium regnandi in Galliis auspicatum. Ejus tempore Attila, Hunnorum (1) Rex, illud flagellum Dei, occiso Bleda fratre germano, partisque sibi hac ratione



Carolum vero C. Hasbaniæ, Pipini avum, a Clodionis filio deſcendiſſe, nullo certo teſtimonio innititur. Francos tamen origine fuiſſe Majores Pipini non dubitamus. De genere quoque Arnulfi, Epiſcopi Metenſis, admodum inter ſe contenderunt *Fratres Samarthani* in Hiſt. Genealogique de la Maiſon de France, *Carolus de Gombaud*, *Baro d' Auteil*, in Hiſt. de Miniſtres d' Etat, *Bouchet* in Hiſt. de l' Origine des Rois de France, *Joh. Baptiſta Goth*, *D. Eſpernonius*, Hiſt. de la veritable Origine de la triſieme race des Rois de France, *Adr. Jordanus* la Critique de l' Origine de l' Auguſte Maiſon de Fr. *Adr. l'aleſius* Hiſt. Fr. quorum tres priores Arnulphi originem a Ferredo, homine quodam Gallo, tres vero poſteriores aliique e Francorum ſanguine eam rectius derivant. Vid. quoque *Imboſſium* Introduct. ad Geneal. Famil. Galliæ.

(1) Hunnorum, Populi Scythici, feritatem prædandique aviditatem elegantiſſime deſcribit *Ammianus Marcellinus* lib. 17. c. 13. ubi *Hunnorum*, inquit, *gens monumentis veteribus leviter nota, ultra paludes Mæoticas glacialem Oceanum accolens, omnem modum feritatis excedit. Ubi, quoniam ob ipſis naſcendi primitiis infantum ferro ſulcantur altius genæ, ut pilorum vigor tempeſtivus emergens, corrugatis cicatricibus hebetetur, ſeneſcunt imberbes, absque ulla venuſtate ſpadonibus ſimiles; Compactis omnes firmisque membris & opimis cervicibus prodigioſe deformes, & ſtandi, ut bipedes exiſtimes, vel quales in commarginandis pontibus effigiati ſtipites dolantur incompte in hominum figuras. Sic & in ſua vita viſi ſunt aſperi, ut neque igne, neque ſaporatis indigeant cibis, ſed radicibus herbarum agreſtium, & ſemicruda cujusvis pecoris carne veſcantur, quam inter femora ſua & equorum terga ſubfertam fotu calefaciunt brevi. Ædificiis nullis unquam tecti, ſed hæc velut abuſu communi diſcreta ſepulchra declinant. Neque enim apud eos vel arundine faſtigatum reperiri tugurium poteſt, ſed vagi, montes peragrantes & ſilvas, pruinas, famem ſitimque perferre ab incunabulis aſueſcunt. Peregre tecta, niſi adigente maxima neceſſitate, non ſubeunt, nec enim apud eos ſecuros exiſtimant eſſe ſub tectis. Indumentis operiunt lineis vel ex pellibus ſilveſtrium murium conſarcinatis. Nec alia illis domeſta veſtis eſt, alia forenſis, ſed ſemel obſoleti coloris tunica collo inſerta, non ante deponitur aut mutatur, quam diuturna carie in pannulos deſluxit deſtrictaque. Galeris incurvis capita tegunt, hirſuta crura coriis munientes hœdinis, eorumque calcei formulis nullis apti, vetant incedere ingreſſibus liberis, qua cauſa ad pedeſtres parum accommodati ſunt pugnas, verum equis prope affixi, duris quidem, ſed deformibus, & mulicbriter iisdem nonnunquam inſidentes, ſunguntur muneribus conſuetis. In ipſis quivis in hac natione pernox & perdius, emit & vendit, cibumque ſumit & potum, & inclinatus cervici jumenti in altum ſoporem ad usque varietatem effunditur ſomniorum. Et deliberatione ſuper rebus propoſita feriit, hoc habitu omnes in communi conſultant. Agunturque autem nulla ſeveritate Reguli, ſed tumultuario Primatum ductu contenti, perrumpunt, quicquid iuciderit. Et pugnant nonnunquam laceſſiti, ſed ineuntes prælia cuneatim variis vocibus ſonantibus tornum usque ad pernicitatem ſunt leves & repentini, ita ſubito de induſtria diſperſi lugeſcunt & impoſita acie, cum cæde vaſta diſcurrunt, nec invadentes vallum, nec caſtra inimica pilantes præ nimia parte decernuntur. Eoque omnium acerrimos facile dixeris bellatores, quod procul miſſilibus telis acutis oſſibus pro ſpiculorum acumine arte mira coagmentatis, ſed diſtinctis cominus ferro ſine vi, reſpectu con - - hoſterque, dum mucronum noxias obſervant, contortis laciniis illigant, ut laqueatis reſiſtentium membris equitandi vel gradiendi adimant facultatem. Ne-*

mo

Digitized by Google

ne Pannoniis, & Dacia, Macedonia, etiam Myſia, Achaja, & utraque Thracia immaniſſima rabie deva ſtatis, ad Occidentis imperium intendit animum. *a)* Vaſtata ſiquidem & territa Germania, per Noricum Vindelicos perque Rhetiarum fines ad lacum Brigantinum & circa Auguſtam Rauracorum pervenit. Ibi Gundarius & Sigimundus, Burgundionum Reges, obviam occurrunt, tranſitu Rheni Attilam prohibituri, ſed facile ab eo ad internecionem funduntur. Rheno ſuperato nobiliſſimas urbes diruit, indeque Belgicam invadit. Horrida ubique omnis generis calamitatum ſpecies, Auguſta Rauracorum, Argentoratum, Vangionum civitas, Wormatia, Agrippina Colonia, Juliacum & Tungrorum urbs nobilis, tunc ruinis miſere deformatæ ſunt. *b)* Omnino tunc Hunni, quicquid in hiſce partibus ad Rhenum Romanæ erat antiquitatis, a Francis adhuc relictæ, penitus ſubverterunt, atque aboleverunt, quam ob cauſſam inter provinciales etiam urbes terrificum illud atque immane Hunnorum (**der Hunen**) nomen durare (1) adhuc, veriſimile eſt. Nec Francos ſic radicitus omnia Rom. monumenta, caſtra, inquam, civitatesque hic everſiſſe crediderim, cum illorum, nominatim apud oppidum Santenſe, ubi olim Vetera & Colonia Trajana ſtetere, & alibi, ubi Romanorum ad Rhenum in hoc tractu fuere ſtativa, numiſmata aurea non raro effodiantur. Quæ res manifeſto indicat, eos aliquid ſibi, quod habitarent, hic reſervaſſe. Imprimis Doroſtati, (**Duerſteden**) Batavorum olim, nomen expreſſe in iſtis nummis legitur. *Hadelini* etiam nomen Præfidis alicujus fuit, qui illic nomine Francorum Regum Rempubl. adminiſtravit. Idem Attila, Galliis inhians, metuensque, ne Gothi, qui in Galliis tunc morabantur, Romanis auxilio jungerentur, ad utrosque ſeorſim legatos miſit, Romanis amicum ſe ſimulans, adverſum Gothos, e contrario Gothorum amicum ſe fingens, adverſum Romanos ſe præliaturum aſſerit, Aureliamque obſidet. Ætius hæc prævidens, miſſis legatis Theodoricum Gothorum apud Toloſam Regem certo fœdere Romanis conjunxit. Is cum filiis Thoriſmundo & Theodorico, magnaque Gothorum manu, in campos Catalaunicos (2) deſcendit, eodem venit Ætius cum auxiliaribus Francis, Saxonibus,

a) Paul. Diac. l. 15.

b) vid. Aventin. & F. Irenicum lib. 9. cap. 18.

mo apud eos arat nec ſtivam aliquando contingit. Omnes enim ſine ſedibus fixis absque lare vel lege, aut ritu ſtabili diſpalantur, ſemper fugientium ſimiles, cum carpentis, in quibus habitant. Ubi conjuges ex villis veſtimenta contexunt, & coëunt cum maritis & pariunt & ad usque pubertatem nutriunt pueros. Nullus apud eos interrogatus reſpondere, unde oritur, poteſt, alibi conceptus, natusque procul & longius educatus. Per inſidias infidi, inconſultantes, ad omnem auram incedentes, ſpei novæ perquam mobiles, totum furori incitatiſſimo tribuentes. Inconſultorum animalium ritu, quod honeſtum inhonoſtumve ſit, penitus ignorantes. Flexiloqui & obſcuri. Nullius religionis vel ſuperſtitionis reverentia aliquando diſtricti. Auri cupidine immenſa flagrantes, adeo permutabiles & irafci faciles, ut eodem aliquoties die a ſocio, nullo irritante, ſæpe deſciſcunt, itidemque propitientur nemine leniente. Hoc expeditum indomitumque hominum genus, externa prædandi aviditate flagrans immani, per rapinas finitimorum graſſatum & cædes, ad usque Achajam pervenit, &c. Hæc ille. Fera itaque hæc gens circa Seculum IV. Pannoniam invaſit, atque ſub *Bela* & *Attila*, Ducibus ſuis & Regibus, Imperium in totum orbem affectavit. Attilam pro inſigni *Aſturem ex accipitrum genere coronatum* prætuliſſe, atque in Epiſtolis ſuis & Diplomatibus inſolentiſſimo hoc titulo: *Attila, filius Bendetrui, Nepos Magni Nemhrotti, Nutritius in Engaddi. Dei gratia Rex Hunnorum, Medorum, Gothorum, Dacorum, Metus Orbis & flagellum Dei*, uſum fuiſſe refert *Prætorius* in Orbe Gothico lib. 2. cap. 6. §. 9. ſed merito ſuperbus ille Titulus *Schurzfleiſchio* in Ungaricis Diſſertation. 19. multis rationibus ſuſpectus eſt, inprimis, quod titulus *Dei gratia* ſerius cœperit. Ceterum de irruptione Hunnorum in Germaniam, Italiam & Galliam, vid. pluribus *Schaten.* H. W. lib. 5. p. 286. & ſeqq.

(1) Servant adhuc veſtigia Hunnorum ditio in Palatinatu **Hunesrück**, arx **Hunoltſtein**. Eſt quoque Caſtrum Hunnicum in Velavia, **die Hunnen-Schantz**, aquatio Hunnorum juxta Tremoniam, **der Hunnen Tränck**, quorum vero cognominum origo ab altera Hunnorum expeditione in Germaniam tempore Henrici Aucupis potius arceſſenda eſt. *Schurzf.* cit. Diſſ.

(2) Quos *Thuronenſis* lib. 2. c. 7. *Mauriacos*, Jornandes, Catalaunicos & Mauriacos promiſcue appellat. Ubi vero ſiti ſint *Idacius* in Chronico deſignat, ubi anno Abrahami 2468. *Gens*, inquit, *Hunnorum pace rupta deprædatur provincias Galliarum, plurima Civitates effringit, in Campis Catalaunicis, haud longe de Civitate, quam effregerant, Metris, Ætio Duci & Regi Theodori, quibus erat in pace ſocietas, aperto Marte conligens divino caſu ſuperatur auxilio. Bellum nox intempeſta diremit. Rex Theodores proſtratus occubuit, CCC.* (legendum

Digitized by Google

bus, Burgundionibus, & aliis Germanis Celtisque nationibus. Pugnatum ibi contra Attilam utrimque acerrime, adeo ut centum & octoginta millia fortissimorum militum una cum Theodorico Rege isto prælio ceciderint, quorum nullus loco cessit, sed quem vivus occupaverat, cadens etiam mortuus texit. Rivulus præterfluens, humano sanguine auctior, instar rapidissimi torrentis defluxit, cadavera secum deferens. (*) Attila in-
(*) *An. a Nat. Chr. 451.*
de Galliis excessit & in Thuringiam rediit. Ætius, qui Attilæ terror fuerat, ob suspicionem affectati imperii (1) a Valentiniano interfectus est, sic Imperator dextram suam sinistra quasi sua præcidit. Nam cum Ætio pariter imperii salus occubuit. Valentiniano
Childericus, IV. Francor. Rex.
ab amicis Ætii cæso, *Majorianus* (2) Occidentis suscepit imperium, quo imperante *Childericus*, Merovæi filius, quartus Francorum Rex in Galliis anno Domini 459. declaratus, regnum suum insigniter auget. (3) Tunc provinciæ hæ, de quibus sermo jam pridem institutus est, una cum aliis multis, præsertim quæ ad Rhenum sunt, Romano imperio per Francos penitus fuerunt subtractæ, debueruntque, proh dolor! ad insignem illam insignis Rom. Imperii ruinam aliquid etiam conferre: sicut nihil, quantumvis stabilitum, durabile est in hac terum fragilitate. Hoc loco tamen notandum est, provincias illas trans-Rhenanas, nominatim Clivensem, quatenus trans Rhenum est, Montensemque Ducatum, Marchiæ item & Ravensburgi Comitatus, Germanorum nationibus, imprimis vergentis ad Occasum imperii Rom. tempore, Saxonibus, eorumque Regibus (4) ad Witekin-

dum CC.) *ferme millia hominum in eo certamine cæsa memorantur. Occiso Theodore Thorismo filius ejus succedit in Regno. Hunni cum Rege suo Attila relictis Galliis post certamen Italiam petunt.* De obitu vero Attilæ, quem *A. Pagius* ad ann. 435. refert, *Jornandes* c. 49. *Attila*, scribit, *ut priscus Historicus refert, extinctionis suæ tempore puerum, Illdico nomine, decorum valde, sibi in matrimonium post innumerabiles uxores, ut mos erat gentis illius, socians, ejusque in nuptiis magna hilaritate resolutus, vino somnoque gravatus resupinus jacebat, redundantisque sanguis, qui ei solite de naribus effluebat, itinere feriali faucibus illapsus, eum extinxit. Ita glorioso per bellum Regi temulentia pudendum exitum dedit.*

(1) Maximus nempe, Senator Romanus, ut Valentinianum propter stuprum uxori suæ illatum tanto securius occidere, atque Imperium invadere posset, Ætium primum e medio tollendum ratus, Imperatori eum reddidit suspectum, ac si Imperium affectaret; Ipsa dein cæde Ætii, utpote Ducis egregii, Valentinianum populo reddidit invisum, atque in Comitiis per Ætii amicos occidi curavit, imperiumque ad se rapuit. Vid. pluribus *Prosperum* in Chronico, *Gregor. Turonens.* lib 2. c. 7. & 8. *Procop.* lib. 1. de bello Vandal. ubi *Valentinianus fertur proximum quendam ex Romanis interrogasse, an utilis fuerit Ætii mors? ille vero respondisse: hoc ipse videret, bene, an male, se tantum scire, quod sibi dextram altera manu abscideret.*

(2) Imo potius *Maximus*, quem *Avitus*, nunc vero demum *Majorianus* secuti fuerunt.

(3) Ducibus Romanorum *Ægidio* ejusque filio *Syagrio* devictis. *Greg. Turon.* lib. II. c. 18. *Aimonius* lib. I. c. 7. *Gesta Francorum Epitomata* c. 8. Quæ vero *Turonens.* lib. II. c. 12. *Aimon.* l. c. de Childerici apud Bisinum, Regem Thuringiæ, exilio referunt, *Sagittarius* quidem lib. II. c. 7. de Regno Thuringiæ multis adductis testimoniis comprobare studet, merito autem *Gabr. Danieli* Differt. II. suspecta sunt. Ceterum Tornaci An. 484. cum gladio, Regio annulo, numismatis, aliisque ornamentis sepultus fuit, quæ An. 1653. ibidem reperta *Chifletius* in *Anastasi Childerici* illustravit.

(4) Rempublicam Saxonum, non Regiam, sed popularem, atque a Proceribus administratam fuisse, Poëta apud *Leibnizium* T. I. S. R. B. p. 121. his testatur:

Hanc unam (Saxonum) *potuerant nimirum vincere gentem,*
Quæ nec Rege fuit saltem sociata sub uno,
Ut se militiæ pariter defenderet usu,
Sed variis divisa modis plebs omnis habebat
Quot pagos, tot pene Duces.

Beda quoque lib. 1. *Hist. Eccles.* c. 2. *Saxones*, ait, *Regem non habent, sed Satrapas plurimos suæ Genti præpositos.* E quibus Proceribus Wittekindum M. quoque fuisse, Scriptores antiqui referunt. *Adelmus Bened.* ad ann. 775. *cunctos ad eum* (Carolum) *venisse*, scribit, *præter Witichindum* unum ex Primoribus *Westfalorum*. Recentiores itaque Scriptores, qui Wittichindum Regem Saxonum appellare solent, erasse, *Schurzfl.* Op. Polit. Hist. p. 654. & seqq. recte jam monuit. Ceterum Saxones fines suos, destructo Thuringorum Regno, ad fluvium *Unstrut* primum, cruento autem prælio, Francis circa annum 556. devictis, ad Rhenum usque extenderunt, divisi in *Westfalos*, *Angarios* & *Ostfalos*. *Gregor. Turon.* lib. 4. c. 16. *Poëta Saxo* l. c. *Schaten.* H. W. p. 308. *Meibom.* Introd. ad Hist. Inf. Sax.

Digitized by Google

kindum usque paruiſſe, eoque armis victricibus Caroli Magni tandem devicto, Romano-Francico imperio acceſſiſſe.

Childerico in regno ſucceſſit *Clodovæus*, ejus filius, Rex Francorum V. an. Dom. 485. Hic Syagrium, (1) Ducem Rom. imperio Sueſſionum dejecit, ac interemit. Expeditionem in Friſios ſuſcepit, a Richardo Uffone, Rege eorum, repreſſus. Imprimis memorabilem illam victoriam apud Tolbiacum (2) obtinuit an. 499. pro qua in ſummis anguſtiis votum fecerat de religione Chriſtiana amplectenda, & ſic a S. Remigio, Epiſc. Rhemenſi, baptizatus eſt. (3) Jam quintum decimum annum, inquit P. Æmilius, Clodovæus regnabat, cum arma Francorum in Alemannos mota, quod Sicambris, ipſorum ſociis, bellum inferebant, quos everti non ſinere e re fideque ſua Clodovæus ducebat. In Alemanniam egregiæ copiæ ductæ, ſimul Francorum Sicambrorumque. Pugnatum eſt acriter ad Tolbiacum oppidum. Miraculo utrumque extitit, primum duas gentes inſtructiſſimas bellicoſiſſimasque ab una vinci, deinde perturbatis ordinibus fuſas fugatasque in unum rurſus coire, ac victoriam victoribus victos ſtatim extorquere. Clodovæus, V. Francorum Rex.

Defuncto Clodovæo an. 514. filii ejus regnum inter ſe dividunt, *Clodomiro* Gallia comata ſive Aquitania, *Clothario* Gallia Belgica, inque eo Julia, Clivia, Gelria, &c. *Theodorico* Auſtralia, (4) *Childeberto* Neuſtria, (5) obvenere. Clothario igitur Belgicam tenente, Saxones cum Thuringis anno 556. Rheno ſuperato, agros apud Noveſium usque ad fines Ducatus Juliæ vaſtarunt. Clotharius prælio cruento eos vicit, atque in ordinem & ad ſua redire coëgit. Hic nullum non movit lapidem, ut Galliarum obtineret monarchiam, qua, fratribus abſumptis, tantum per quinquennium (6) potitus: obiit enim anno 564. Diviſio regni Francorum. Clotharius.

Mortuo Clothario filii ejus itidem regnum inter ſe partiuntur, *Gontramus* Galliam Comatam, *Chilpericus* Belgicam, *Sigebertus* Auſtraſiam, *Cherebertus*, qui etiam Francorum Rex VIII. declaratur, Neuſtriam ſortitur an. 565. Chereberto autem ſine liberis defuncto, *Chilpericus*, ejus frater, Rex ſit Francorum IX. anno Dom. 574. tenuitque regnum annis 14. per Landricum præfectum & uxoris ſuæ Fredegundis adulterum anno 588. necatus. Chilpericus, IX. Francor. Rex.

Succeſſit ei in regnum filius *Clotharius II.* anno eodem 588. Hic enim quatuor tantum menſes natus, duorum licet improborum parentum infelix partus, a Francis tamen vigore legis Salicæ pro Rege receptus eſt, cujus tutelam Guntrannus patruus prudentia Fredegundis geſſit. Adverſus eum anno 605. Sigeberti, Regis Auſtraſiæ, ex filio Clothar. II. Rex Francorum.

(1) Filium Ægidii, quo victo, quicquid Romani in Gallia adhuc poſſederunt, Franci Regno ſuo adjecerunt. *Gregor. Thuron.* lib. 2. c. 27. *Aimon.* l. 1. c. 12. *Bucherius* in Belgio Rom. l. 19.

(2) Teſte *Gregor. Thuronenſ.* qui lib. 2. c. 37. de Sigiberto quodam *pugnans*, ait, *contra Alamannos apud Tulbiacenſe oppidum percuſſus in geniculo claudicabat.* Dubium vero eſt, an hic de pugna ſermo ſit, qua Clodovæus An. 499. Alemannos penitus devicit, an de alio cum illis conflictu. Certe prælium illud decretorium, quo Alemanni Francis ſubjecti fuerunt, non apud *Tolbiacum* in Ducatu Juliacenſi, cujusque *Tacitus* meminit Hiſt. lib. 4. vulgo nunc Zülich, ſed prope Civitatem *Tule* geſtum fuiſſe, *Oliv. Vred* in Flandria illuſtrata exiſtimat. *Henſchenius* in Notis ad S. *Vedaſtum* juxta Civitatem Argentoratenſem; Cl. vero *Gundlingius* Part. III. Gundl. p. 364. juxta Alpiacum ſ. Alpic in pago Wormatienſi illud collocat, quod admodum veroſimile eſt.

(3) Una cum tribus millibus ex Clodovæi exercitu. De confictis, quæ apud illud baptiſma acciderunt, miraculis vid. ex profeſſo *Chifletium* ac *Ampullam Rhemenſem.*

(4) Ita ut *Theodoricus* ſedem Regni ſortitus ſit *Metis: Chlodomirus Aurelianis; Clotharius Sueſſionis; Childebertus Pariſiis. Aimoinus* l. 2. c. 1. Theodorici ditio *Auſtraſia* ſive Orientalis Franciæ nomine venit, quo Germania cis-Rhenana, minimum inferior, atque ſic ditiones quoque *Juliacenſis & Clivenſis* comprehenſæ fuerunt. Vid. pluribus de hoc Regno *Schurzfleiſch.* Diſſert. XII. de *Regno Auſtraſiæ, Obrechtum* in Prodr. Rer. Alſat. c. 5 *Weſthofium* in Notit. Imper. l. 1. c. 2. §. 92.

(5) Quaſi *Weſtria* ſ. Occidentalis Francia, de qua vide quoque laudatos Viros l. c. & *Valeſium* in Not. Gall. Voc. *Auſtria* & *Neuſtria.*

(6) Imo per triennium tantum, poſtquam nempe *Clodomirus* primum, dein Theodorici ex Solio & Succeſſore Nepos *Theobaldus*, ac tandem *Childebertus* anno 562. juxta calculum *A. Pagii* ad cit. ann. obiit.

Digitized by Google

Childeberto nepotes, Theodobertus & Theodoricus, impulſu aviæ Brunechildis, arma quidem movent, ſed tamen regno penitus exturbare eum nequeunt. Poſtmodum æſtu ejusdem Brunechildis, mutuis erga ſe inviecem odiis exacerbati, Theodoricus fratrem Theodobertum apud Tullum ad Moſellam prælio cruento vicit, Coloniamque Agrippinam fugere compulit, illinc Theodobertus fratri apud Tolbiacum manu ſatis valida quidem occurrit, ſed iterum victus, vix mœnibus Coloniæ receptus, poſtquam a fratre obſidione premeretur, neſandum in modum ibi peremptus eſt (1) anno Domini 616. Anno 628. Clotharius, ejus nominis II. Rex Francorum, filio ſuo Dagoberto partem Auſtraſiæ regendam tradit, adjunctis ipſi Arnulpho, Metenſium Epiſcopo, & Pipino Landeſio, Brabantiæ Duce, Conſiliariis. Hic Suſatum in Weſtphalia obſedit, a Friſiis repulſus. Clotharius vero, pater ejus, Beroaldum, Friſiæ Regem, & omnes mares gladio ſuo majores (2) anno 630. in Weſtrachia (pro qua barbari ſcriptores Weſeram dicunt) occidit, ſed Adgillum tamen ad Occidentem tantum, Drentia & Tubantia abſtractis, & 1600. bo-

Dagobertus, Rex Francorum. um tributo impoſito, reſtituit: aſt non diu ſupervixit, quippe anno 631. mortuus. *Dagobertus* igitur Auſtraſiam cum Neuſtria & Burgundia retinuit, *Ariberto* fratri Aquitaniam, & quicquid intra Ligerim fluvium & Pyrenæos montes jacet, conceſſit, Slavorum incurſiones (3) inhibuit. Sigebertum filium, non ex Nanthilde uxore, ſed Radentrada concubina natu majorem, Auſtraſiis Regem dedit, Chuniberto, Epiſcopo Colonienſe, & Pipino Landeſio, prætorii Præfecto, Conſiliariis additis. Scortator vero inſignis fuit, religioſus tamen: (4) in ditione enim Spirenſi Wiſenburgenſe, circa Pariſios Dionyſianum, monaſteria, Trajecti novum caſtellum, Wildenburgo deſtructo, condidit, illudque Chuniberto, Colonienſium Epiſcopo, cum telonio donavit: (5) Amandum Epiſcopum ob ſcortationis ſuæ reprehenſionem in exilium egit, qui in Belgium abiens Gandavenſes ad Chriſti fidem convertit, Chunibertus vero Trajecti ſeminarium Eccleſiæ, apud oratorium D. Thomæ a Dagoberto Rege ædificatum, inſtituit.

Cæterum eo mortuo, (6) filii, Sigebertus Auſtraliam & trans-Rhenanas ditiones, Clodovæus, quem alii Ludovicum vocant, Franciam & Burgundiam ex teſtamento Patris

Sigebertus, Rex Francorum. obtinuerunt. *Sigeberto* Chunibertus, Epiſcopus Colonienſis, & Anſegiſus, gener Pipini Landeſii, adfuerunt. Et cum primo liberos nullos gigneret, Hildebertum, Grimoaldi filium,

Majores domus.

(1) Cujus fratre Theodorico II. ſequenti anno quoque defuncto, hujusque filiis Sigeberto II. & Corbo interfectis, Regna Auſtraſiæ & Burgundiæ ad Clotharium II. pervenerunt, univerſumque ita Regnum Francicum ſub ipſo coaluit, ut pluribus *Schurzfleiſch.* Diſſert. *de Regno Auſtraſiæ* ex Scriptoribus fide dignis exponit.

(2) Qui videlicet *longitudinem Spatæ, quam tunc forte gerebat, exceſſiſſet*, ut refert *Aimoinus* lib. 4. c. 18. Vide quoque *Schaten.* H. W. lib. 7. p. 331. 332.

(3) Qui Samone, natione Franco a pago Saxonico, inſtinctu a jugo Hunnico ſe liberarunt, atque Francorum ditiones invadere cœperunt. Vid. *Aimoinus* lib. 4. c. 9. *Fredeg.* c. 48.

(4) *Erchaubertus* apud Freher. de Dagoberto *Magnificus*, ait, *Eccleſiarum Dei Largitor ac Diſtributor fuit.* Vid. quoque *Fredeg.* c. 79. De fundatione Monaſterii Wiſſenburgenſis Diploma refert *Madæus* in Append. ad Chron. *Montis Sereni*, quod vero Clar. *Pfeffingero* Notis ad Vitriar. T. I. p. 116. merito ſuſpectum eſt. Ceterum *Dagobertum* hunc Epiſcopatus Argentoratenſis Conditorem eſſe, *Jodocus Coccius* peculiari libro de *Dagoberto Rege, Argentinenſis Epiſcopatus fundatore*, contendit, ſed Epiſcopatum illum multo antiquiorem eſſe cenſent *Gothof. Henſchenius* Diſſert. *de tribus Dagobertis, & Obrechtus* in Prodr. Rer. Alſat. c. 9.

(5) Atque *Suſato*, quod tunc in Oppidi formam excreviſſe, atque ab ædificiis caſtro tunc additis, Zuſat appellatum fuiſſe, cum *Gelenio* aliisque contendit *Schaten.* H. W. p. 334. quem de Wiltenburgo quoque Eccleſiæ Colonienſi tunc donato vid. pag. 335. *Valeſius* vero in Not. Gall. V. Wiltaburgum illud a Trajecto ad Rhenum diverſum fuiſſe cenſet.

(6) Anno videlicet Regni ſui XVI. ut referunt *Fredeg.* c. 79. *Aut.* de Geſt. Dagob. c. 43. *Aim.* l. 4. c. 43. Unde vero ſedecim illi anni computandi ſint, admodum diſputatum fuit. Pro communi ſententia, qua a morte demum Patris Dagoberti, Clotharii II. numerandos eſſe ſtatuitur, *Chiffletius* quoque pugnavit in *Concordia Bedæ & Fredegarii ad ſeniorii Dagoberti definiendam Monarchiæ periodum.* Ab anno vero ſexto ante Clotharii obitum, atque ita ab anno 621. Regni Dagobertini ſpatium ordiri, *Hadr. Valeſius, Mabillonius* duabus Diſſertationibus, & *Cointius* ſolide monſtrarunt, quibus *Anton. Pagius* quoque accedit, atque mortem Dagoberti in annum 628. ponit, Tom. II. Crit. Hiſt. p. 816.

Digitized by Google

lium, Pipini nepotem, adoptavit; (1) ſed cum poſtea ex uxore ſua filium, Dagobertum nomine, ſuſtuliſſet, Grimoaldo a Francis cæſo, & in carcere mortuo, hic ſucceſſit. (2) Mortuus vero Sigebertus anno 658. ipſis Cal. Febr. quo ipſo etiam anno Anſegiſus, gener Pipini, ab *ἀνατεχομένῳ* ſcelerate interfectus, filio Pipino Craſſo & Heriſtello ex Begga, Pipini filia, relicto.

Sigeberto in Auſtraſia mortuo, *Clodovæus* frater, Rex Franciæ, ſucceſſorem dat (3) Childericum, filium ſuum ſecundo genitum, ejusque aulæ Vulphanum, virum apud Auſtraſios nobilem, præficit. Clodovæo autem mortuo, in regno Franciæ ſuccedit *Clotarius III.* hic Ebronium, hominem impium & crudelem, palatio deſtinat. Clotario poſt quadriennium in ſata concedenti, *Ebronius* auxilio factionis ſuæ Theodoricum, Clodovæi filium natu minimum, excluſo Childerico, Auſtraſiæ Rege, in regnum Franciæ ſubſtituit, Theodoricus vix anno vertente ob incontinentiam atque ſcelera regno dejectus, S. Dionyſii Monaſterio includitur, ſed & Ebronius ob eandem cauſam Luxovii in Burgundia Monachum induit. Accerſitur a Francis Childericus, Auſtraſiæ Rex, cum Vulphano, aulæ magiſtro. Childericus vero cum eſſet juvenis, & frænum veſtigiis inſiſteret, multosque per vim opprimeret, tandem anno regni ſui duodecimo quendam, Bodillum (4) nomine, virum nobilem, palo alligatum flagris cædi jubet, & ab illo occiditur. Cum enim Bodillus tantam injuriam concoquere non poſſet, Regem Childericum cum uxore gravida ad Calam, vicum Pariſiorum, anno Chriſti 671. ex inſidiis intercipit & neci dat, Vulphano, ejus Præfecto, ad Auſtraſios elapſo. Hinc Theodoricus monaſterio exemptus in regnum reſtituitur, & Leudeſius, Erconbaldi filius, aulæ præficitur, ſed dum parum circumſpecte imperant, ab Ebronio ſupradicto circumveniuntur. Ebronius enim, homo verſutus & in omnem occaſionem intentus, anno regni Theodorici VI. cucullam exuit, & collecta ſceleratorum manu, clam ex aula monitus, ut reginæ Fredegundis memor eſſet, ſumma celeritate & hoſtes ſuos opprimit, & regis theſauros intercipit. Hinc Regis & regni gubernatione recepta, Leudeſium, Præfectum aulæ, inter colloquendum perfidioſe necat, quamplurimos Epiſcopos in exilium propellit, plerosque etiam, ut animum crudelem vindicta expleat, jugulari jubet, Leodegarium, Heduorum Epiſcopum, quod Leudeſium commendaverat, poſt longa carceris tædia, eruto prius oculis, & toto corpore miſere dilaniato, tandem capite mulctat, cum fratrem ejus Guorinum jam antea lapidibus obruiſſet: Lambertus autem, Tungrorum Epiſcopus, in exilium abire juſſus, ad Auſtraſios divertit, eum ſequuntur multi alii, qui opibus aut potentia apud Francos clari, impiam Ebronii ſæviciam merito ſuſpectam habebant. Auſtraſia ergo, Childerico ad Franciæ regnum evocato, ſed a Bodillo, ut dictum eſt, necato, Vulphano etiam, aulæ Auſtraſianæ magiſtro, profugo mortuo, proprio Rege carebat. Quare Auſtraſii, ut communi fortunæ mederentur, & Ebronii hoſtis ſui rapinas atque injurias evitarent, duos ſibi belli duces creant, fratres, inter ſe patrueles, quorum alter Martinus, Cleodulphi filius, apud Moſellanos plurimum poterat, alter Pipinus, Anſegiſo natus, (5) apud Brabantos & in inferiori Auſtraſia opibus præſtabat, uterque S. Arnulphi, Metenſis Epiſcopi, nepos. Hi duo Proceres, collecto exulum Francicorum, aliorumque magno

Clodovæus II. Rex Francorum. Clotar. III. Rex Francorum. Ebronius, Major domus.

Majores domus.

(1) Ut *Sigeb. Gembl.* ad ann. 652. narrat, ſed dubitat de illa adoptione *Schurzfleiſch.* cit. Diſſ. §. 15.

(2) Imo Dagobertum ab exilio nunquam revocatum fuiſſe, ſed Grimaldo occiſo, ejusque filio Childeberto extruſo, Clodovæum, Sigeberti fratrem, Auſtraſiæ totoque iterum Franciæ Regno potitum fuiſſe, oſtendit *Schurzfleiſch.* l. c. §. 16.

(3) Imo poſt Clodovæi obitum ejus filius Clotarius univerſum Regnum Franciæ aliquamdiu tenuit, poſtea vero matre annitente ad Childericum fratrem Auſtraſiæ Regnum detulit. *Schurzfleiſch.* l. c.

(4) Nomine Bodolernum vocant *Geſta Franc. Epitomata* c. 45. quem Childericus *ad ſtipitem tenſum cædi valde ſine lege præceperit; qua videntes Franci in ira magna commoti, Ingobertus videlicet & Amalbertus, & reliqui Majores natu Francorum ſeditionem contra ipſum Childericum concitantes; Bodolernus ſuper eum cum reliquis furrexit inſidiatoribus, Regem interfecit una cum Regina ejus prægnante.*

(5) Qui *Heriſtellus* alias & *Craſſus* dicitur, nepos Pipini Landenſis, vid. ſupra *Tab. Genealog.* p. 90. Seriem vero & res geſtas Majorum Domus vide in *fragmento Majorum Domus* apud *Pithœum* & *Tölnerum* de *Majoribus Domus* in Hiſt. Palat. cap. 5. ut & *Pfeffing.* in Notis ad Vitriac. T. I. p. 930. & ſeqq.

Digitized by Google

magno numero, dum evocati ſinguli ad Franciæ Regem Theodoricum comparere negligunt, in agrum Landunenſem faciunt impetum, ſed in ipſo conatu ab Ebronii copiis celeriter coactis ex improviſo ſunduntur fugánturque. Martinus, cum in tutum ſe recepiſſet, ab Ebronio ſub ſpecie colloquii evocatus, falſo juramento ab illo decipitur, & contra datam fidem interficitur. Pipinus Auſtraſiam repetit, ex longinquo ab inſidiis ſcelerati & perjuri hominis ſe tutiorem fore ratus. Interea vero dum Ebronius nullum ſuæ crudelitatis finem facit, vivendi finem ſubito accipit. Ab Ermenfredo enim, Egæ quondam Franciæ prætorio præfecti genero, noctu ex inſidiis in lecto ſuo jugulatur, (1) cum prius Theodorici anno ſexto ſive ſeptimo, quo, ut jam diximus, cucullam exuit, qui incidit in annum Chriſti 686. pro ſua & conjugis Theodelindæ ſalute, item pro Orationum lucro & Miſſarum ſolenniis, ut ſunt verba, plurimos fundos, agros, caſata, mancipia in pagis Nitri, (Nutterden) Meri, (Meer) Millingen cum baſilica, Dominæ noſtræ Mariæ portionem ſuam in Hammi ſylva (Cleber ham) & Donſbruggen ad baſilicam D. Petri Apoſt. in loco Rynaren/ in pago Dublenſi, (Duffel) in flumine Rheno, ubi venerabilis Pater & antiſtes Willibrordus cuſtos eſſe perhibetur, donaſſet. Cæde autem perpetrata Ermenfredus, quem exuere fortunis omnibus Ebronius ſtatuerat, in Auſtraſiam ad Pipinum profugit, a quo in tutelam ſuſceptus fortiter contra violentiam defenditur. Franci in locum Ebronii Waratonem aulæ præficiunt, qui cum Auſtraſiis pacem facit, ſed paucis poſt diebus a Giſſemaro filio magiſtratu deturbatur, qui non diu ſuperſtes divinitus punitur, & patri locum ſuum reſtituit, ſed & is brevi moritur, & Bertarium, generum ſuum, in aulæ præfectura ſucceſſorem accipit. Interim Auſtraſii, amiſſo Martino, rerum ſuarum arbitrium uni Pipino deferunt. Hic morte Ebronii recreatus, exulum Francorum nomine ad Theodoricum Regem in Franciam mittit, ut illi patriæ reſtituantur, ſed opera Bertarii nihil impetrat. Itaque viribus recuperandum ratus, quod precibus obtinere nequierat, exercitum comparat, ac collatis ſignis Regis Theodorici aciem vincit, ac in fugam conjicit. (2) Bertario mox a ſuis interfecto, Pipinus Craſſus totius Galliæ moderationem, Rege illi ſe committente, ſuſcipit, & rerum potitus, cum ob tumultus Slavorum ac Suevorum in Auſtraſiam revocaretur, Vicarium ſui fecit Norbertum, virum probum & amicum ſuum, qui Franciæ prætorio, quod erat Pariſiis, præſideret, filium ſuum natu maximum, ex Plectrude uxore natum, Drogonem nomine, Campaniæ Ducem dedit: ipſe Auſtraſiæ, & ſummæ rerum intentus, Suevis atque Slavis ad obedientiam revocatis, adverſus Radbodum, (3) Friſiæ Regem, proficiſcitur, & eundem Ultrajecto pellit in gratiam Willibrordi & ſociorum ejus, qui ex Anglia in Friſiam digreſſi, Evangelium Chriſti ibi ante biennium prædicantes, teſte Marcellino, eorum ſocio, ejecti erant; eundem Radbodum ſub duce Gerlaco contra ipſum Batavoduri moven-

Pipinus Major domus.

(1) De quo Ebroini exitu *Geſta Fr. Epitom.* c. 47. *Ebroinus*, referunt, *magit ac magis Francos crudeliter opprimebat, donec tandem Ermenfredus Francus inſidiis parare diſſimulat. Ille quoque per noctem clam ſuper eum conſurgens atrociter præfatum Ebroinum interfecit, atque ad Pipinum in Auſter fugiens evaſit.* Vid. quoque *Aim.* lib. 4. c. 46. & de geſtis Ebroini *Fredeg.* cap. 95. ſeqq. *Tölnerum* l. c.

(2) Prælio apud Textricium commiſſo, de quo *Geſta Franc. Epit.* cap. 48. „ *Waratus* defunctus eſt, „fruitque ei Matrona Nobilis ac ingenioſa, nomine Anſefledis. Franci namque in diverſa tenden„tes, vacillabant: Interdum *Bertharium* quendam, ſtatura puſillum, ſapientia ignobilem, „conſilio inutilem, in Majorem Domatus oberrantes ſtatuunt. Franci invicem diviſi, Pipi„nus in Auſter conſurgens, commoto hoſte quamplurimo, contra Theudericem Regem & „Bertharium aciem dirigit, convenientesque ad prælium in loco nuncupante Textricio, *(Tex„trifur Daumignon)* illisque inter ſe belligerantibus Theudericus Rex cum Berthario, Majore „Domo, terga verberant. Procedente itaque tempore ipſe Bertharius ab adulatoribus ſuis „occiſus eſt, inſtigante Anſflede. Poſthæc Pippinus Teuderico Regi cœpit eſſe Princeps Re„giminis, ac Major Domus. Theſauris acceptis *Norbertum* quendam de ſuis cum Rege re„lictum, ipſe in Auſtriam remeavit. Vid. quoque *Aim.* lib. 4. c. 47. Poſt illam Victoriam Pipinus ſumma rerum potitus, atque titulis *Principis*, nec non *Illuſtris & Inclyti* appellatum fuiſſe obſervavit *Schurzfleiſch.* l. c. §. 18.

(3) Qui Pipino in Neuſtria bellum gerente ad Rhenum usque excurrit, ſed victus ad Medenblicum, Regiam ſedem ſuam reverti coactus fuit. *Fredegar.* c. 102. *Schaten.* Hiſt. Weſtphal. pag. 345.

Digitized by Google

ventem vincit, & ad Chriſtianiſſimum compellit; (1) ſed filium natu maximum Drogonem, Campaniæ Ducem, fato amiſit, & Auguſtæ Mediomatricum in baſilica Arnulphi ſepelivit. Rebus autem ſecundis clatior factus, poſthabito Dei metu, Plectrude legitima uxore adhuc ſuperſtite, ex Alpaide concubina Carolum Martellum genuit, ejus poſtea in regno ſucceſſorem: ob quod a Lamberto, Trajectenſium Epiſcopo ad Moſam, increpatus, a pellicis fratre Dodone, Arauſiæ Comite, is Leodici occiſus eſt, qui paulo poſt eædem perpetratam in furorem actus ſe ipſum in Moſam fluvium dejecit. Anno 713. Pipinus Craſſus etiam Grimoaldum, filium natu minorem, amittit, a Kangario Friſio, Radbodi Regis Satellite, Leodici ante aram Lamberti inter preces trucidatum, cui Theobaldum, filium ejus (2) nothum, in præfectura regni ſubſtituit, & filiis legitimis omnibus amiſſis, in arce Jopilia cum Alpaide concubina, Plectrude Coloniæ exiſtente, Carolum ſucceſſorem nominavit, quem idcirco Plectrudis, Epiſcopis licet ad ſe a marito miſſis, Coloniæ in vinculis detinuit, e quibus elapſus in Radbodum duxit, ſed a Veterano victus, pugnam contra Danielem, Dagoberti fratrem, (3) quem monaſterio extractum ſibi præficiunt, & Chilpericum appellant, ejusque aulæ magiſtrum Raginfredum inſtituit, quo victo (4) Coloniam ingreſſus theſauros patris recipit, & Plectrudem atque Theobaldum in gratiam admittit. *Chilpericus*, Rex Franciæ, & præfectus ejus, Raginfredus, ad Eudonem, Aquitaniæ Ducem, confugiunt, a quo ſubſidiis inſtructi, anno 718. iterum ſuperati (5) ſunt. Mortuo Chilperico anno 720. *Theodoricum Calam*, (6) cum ipſe non auderet, Pipinus Craſſus (7) ſibi Franciæ Regem conſtituit, Saxoniam vaſtat, Alemannos & Bojos (8) ſubigit, Raginfredum Andegavi capit, Eudonem fugat, Saracenos Francia exigit, Friſiam deinde opera Eliæ Graji invadit, & anno 741. 11. Cal. Octobr. mortuo prius vix trimo Theodorico Cala, Franciæ Rege, in fata conceſſit. Quatuor reliquit filios, *Carolomannum*, *Pipinum Brevem*, *Ægidium*, (9) Rothomagenſem Epiſcopum, & *Griphonem*. Carolomannus Auſtraſiæ (10) regno præfectus anno 747. pietatis ſtudio illud deſerit, Romam vadit, & apud montem Soracten aliquamdiu moratus, inde in montem Caſſinum profectus, monachum induit. (11) Pipinus ergo ſolus in Francia rerum potitus

Chilper. II. Francorum Rex.
Theodoricus Cala, Rex Francorum.
Filii Pipini.

(1) Imo aliquot annos poſt illam Pipini Victoriam Wulframus, ſocius Willibrordi, Radbodum ad recipiendam Chriſtianam Religionem commovere ſtuduit, ſed irrito ſucceſſu, quod Radbodus tandem inter tot gentis ſuæ Principes apud inferos, quam in cœlo cum abjecto gentis ſuæ numero commorari maluerit. *Schaten.* H. W. p. 355. 356.

(2) Ita fragmentum de *Maj. Dom.* apud Pithœum, *pro quo* (Grimaldo) *Pater ejus Pipinus Theudoaldum, filium ipſius, quem ex alia conjuge habebat, in honore Patris conſtituit. Sigebertus* vero ad ann. 713. *Drogonis filium* appellat.

(3) Ita quoque *Egoliſm.* in Vita Caroli M. Agnatum potius, filiumque Childerici II. fuiſſe, liquet ex *Diplomatibus* apud *Mabill.* lib. 6. ubi Chilpericus *genitorem ſuum* Childericum vocat, filium nempe Clodovæi II.

(4) Ad Vinciacum in pago Cameracenſi. *Fredeg.* c. 106. G. F. E. c. 53.

(5) Clade Sueſſionenſi. *Fredeg.* c. 107. *G. F. E.* cap. cit.

(6) Filium Dagoberti III. qui *Cala* vel rectius *Calenſis* dicitur, quia in Monaſterio Cala fuit enutritus. *G. F. E.* c. cit. *Schurzfleiſch.* de *Regno Auſtraſiæ* c. 1. §. 20.

(7) Imo Carolus Martellus. Vid. laud. Script.

(8) Quos Plectrudis contra Carolum excitaverat. *Fredeg.* c. 108. *Schaten.* H. W. p. 371.

(9) Rhemigium appellat *Tilnerus* in Hiſt. Palat. *Tab. Geneal.* p. 162. *Adelmus* vero ad ann. 741. tres tantum filios ipſi tribuit, omiſſo Rhemigio.

(10) Ex diviſione paterna, conſenſu Procerum facta, de qua *Fredeg.* l. c. *Memoratus Princeps conſilio Optimatum ſuorum expetito, filiis ſuis Regnum dividit, itaque Primogenito ſuo, Carolomanno nomine, Auſter & Sueviam, quæ nunc Alemannia dicitur, atque Thoringiam tradidit; Alterum vero, ſecundum filium, juniorem, Pipinum nomine, Burgundiæ, & Neuſtraſiæ & Provinciæ præfecit.*

(11) *Eginh.* in vita Caroli M. *Incertum*, ait, *quibus de cauſis, tamen videtur, quod amore converſationis contemplativæ ſuccenſus, operoſa temporalis Regni adminiſtratione relicta, Romam ſe in otium contulit, ibique habitu permutato, Monachus factus, in monte Soracte apud Eccleſiam B. Sylveſtri conſtructo Monaſterio, cum fratribus, ſecum ad hoc venientibus, per aliquot annos optata quiete perfruitur. Annales Franc.* apud Labb. T. II. Carolomannum propterea Regno ſe abdicaſſe referunt, *quod multa hominum millia* (in Alemannia) *cæciderit, unde compunctus, regnum reliquerit.* Fratris, ut is ſolus ſumma rerum potiretur, artibus Carolomannum

Chilper. III. Francorum Rex ultim.

titus est. Theodorico vero in regno succeſſit ejus frater *Chilpericus III.* (1) anno 742. ultimus ex Merovingorum familia, quo tanquam inerte in monaſterium anno 750. truſo, *Pipinus* ex Majore domus conſilio Pontificis Zachariæ (2) a proceribus Galliæ Rex declaratur, & Romam Burchardo Wirceburgico, & Volrado Capellano miſſis, inveſtituram regni obtinuit, adeoque a Boniſacio, Archiepiſcopo Moguntino, Auguſtæ Sueſſonum inungitur, atque ſic depoſito domino famulus regnat. Hic Pipinus Nanus, ſive Brevis, a Stephano Pontifice, Zachariæ ſucceſſore, contra Longobardos in auxilium vocatus, bis Haiſtulphum Longobardum in Italia vincit, & bona ei ablata Ravennam & Pentapolim, (3) quæ prius Conſtantino Copronymo a Longobardis erepta erant, attribuit. Anno 768. 24. Septembr. in fata conceſſit.

Pipinus Brevis, ex Majore domus, Rex Francorum.

Filii & ſucceſſ. Pipini.

Ejus filii duo, *Carolus* & *Carolomannus*, licet male concordes, univerſum tamen imperium inter ſe pacifice diviſerunt. (4) Erat autem illud diſtinctum in regnum Orientale & Occidentale, quorum hoc Neuſtraſia, illud vero Auſtraſia vulgo audiebat, utrumque Scaldis, Moſa, atque Rhenus nota flumina diſcriminabant. Carolomannus minor natu pro parte ſua Auſtraſiam, & in ea Germaniam ac Belgas accepit: Carolus, qui poſtea ob rerum geſtarum gloriam Magnus eſt vocatus, Neuſtriam, inque ea Burgundiam, Narbonam, Aquitaniam, & Lugdunum provincias, cum Moguntiaco, Wormatia & Aquisgrano urbibus.

Diviſio regni Francorum.

Diviſione peracta Carolus imperii ſui ſedem Novoduni collocat, Carolomannus Auguſtæ Sueſſionum.

Carolus M. Bella Carolina. I.

Porro *Carolus* bella geſſit ſequentia, ex iisque ſemper victor receſſit. Primum Aquitanicum, (5) Rothomagi in Gallia Paſchate celebrato, anno 769. in Aquitania contra Hunoldum quendam Ducem, reliquias populi a patre Pipino victi contra datam fidem recolligentem, geſtum, in quo Hunoldo Duce, legatisque Lupi, Guaſconiæ Ducis, ad quem confugerat, receptis, caſtro etiam Franco ædificato, feriisque natalitiis Domini Marcoduri in villa Julia, paſchalibus vero in villa Leodici apud S. Lambertum celebratis, in regnum reverſus eſt, & fratris Carolomanni uxoris ſororem, Deſiderii Longobardorum Regis filiam, a matre ipſarum Bertrada perſuaſam, anno 770. duxit. Verum cum

Papa

num inductum potius credo. Ceterum non in Monaſterio Benedicto, ſed *Vienna* in Gallia Carolomannum obiiſſe, ſcriptor *Annalium apud Reuberum*, quos Freherus *Adelmo* adſcribit, refert; qui ad a. 755. *Carolomannus*, ait, *Monachus, frater Regis, qui cum Bertrada Regina in Vienna civitate remanſit, priusquam Rex de Italia reverteretur, febre correptus, diem obiit: cujus corpus juſſu Regis ad Monaſterium S. Benedicti, in quo Monachicum ſuſceperat habitum, relatum eſt.*

(1) In Diplomate apud *Mabillonium* de R. D. lib. 6. Childericus Parentem ſuum vocat Theodoricum; ſed monuit ibidem Mabillonius, voce Parentis nonnunquam agnatum deſignari, atque Childericum filium Chilperici fuiſſe, docet.

(2) Monachus *Egolism.* in vita Caroli M. *Franci*, ait, *cum conſilio Papæ Zachariæ & Nobilium Romanorum DEO volente, uno conſenſu & una voluntate elevarunt ſibi in Regem Pipinum piũm, filium Caroli Martelli.* Vid. quoque *Annal. Fuldenſ.* ad ann. 751. Erant videlicet Franci inertium Regum pertæſi, Pontifex vero Principe indigebat, qui adverſus Longobardos ipſum tueretur.

(3) Quæ Exarchatus nomine venit. Fuſius, quæ Pipinus Sedi Romanæ donavit, recenſet *Anaſtaſius Bibliothecarius* in Vita Stephani III. atque ad documenta in Archivo Eccleſiæ R. provocat. Si vera eſt donatio, ita tamen intelligenda erit, ut ſupremum Dominium in illa loca Germanis fuerit ſervatum, quo nunquam ſe abdicarunt. Auxilio vero Romanis præſtito Pipinus meruit, ut *Patricius Romanus* fuerit conſtitutus. *Leo Oſtienſ.* lib. 1. c. 7. & ipſe Literæ Stephani, P. R. apud *Vorburgium* T. IX. p. 551. & p. 569.

(4) *Eginhartus* cap. 3. „Carolum eam partem, quam Pater eorum Pipinus tenuerat, *(Neuſtriam, „Burgundiam & Provinciam,)* Carolomannum vero eam, cui Patruus eorum Carolomannus „præerat, accepiſſe, *refert.* Rectius vero *Fredeg.* in Chron. p. 166. *de Pipino* Regnum, *ait*, „Francorum, quod ipſe tenuerat, æquali ſorte inter prædictos filios ſuos, Carolum & Caro„lomannum, dum adhuc ipſe viveret, diviſit. Id eſt, Auſtraſiorum Regnum Carolo filio ſe„niori regnum inſtituit: Carolomanno vero juniori filio Regnum Burgundiæ & Provinciæ, „Aleſans *(Alſatiam)* & Alemanniam attribuit. Aquitaniam, quam ipſe Rex acquiſiverat, „inter eos diviſit. Certe Carolus comitia ſua & feſta Aquisgrani, Leodii, Heriſtalli celebravit, atque ſedem Regni Noviomagi (Noyon) in Veromanduis habuit.

(5) De quo *Eginh.* c. 5.

Digitized by Google

Papa Stephanus ob rem Romanam, cui Desiderius vehementer repugnabat, obsisteret, illa, tanquam ad liberorum procreationem inepta, repudiata, Lutgardam, Hildebrandi Sueviæ Ducis filiam, sibi copulavit. Postea fratre Carolomanno anno 771. prid. Non. Decembr. in villa Salmontiaca mortuo, (1) & Rhemis condito, ejus vidua cum liberis ad Desiderium patrem in Italiam fugit, sed Episcopis, Abbatibus, Comitibus, atque Ducibus omnibus ad Carolum transeuntibus, Stephano Papa anno sequente mortuo, ab Hadriano, successore (2) ejus, totius Galliæ & Germaniæ Dominus renunciatus (3) est.

Secundum bellum est Saxonicum, quo nullum ab eo gestum atrocius aut diuturnius: (4) habito enim prius Wormatiæ anno 772. ordinum & procerum concilio, in rebelles Saxones Trans-Albianos, Ostphalos, Angarios atque Westphalos (5) exercitum duxit, quorum Westphali, Rhenum ac Visurgim contingentes, antiqui Saxones dicebantur; Angarii inter Frisios & Westphalos mediterranea obtinebant; Ostphali, qui & Osterlingi, inter Visurgim & Albim fluvios considebant: Trans-Albiani vero eam regionem possidebant, quæ nunc Holsatia nuncupatur. Hæ regiones per Satrapas (6) duodecim administratæ, ex iis tempore belli exercitus dux electus, successu tamen temporis Widekindus Westphalis, Bruno Angariis, Hesso Ostphalis, & Albio trans-Albianis, qui nunc Holsati, præfecti atque duces perpetui decreti sunt. Carolus vero suorum copiis contractis Duisburgi in Clivia sedem belli capit, inde primo statim impetu Eresburgum (7) castrum, in principio Westphaliæ situm, natura & opere communitum, expugnat, & impositio præsidio firmat. Hinc ad Lippiam oppidum progressus clade Variana nobile, statuam Ermensuel (8) dejicit, ac solo æquat, ibique fonte mirabili exercitum reficit. Habuit autem statua Irmensuel in dextra vexillum militare, Rosam, bello, ortu & interitu facili, similem, sinistra libram, dubiam pugnantium sortem, & ita dicta fuit, vel quod **Idermansuel** / h. e. commune perfugium & asylum omnium fuerit, vel quod in memoriam Hermanni seu Harminii Cherusci, qui Quinctilium Varum prostravit, erecta, vel denique quod (9) Hermetis sive Mercurii, Martis, Junonis & Apollinis imago fuerit, qui Dii ibi colebantur, unde quoque locus ille **Meresburg** / id est, castrum Martis, vel **Eresburg** ab hera Junone, ut alii volunt, appellatus est, quem postea mutato nomine Ca- II.

(1) Tempestive, cum discordia fratrum in nervum erumpere videretur. *Eginh.* c. 3.

(2) Imo solo Francorum consensu in conventu Procerum Carbanaci. Vid. *Annal. Reub. & Pithæan.* ad ann. 771.

(3) Successores ejus in Imperio & Galliæ Regno vide in *Tab. Gen. II.*

(4) Causæ istius belli, teste *Eginh.* c. 7. erant, tum frequentes Saxonum irruptiones in fines Francorum, tum studium Caroli eos ad Christianam religionem convertendi, videlicet ut ferocem populum abrogato cultu Idololatrico redderet mitiorem.

(5) De quorum situ Poëta apud *Leibnizium* Tom. I. S. R. B.

- Westfalos *vocitant in parte manentes*
Occidua, quorum non longe terminus amne
A Rheno distat. Regionem solis ad ortum
Inhabitant Osterlingi, quos nomine quidam
Ostphalos *alio vocitant, confinia quorum*
Infestant conjuncta suis gens perfida Slavi.
Inter prædictos media regione morantur
Angarii, - - *populus Saxonum tertius.*

Vid. quoque *Schaten.* H. W. p. 420.

(6) Vid. supra Notas ad h. l.

(7) Annales Pithæani: *Carolus Saxoniam ingressus Eresburgum cepit, & Idolum Saxonum, quod vocabatur Irminsul, destruxit. Mons Martis* quoque appellatum fuit, hodie **Stadeberge**, de quo vide pluribus *Monum. Paderb.* p. 93. & seqq.

(8) Imo Eresburgi hæc statua fuit posita. *Monum. Paderb.* c. 1. Formam hujus statuæ, qua vir armatus cum vexillo rosa insignito in dextra, libra in sinistra, Leone in clypeo, Gallo supra caput, repræsentatur, exhibet *Leibnizius* T. III. S. R. B. vid. quoque *cit. Monum.* p. m. 102.

(9) Plures de Irmenseul sententias collegit *Meibomius* Dissert. pec. de *Irmensula Saxon.* S. R. G. T. III. initio. Verosimilius mihi videtur, in honorem Arminii, Ducis Cheruscorum, fuisse positam, & ab ejus nomine appellatam, ut pluribus confirmat *Wasserbach* de *Statua Arminii.*

Digitized by Google

Carolum ab aquila Romani imperii **Arnsburg** appellasse volunt: alii vero istud idolum in **Mersburg**, urbe ad Salam in Thuringia sita, ubi hodie Episcopatus est, collocant: alii etiam non longe a Lupia flumine ad viciniam Comitatus Waldeciani, inter Paderbornam & Corbachium locum situm fuisse, hodieque **zum Bergh** nominatum existimant. Hermannus vero Hamelmannus in antiqua Westphalia, postquam opiniones istas omnes recensuisset, de oppido in diœcesi Colonienſi, olim Meſeburgum, nunc Eresburgum appellato, intelligit, idque tum ex inscriptione simulachri in Abbatia Corbejensi adhuc extante: *Dux ego gentis Saxonum victoriam certam polliceor venerantibus*; tum ex annalibus cujusdam Benedictini, quos Hermannus Novariensis comes restituit, probat. Saxones, hac repentina Francorum victoria perturbati, cum ad Visurgim convenissent, & obsides duodecim confestim dederunt, & se in potestate imposterum semper futuros sancte promiserunt. Carolus vero in Franciam redux in castro Heresstallio circa Mosam, a Pipinis constructo, Christi Natalem & Pascha celebrat.

III. Tertium bellum Italicum contra Desiderium, (1) Longobardorum Regem, pro Hadriano Pontifice ex concilii sententia gessit, & copiis infinitis ex Francia & Germania contractis, & Genevam apud Allobroges convenire jussis, Italiam ingreditur, & exercitus partem unam Bernardo, Caroli Martelli filio, patruo suo, tradit, eumque per montem Jovis præcedere ad occupandas Alpium augustias jubet, ipse cum parte altera per Cinisium montem subsequitur; Desiderius contra, exercitu etiam suo comparato, transitus Alpium insidet, sed a Carolinis repressus, castra, utensibus relictis, deseruit, & Papiæ se muris inclusit, filium vero Adalgisum cum Berta, Carolomanni vidua, ac liberis Veronam ire jussit. Carolus exemplo patris Papiam e vestigio obsidione cingit, eamque, Hildegarde uxore & filiis e Francia evocatis, usque ad diem natalis Christi perducit. Natalitiis Christi in castris celebratis sub initium anni 774., obsidionem Bernardo, duci prædicto, committit, ipse Veronam cum delecta militum manu contendit, & Adalgisio, Desiderii filio, Constantinopolim ad Constantinum Copronymum profugo, eam deditione capit, Bertam, fratris sui viduam, & filios ibi natos, in Franciam mittit & honorifice habet, reliquisque oppidis trans-Padanis non gravate captis, ad Papiæ obsidionem revertitur, sed eadem Bernardo iterum tradita Romam proficiscitur, & ab Hadriano magnifice exceptus, Paschate celebrato, octo diebus post in castra ad Papiam redit, quam fame & peste exhaustam Desiderius dedere, & se cum uxore & liberis regiaque tota in potestatem Caroli permittere coactus, ejus exemplum omnes Longobardi secuti sunt. Desiderius anno 774. Leodicum deportatur in exilium, Longobardorum in Italio potentia, cum annos 206. stetisset, deprimitur, Carolus vero Modœtiæ per Episcopum Mediolanensem redimitur, & Longobardorum Rex salutatus, Rempubl. Italiæ constituit, Romæ Patricius Romanus, (2) hoc est, Imperatoris quasi pater adclamatur, & jus per singulas provincias Archiepiscopos, & Episcopos instituendi, Pontificem eligendi, sedemque Apostolicam ordinandi, accipit. Hinc ad Italiæ divisionem progressus, Apuliam, Peucetiam, & Calabriam Imperatori Constantinopolitano relinquit, Ducatum Beneventanum, in quo tunc Apulia, Daunia erat, Agarisio, Desiderii genero, Spoletanum Hildebrando, Forojulienſem Rotgando permittit jure feudi, dominio sibi reservato: Exarchatum Ravennatem, Pentapolim, Ducatum Perusinum, Romanum, Tuscum & Campanum, jure Principatus, & ditione excepta, Pontifici Romano donat, (3) reliqua ipse sibi nomine regni Longobardici retinet: Ducibus vero & Marchionibus, vinculo feudi obliga-

(1) Qui ditionibus Ecclesiæ R. imminebat, irritatus a Stephano, quod is divortium Caroli M. a filia sua Berta approbaret, ut ex literis ejus liquet apud *Vorburgium* T. X. p. 9. de ipso vero bello vid. *Eginh.* c. 6.

(2) In Synodo R. 153. Episcoporum &c. *Theod. Niem.* de Jur. & Privileg. p. 249. *Anastas.* in vita Adriani, quo summum Imperium in Urbem Romam simul acquisivit, ut ex pacto inter Ottonem M. & Leonem VIII. liquet l. c. unde Leo III. Pontifex factus, Carolo, antequam is Imperator declaratus fuit, *Claves Confessionis S. Petri, ac vexillum Romanæ Urbis per Legatos misit, rogavitque, ut aliquem de suis Optimatibus mitteret, qui populum R. ad suam fidem atque subjectionem per Sacramenta firmaret. Annal. Rub.* a. 796.

(3) Civitates in *Corsica, Suriano, Bardone, Vercelo, Parma*, in *Regio*, in *Mantua*, &c. ut refert *Anastas.* in Vita Adriani.

Digitized by Google

Digitized by Google

TAB. II. GENEALOGICA

IMPERATORUM CAROLINGICORUM.



ligatis, cenſum annuum & fidelitatis juramentum pendere juſſit, & omnibus firmatis, Papiaque munita, *Francorum atque Longobardorum Rex, & Patritius Romanus ſalutatus eſt.*

Interea Saxones ejus abſentia invitati an. 774. ſecundo rebellant, & fidem datam frangunt, Sigeburgum evertunt, & Haſſia vaſtata Frideslariam diripiunt, cum ob duos juvenes alatos in aëre viſos ſuccendere non poſſent. Carolus igitur ex Italia in Germaniam movet anno eodem 774., & ubi Ingelhemum perveniſſet, exercitum in quatuor partes diviſum in Saxones emittit, & injuriam populo ſuo illatam ſtrenue vindicat. Anno 775. cum iidem Saxones quieſcere neſcirent, Carolus viciſſim, Cariſiaci in Campania Gallicana conventu Procerum Franciæ habito, de Saxonum nova perfidia conqueſtus, in eos bellum perpetuum decrevit, donec relicta ſuperſtitione religioni Chriſtianæ nomen darent, & Francis ſe ſubjicerent. Vere igitur apperente Marcoduro ſolvit exercitus, & primo ſtatim impetu caſtellum Sigeburgum e regione Marcoduri in monte ſitum expugnat, & præſidio locato firmat. Inde deſcendens Eresburgum, ab accolis, ne Francis uſui eſſet dejectum, inſtaurat, & relicta illic militum egregia manu diligenter munit. Hinc ad Viſurgim pergit, ubi ad Brunonis montem (1) ingens Saxonum occurrens multitudo ab exercitu ejus cæditur. Quocirca ſine ulla interjecta mora Viſurgim etiam tranſit, & caſtris ad Obacrum fluvium (nunc Okeram dictum) poſitis, pugnandi copiam Oſtphalis vel Oſterlingis facit. Verum Dux illorum Heſſo periculo vicinorum monitus, cum populo ſuo in caſtra ſupplex venit, delicti veniam petit, & datis obſidibus, ſe in Caroli poteſtate ſemper fore permittit. Hinc ad Angarios itum, qui item, ut ſuperiores, cum Duce ſuo Brunone in fidem recepti, & alia ad Viſurgim Weſtphalorum fraude detecta, & ſcelerati facinoris punitis auctoribus, ipſis vero Weſtphalis in poteſtatem ſuam acceptis, reditum cum exercitu paravit, ſed quia Friſii, qui in littore Oceani, & ad oſtia fluviorum Rheni, Amiſii, Viſurgis, atque Albis habitantes, Saxones inferiores audiebant, nondum attigerat, accedente eorum, in ſuperſtitione ethnica, pervicacia, & Radbodi II. in pios Viros, Evangelii Præcones, crudelitate, ex uſu Reipubl. Carolus anno 775.

Quartam expeditionem in Friſios, Saxoniæ vicinos, ſuſcepit, & duobus cum Rad- IV.
bodo, (2) eorum Rege, prœliis congreſſus, cum victor extitiſſet, eo anguſtiarum Radbodum redegit, ut tertium non experiri auſus, rebus ſuis diffiſus, cum Chriſtianus audire nollet, ſolum verterit, & in Daniam fuga ſe ſubduxerit. Carolus vero hoc modo Friſia potitus, tributo impoſito, legibusque datis Francicis, & Præfecto, quem Comitem aut Ducem vulgo appellant, conſtituto, in provinciæ formam redegit, utque Paganiſmum exuerent, (3) poſt Willibrordum, alias Clementem, & Winofredum, alias Bonifacium dictos, Epiſcopos Ultrajectinos, Gregorium, (4) natione Francum, gente Treverum, prius annis ſedecim centum cœnobitarum in monaſterio Martiniano ibidem Abbatem, (inter quos etiam Lullo, Archiepiſcopus Moguntinus, Bonifacii ſucceſſor, & Ludgerus, primus Monaſterienſis, tunc Mimingardevordenſis Epiſcopus fuit,) Anno 752. in ſede illa ſuffecit. Cui mortuo anno 774. & in æde Salvatoris Trajecti, vel in monaſterio Suſterenſi, ut quidam volunt, condito, Albericus Anglo-Saxo ſucceſſit, qui, ut Chriſtianæ civitatis pomaria prorogaret, multos quoque ſuorum, & inter eos Ludgerum Friſium emiſit, qui Daventriæ templum, a S. Lebuino conſtructum, a Saxonibus vero vaſtatum, inſtauravit, Francos in fide Chriſti inſtituit, & corpus S. Lebuini diu quæſitum, ſed in ſomnio tandem monitus, inventum, ſano honeſtavit, apud Friſios idola dejecit, apud Doccomanos primus ab Alberico conſtitutus Præpoſitus, cum Willehar-

(1) Alias Brunsberg juxta Hoxtariæ Oppidum, de quo vid. *Monum. Paderb.* p. 113. & ſeqq. univerſæ autem expeditionis hujus ſucceſſum apud *Schaten.* H. W. inde a p. 439.

(2) Imo is anno 719. jam obierat, confunditque Autor Carolum Martellum, qui felicem contra Radbodum expeditionem ſuſcepit cum Carolo M. quem vero rebelles Friſios in ordinem redegiſſe teſtantur *Annales* apud Lambec. ad an. 797.

(3) Radbodo mortuo *Chriſtianos libere permiſſos fuiſſe, ubique per Friſiam publice Evangelium Chriſti prædicare*, refert Autor Vitæ S. Swuiberti apud Surium.

(4) Vid. de ſucceſſione Epiſcop. Ultrajectinorum *Wilh. Hedam* & *Joh. Bekam* de Epiſcop. Ultraject. *Schaten.* p. 451. 452.

Digitized by Google

hardus Anglus, qui prius religionis Chriſtianæ propagandæ ſtudio incenſus, anno 756. Doccomium venerat, ad Hugermercios & Trentanos abiiſſet.

V. Quintum Caroli bellum eſt Forojulienſe, quod contra Rotgandum Ducem, nationel Longobardum, quem Præfectum conſtituerat, ſed ei rebellaverat, anno 776. ſuſcepit, eumque compeſcuit.

Hinc celeriter Alpes transvolanti, Franciamque repetenti, fama defertur, Saxones iterum ſpretis juramentis arma induiſſe, Eresburgum cœpiſſe, præſidium ejeciſſe, deinde & obſedíſſe Sigeburgum, ſed eruptione ab obſeſſis facta, a tergo circumventos, & maximam partem aut cæſos, aut ad fontes usque Lippiæ amnis fugatos.

Carolus igitur Wormatiæ Procerum conventu indicto, & ex conventu ejus exercitu conflato, ſine mora in Saxoniam contendit, (1) ſed viciſſim, cum ad Lippiæ fontes veniſſet, ibi obvios Saxonum quamplurimos ſuppliciter bellum & pœnam deprecantes, & delictorum veniam petentes habuit, qui, ubi idolorum cultum ſe relicturos, & Chriſto nomina daturos, in perpetua denique ejus fide permanſuros, recepiſſent, in gratiam a Carolo clementer recepti, multique eorum Baptiſmi Sacramentum ſuſceperunt, & datis obſidibus in libertatem reſtituti ſunt. Inde in Galliam regreſſus Carolus Heriſtallii ad Moſam fluvium hybernat: exque eo primo vere anni 777. deſcendens, Neomagi Paſcha celebrat, & cum Saxonum fidem merito ſuſpectam haberet, Paderbornæ Senatum (2) & populum univerſum convocat, eosque, ſolo Witekindo excepto, qui male ſibi conſcius, Regem veritus, ad Sigebertum, Daniæ Regem, uxoris ſuæ fratrem, profugerat, comparentes in fidem accepit. Eodem tempore (3) Wihonem Oſnabruggenſi Eccleſiæ præfecit, ibidemque collegium Clericorum, in quo Latinæ atque Græcæ literæ jugiter docerentur, inſtituit: prius autem, quam Neomago in Saxoniam pergeret, in Eccleſiam Ultrajectinam non exiguam exercuit liberalitatem. Nam non tantum antecedentium Principum, utpote anno 698. Pipini Craſſi, VVilibrordo Trajecti veteri Caroli Martelli ejus filii, Fechnæ, Thulæ, Eliſtæ & Benthemi villarum ac caſtellorum, anno 732. aut circiter, (quas etiam donationes anno 752. Pipinus Nanus ſub Bonifacio in Virmeria palatio ratas habuit,) ſub Gregorio confirmavit; ſed etiam villam Liſidunam, hodie Leusten/ ſupra Amersfordiam civitatem ad meridiem, in pago Flechite ad alveum Hemi fluminis ſitum, cum ſaltibus omnibusque pertinentiis, quemadmodum illa Comes Vigerus jure clientari poſſederat, & Eccleſia Uberkercka, quæ ſupra Duroſtadium eſt, centum agri perticis & Lecetæ portorio, ſive trajectus naulo adjecit.

VI. Sextum Caroli bellum eſt Hiſpanicum, quod an. 778. contra Saracenos rogatu trium Regulorum ſuſcepit, in quo Rulandus quidam, Milonis ex Bertia ejus ſorore filius, (4) Britannici littoris Præfectus, a perfidis Vaſconibus, ex inſidiis irruentibus, Egharus, regiæ menſæ Præpoſitus, & Anshelmus, palatii Comes, ceciderunt, quemadmodum in
a) cap. IX. vita Caroli Eginhardus, *a)* & Joann. Turpinus, Archiepiſcopus Rhemenſis, narrant; Carolus tamen Hiſpaniæ partem omnem usque ad Iberum fluvium in provinciæ formam, quæ Marca Hiſpanica (5) nominata fuit, hodie Navarra, redegit. Reverſus comperit, uxorem Hildegardam gemellos, Lotharium immatura morte raptum, & Ludovicum, in villa Caſinogilo peperiſſe.

Interea autem, dum Carolus abeſt in Hiſpania, Saxones anno 778. quinto tanto impetu

(1) *Adelmus* an. 776. *Schaten.* p. 446. & ſeqq.

(2) Vide de hoc Conventu, in quo magnus Saxonum numerus in fidem Chriſtianam baptizatus fuit, *Schaten.* p. 453. ſeqq.

(3) Ita quoque *Schaten.* exiſtimat H. W. p. 456. 457. *Chron.* vero *Mindenſe* apud *Meibom.* T. I. in annum 776. & *Autor Fundat.* quarundam Eccleſ. apud *Leibnizium* T. I. R. B. in annum 772. initia illius Epiſcopatus rejiciunt. Id certum eſt ex Diplomate Caroli M. a. 803. apud *Schaten.* p. 607. Carolum M. Epiſcopatum illum inſtituiſſe, quo vero anno incertum. Vid. quoque *Mabill.* lib. 2. c. 3.

(4) Ita Pſeudo Turpinus. Sed perperam. Habuit enim Carolus *Eginharto* teſte c. 18. unicam ſororem *Gislam*, Abbatiſſam Monaſterii Calenſis. *Annal. Met.* a. 804. Rolandum tamen quendam comitem Caroli M. in iſta expeditione fuiſſe, liquet ex *Præcepto evindicario* in *Chronic. Laurish.* Mira vero & futilia ſunt, quæ Turpinus de hoc Rolando refert.

(5) De qua vide *Petri de Marca* Commentarium de *Marca Hiſpanica.*

Digitized by Google

petu ſe commovere cœperunt, ut omnes Chriſtianos, Francorum clientes, ad Rhenum usque vaſtarent, & inter eos VVerdam Cæſaris S. Suidberti ſepulchro nobilem, & Tuitium in cineres converterent, indeque a Rheno usque ad Salam fluvium intermedia loca, hodie Cliviam trans-Rhenanam, ferro & flamma paſſim conſumerent. Earum rerum nuncio apud Antiſſiodorum urbem Carolus accepto, ipſe quidem Heriſtallum villam in hyberna concedit, Francos autem & Alemannos in Saxones, in pago Heſſorum ſuper fluvium Aternam, quem Adranam Tacitus videtur appellare, latitantes, emittit, ipſe vero anno 779. Marcoduri apud Gugernos, qui nunc Juliacenſes, conventu ſui populi more conſueto celebrato, eoque finito, Rhenum in loco, qui Lippia (1) dictus ad Amiſium amnem, hodie **Lipperheid** / cujus nunc caput Hoveniorum Averhuyſium, cum exercitu tranſit, deinde copias Saxonum prope Bucholdiam ad Haſam fluvium nactus, ſecundo Marte delet, VVeſtphalos in deditionem accipit. In hoc prælio Hermannus, Dux Angriæ, Ethelhardi filius, Albionis frater, cecidit, Bertholdus alter frater poſt eladem interfectus, VVidekindus niger captus, & in Franciam abductus, atque baptizatus Ludovicus dictus, Andium Comes a Carolo effectus per Hugonem Capetum, (2) Regum Francorum ſtirpe propagata.

Hinc ad Viſurgim caſtra metatus, Angarios & Oſtphalos ad obedientiam reverſos, acceptis obſidibus & fidelitatis juramentis, in gratiam recipit.

Anno 780. Carolus VVormatia ex hybernis diſcedens, Eresburgum, & inde ad Lippiæ fontem, hinc ad Obacrum fluvium proficiſcitur, & res Saxonum ex animi ſententia conficit; tum anno ſequente Romam contendit, ab Hadriano honorifice ſuſceptus, filiis duobus, Pipino Longobardiæ, & Ludovico Aquitaniæ, Regibus renunciatis, in reditu Giſela a Thoma, Archiepiſcopo, Mediolani baptizata, Wormatiam redit, ibique Thaſſilonis, Bavariæ Ducis, adventum ad fidelitatis juramentum præſtandum expectat. Hoc eodem anno Wittebergam a Witekindo Saxone, Magdeburgum vero & Halberſtadium a Carolo condita aliqui affirmant. (3) An-

(1) Lippehaim, hodie **Weſel**. *Schaten.* p. 465.

(2) Qui poſt obitum Ludovici V. Rex Galliæ anno 987. fuit conſtitutus, Roberti Fortis, Comitis Andegavenſis, qui tempore Caroli Calvi vixit, pronepos, hac progenie:

Robertus fortis, a Normannis occiſus ao. 988.

Odo, tutor Caroli Simplicis. — *Robertus*, Rex Galliæ, a. 923. in prælio cum Carolo Simpl. occiſ.

Hugo Magnus, C. Pariſienſis, ob. a. 958.

Hugo Capetus, Rex Galliæ a. 987. — *Otto*, D. Burg. — *Henricus*, D. Burg.

Unde vero Robertus fortis genus ſuum traxerit, admodum controvertitur. Quia *A. Stadenſis* a. 886. *Utho* (Odo videl. tutor Caroli Simpl.) ſcribit, *Vir militaris ac ſtrenuus, a Principibus Galliæ Rex creatur in Palatio Compendii. Hic Patrem habuit ex equeſtri Ordine Robertum, Avum vero Widekindum, ex Germania profugum*, hinc ab illo Widekindo communi ſententia Roberti origo derivari ſolet. Vid. *Schaten.* H. W. p. 626. *Blondillus* vero *in Geneal. Franc. plen. aſſert.* lib. 2. ſententiam illam refutarunt, atque Hugonis Capeti genus a Pipino Heriſtallo derivant, quod *Adrian. Valeſius* in *Annal. Fr.* cum aliis ſupra p. 90. recenſitis faciunt, in eo tamen diverſi, quod Pipinum Heriſtallum non apud Gallos, ſed Francos quærant. Id certum eſt, Hugonem M. in matrimonio habuiſſe *Hadwidam*, Henrici Aucupis filiam, atque ita Reges Capetingicos communem quoque cum illo ex Sanguine Germanico originem habere.

(3) Caſtelli ſuper Lippiam conditi a Carolo M. meminit *Aſtron.* Annal. Rer. Geſt. Caroli M. apud *Reuberum*, de quo & aliis vid. *Monum. Paderb.* p. 128. *Schaten.* H. W. p. 450.

Digitized by Google

Anno 782. poſt ejus ad Lippiæ fontes diſceſſum, Witekindus, Saxonum ductor, ex Dania redux, arma in Francos reſumit, contra Adalgiſus cubicularius, Woradus Comes Palatii & Geilo ſtabularius miſſi, omiſſis Sorabis, (1) qui hodie Miſnenſes, cum Theodoricus, Regis Caroli propinquus, Ripuariorum ſubitario collecti exercitus dux, ut locum prius explorent caſtrorum Saxonum, moneret, illi, legato relicto, cum intellexiſſent, ad montem Sunthal in ditione Brunſwicenſi circa Mundenam Saxones ſubſiſtere, Viſurgim tranſeunt, & in eos irruunt, ſed cæduntur, (2) quam injuriam ulturus Carolus 4500. uno die Verdæ decollari juſſit.

Anno 783. prid. Cal. Maj. Hildegardis regina, Caroli uxor, e vita migrat: illi cum juſta perſolviſſet Carolus, iterum in Saxones, qui ad Dietmoldam oppidum, non procul a ſaltu Teutoburgenſi, ubi Arminius Q. Vari legiones antehac ceciderat, confederant, ducit, & inde Paderbornam petens, cum Weſtphalos ad Haſam (3) fluvium iterum coire intellexiſſet, poſt totius tridui pugnam invocato Dei auxilio vincit, eorumque infinitam multitudinem in Flandriam, qui liberi hodieque dicti, deportari juſſit, & Orientem verſus progreſſus, victoriæ ſigna ultra Viſurgim usque ad Albim extendit, & victor redux Faſtradam, (4) Rudolphi Comitis filiam, natione Francam, uxorem ſecundam accipit: ſed Bertradam matrem 4. Id. Jul. fato amittit, Deo lætitiam cum mœrore benigniter temperante. Tum filium Carolum in Saxonum exercitum mittit, qui ipſe quoque victor ad patrem rediit. Witekindus autem Saxo Friſiam ingreſſus anno 784. multas Eccleſias combuſſit, Dei ſervos, & inter illos quoque S. Ludgerum, qui Caſſinum ad Divi Benedicti monaſterium abiit, & S. Willehardum, qui in monaſterium Willibrordi apud Abſternacum conceſſit, ejecit: eodem tempore 21. Auguſt. Alberico, Epiſcopo Ultrajectino, cui an. 777. 7. Id. Julii, Leecam Carolus conceſſerat, mortuo, Theodardus Friſius ſuffectus eſt. Witekindum autem & Albionem a. 785. præmiis allicere ſategit, & datis obſidibus cum Amaluino, domeſtico ſuo, Attiniacum invitavit, ibique eos in gratiam & fidem cum tota Saxonum gente octennio ſine belli tumultu fulcepit. Witekindus igitur & Albio tandem indomitum ſpiritum deponentes, colla Carolo ſubmittunt, & ſacro lavacro prope Paderbornam (5) tincti, in fide deinceps ejus perſtiterunt, cæterisque pacis auctores fuerunt. Imo Witekindus, zelo Chriſtianæ religionis motus, Herimberto, Epiſcopo Mindenſi, partem arcis ſuæ pro Eccleſia conceſſit, locumque monſtravit, ubi templum cathedrale ædificari poſſit. Ludgerum etiam Friſium, prius in exilium ejectum, primum Mimingardenſem, (nunc Monaſterienſem) Epiſcopum, chariſſimum habuit, ejusque conſilio etiam in Angarica egregium templum conſtruxit, eique crucem auream donavit, ubi adhuc tale ejus extat Epitaphium:

Oſſa viri fortis, unius ſors neſcia mortis,
Hic tumulus claudit, Euge bone, *ſpiritus audit,*
Omnes mundantur, hunc regem qui venerantur,
Ægros hic morbis cœli rex ſanat & orbis.

Hoc

(1) Quos Saxones contra Francos excitaverant.

(2) Juxta Mindam, atque Ducum æmulatione Francos hanc cladem paſſos fuiſſe, refert *Schaten.* H. W. p. 477.

(3) De utraque pugna vid. *Eginh.* c. 8. & *Mon. Paderb.* p. 38. 39. *Schaten.* H. W. p. 485.

(4) De Orientalium Francorum, Germanorum videlicet, gente. *Eginh.* c. 18. ibique *Beſſelius.*

(5) *Werner. Rolewinck* de Situ & Mor. Weſtph. lib. 2. c. 7. *Betlehemi* in Weſtphalia, *Mich. Bojem.* in Vita Alberti III. *Mittebaci* in tractu Colonienſi, alii *Wolmerſtadii* ad Ocram fluvium, alii *Bardevici* Witekindum baptizatum fuiſſe referunt, vid. *Schaten.* H. W. p. 499. *Schurzfl.* Diſſert. 44. de *Witekindo M.* ſed *Atiniaci* id factum optimi Scriptores teſtantur. *Monachus Egoliſm. Miſit* (Carolus) *poſt Widechindum & Albionem, & utrosque ad ſe conduxit, & firmavit, ut non ſe ſubtraxiſſent, niſi in Franciam ad eum veniſſent. Patentibus illis ſecuritatem, ſi veniſſent, quod & factum eſt. Inde reverſus in Franciam miſit illis Obſides per miſſum ſuum Amaluuonem. Quos cum recepiſſent, cum ipſis adjunxerunt ſe ad Dominum Regem Carolum ad Villam Attiniacum. Ibi baptizati ſunt Witechindus & Albio una cum ſociis eorum, & tunc tota Saxonia ſubjugata eſt.* Vid. quoque *Annal. Metenſ. Chronic. Moiſiac.* & alios apud *Cointium* ad ann. 785. quo Witechindum baptizatum fuiſſe, *Anton. Pagius* quoque confirmat ad cit. ann. adeo ut erret *Helmoldus*, qui lib. 1. c. 3. baptiſmum illum in annum 804. rejicit.

Digitized by Google

Hoc templum poſtea in urbem Hervordienſem cum reliquiis Witikindæis translatum eſt. Filius vero Witikindi, Vigebertus, collegium Wildeshuſenſe erexit: atque hinc eſt, quod Witekindo ejusque poſteris non ſolum avita bona manſerint, ſed etiam dignitas Ducalis Saxoniæ acceſſerit; imo reliqua domus ejus excellentia cum ſumma fide Caroli poſteris adhærens, inſtar hederæ, una cum iis ad id potentiæ faſtigium evecta ſit, ut ſimul & affinitatem promeruerit, & in ipſum imperii axioma ſucceſſerit.

Septimum Caroli bellum eſt Britannicum, (1) quæ inſula olim Albion dicta, quod undique montibus albicantibus cincta eſt, hodie Britannia a populo Cimbro appellatur. VII.

Octavum bellum eſt Beneventanum, anno 786. 23. Aprilis, Paſchate Attiniaci celebrato, in Aragiſum, Regis quondam Deſiderii generum, ſuſceptum, qui filium primo Rumoldum an. 787. Romam, deinde quoque alterum Grimoldum obſides ad Carolum (2) miſit. Romæ S. Ludgerum, jam ante a Joanne Flacco ſive Alcuino, præceptore ſuo, ſibi commendatum, Carolus vidit, cui Lotuſam in Brabantia monaſterium conceſſit, & tandem in Marchia Weſtphalica ad Ruram amnem Werthinenſi Cœnobio (3) conſtructo, eique ob Vandalos Helmſtedio adjuncto, Epiſcopus Monaſterienſis anno 791. inauguratus eſt. Frater ejus Hildegrinus prius, nempe an. 785. Salingeſtadii, quod oppidum vulgo Oiſterwicum appellatur, Epiſcopus conſtitutus eſt. Roma Caſſinum profectus Carolus S. Benedictum donariis ampliſſimis honoravit, ab eoque regreſſus an. 787. prædicto, Romæ cum Hadriano Paſcha celebravit, ibidemque Thaſſilonis, Bojariæ Ducis, legatos de pace proponentes audiit, verum cum de modo mandatum ſibi neutiquam datum dicerent, Carolus inſtinctu Pontificis in Thaſſilonem, (4) ab eo excommunicatum, movet, quod VIII.

Nonum bellum Carolinum eſt, in quo, triplici exercitu ſub Pipino Italico in Tridentinam vallem adducto, Francis Orientalibus, & Saxonibus ad Danubium accedentibus, & ipſo Carolo Rege ad Lechum flumen, quod Alemanniam a Bojariis dividit, conſidente, Thaſſilo Theodone filio & duodecim aliis obſidibus datis, veniam precatus, eandem impetravit. (5) IX.

Interea vero, dum adhuc in Italia hæreret Carolus, in Græcia ab Irene & Conſtantino, ejus filio, menſe Octobri anno 787. Concilium VII. Oecumenicum, Nicenum II. dictum, a 350. Epiſcopis, Papæ legatis præſidentibus, pro Imaginibus eſt habitum, (6) contra quod poſtea a Carolo Francofurti ad Mœnum & filio Ludovico an. 794. rurſus coacta eſt Synodus, & quatuor libris editis idem refutatum, (7) adeo ut in Germania usque ad Friderici Barbaroſſæ tempora Imagines non obtinuerint.

Por-

(1) Geſtum contra Britones, *qui ad Occidentem in extrema parte Galliæ, ſuper littus Oceani reſidentes, dicto audientes non erant. Eginh.* c. 10. *Adelmus* ad ann. 786. adeo ut erret Autor, qui Britones in Anglia intelligit.

(2) *Eginh.* c. 10.

(3) De quo vid. infra in *Marchiæ Comitatu.*

(4) Bavariæ Ducem, & Deſiderii Generum, qui inſtinctu uxoris ſuæ Leutbergæ injuriam Socero illatam vindicare voluit. *Eginh.* c. 11.

(5) Cum vero tertium rebellis factus eſſet, Hunnosque in auxilium vocaſſet, in Comitiis Ingelheimenſibus, tanquam Criminis læſæ Majeſtatis reus, condemnatus, ſed gratia ab Imperatore recepta, in Monaſterium S. Nazarii Laurishamenſe detruſus fuit. *Eginh.* c. 11. *Annales S. Nazarii* ad ann. 788. *Rex precibus* (ne tonderetur in Palatio) *acquieſciens, ad S. Gennarium*, (lege Nazarium) *qui juxta Rhen. flum. in corpore requieſcere cognoſcitur, eum transmiſit.*

(6) Oppoſitumque Concilio Conſtantinopolitano IV. quod cultum Imaginum damnaverat, atque ideo a Baronio aliisque Iconolatris pro *Conciliabulo* haberi ſolet. Vid. *Spanh.* in Hiſt. Imag. reſtit.

(7) *Adelmus* ad ann. 794. *In eo Concilio* (Francofurtano) *& hæreſis memorata eſt* (Feliciana, qua Chriſtus filius Dei adoptivus tantum fuiſſe aſſerebatur,) *condemnata eſt, & liber contra eam communi Epiſcoporum auctoritate compoſitus, in quo omnes propriis manibus ſubſcripſerunt. Synodus etiam, quæ ante paucos annos Conſtantinopoli ſub Helena & Conſtantino, filio ejus, congregata, & ab ipſis non tantum VII. verum etiam Univerſalis eſt appellata, ut nec ſeptima, nec Univerſalis diceretur, habereturque quaſi ſupervacua, in totum ab omnibus abdicata eſt.* Vid. pluribus *Schilterum* de Lib. Eccleſ. Germ. lib. 2. c. 10. *Schaten.* H. W. p. 550. 551.

Digitized by Google

Porro Thaſſilone in fidem recepto, Carolus Moguntiam rediit, & in villa Engelheim hybernans, ibidem anno 788. Paſcha peregit, & poſt illud, cum in generali Procerum conventu ibidem celebrato Thaſſilo de conſpiratione cum Hunnis accuſatus, in eos movit, quod

X. Bellum Hunnæum (1) eſt Caroli in ordine decimum.

XI. Undecimum ſuccedit Calabricum, contra Conſtantinum, Irenis filium, qui Rotrudem, filiam Caroli natu maximam, miſſis legatis petierat, & ob negatam eam, (2) Carolum bello impetentem, & ſub Adalgiſo, Regis Deſiderii filio, exercitum in Calabriam exponentem, hoc anno 788. geſtum; Eodem anno S. Willehadus, primus Bremenſis Epiſcopus, (3) a Carolo, diplomate in palatio Nemetenſi dato, conſtitutus eſt, ex quo diplomate etiam conſtare poteſt, Epiſcopos illius ævi non ſubditorum dominos, ſed tantum Paſtores fuiſſe.

XII. Duodecimum Caroli bellum fuit anno 789. contra VVilſos, (4) Slavicæ gentis populum, quos Dragovito Rege Francis variis incurſionibus moleſtos, ad Albim duobus pontibus junctis vicit, & in fidem recepit. Anno 790. VVormatiæ hæſit, & Hunnorum, qui Pannoniam tenebant, legatos audivit, ſed quia ſemel a Thaſſilone ad prædam exciti Bojarios vexarant, Carolus Tiberii Auguſtam, nunc Ratisbonam, cum Saxonibus, Francis & Friſiis, Theodorico, Marchione Bojariæ, & Meginfredo cubiculario, ducibus movet, & poſt tridui jejunium, religionis Chriſtianæ hoſtes in fugam vertit. Eodem anno 791. S. Ludgerus primus Mimigardefordenſis Paſtor in VVeſtphalia conſtitutus eſt, qui locus, ob monaſterium ibidem ab ipſo conſtructum, Monaſterium dictus eſt. Cœperat autem jam antea monaſterium virorum condere in Marchia VVeſtphalica ad fluvium Ruram, quod hodie VVerthinenſe appellatur, magnificis ædificiis & bibliotheca inſigni clarum. Huic poſtea Helmſtadium ob VVandalos a Carolo adjectum eſt. Academia quoque Pariſienſis (5) circa hoc tempus a Carolo, ab Alcuino & Rabano Mauro inducto, fundata, quod Joannes Mailroſius & Claudius Clemens, Ven. Bedæ diſcipuli, qui cum aliis mercatoribus Anglis eo venerant, *Sapientiam venalem ſe habere*, in foro proclamaſſent.

Anno 794. Concilium Francofurri Rex Carolus contra imagines coëgit.

Anno 795. Moguntia habito Procerum concilio ob Ducem Obotritorum, qui nunc Megapolitani, Bizonem occiſum, in Saxones ducit, eorumque 3000. occidit, & Hadrianum Papam die 26. Decembr. mortuum deflet, cui Leo IV. ſucceſſit, qui anno 799. a Romanis violatus, (6) ad Carolum in Germaniam Paderbornam venit, & Romam reductus eſt.

Anno 796. Bellum Hunnicum Pipinus, Caroli filius, confecit.

Anno 797. Carolus Saxonibus univerſis in deditionem acceptis, Heriſtallium ad Viſurgim condit, ſed cum Godeſchalcum, legatum ejus ad Sigefridum, Daniæ Regem, contra jus gentium intercepiſſent, & juſtitiæ miniſtros occidiſſent, eos compeſcuit, an. 798. An-

(1) Contra Hunnos, utpote Thaſſilonis ſocios, an. 791. ſuſceptum, atque octavo anno finitum, parte Pannoniæ Hunnis oblata, quæ propriis Marchionibus ſubjecta Marchiæ Orientalis nomine venire ſolet, & Archi-Ducatui Auſtriæ initium dedit. Vid. *Eginh.* cap. 13. & *Schonleben* in Carniola T. I.

(2) Imo anno 781. Rotrudis deſponſata fuit Conſtantino, ſed quo minus Matrimonium hoc fuerit conſummatum, impedivit ejus Mater Irene, quæ metu, ne Imperium Orientale cum Occidentali conjungeretur, Mariam Armenicam filio in Matrimonium dedit. *Eginhartus* cap. 19.

(3) Diploma Epiſcopatus Bremenſis anno 788. inſtituti refert *Schaten.* fidemque ejus aſſerit p. 514. & ſeqq.

(4) Quod Obotritos, Francorum fœderatos, aſſiduis incurſionibus laceſſiverint. *Eginh.* c. 12.

(5) Schola potius, *Monach. S. Gallenſis* lib. I. c. 1. quæ Seculo demum XII. Academiæ formam accepit. *Parquierius* in *Diſquiſ. Rer. Franc.* lib. 3. c. 23. *Anton. Pagius* Hiſt. Crit. ad ann. 802. T. III. p. 434.

(6) Eruris videlicet oculis & lingua amputata, ut *Eginhartus* refert c. 28. de quo tamen *Ado* Viennenſis, *Otto* Friſingenſ. lib. 5. c. 30. merito dubitant. Certe linguam ipſi amputatam haud fuiſſe, ex eo liquet, quod poſtea jurejurando ſe purgaverit a criminibus objectis, niſi eodem miraculo id factum putes, quo *Epiſcopos linguis radicitus exciſis panas ſuas locutos fuiſſe*, *Juſtinianus* refert lib. I. Cod. Tit. 27. de *Officio Præf. Prat.*

Digitized by Google

Anno 800. Romam cogitans, ad Galliæ littora vadit, classem in Normannos instruit in Turonibus ad sepulchrum S. Martini divertit, ibique uxorem Lutgardam ex morbo amittit, & Aquisgranum regressus, filium Pipinum in Beneventanos ire jubet, quem secutus, Romæ a Leone Carolus *Augustus coronatus, Magnus, Pacificus, & Imp. Rom. salutatus*, (1) *eique vita & victoria acclamata:* Pipinus Rex Italiæ inungitur.

Anno 801. Legato Persico audito, Vercellis substitit.

Anno 802. cum Irene Imperatrice unitus, cum illud non ferret Nicephorus, illa in Lesbum deportata, legatos suos anno 803. ad Carolum mittit, quibus fœdere inito dimissis, Saxones & Francos reconciliat. Eodem tempore Vehm (2) & Freygedingh ad coërcendos Westphalos constituit, quo reus deprehensus per occultos Scabinos, ubicunque loci repertus, supplicio affectus, quod Fridericus & Maximilianus Cæsares postea reformarunt.

Anno 803. S. Suibertus canonizatus a Leone IV. præsente Carolo & Episcopo Colonienſium Hildebaldo.

Anno 804. Saxones trans-Albiani & Vemodiani Frisii in Flandriam transferuntur, & sic bello Saxonico finis impositus.

Anno eodem S. Wiho, alias Vito sive Vitus, qui an. 781. Osnabrugensis Ecclesiæ Episcopus a Carolo constitutus, de donatione nemoris, & linguæ Græcæ atque Latinæ professione diploma accepit. (3)

Anno 805. Zecho, Bohemiæ Dux, a Caroli filio trucidatur.

Anno 806. Saraceni ab eodem in Italia reprimuntur.

Eodem anno, conventu Francorum in villa Theodonis habito, Imperium inter tres filios dividit, (4) & Frisiam cum Francia, Burgundia, Neustria, Thuringia, & Saxonia Carolo; Ludovico Aquitaniam; Pipino Italiam assignat; conventu finito, Mosella Rhenum ingressus, Neomagum descendit, indeque Aquisgranum redit.

Anno 807. Legatum Regis Persiæ (5) audivit, quo tempore etiam Caroli filii res

(1) Nimis Carolo adulatus *Eginhartus* c. 28. quando *Ecclesiam ipsum non intraturum fuisse*, refert, *si consilium Pontificis præscire potuisset.* Quis enim crederet, Carolum Pontificis consilium penitus ignorasse? Id vero ex Monacho S. Galli lib. I. c. 28. quoque liquet, quod Imperium *precario* a Pontifice non obtinuerit, ut adulatores Pontificii clamitant.

(2) Sive Veme & Vemengericht, Vemeding, a Vehmen s. Vervehmen, i. e. verdammen, verweisen, verlästern, verfolgen, quia desertores Religionis Christianæ per sententiam illius judicii ex hominum numero ejiciebantur & execrabantur; vel a Vehme *Sanctum*, quia judicium illud speciem Inquisitionis Hispanicæ habuit, unde & in antiquis Schedis dici solet, das heilige heimliche Gericht, alias das Wette-Gericht, a Wette, *pœna*, quasi das peinliche Gericht. A Carolo M. illud fuisse institutum, negant *Conringius* Dissert. de *judiciis Reipubl. Germanicæ*, & Illustr. *Thomasius* Dissert. *de vera Origine, Progressu, Natura & Interitu judiciorum Westphal.* quod Scriptores æquales & multorum post Seculorum nullam ejus judicii a Carolo instituti mentionem fecerint, ejusque leges forma nimis Barbaricæ fuerint, quam ut Carolo M. adscribi possint. Verum enim tanti rationes illæ mihi non videntur, ut Carolus propterea Autor ejus judicii haberi non possit. Certe illis posthabitis originem ejus judicii ad Carolum M. referendam esse, præter alios multos eruditos Viros censuerunt *Hermannus Adolphus Meinders* in Dissert. *de judiciis Centenariis*, atque *Philip. Dattius* de *pœna publica* lib. 4. c. 2. quem vide quoque ibidem de abusu & interitu ejus judicii.

(3) Quod referunt Illustr. Episcopus in *Monum. Paderborn.* p. m. 299. atque *Schaten.* H. W. pag. 612. suppositium vero esse, contendit *Cointius* A. E. T. VI. ut & *Papebrochius* in Propyl. Act. Sanct. Mens. Apr. T. 2. quem posteriorem tamen literis ad Episcopum Paderbornensem sententiam suam revocasse, monet *Schaten.* pag. cit. in margine.

(4) *Adelmus* ad ann. 806. *Conventum*, ait, *habuit Imperator cum Primoribus & Optimatibus Francorum, de pace constituenda & conservanda inter filios suos & divisione Regni faciendа in tres partes, ut sciret unusquisque illorum, quam partem tueri & regere debuisset, si superstes illi eveniret. De hac partitione & Testamentum factum & jurejurando ab Optimatibus confirmatum.* Tabulas memorati Testamenti refert *Pithœus* p. 283. in Script. XII. Coæt. Ex illa vero partitione & Testamento non sequi, Carolum M. absoluta potestate Francorum Regno præfuisse, recte monet *Schurzfl.* Dissert. de *Divis. Imp. Carol.* §. 10. Duo vero priores filii, Carolus & Pipinus Patre adhuc vivo obierunt, solusque *Ludovicus* Imperium obtinuit post obitum Patris.

(5) Aaronis, qui horologium miri artificii Carolo simul misit. *Eginh.* in vita Caroli M. cap. 16. *Annales* ap. Reuber. a. 807.

Digitized by Google

Eccleſiaſticas in ditionibus ſuis emendant. Eodem etiam anno Witekindus M. Vernekini filius, Diderici nepos, Sighardi, Angriæ Ducis, pronepos, a Gerolpho, Sueviæ Duce, cæſus, (1) cadaver ejus Angriæ ſepultum, poſtea tamen Paderbornam translatum eſt, ſucceſſit ei Vigpertus, qui ex Sindacilla, Adgilli II. Friſii filia, Brunonem & Valbertum genuit.

Anno 808. Godefridus, (2) Daniæ Rex, fœdus cum Carolo initum rumpit, & Friſios invadit per Olaum, qui ab illis victus, anno 809. apud Præfectum eorum ſe excuſavit, anno vero 810. Friſios denuo vexavit, & tributarios reddidit, contra quos Carolus ad Lippenhemum, Cliviæ emporium, transmiſſis copiis movit.

Anno 809. S. Ludgerus, in villa Billerbecka mortuus, in cœnobio Werthinenſi conditur.

Anno 811. Imp. Conſtantini Legatos Aquisgrani dimittit, ſuosque addit.

Anno 812. Conventu publico pro more habito, Bernardum, ex Pipino filio nepotem, VVallone, patrui filio, ſocio addito, in Saracenos, in Italia graſſantes, mittit.

Anno 813. finibus imperii Occidentalis ad mare ſuperum Siponto, ad inferum vero Neapoli conſtitutis, a Leone IV. Papa, & Carolo Rege approbatis, legatos Rex Conſtantinus (3) ad pacem ineundam mittit.

Eodemque anno curis ingravescens, & ætate, Ludovico filio Succeſſore nominato, omnibusque etiam in Francia pro Eccleſia Moguntiæ, Rhemis, Thuroni, Cabillonii, Arelati conciliis celebratis, poſtquam Saraceni Vaticanum ſpoliaſſent, anno 814. moritur, Aquisgrani conditus; Succeſſit *Ludovicus*, natus anno 778. & an. 797. Hermingardæ, Nigrami, (4) Comitis Aquitaniæ filiæ, copulatus. Hic anno 810. Vaſcones domuit, anno 813. a Patre coronatus, anno 814. Saxonibus & Friſiis libertatem reſtituit, (5) an-

Ludovicus Pius.

(1) Unde bellum iſtud Wittekindi cum Suevis fuerit ortum, vid. *Cranz.* Saxon. l. 2. c. 24. *Schat.* H. W. p. 624. de progenie vero & poſteris Wittekindi eundem, ut & *Schurzfl.* Diſſert. de *Wittekindo M.* Monumentum vero Wittekindo in vico Engern poſitum, & a Carolo IV. Imperatore renovatum, in *Monum. Paderb.* p. nu. 137.

(2) Quem adeo vana ſpe inflatum fuiſſe, refert *Eginh.* c. 14. ut totius ſibi Germaniæ *promiſerit poteſtatem, atque jactaverit, ſe brevi Aquisgrani, ubi Regis comitatus erat, cum maximis copiis adventurum. Nec dictis ejus*, (ibidem addit,) *quamvis vaniſſimis, omnino fides abnuebatur, quin potius putaretur tale aliquid inchoaturus, niſi feſtinata morte fuiſſet prævectus.* Certe Carolum M. *effuſo gaudio exultaſſe, & nihil eo caſu* (cæde nimir. Gothifridi) *unquam fortunæ jucundius obvenisſe*, confeſſum fuiſſe, teſtatur *Saxo Grammaticus* lib. 8. vid. quoque *Schaten.* p. 627. *Schurzfl.* de *Reb. Danicis.*

(3) Cum Nicephoro potius pacis iſtud negotium fuit ſuſceptum, ſed ſub ejus Genero & Succeſſore Michaële perfectum. *Annales Pith. Adelmus* a. 812. 813.

(4) *Autor* Vitæ Ludovici Pii apud *Freher.* p. 449. *Nigrannum*, *Albericus* a. 833. *Nemericum*, *Annales* vero *Pith. Ingranum* appellant, Andiumque Dueem.

(5) Qua de re *Autor* Vitæ Ludovici Pii apud *Pithœum* p. 362. *quo etiam*, ait, *tempore Saxonibus atque Friſonibus jus paternæ hæreditatis, quod ſub Patre ob perfidiam legaliter perdiderant, Imperatoria Clementia reſtituit.* Quæ ita nolim accipias, ac ſi Carolus Saxones libertate omni ipſis adempta ſibi ſubjecerit. In Regnum enim Francicum eosdem fuiſſe receptos, ſed autonomia retenta, quod *Eginh.* teſtatur cap. 7. ubi *Saxones*, ait, *Francis adunatos fuiſſe, ut unus cum eis populus fuerint effecti. Poëta* Saxo T. I. S. R. B.

Nobilis hic annus longi certamina belli
Tandem, Saxones inter Francosque peracti,
Firmo perpetuæ concluſit fœdere pacis.
Auguſtus Pius ad Sedem Salz nomine dictam
Venerat, hanc omni Saxonum Nobilitate
Collecta, ſimul has pacis leges inierunt:
Ut toto penitus cultu rituque relicto
Gentili, quem Dæmonica prius arte colebant
Decepti, poſthæc fidei ſe ſubdere vellent
Catholicæ, Chriſtoque Deo ſervire per ævum.
At vero cenſum Francorum Regibus ullum
Solvere nec penitus deberent, atque tributum,

Cun-

anno 816. mortuo Leone IV. a Stephano IV. Succeſſore ejus, Rhemis coronatus (1) Cal. Septembr. & Auguſtus appellatus, anno 817. triduo ante Paſcha finito ſacro Aquisgrani domum rediturus, ruina porticus antiquæ putridæ fere opprimitur, (2) ſed intra viceſimum diem ſanitati a Medicis reſtitutus, Neomagum proficiſcitur, & venationi indulget, inde Aquisgranum revertitur, & conventu populi habito, Lotharium, filiorum natu maximum, Imperatorem dicit & Regni Conſortem, (3) cæteros vero Reges nominatos, Ludovicum quidem Bojariæ, Pipinum vero Aquitaniæ præficit. Ludovicus cum uxore Hemma an. 821. eo profectus, Reginoburgii habitare & regnare cœpit, teſte Joan. Aventino, Bojorum hiſtorico. Bernardus igitur, Pipini filius, Caroli Martelli nepos, Italiæ Rex, ſuam dignitatem inminutam ratus, adverſus patruum, inſtinctu Valonis, propinqui ſui, & aliorum PP. novis rebus ſtudet, Alpium anguſtias occupat, & præſidiis firmat, ſed detecta conjuratione Majeſtatis reus damnatus, & occæcatus, (4) inque monaſterium detruſus, triduo poſt anno 818. 17. Aprilis moritur, nec contentus ſola Bernardi morte, etiam Dragonem Theodoricum, & Hugonem, fratres naturales, tondere, S. Adelbertum, Corbejæ Abbatem, propinquum, Bernardi filium, Valonis fratrem, in inſulam deportari (5) juſſit. Dehinc in Britannos proficiſcitur, indeque regreſſus, Andegavi Irmgardim uxorem 3. Octob. amittit, & Heriſtallum ea ſepulta repetit, & Aquisgranum in hyberna pergit, conventu ob ordinis Eccleſiaſtici reformationem (6) habito, tum Procerum voto Juditham, (7) Welphi filiam, Iſibrandi ex Ermentrude, duodecim filiorum uno partu natre, neptem, ſecundam ſuperinducit. Anno vero 821. Kal. Maj. Imp. Ludovicus diviſionem regni factam Neomagi in conventu promulgat: Lotharii primogenito Ermgardim, Hugonis Comitis filiam, ſolenni apparatu Aquisgrani jungit. Anno 822. Attiniaci in conventu tribus fratribus naturalibus

&

Cunctorum pariter ſtatuit ſententia concors,
Sed tantum &c.
Tum ſub judicibus, quos Rex imponeret ipſis
Legatisque ſuis permiſti Legibus *uti*
Saxones Patriis & Libertatis *honore.*
Hoc ſunt poſtremo ſociati fœdere Francis,
Ut Gens & populus fieret concorditer unus,
Ac ſemper Regi parens æqualiter uni.

Igitur de Libertate potius, quæ Saxonibus, aliorſum teſte *Eginh.* l. c. translatis, reſtituta fuit, *Autorem* Vitæ Ludovici loqui, veroſimilius eſt.

(1) Una cum Auguſta Irmengarde *Coronis Aureis* miræ pulchritudinis, quas Pontifex ſecum apportaverat. *Theganus* de *Geſtis Ludovici Pii*, c. 17. p. 303. apud *Pitheum.*

(2) Ut refert *Autor* Vitæ Ludovici Pii apud *Pitheum* p. 367.

(3) Adeo ut Diplomata quoque utriusque nomine fuerint ſcripta, quorum exempla vide apud *Mabillonium* lib. 6.

(4) Cujus rei, cum Bernhardus triduo poſt moreretur, Ludovicum valde pœnituit, teſte *Theganо* c. 23. qui *Tertio*, ſcribit, *dite poſt amiſſionem luminum Bernhardus obiit, quod audiens Imperator, magno cum dolore flevit multo tempore, & confeſſionem dedit coram omnibus Epiſcopus ſuis, & judicio eorum pœnitentiam ſuſcepit.*

(5) Imo *totondit*, ac per monaſteria ſub libera cuſtodia commendavit. *Nithardus* apud *Pitheum* p. 435.

(6) De qua *Autor* Vitæ Ludovici Pii apud Pithœum p. 368. *Imperator generalem conventum habuit Aquisgrani, in quo quantum ſervoris circa divinum cultum in Arca pectoris geſtaret, toto adniſu declaravit.* Poſt quæ ipſa reformatio recenſetur, atque in Norma Vitæ Canonicæ conſiſtit, peculiari libro eam in rem confecto. Epiſcopos quoque non ſolum ex ordine nobilium, ſed privatæ conditionis hominibus, ipſum voluiſſe eligi, refert *Autor* Vitæ Ludovici p. 305. verum ſuo malo, quippe cum iidem inſolentes poſtea facti filii, rebellibus contra patrem adhæſerant. *Ibid.*

(7) *Annales Pith.* a. 819. *Imperator inſpectis pleriſque Nobilium filiabus, Juditham, filiam Huelpi Comitis, duxit uxorem. Theganus* cap. 26. *Sequenti vero anno accepit filiam Welfi Ducis, qui erat de nobiliſſima ſtirpe Bavarorum, & nomen Virginis Juditham, quæ erat ex parte matris nobiliſſimi generis Saxonici.* Vid. quoque *Ladisl. Sundheimii* Famil. Guelphorum, & Arbor. Genealog. eorund. ap. *Leibniz.* T. 1. S. R. B. p. 800. 801.

Digitized by Google

& propinquis reconciliatur, ob Bernardum occiſum ſponte ſibi pœnitentiam injungit, & Adelhardum, Valonis fratrem, Corbejam novam (1) in Saxonia condere jubet, eodem anno Lotharius filius a Paſchali Papa Romæ coronatus; ipſe Compendii jejunium ob prodigia anno 823. indixit. Anno 824. menſe Junio ex Juditha uxore naſcitur ejus filius Carolus, poſtea Calvus appellatus. Anno 825. Synodum Pariſiis ob imagines indicit, in qua *eas adorationis ſuperſtitione remota, memoriæ & amoris cauſa retinendas* decretum. Pace cum Godofredi liberis confirmata, Harioldus, Daniæ Rex, Moguntiam venit ad S. Albanum cum omnibus ſuis baptizatus, (2) cum quo in Daniam ſocio Audberto Anſcarius Friſius, Ultrajecti in ſchola Gregorii Epiſcopi III. inſtitutus, indeque Corbejam Saxoniæ delatus, anno 826. profectus, multos ad Chriſti fidem convertit, & ab illis ad Suedos porro migravit. Anno 827. Saraceni ductore Euphemo, Siciliæ Præfecto, qui ob raptam monialem ad illos transfugerat, Siciliam, Calabriam & Appuliam occupant; & anno 828. ex Hiſpania Galliam infeſtant. Anno 829. Imperator Wormatiæ conventu habito, Lotharium filium in Italiam mittit, Bernhardum, Septimaniæ Comitem, cubiculo ſuo præficit, eique filium Carolum Calvum in manus dat, & ſecundas in imperio partes agere jubet; qui cum anno 830. poteſtate hac abuteretur, Proceres Galliæ, imprimis Eccleſiaſtici, ubi Pipino, Aquitaniæ Regi, conſuetudinem ſtupri Bernhardi cum Juditha noverca perſuaſiſſent, contra ipſum inſurgunt, illumque cum fratribus Conrado & Rudolpho attonſis in monaſterium S. Radegundis detrudunt, & Pipino in Aquataniam ſervandos mittunt, quæ Lotharius, filius primogenitus, adprobavit, (3) Germani autem Imperatorem ab adverſa factione liberant, Hilduino, S. Dionyſii Abbate, Paderbornam, Valone Corbejam relegatis, reliquis conſpirationis ſociis dimiſſis, (4) Juditha ſorore cum fratribus, venia prius ab ipſa petita, revocatis, (5) quæ levitas ſimul & lenitas Imperatoris, cucullo, quam ſceptro aptior, (6) damnoſa fuit, eumque in contemptum adduxit, cum enim Carolo filio (cum Lothario pactus) primam Rhætiam, Alemanniam atque Burgundiam attribuiſſet, Lotharius ab Hugone ſocero, fratre etiam Pipino, cui Aquitania erepta erat, excitatus contra patrem inſurgit, & Gregorio IV. Pontifice adſtipulante, patrem in poteſtatem accipit, uxorem novercam ab eo abducit, & in Italiam relegat, Carolum filium in monaſterium detrudit, & tandem patre in monaſterium Dionyſii relegato, (7) ſolus rerum potitur. Ludovicus autem Procerum hortatu (8) an. 834. imperium iterum

(1) Quæ nova dicta fuit reſpectu veteris in Picardia, cujus Abbas Adelhardus Senior Caroli M. Conſanguinei fui, juſſu Monaſterium illud condere voluerat, quod Conſilium Adelhardus Junior & Succeſſor Senioris ſub Ludovico Pio perfecit, Cœnobio in loco *Hechi* a. 872. primum condito, indeque *Huxeram* poſtea cum reliquiis S. Viti translato, *Annal. Corbej.* & *Chron. Huxar.* in Paullini *Syntag. Rer. Germ.* ejusque Diſſert. V. ibid. de *Advocato* & *Cuſtod. Lipſ. S. Viti. Schaten.* Annal. Paderb. Part. I. p. 54. 76.

(2) *Theganus* cap. 33. *Sequente anno erat in Palatio Ingelheim, & ibi ad Eum venit* Eriolt *de Danis, quem Dominus Imperator elevavit de fonte baptismatis, & uxorem ejus elevavit de fonte Domina Judith Augusta.* Vid. quoque *Annal. Pith.* a. 826. *Pont.* lib. IV. H. D. *Schaten.* A. P. p. 81. ſeqq.

(3) Cauſa malorum erat nova regni diviſio a. 829. in favorem Caroli Calvi, reliquorum autem filiorum detrimentum facta, *Theganus* cap. 35. *alio*, ſcribit, *anno Wormatiam venit, ubi & Karolo, filio ſuo, qui erat ex Judith Augusta natus, terram Alemannicam & Rheticam & partem aliquam Burgundiæ coram filiis ſuis Lothario & aquivoco ſuo Ludovico tradidit, & inde illi indignati una cum Pipino Germano illorum.*

(4) Vide Autorem Vitæ Ludovici Pii apud *Pith.* p. 397. ſeq.

(5) Una cum Bernhardo, *qui in Palatio Theodonis de objecto ſtupro ſe purificavit, poſtquam nullus inventus eſt, qui auſus fuiſſet cum armis jam dictum rem ei imponere. Theganus* c. 38. Videlicet ad Duellum pro more temporis illius ſe obtulit Bernhardus.

(6) Quippe *Pſalmodiis* adeo occupatus, & lectionibus *aſſiduus*, ut Conſiliariis ſuis negotia publica relinqueret. *Theganus* c. 20. Non immerito propterea Numæ Pompilio comparat *Schurzfl.* Diſſert. *de diviſione Imp. Caroli*, §. 24.

(7) Poſtquam criminum falſo objectorum ſe reum profiteri coactus fuiſſet. Vide *Exauctorationem Ludovici Pii* apud *Pith.* p. 322.

(8) Epiſcoporum præcipue, ita tamen, ut Ludovicus errorum ſuorum pœnitentiam agere debuerit. *Theganus* c. 48. 55. Cit. *Exauctor.*

Digitized by Google

rum capeſſit, & quia Lotharius in Italia antiquum obtinet, in eum movere conſtituit, ſed a Normannis, Friſiam, Duroſtadium, Antwerpiam, & Vvittam, Emporium ad Moſam tum celebre, vaſtantibus, retractus eſt. Eodem tempore, anno nimirum 832. Hildegrinus, S. Ludgeri frater, Salingenſtedenſis, poſtea Oiſtervicenſis, nunc Halberſtadienſis Epiſcopus, anno 785. a Carolo M. præfectus, moritur. S. Ansgarius Hamburgenſium ad Albim conſtituitur Archiepiſcopus, (1) ut cunctis illis vicinis Danorum, Suecorum, Slavorum nationibus Evangelium annunciet, & doctrina atque moribus præſit, a Drogone, Metenſi Epiſcopo, conſecratus, addito ſocio Ebone, Archiepiſcopo Rhemenſi, anno 833. a Ludovico Imperatore ob ingenium & eruditionem ſedi Romanæ præfecto, ſed conjurationem anno 835. cum filiis deprecante, reſtituto, qui tamen Gaudebertum ſubmiſit, Simonem vocatum, Suedorum Apoſtolum. Anno 836. reliquis conjurationis ſociis peſte extinctis, Rixfrido Ludovicus B. Fridericum Adelenſem Friſium ſuffecit, qui eum inceſtus accuſavit, ob quod a Juditha Imperatrice odio habitus internecino; Friſiam nihilominus anno 838. cum ſocio Odulpho ab Arrianiſmo purgans, Odulphus a ſicariis duobus a Juditha ſubmiſſis interemptus eſt, poſtea etiam Fridericus in ſacrario eodem anno 18. Julii occiſus Ultrajecti; hoc eodem anno obiit Pipinus, Aquitaniæ Rex, relictis Pipino & Carolo, filiis impuberibus. Ludovicum vero, Bavariæ Regem, ut privignum, oderat Juditha: Lotharium igitur, Italiæ Regem, Carolo Calvo filio tutorem dat, Regem Neuſtriæ ſeu Franciæ Orientalis a patre deſignatum, quod a meridie a Moſa jacet, Lothario confert, & nepoti Pipino obſequiorem vitam iratus, Carolo Aquitaniam quoque addidit, tandem Lothario inſignibus imperii traditis, Ludovico injuria remiſſa, in præſentia Dragonis, Epiſcopi Metenſis, theſauro privato diſtributo, Francofurto ſecundo Mœno in inſulam Rheni prope Engelheim deportatus, Cal. Jul. anno 840. ætatis 64. e vita migrat, Metis in baſilica S. Arnulphi conditus. Ludovico Pio Imperatore mortuo, etſi prius filiis imperium diviſerat, Lothario, natu maximo, Italiam cum Imperatoris titulo, Pipino, Pipini ſecundo geniti filio, Aquitaniam, Ludovico, tertio genito, Bojariam, Carolo Calvo, ex ſecunda uxore Juditha, Welphi filia, nato, Franciam aſſignando, illi tamen ob iniquitatem, ut putarunt, diviſionis, diſcordes facti, de familia herciſcunda certarunt, imo Lotharius, tanquam natu maximus, literis in Germaniam & Galliam miſſis, totum imperium ad ſe trahere (2) conatus eſt, & primo impetu in militem fratris Ludovici Moguntiæ facto, eum diſturbat, & Francofurtum tendens, fratrem primo profligat, verum ab illo animo reſumpto ita repellitur, ut pactis inducias diſceſſerit, & in Carolum, fratrem minorem, arma converterit, Ludovicus vero Rheni dextram ripam interea præſidio firmat, quod intelligens Lotharius, ab infectatione Caroli regreditur, & anno 841. Wormatiæ

(1) Eccleſiam Hamburgenſem Carolus M. jam inſtituerat, atque in Epiſcopatum erigere decreverat, cujus conſilium filius Ludovicus demum perfecit: Verba Ludovici in Diplomate apud *Lambec. Orig. Hamb.* P. I. ſunt: *Progenitor noſter glorioſæ memoriæ Karulus omnem Saxoniam Eccleſiaſticæ Religioni ſubdidit, jugumque Chriſti ad usque terminos Danorum atque Slavorum, corda ferocia ferro perdomans, docuit, ubi inter has utrasque gentes Danorum ſ. Venedorum ultimam Saxoniæ partem ſitam, & diverſis periculis temporibus videlicet & ſpiritualibus interjacentem perſpiciens, Pontificalem ibidem ſedem fieri decrevit trans Albiam - - Sed quia conſecrationem jam dicti Viri* (Amalarii) *velox ex hac luce tranſitus Pii genitoris noſtri fieri prohibuit - - ne quid ejus imperfectum remaneat, ſtatuimus, una cum conſenſu Eccleſiaſtico præfata ultima in Regione Saxonica trans Albiam in loco nuncupato* Hammaburg *cum univerſa trans-Albinorum Eccleſia proprii Vigoris conſtituere ſedem Archiepiſcopalem, cui primum præeſſe atque ſolenniter conſecrari per manus Drogonis, Metenſis & ſummæ ſanctæ Palatinæ Dignitatis Præſulis*, Ansgarium *fecimus Archiepiſcopum. Gregorius IV.* P. R. in Diplomate confirmationis apud *Lambec.* c. l. *ipſum*, ait, *filium noſtrum, jam dictum* Anſcharium, *& ſucceſſores ejus legatos in omnibus circumquaque gentibus, Danorum, Sueonum, Nortwoborum, Ferſie, Gronlandon, Halfingolandam, Irlandam, Scridevindum, Slavorum, nec omnium Septentrionalium & Orientalium nationum quocunque modo nominatarum delegamus, ipſamque Sedem Nort-Albingorum* Archiepiſcopalem *eſſe decernimus.*

(2) Tanquam major natu, atque ex ultima, ut ajebat, Patris voluntate, minis & promiſſionibus id agens, ut Franci jusjurandum fideliter ſibi Aquisgrani præſtarent. *Annal. Pith.* a. 839. 840. *Nithardus* lib. 2. initio.

riæ Rhenum tranſiens, Ludovicum Franconia pellit, & in Bojariam reverti cogit, qui Carolo fratri conjunctus ſinul bellum contra Lotharium gerit, & ad 3. Id. Maj. Adelberto, Comite Metenſi, Auſtraſiæ Duce, omnium diſcordiarum inter fratres incenſore, ſublato, primum bellum deprecantur, ſed cum is, propoſiti pertinax, nihil æqui reſponderet, eum ad 7. Cal. Julii, hora 2. in agro Alcedonenſi, juxta villam Fontenaram, (1) luctuoſo & toti fere imperio exitiabili prælio, in quo totius Franciæ nobilitas, & omnium regnorum quaſi robur occubuit, vincunt, caſtris exuunt, & Aquisgranum fugere compellunt; cadaveribus autem utrimque cæſorum terræ commendatis, a fratris etiam ulteriori perſecutione abſtinentes, victoria, Deo de ea gratiis actis, modeſte utuntur. Lotharius autem imperii avidus, Saxonibus, ut in ſuas partes tranſirent, liberrate religionis ethnicæ permiſſa, Normannis in Chriſtianorum cervices inductis, ut eorum opera fratres debellaret, & Friſia quoque Translavicana dativo Regi, ut ejus auxiliis ſublevaretur, anno 842. donata, diverſis expeditionibus binos fratres divexavit, qui ob id Argentinæ juramento interpoſito arctius contra eum uniti ſunt, donec eo ad mitiorem ſententiam redeunte,
Lothar. III. anno 843. Verduni (2) per 120. arbitros *Lothario* Imperatoris & Auguſti nomen, cum Italia, Gallia, Belgica, Celtica, Narbonenſi & Seguinis: Ludovico Germania magna: Carolo Gallia Belgica ſecunda, cum Gallia Lugdunenſi ſeu Celtica usque ad Moſam, quæ hodie Francia occidentalis, ejusque caput Luretia: Pipino Aquitania attributa. A Lothario regnum ejus Lotharingia (3) dicta, cujus filium Ludovicum Sergius Papa, Gregorii IV. ſucceſſor, Id. April. anno 844. Romæ Italiæ Regem conſecrat. Verum cum Carolus Calvus in fratris filium Pipinum moveret, Normanni Sequanam fluvium claſſe ingreſſi, Pariſios, Friſios, Hamburgenſes ſpoliant anno 845. Anno 846. Giſelberrus, Aquitaniæ Præfectus, filiam Lotharii Imperatoris rapuit. Anno 847. Otgario, Archiepiſcopo Moguntino, mortuo, Rabanus Maurus ſuccedit, qui cum Vilfrido, alias Strabone, S. Galli Abbate, & Rudolpho, monacho Fuldenſi, hoc ſeculo floret; & anno prædicto 847. Rabanus juſſu Ludovici, Regis Germaniæ, Moguntinæ Synodum habet, (4) in qua vivendi ratio ſacerdotibus præſcripta. Anno ſequenti ibidem alius conventus contra Godeſchalcum de prædeſtinatione (5) inſtitutus eſt. Anno 849. Leo V. in munienda Roma a Lothario &

Lu-

(1) *Annales Pith.* a. 840. *Uli* (in Gallia) *cum convenissent tres fratres in regione Alcedonense juxta villam Fontinatam, & de partitione Regni concordare non possent, renuente Hluthario, qui sibi Monarchiam vindicabat, ferro decernendum, & Dei judicio causam examinandam decreverunt. Factumque est inter eos prælium ingens & tanta cædes ex utraque parte, ut nunquam ætas præsens tantam stragem in gente Francorum antea factam meminerit.* Vide quoque *Nithardum* lib. 2. *Rhegin.* a. 840.

(2) Diviſione hac Virdunenſi quid ſingulis obvenerit, ita referunt *Annales Bert.* ad cit. a. *Carolus ad conditum fratribus obviam, penes Virodunum conjungitur, ubi distributis portionibus Hludovicus ultra Rhenum omnia, citra Rhenum vero Nemetum, Vangionem & Moguntiam Civitates pagosque sortitus est. Lotharius inter Rhenum & Scaldim in mare decurrentem & rursus per Cameracensem, Hainnaum, Loemsem, Castritium & eos Comitatus, qui Mosæ citra contigui habentur, usque ad Ararem Rodano influentem, & per desexum Rodani in mare cum Comitatibus similiter utrinque sibi adhærentibus. Cætera utque ad Hispaniam Carolo assernt.* Vide quoque *Annales Metenſ. Rhegin.* ad cit. ann. *Nithardum* lib. 3. & *Obrechtum* in Prodr. Ret. Alſat. cap. 6.

(3) Juxta *Rheginonem*, qui a. 842. *porro*, ait, *Lotharius, qui & major natu erat, & Imperator appellabatur, medius inter utrosque incedens regnum sortitus est, quod hactenus ex ejus Vocabulo* Lotharingia *nuncupatur.* Verum rectius *Annales Metenſes* appellationem illam a filio ejus Lotharii arceſſunt, ex quo in diviſione ditionum Paternarum ao. 855. huic, obvenit tractus inde ab Alſatia ad Oceanum; *æquivoco vero suo*, i. e. *Lothario, Regnum, quod ex suo nomine vocatur, concessit.*

(4) Prioris Synodi Moguntiæ ſub Rabano anno 847. habitæ præcipua occaſio fuit, quod frequentes ad Imperatorem querelæ deferrentur, a Laicis bona Eccleſiaſtica pariter ac Clerum invadi, ut liquet ex cap. 6. & 7. Decretorum ejus Synodi, quippe quibus immunitas Rerum Eccleſiaſticarum & Poteſtas Cleri in rebus Eccleſiæ aſſeritur. Ceterum Capitula ejus Synodi XXXI. referuntur a *Binio* Edit. Pariſ. T. VI. *Labbeo* T. VIII.

(5) Fuit Gotheſchalcus Monachus Orbacenſis Parœciæ Sueſſionenſis, natione, ut nomen indicare videtur, Germanus, qui lectis aſſidue Auguſtini libris, ejus ſententiam de libero arbi-

trio

Ludovico fratribus adjutus. Anno 850. Hieronymus Anglus Evangelium apud Hollandos Nortinos annunciare cœpit, a Normannis imprimis, Ultrajecti tum graſſantibus, occiſus, ob quos coërcendos a Carolo Calvo, Rege Galliæ, Robertus, (1) Witekindi filius, Dux Andium inter Legerim & Sequanam conſtitutus. Anno 851. Ermingardis regina, Lotharii uxor, Ludovico, Lothario, atque Carolo relictis liberis, moritur. Anno 852. nova, (2) jubente Ludovico, Germaniæ Rege, Moguntiæ Synodus celebrata. Carolus autem Calvus Pipinum, fratris ſui Pipini filium, capit, & anno 853. monaſterio includit. Contra hunc Ludovicus, Germaniæ Rex, anno 854. movet. Lotharius vero Imperator anno 855. ubi filiis, Ludovico Italiam cum Imperatoris titulo, Lothario regnum Auſtraſiæ, quod tunc Lotharingia audiebat, Carolo Burgundiam Provinciamque tribuiſſet, delicta juventutis recolens, (3) depoſita Cæſarie, monachum iſtius ſeculi more induit, & Prumiam monaſterium Treverenſis diœceſis ingreditur, nec diu poſt, videlicet ad 27. Septembr. vitam deſerit. Anno 856. moritur Rabanus. Anno 857. Ludovicus Rex cum Lothario nepote apud Rheni & Moſellæ confluentem colloquitur. Idem Lotharius anno 858. 4. Non. Januar. in monaſterio Prumienſi, Eccleſiæ Ultrajectinæ ſub Hungero Epiſcopo Bergam monaſterium, in Maſo ſitum, donat, quo tempore etiam Normanni & Dani in Hollandia graſſati. Eodem anno *Ludovicus* Rex, Forchemi cum Proceribus ali- Ludovic. II.
quot habito colloquio, Ulmæ conventum indicit, & legatos ibi Ludovici, Italiæ Regis, audit. Inde Francofurti Paſchalia celebrat, & Nicolaus I. Benedicti ſucceſſor, Hamburgenſem & Bremenſem Epiſcopatus in Archiepiſcopatum jungi mandat, (4) eique Anſcharium varie jactatum præficit. Carolus Calvus, mortuo Carolo, Provinciæ Rege, nepote, excluſo fratre Lothario, regnum armis occupare contendit, ſed Lotharius, quondam Ludovici fratris dux, eum a propoſito diſpulit, & cum eodem regnum benigne diviſit. (5) Ludovicus, Germaniæ Rex, tres exercitus, (6) ſub Carolomanno filio in Slavos, ſub Ludovico filio in Obotritos, & Tracholfo (7) in Sorabos, ducit. Inde contra Ca-

trio & prædeſtinatione amplexus fuit, ad perpetuam cuſtodiam ab Hincmaro Rhemenſi Metropolitano ſuo damnatus, quam annos XXI. ſumma animi conſtantia pertulit. *Sigebert. Gembl. & Trithem.* in *Chron. Hirſaug.* quorum tamen ille Synodum hanc perperam ad ann. 849. refert, hic a Lothario convocatum fuiſſe ait. Ceterum vide de hac Synodo *Sirmondum* Concil. T. III. *Anton. Pagium* T. III. a. 848.

(1) Fortis dictus, Proavus Hugonis Capeti, de quo ſupra p. 103.

(2) A quo hæc Synodus fuerit convocata, quidque in ea actum, *Annales Pithœani* a. 852. ita referunt: *Habita eſt Synodus ex voluntate atque præcepto ejusdem Sereniſſimi Principis* (Ludovici Germanici) *in Civitate Moguntia, Metropoli Germaniæ, Præſidente Rabano, Venerabili ejusdem Urbis Archi-Epiſcopo, cum omnibus Epiſcopis atque Abbatibus Orientalis Francia, Bojoariæ & Saxoniæ, & illi quidem de abſolvendis Quæſtionibus Eccleſiaſticis Tractatum habebant; Rex vero cum Principibus & Præfectis Provinciarum, publicis cauſis litibusque componendis inſiſtens, Synodalia eorum Decreta ſuo judicio comprobavit.*

(3) Metu Normannorum, quos expugnare nequiverit, Lotharium Imperio ſe abdicaſſe, ſcribit *Joh. Beka.* Ex mœrore potius, cum res ipſius ex voto non ſuccederent, id factum fuiſſe crederem, quo tædio Carolus V. poſtea Imperio quoque ſe abdicavit. *Schurzfleiſch.* de *Diviſ. Caroli Imp.* §. 45.

(4) Quod ſubtracto Eccleſiæ Hamburgenſi Monaſterio *Turholt*, Clerus non haberet, unde viveret: *Quamobrem*, ait, *Nicolaus P. R.* in Diplomate apud Lambec. in *Chronol. & Aucl. Rer. Hamburg.* lib. 1. *Omnipotentis D E I & Beatorum Apoſtolorum Petri ac Pauli, & hoc noſtro Decreto decernimus ſecundum Reverendiſſimi Ludovici Votum, ipſas prædictas Diœceſes, Hamburgenſem & Bremenſem ſcilicet, non deinceps duas, ſed unam eſſe & vocari ſubdique ſedi, quæ Prædeceſſoris noſtri Decreto Archi-Epiſcopali eſt munere ſublimata.* Scripta fuit hæc Bulla, ut vulgo legitur, *Indictione XII.* Imperii Ludovici (Germanici) XV. ubi tamen *Lambec.* cit. loc. legendum putat *Imp. Ludov. III. Indict. IV.* rectius VI. adeo ut illa conjunctio inciderit in annum Chriſti 858. quo & *Schatenius* illam refert *A. P.* p. 147.

(5) *Annales Bertiniani* a. 863. e quibus illam diviſionem eruit *Schurzfleiſch.* Differt. de *Regno Auſtraſiæ* cap. 2. §. 15. *Rhegino* vero ad annum 858. eam perperam refert.

(6) Juxta Decretum in Comitiis Francofurtenſibus 858. *Annal. Pith.* cit. a. quos vide quoque de ceteris Ludovici expeditionibus contra Slavos inde ab anno 843.

(7) Duce Sorabici Limitis, cui Sorabos præ cæteris, *quaſi ſcienti Leges & conſuetudines Sclavicæ gentis, credidiſſe*, referunt *Annal. Pith.* ann. 849.

Digitized by Google

Carolum fratrem in Galliam ducit, qui ex acie fugit: ideoque anno 859. expeditionis hujus pœnitentia ductus, anno 860. Ludovicus, Carolus, atque Lotharius fratres Confluentiæ uniti sunt. (1) Anno 861. 862. & 863. Ludovicus filium Carolomannum prodirionis ſuſpectum habet, calumniis apud ipſum delatum, (2) qui tamen ſeſe purgavit. Eodem anno 863. Carolus Calvus in Britannos movit, ab illis victus; ſuperiore vero 862. Balduinus Ferreus, Halerbecæ Comes, & Flandriæ Saltuarius, Judītha, (3) Caroli Calvi filia, non invita rapta, a patre oppugnatus, cum bis eum ſuperaſſet, excommunicatus, ſed ſupplex factus ac deprecatus, a Nicolao Pontifice in gratiam recipitur, Comes regni Francici, & Flandriæ Marchio efficitur; anno 863. primus Flandriæ Comes contra Danos & Normannos efficitur. Eodem anno Carolum Calvum apud vicum Pladellæ Theodoriconis, fratri Valgeri, Principis Dani, & Sigeberti, Aquitaniæ Ducis, filio, a Machtilde, Hugonis, Comitis Xantenſis, ſorore, Sigeberti conjuge, commendato, Hollandiam donaſſe volunt, & contra Burggravium Leydenſem & Falckenburgi Dominum, jugum ejus executientes, defendiſſe, ſed melius id Carolo Simplici (4) anno 923. tribuitur. Porro eodem anno 863. Carolus Calvus, (5) repudiata inceſtus prætextu uxore Tietberga, Waldradam concubinam, opera Guntharii Colonienſis, & Tutgaudi Trevirenſis Archiepiſcoporum, ducit, concilio Metis in urbe Mediomatricum, & deinde Aquisgrani habito. Idcirco Tietbergæ fratres hanc tam enormem contumeliam Romam ad Nicolaum Papam deferunt, qui anno 864. legatos, qui in rei veritatem inquirant, in Galliam mittit, ſed hi, muneribus corrupti, Archiepiſcopos ſecum Romam invitant, ubi Pontifex, illis depoſitis, Metenſem & Aquisgranenſem Synodum damnat, & Carolo fulmen excommunicationis minatus, Waldradam omittere, & Tietbergam recipere juſſit. Hic (6) interea cum Britonibus decertabat, & contra eos ſecum fortiter pugnantem Robertum, Witekindi filium, Ducem Andium, anno 864. conſtituit; quo anno etiam Anſcharius Friſius, Archiepiſcopus, & anno ſequenti Rudolphus, Monachus Fuldenſis, mortui. Arſenius, legatus Nicolai Papæ, inter Ludovicum & Carolum, fratres, & Fotaram, fratris filiam, an. 865. pacem componere ſtuduit. Anno 866. convocata Synodo, ad Tietbergæ receptionem Lotharium conſtrinxit, quam tamen, ipſo digreſſo, blanditiis ejus captus, recepit, Tietberga vero ad Carolum Calvum fugiente, Waldrada pellex coronatione privatur: hæc a fratre Hucberto Abbate defenſa eſt, qui a Conrado, Rudolphi, poſtea Burgundiæ Regis, patre, Hugonis Abbatis filio, & Witekindi Saxonis nepote, ad Terbam victus eſt. Carolus Calvus Salomonem, Britanniæ Regem, Heriſpii victorem, in clientelam ſuſcepit, Ludovicus vero, Ludovici Germanici filius, ob ejus in fratrem Carolomanni beneficentiam, in patrem conjurat, quod ſtatim ab Epiſcopis compoſitum. Anno 867. Bulgari legati de Chriſti fide ſuſcepta Ludovico Regi Ratisponæ nunciant. Eodem anno Normannos, Galliam circa Ligerim vaſtantes, Ranulphus, Aquitaniæ Dux, & Robertus, Andium Comes, reprimere tentant, ſed ab iis cæſi ſunt. Contra Saracenos, Beneventum occupantes, Ludovici Imperatoris frater Lotharius ex Burgundionibus ſubſidium mittit, & poſtquam Romæ Adriano, Nicolai ſucceſſori, gratulatus eſſet, anno 869. Placentiæ in reditu

Jo. a Leydis Carm. Harl. in Chron. mag. Holl. a. 517. edit. Joh. de Beka in Epiſc. Ultraj. & Comitib. Holl. Wilh. Heda Præpoſ. Arn. in hiſt. Ultrajecti.

(1) *Annales Bertin.* a. 860. *Ludovicus, Karlus & Lotharius Reges Kal. Jun. apud Caſtrum, quod Confluentes vocatur, conveniunt, ibique de pace inter ſe diu tractantes, tandem concordiam atque amicitiam ipſi per ſe juramento firmant.* Formulam jurisjurandi atque conditiones fœderis, quo Ludovicus quoque Germanicus & Carolus Calvus comprehenſi fuerunt, vid. apud *Baluzium* Capit. T. 2. p. 138. & *Goldaſt.* T. 1. Conſtit. p. 14.

(2) Carolomannum Raſticis, Vinidorum Reguli, auxilio magnam partem paterni Regni usque ad Hin fluvium occupaſſe, refert *Annalista Bertin.* a. 861. Vid. quoque *Annal. Fuld.* ad cit. annos.

(3) Quam Edelwolfi, primum Regis Weſt-Saxonum in Anglia, Conjugem fuiſſe *Reg.* ab *Hoveden* P. 1. p. 413. refert. Vid. quoque *Tab. Geneal.* apud *Tilmerum* in Hiſt. Palatin. poſt p. 126.

(4) Vid. Diſſert. de *Comitatu Teiſterbantiæ*, infra Hiſt. Comit. Cliviæ inſertam, §. 18. 19.

(5) Imo Lotharius, Caroli Calvi ex fratre Lothario Nepos, de cujus divortio a priore Conjuge, & Matrimonio cum Waldrada, Archiepiſcopi Colonienſis Guntharii propinqua, vid. *Annal. Pith.* a. 863. ſeqq. *Hincmarus* de *divortio Lotharii & Thietbergæ*, Oper. Edit. Pariſ. p. 293. *Schaten.* A. P. p. 155.

(6) Carolus Calvus.

Digitized by Google

ditu peſte correptus 8. Auguſti e vita migrat. (1) Carolus Calvus ergo, Ludovico fratre in Italia cum Saracenis luctante, & Ludovico, Germaniæ Rege, ægrotante, occaſioni ſerviens, Lotharii regnum anno 869. occupat, & in Regem Auſtraſiæ Metis ab Archiepiſcopo Rhemenſi ungitur & coronatur. Ea re vulgata, Ludovicus cum Papa ad fratrem legatos mittit, quos audiit quidem, nihilominus tamen ad Alſatiam quoque occupandam contendit, Aquisgrani nativitatem Domini celebrans, an. 870. Neomagum, & inde Compendium abit, ex quo Attiniacum rediit, ibique regni Lotharici inter Ludovicum & Carolum diviſio facta eſt: (2) Vasdam autem non hic Ludovicus, frater Caroli, ſed Lotharius, Rex Franciæ, Ludovici Transmarini filius, Theodorico II. Comiti Hollandiæ, anno 869. donavit. Diviſioni autem factæ Hadrianus II. Papa, inſtinctu Imperatoris Italici Ludovici, contradicens, Lotharii hæreditatem vi occupatam eidem Ludovico reſtitui juſſit, quam ejus importunam inſolentiam ægre ferentes duo Reges fratres, in propoſito perſiſtunt. Caroli autem Calvi filius, Carolomannus, ſacris a patre initiatus, quia contra ejus voluntatem ordinem hunc deſeruerat, anno hoc 870. ex decreto Epiſcoporum, oculorum acie privatur, & Corbejam in monaſterium mittitur. Carolus etiam ejus frater cum Albino, inter aulicos famoſo equite, in tenebris congreſſus, ab eo ignotus oppreſſus eſt, adeoque ſolum Ludovicum, cognomento Balbum, habuit hæredem. Ludovicus vero, Rex Germaniæ, inter tres itidem filios, Carolomannum, Ludovicum & Carolum Craſſum, qui prius anno 871. diſcordes, anno 872. præſente exercitu, diviſionem inſtituit, (3) & anno 873. Francofurti hybernat. Anno vero 874. per Alpes Noricas in Italiam profectus, apud Veronam cum Imp. Ludovico & Johanne VIII. Pontifice colloquium habet, inde reverſus, Forchemi cum Carolomanno & Ludovico filiis verſatur. Inibi legatos Zuentobaldi, Moraviæ Regis, qui prius defecerat, ſed a Carolomanno filio devictus, pacem petebat, audit & abſolvit. (4) Hinc Francofurtum, deinde Aquisgranum, & tandem Leodicum contendit; Francofurtum vero iterum rediens, ibi natalem Domini celebrat, & hybernat, ubi Hemma Hiſpanienſis, (5) uxor ejus, paralyſi afflicta, uſum loquendi amittit. Inde reverſus anno 875. ad Cal. Jun. Tiburiis conventum populi agit, in quo ſeditio, inter Francos & Saxones orta, prudentia Ludovici junioris (6) ſedatur. Hinc menſe Auguſto Ludovicus, Italiæ Rex & Imperator, excedit e vita, (7) Mediolani in baſilica D. Ambroſii humatus, Angelberga uxor ejus apud Brixiam monialium conſortio ſe jungit. Ideo contra Comites Tuſculanos Papa ad Carolum Calvum legatos mittit, qui cum exercitu in Italiam venit, ſed illi Ludovicus, Germaniæ Rex, ſub Carolo-

(1) Filio ex Waldrada relicto *Hugone*, cui Lotharius Pater Ducatum *Elizatium* (Alſatiam) donaſſe refertur in *Annal. Bertin.* a. 868. *Obrecht.* Prodr. Rer. Alſat. c. 6. p. 57.

(2) Marsnæ in procaſpide ad Moſam fluvium, unde *Marſana* dici ſolet, cujus Tabulas ex *Annalibus Bertin.* & *Pithœo* refert *Obrecht.* l. c. p. 66. 67. 68. 69. 70. Videlicet Lotharingia juxta longitudinem, linea ab Oſtio Moſæ per Sylvam Arduennam, Metas & Biſontium ad montem Juram ducta, diviſa fuit, atque pars Germaniæ proxima Ludovico Germanico, altera Carolo Calvo ceſſit. Vid. quoque *Schurzfleiſch.* Differt. *de Regno Auſtraſiæ*, cap. 2. §. 15. Per illam vero diviſionem ditiones Clivenſis & Juliacenſis Regno Germanico quoque acceſſerunt.

(3) *Annal. Pith.* a. 872. *Rex vero mediante Quadrageſima apud villam Forachein*, (alias Forchheim in Francconia) *generali conventu habito, filios ſuos de regni partitione inter diſſidentes pacificavit, & quam quisque partem poſt obitum ſuum tueri deberet, liquido deſignavit. Ibi etiam Ludovicus & Carolus filius ejus in conſpectu totius Exercitus, fidem ſe illi ſervaturos eſſe omni tempore vitæ illorum, juramento firmaverunt.* Rumor videlicet ſparſus erat, quod Ludovicus Carolomanno, filio natu maximo, ſoli Regnum Germaniæ tradere vellet. *Rhegino* a. 872.

(4) Ea lege, *ut Zuentibald Regis fidelis permaneret cunctis diebus vitæ ſuæ, & cenſum a Rege conſtitutum per annos ſingulos ſolveret. Annal. Pith.* a. 874.

(5) De qua *Rhegino* a. 876. *Habuit hic glorioſiſſimus Rex* (Ludovicus German.) *Reginam nomine Hemmam, ſibi in matrimonio junctam, qua nobili genere fuit, ſed, quod magis laudandum, nobilitate mentis multo præſtantior.*

(6) *Annales Pith.* a. 875. *Niſi*, habent, *Hludovicus junior citius cum ſuis interveniſſet, jam diſtrictis gladiis mutua ſe cæde truncaſſent.*

(7) *Annales Pith.* reſtituti a *Lambec.* in Bibl. lib. 2. a. 875. *Interea Ludovicus, Italiæ Imperator, moritur, cujus corpus translatum Mediolani in Baſilica S. Ambroſii ſepultum eſt.* Errant vero, qui vel in præcedentem vel ſequentes annos 876. vel 877. obitum ejus Imperatoris referunt. *Anton. Pagius* T. III. p. 704.

Digitized by Google

manno filio ſe opponit; quo domum regreſſo, Carolus Calvus Imperator Auguſtus Romæ a Papa renunciatus, (1) & Papiæ corona regia ab Archiepiſcopo cinctus. Ludovici autem, Germaniæ Regis, uxor Hemma Ratisponæ moritur, ad S. Emeranum Mart. condita. Et dum inter ipſum & Carolum fratrem legati ultro citroque commeant, Ludovicus Francofurti in palatio 5. Cal. Septembr. anno 876. vita defungitur. Carolus igitur Calvus omnia regna occupare nititur, ſed a Ludovico, Ludovici Regis filio, repulſus, (2) & a Deo punitus eſt, adeoque filii Ludovici, Carolomannus, Ludovicus & Carolus Craſſus, regnum paternum inter ſe pacifice dividunt. (3) Ludovicus, Rex Germaniæ, anno 877. Francofurti comitia agit, Carolomannus, Bojariæ Rex, contra patruum Calvum in Italiam movet, ſed Carolus territus, antequam Alpes tranſcendit, ex potione Zedekiæ Judæi (4) pridie Non. Octobr. vitam & ambita hujus mundi imperia deſeriit, cadaver Vercellis, oſſa ſeptennio poſt ad S. Dionyſium in Galliam delata ſunt, & ſic Carolomannus regnum Italiæ Longobardicum adit, & triennium deinceps obtinet; in Gallia patri Carolo Calvo Ludovicus Balbus ſuccedit, ab Hincmaro Rhemenſi Compendii coronatus. Is anno 878. Francofurti ad Ludovicum, Franciæ orientalis Regem, legatos dirigit, & a Johann. VII. Papa, in Triceſſibus Galliæ Synodo habita, Imperator creatus, (5) & corona redimitus, Saracenos Italia expellit, ſed anno 879. ex Ansgarda concubina Ludovicum & Carolomannum, uxorem etiam Adelheidim (6) gravidam relinquens, 10. Aprilis Compendii vita exceſſit, eoque mortuo Italia cum imperio Carolomanno ceſſit, qui illud in fratrem Carolum Craſſum transtulit, (7) paralyſi laborans, & anno 879. 7. Non. April. ex ea mortuus; Ludovicus autem fratri juniori Bojariam, Arnulpho, filio notho, Tarentanum tribuit.

Regino, Abb. Prun.

Lu-

(1) *Annal. Pith.* a. 876. *Romam profectus eſt* (Carolus Calvus) *omnemque Senatum Populi Romani more Jugurthino corrupit, filiique ſociavit, ita ut etiam Johannes* (VIII.) *Papa votis ejus annuens, corona capiti ejus impoſita, Eum Imperatorem & Auguſtum appellare præcepiſſet.* Decepto quoque Carolomanno, cui, cum par viribus non eſſet, juraverat Carolus, ſe Italia mox abiturum, atque fratris arbitrio illam relicturum. *Ibid.* Tantæ vero arrogantiæ fuiſſe Carolum, ut *ablato Regis nomine, Imperatorem & Auguſtum omnium Regum cis Mare conſiſtentium ſe appellari præceperit*, memorat idem *Annaliſta*. Regna procul dubio intellexit Arelatenſe, quod ipſe condidit, Italiæ, Lotharingiæ, cui & Germanico inhiavit.

(2) Prælio Andernacenſi, de quo vide præ cæteris *Annaliſtam Pithœanum* a. 876. p. 94. & ſeqq. & *Sigeb. Gembl.* a. 877. ubi *Carolus* (Calvus,) ait, *de morte fratris ſui* (Ludovici Germanici) *gavisus, injuſtitiam, quam contra fratrem conceperat, contra filios fratris perficere paratus, cum quinquaginta & amplius hominum millibus regnum eorum aggreſſus Coloniam usque venit. Filiis Ludovici aliat occupatis, Ludovicus junior Legatione ad Patruum miſſa, rogabat ea, quæ pacis ſunt, quod cum impetrare non poſſet, cum viriliter bello excepit, cumque victum cum nimio exercitus damno & multo dedecore fugere compulit.*

(3) In loco *Saulfeld*, *Rhegino* a. 876. *Mariano Scoto Salefelt*, *Aventino Salveldas*; in pago *Recienſi*, juxta *Annal. Pith.* a. 876. p. 98. Ubi vero pagus hic fuerit ſitus, *Sagittarius* Hiſt. Duc. Thur. lib. III. c. 10. §. 2. in medio relinquit, neque nos definire audemus.

(4) Qui Carolo febre laboranti potum præbuit pulvere venenato mixtum. *Annal. Bert. Rhegino* a. 877.

(5) Cont. *Aim.* lib. V. c. 37. *Colloquio*, ait, *conſtituto, Balbus durit ſe ipſius atque Eccleſiæ, quæ commemorabat, temporibus ſe aſſuturum oſtendit, ſi ille ſe Auguſtali corona, quam Patri ſuo tradiderat, exornaret. Cui cum ſe Pontifex gratificaturum ſummo ſtudio reſpondiſſet, ipſum ſeptimo Idus Septembris maximo totius Galliæ concurſu* Imperatorem *unxit.* Titulo Imperatoris, quem & Pontifex R. Johannes VIII. in Privilegio Monaſterii Trenorchiani Ludovico tribuit, non obſtante. *Baluzius* Not. ad *Petr. de Marca* Conc. inter Imp. & Sac. p. 927. ut & *Petav.* in Rat. Temp. p. 324. Edit. Lugdun. *Ant. Pagius* T. III. p. 716. & *Schurzfl.* Diſſert. de *Diviſ. Imper. Carol.* §. 50. illam coronationem de *Regno Galliæ* intelligendam, & Ludovicum Balbum in numerum Imperatorum referendum haud eſſe, cenſent. Certe ipſemet nec Imperatoris titulo uſus fuit, nec Italiam tenuit, quam vero poſt obitum Caroli Calvi Carolomannus occupavit. *Annal. Pith.* a. 877. *Carolomannus Optimates Italiæ ad ſe venientes ſuſcepit, & diſpoſita, prout voluit, regione, reverſus eſt in Bojoariam.*

(6) Quam duxit, dimiſſa priore Conjuge Ansgarda, quod hanc absque Patris voluntate cooptaſſet, ſuſceptis tamen ex illa Ludovico & Carolomanno filiis. *Rhegino* a. 878.

(7) Annitente quoque Pontifice R. qui Saracenorum metu Carolum Craſſum, ut in Italiam veniret, literis admodum ſollicitavit. *Rhegino* a. 881. *Ant. Pagius* T. III. p. 729.

Digitized by Google

Ludovicus autem, Rex Germaniæ, audita Balbi morte, Galliam turbat, sed data altera parte (1) regni Lothariani, adeoque etiam Frisia, placatus in Germaniam redit.

Carolus Crassus, mortuo fratre Carolomanno, Italiæ regnum occupat, & an. 880. desinente, a Johann. IX. Papa in Vaticano Imperator coronatur.

Hoc eodem anno Balduinus Ferreus, Flandriæ Comes, post 39. imperii annum mortuus, eique filius Balduinus Calvus successit.

Idem annus Saxoniæ populo valde funestus fuit: nam Carolomanno mortuo, ejusque fratribus binis in Italia & Bojaria absentibus, Normanni ex Juttia, Albi superata, in Saxonia rapinis & incendiis omnia vastant: his Bruno & Tanquardus fratres, Saxoniæ Duces, cum duodecim Comitibus, & tribus Episcopis, Werdensi, Mindensi & Hildesheimio, magnoque Christianorum exercitu, circa Ebbekesdorpam in ditione Luneburgensi occurrunt, sed omnes a Normannis internecione deleti sunt, & cadaveribus diu insepultis, tandem omnes in unum acervum congesti, sequentibus temporibus conditi, & pro martyribus habiti sunt. (2)

Bruno vero & Tanquardus, hujus expeditionis auctores, Ludolphi Saxonis erant filii, anno 861. Brunswici restauratores & ampliatores, qui Wigbertum patrem, & Witekindum M. avum agnoscebat. Wigbertus enim, Witekindi filius ex Sindacilla, Radbodi Regis Frisiorum filia, Brunonem & VValbertum, Angriæ Duces, genuit, inque oppido Bremensis diœcesis VVildeshusen (3) collegium erexit, in eo sepultus Princeps Christianæ religionis amantissimus. VValbertus autem, patris vestigiis inhærens, collegium illud a patre inchoatum perfecit, & sine prole masculæ decedens, apud illum humatus est. At Bruno, fratri VValberto succedens, ex Susanna Suevica Ludolphum, (4) Sa-

(1) Quam videlicet Carolus Calvus per pactum *Marsnense*, de quo vide pag. 115. acceperat. Cum enim post obitum Ludovici Balbi, ac Proceerum Galliæ, Gozelini & Conradi, Regnum Galliæ occupare vellet, reliqui, teste *Annalista Bertin.* an. 880. *miserunt Vultarium, Episcopum Aurelianensem, & Gotrammum & Auscherum Comites ad Ludovicum* (juniorem) *apud Virodunum, ut ei offerrent partem de Regno Lotharii junioris, quam Carolus* (Calvus) *contra fratrem suum* (Ludovicum Germanicum,) *ipsius Ludovici* (junioris) *patrem, acceperat* (divisione Marsana,) *ut acceptæ illa portione Regni, in Regnum suum rediret, & quod reliquum de Regno Patris sui Caroli Ludovicus habuit, filiis suis consentiret. Ludovicus vero* (junior) *& sui acceptam habentes talem oblationem, cum dedecore Gozelinum & Chunradum ac Complices illorum rejecerunt, & accepta Regni portione sibi oblata, ad Palatinum finem Francofort rediit. Annal. Pith.* cit. a. *Hludovicus Natale Domini celebravit in Francofort, postea in Galliam profectus, filios Ludovici* (Balbi) *ad se venientes fuscepit*, totumque Regnum *Hlutharii suæ ditioni subjugavit.*

(2) De quibus vide *Legend. Ebbekesdorp.* & *fragmentum ex Martyrum in Ebbekesdorp quiescentium passione* apud *Leibniz.* T. 1. S. R. B. Cæterum de ipso prælio, in quo Bruno cum XII. Comitibus & Episcopis Mindensi & Hildesheimensi occisi fuerunt, vid. *Witichindi Annal.* lib. I. *Herm. Lerbecke* Chron. Episc. Mind. apud *Leibnizium* T. II. *Chronic. Brunsuic.* apud *Mader.* in Antiq. Brunsu. quod *Brunonem & Tancquardum* non in ipso prælio occisos fuisse, sed post victoriam reportatam *imbrium gravi inundatione* periisse, refert.

(3) *Chronic. Pictur.* apud *Leibniz.* T. III. S. R. B. p. 295. **Und düße Hertoge Wyprecht de begunte to buwen Wildershusen, dat syne Sone Walpreht wulle makete, unde brachte dar grot Hilligedom van Rome.** *Conr. Urst.* p. 149. *Cum*, ait, *factus esset Vir*, (Walbertus) *Romam causa Orationis & reliquiarum acquirendarum tetendit, corpusque S. Alexandri, filii S. Felicitatis, integrum accipiens a Papa, tunc temporis Leone, in Saxoniam detulit, & in loco, qui dicitur Wigaltingobusen*, (**Wildeshusen**) *locavit.*

(4) Magnum Henrici Aucupis avum, de cujus patre in diversa abeunt Scriptores. *Albert. Stadens. Aut.* Fundat. Eccles. German. apud *Leibniz.* T. 1. S. R. B. & *Chronic. Luneb.* apud eundem T. III. Ludolfum hunc Walberto natum; *Aut.* vero Vet. Chron. apud *Leuckfeldum* Antiq. Gandersheim. cap. 2. *Chronic. Rhytm.* apud *Leibnizium* T. III. *Chron. Both. Pict.* apud eundem, *Granzius* l. II. Sax. c. 27. *Brunonem*, Walberti fratrem, Ludolfii Patrem fuisse, referunt, hac a Witekindo progenie deducta:

Widekindus M.
|
Wicbertus.
|
Walbertus. — Bruno.
|
Ludolfus M.
|
Tanquardus, Bruno, Otto M.
|
Henricus I. Imper.

Digitized by Google

Saxoniæ Orientalis Ducem, anno 859. mortuum, genuit: & hic viciſſim ex Oda, filia Ducis Franciæ Orientalis, tres filios, Brunonem, Tanquardum & Ottonem, quatuor item filias, quarum tres ex ordine Gandersheimenſi monaſterio, anno 853. a patre condito, præfuerunt, quarta Lutgardis, Ludovici Imperatoris, Arnulphi filii, uxor fuit. Brunone ergo & Tanquardo cæſis, frater eorum Otto, cognomento Magno, pater Henrici Aucupis, ſuccedit.

Normanni vero hac tam quæſtuoſa victoria non contenti, anno 881. vicina Friſiæ littora legunt, carpunt & devaſtant, tandemque in Nortwicam Transmaſanæ Friſiæ partem excurſionem faciunt, ſed a Friſiis, hortatu Remberti, Epiſcopi Bremenſis, animatis, 10377. eorum cæſi ſunt. Neomago vero occupato & munito, bellum inſtaurant, & novem millibus eorum equitibus a Balbo licet cæſis, primo impetu Leodicum urbem, Trajectum caſtrum, & Tungros civitatem, vicinis locis depopulatis, exurunt: ſecunda egreſſione in Ripuarios effuſi, Coloniam, Bonnam, cum Tulpiaco & Noveſio caſtellis, incendio perdunt. Inde monaſteria, Prumiam, Indam, Malmandurium, Srabulam, exſpoliant, ex palatio Aquenſi ſtabulum equorum faciunt, clericis & monachis Moguntiam fugatis. (1) Ludovicus, Germaniæ Rex ſecundus, dum exercitum ſuum occurrere jubet, anno 882. 13. Cal. Febr. e terra in cœlum migrat, uxorem habuit Lutgardam, Ethiconis VVelphi filiam, ex qua filium cognominem genuit Ludovicum, qui Ratiſponæ ex feneſtra decidens, cervice fracta miſerabiliter interiit. Poſt patris autem Ludovici interitum, Normanni iterum Treveros occupant & diruunt, inde in Mediomatricos movent, & Epiſcopum cum copiis ſternunt. His Carolus Craſſus, omnium regnorum in Germania hæres, ex Italia in Franciam redux, anno 883. conventu VVormatiæ indicto, exercitum ſuum oppoſuit, & in Haslaa (2) eos obſidione concluſit, ſed tempeſtate utrimque exercitus fractus, nihil memoria dignum efficit; Carolomannus (3) vero venatum profectus, ab apro, vel, ut aliqui volunt, a ſatellite incautius feriente, vulneratus, anno 884. paulo poſt moritur: adeoque Italia, Gallia, Germania, & ſimul quoque Friſia, ad unum Carolum Craſſum pervenerunt. Et cum Hugo, Lotharii filius naturalis, res novas in regno Lotharii moliretur anno 885. cum illo transegit; (4) Normannos vero cum Duce ipſorum Godefrido, opera Friſiorum ex inſidiis adortos, apud Batavos profligavit, & hinc Friſiis privilegia ſua conſecravit, prout latius hæc perſequitur Bernhardus Furmerius Ann. Friſiorum Triade III. Cum vero imperium a Francis ad Saxones (5) tranſiiſſet, idque præcipue non authoritate Pontificis Romani, ſed libera electione, & ex voluntate Conradi I. Franconiæ Ducis Imp. cui idem beneficium Otto M. Dux Saxoniæ ſenior, (huic enim diadema ante ipſum oblatum fuerat,) præſtiterat, hinc ab ipſo ad Henricum Aucupem, Ottonis filium, anno 920. & ab eo ad Nepotem, & abnepotes Ottones tres, I. II. III. a tertio vero anno 1000. ad Henricum II. Bavarum, Claudum & Sanctum: ab eo iterum ad Conradum II. Franconiæ Ducem, & dehinc ad ejus filium, Henricum III. nigrum, Henricum IV. & V. Nepotem & abnepotem, & ab hoc viciſſim ad Lotharium II. Saxonem an. 1126. ſucceſſione temporis non interrupta, derivatum fuit, qui Impp. Germanici poſt Reges Francorum, Comites & Principes omnes, de quibus jam acturi, in dignitatem partim collocarunt, partim in eadem confirmarunt. Ottonis primi, ut hoc addamus, mentio eſt in bello Birtenico, (6) qui hodie pagus eſt ad Sanctorum

(1) *Annales Pith.* a. 881.

(2) *Arcloha* vocant *Annales Pith.* & *Lambec.* a. 882. *RheginoHaslou* a. 884. munimentum Normannorum in ripa Moſæ.

(3) Ludovici Balbi filius natu minor. *Rhegino* a. 884.

(4) Hominum turbulentorum inſtinctu paternum Regnum (Lotharingiæ) recuperare voluit, fœdere inito cum Godofredo, Friſiorum Rege, uxoris ſuæ fratre, cui dimidiam partem ejus Regni promiſerat, ſed captum Carolus Craſſus oculis privari juſſit, in Monaſterio Prumienſi tandem mortuum. *Rhegino* a. 885. qui manu ſua Hugonem attonſum fuiſſe ibid. refert.

(5) *Arnulpho*, Carolomanni filio naturali, atque *Ludovico* Puero Imperatoribus mortuis, Proceres Germaniæ *Ottoni M.* Duci Saxoniæ, Ludolfi filio, Imperium obtulerunt, qui vero, illo propter ſenium ſuum recuſato, *Conradum*, Ducem Franconiæ, commendavit. *Witechindus* Annal. l. 1.

(6) Bello videlicet cum rebellibus Ducibus, Eberhardo, Giſelberto, & proprio fratre Henrico, quem

Digitized by Google

rum oppidum contiguus, ubi olim Trajana Colonia ſtetit, poſtea vero Ordinis Ciſtercienſis monaſterium Veſtalium nobilium ædificatum eſt, Furſtenbergium dictum, jam deſtructum, ſolis binis turribus editioribus reliquis. Hic Imperator iſte vere Chriſtianus, in genua procumbens, fuſis ardentibus ad Deum precibus, de hoſtibus, qui ſuperato e regione Rheno ipſum inſequebantur, memorabili victoria triumphavit, Ticinenſe teſte.

Ut vero redeat, unde digreſſa eſt oratio, & qua ratione Clivia, Julia, Geldria, a Regibus Francorum ad Dynaſtas, indeque Comites, tandemque Duces pervenerit, palam fiat, ex ſuperioribus tenendum eſt, Reges Francorum jam inde a Dagoberto primo, & Clothario ejus Patre, omnem regni curam in aulæ Magiſtros transferre ſolitos, cum ipſi ſe domi occultarent, & totos crapulæ ac Veneri dederent, nunquam prodeuntes in publicum, niſi Kal. Maji carpento bobus tracto (1) vecti, ut a populo, velut Dii ex machina apparentes, dona & munera caperent. Hinc illorum Magiſtri, in publico noti & illuſtres, omnia pro poteſtate regia agere, bellum & pacem dare, leges & jura condere, & omnem Remp. pro arbitrio gerere, ſoliti. Ea re factum, ut domus Landeſia creſceret, quæ Pipinos atque Carolos dedit Viros ſtrenuos ac frugi, qui Reges Solio ejecerunt; ut ſuo exemplo poſteros admoneant, quam periculoſum ſit, in unam domum totius regni beneficia congerere. Nec ſolum ignavia, & vitæ diſſolutio Reges depreſſit, & Præfectos eorum extulit, ſed & religionis in Magiſtris ſtudium, & ſacri Ordinis, præſertim Romani perpetuus cultus illos ad ſummos honorum apices pedetentim evexit. Indulgentia enim Clotarii II. primum lapidem fundamento regni Francici ſubtraxit: alterum ſubduxit Dagoberti Regis immodica ſcortatio: ruinam juverunt aulæ Præfecti, qui Regum ſuorum mores imitari, Rempubl. negligenter habuerunt. Ipſi denique Papæ Romani, utpote Zacharias I. & Stephanus II. tanquam ſcil. boni Harmoſtæ, regnum a vero Domino in ſervum Pipinum transferentes, Hadrianus I. anno 774. Carolum M. Romani imperii partitium, Leo vero IV. anno 800. Imperatorem, ſalutantes, ejusque ſucceſſores, licet non requiſiti, inungentes, totum everterunt: & ab iisdem pro gratitudine Ravennam cum Pentapoli, aliisque oppidis, Conſtantino Copronymo a Longobardis ereptis, contra illud Chriſti Luc. 22. Reges gentium dominantur, vos autem non ſic; acceperunt. Horum majorum domus cum magna eſſet authoritas & potentia, illi pro lubitu etiam Præſides, Comites & Magiſtratus ubique conſtituerunt, iisque ob fidem ſervitiaque inſignia, regno Francorum præſtita, paulatim præfecturas, quas adminiſtrabant, hæreditario jure ad poſteros transferendi, poteſtatem fecerunt. Unde Cliviis, Geldris, reliquisque Dynaſtis imperii origo eſt, de quibus jam porro in Parte ſecunda Annalium noſtrorum diſſeremus. Series Imperatorum Germanicorum, ut eam paucis hic attexamus, talis eſt. Illorum, qui poſt Lotharium dignitatem Cæſaream adminiſtrarunt: Eam vero dignitatem iisdem Imp. Germanicorum ſucceſſio & authoritas adprobavit, auxit & continuavit.

Poſt Lotharium Saxonem anno 1138. axioma imperii Romani geſſit Conradus III. Henrici IV. Sorore genitus.

Hunc ſecutus Fredericus I. dictus Barbaroſſa, fratre Conradi Frederico Suevo genitus, anno 1152.

Iſte filium Henricum, ejus nominis VI. adhuc puerum, Moguntiæ gladio accinxit, ſuum anno 1190. Succeſſorem.

Ille iterum Philippum, filium ejus, nominis II. adhuc infantem, ſucceſſorem deſignavit, Imperatorem poſt fata ejus anno 1198. factum: Cujus tamen rivalis fuit Otto, ejus

quem acri prælio juxta *Bierten*, haud procul Civitate Xanten, vicit. *Luitpr.* lib. 2. c. 10. *Regis milites ſupra Rhenum ad locum, vocabulo Bierzani*, (Biertanum, hodie *Burick,*) *pervenerunt, Rhenique alveum tranſire cœperant, ignorantes, quod Henricus cum præfatis Comitibus tanta vicinitate eis jam eſſet proximus.* Coll. *Witichind.* Annal. l. 2. p. 646. & *Adel. Erich.* Chronic. Juliac. l. 5. c. 2.

(1) *Eginh.* in vita Caroli M. cap. 1. ibique de more illius temporis boves curribus jungendi. *Beſſelii* Notis.

Digitized by Google

ejus nominis IV. Henrici Leonis Saxonis filius, imo Diademate poſt mortem Competitoris anno 1208. potitus, ſed a ſuis deſertus, illud Frederico II. Barbaroſſæ nepoti, anno 1218. viciſſim linquere coactus eſt.

Qui viciſſim filium Conradum, nominis IV. Regem Romanorum inauguravit, ſuum anno 1250. ſucceſſorem, competitore Henrico, Thuringiæ & Heſſiæ Landgravio, Ludovici fratre. Poſt Conradi obitum, nepote Conradino necato, Wilhelmus, Hollandiæ Comes, Richardus Anglus, & Alphonſus Aragonius, de imperio contenderunt, ſed illud unus poſt alterum tantiſper adminiſtravit, dum ipſis ſucceſſive mortuis, anno 1273. Rudolphus Habsburgicus, ceu novum Germaniæ ſydus, cœpit illuceſcere, a quo moderna familia Auſtriaca Cæſaream dignitatem juſta ſerie usque in hodiernum tempus continuat, primo licet per Adolphum Naſſovium anno 1292. interrupta: quo anno 1298. ab Alberto, Rudolphi filio, occiſo, idem eodem anno ſtatim ſucceſſit, poſt cujus fata Henricus Lutzenburgius, ejus nominis VII. anno 1308. & poſt iſtum anno 1318. Ludovicus Bavarus, ejus nominis IV. iterum Auguſtum axioma ad ſe derivarunt. Poſtremus etiam cum Friderico Auſtriaco de eodem certavit, donec hoc victo, Victore vero Bavaro mortuo, anno 1347. Carolus IV. Johannis, Bohemiæ Regis, filius, & Henrici VII. Lutzenburgici Imperatoris nepos, imperii Sceptrum nactus eſt. Hic illud anno 1378. primo ad filium primogenitum Wenceslaum derivavit: quo ob ſummam inertiam exautorato, Robertus Palatinus iſtud anno 1400. accepit, quo defuncto, ſecundus Caroli filius Sigiſmundus iterum imperium anno 1411. nactus eſt. Hunc an. 1438. viciſſim gener Albertus Auſtriacus, ejus nominis II. excepit. Iſtum Fridericus III. neceſſarius, & ex fratre Erneſto nepos, anno 1440. Illum filius Maximilianus I. anno 1493. Hunc Carolus V. ex filio Philippo nepos, anno 1519. Iſtum Ferdinandus I. frater an. 1558. Hunc filius Maximilianus II. anno 1564. & illum denique ejus bini filii, atque inter ſe fratres, Rudolphus II. anno 1576. Matthias I. anno 1612. ſecuti ſunt: poſtremo defuncto, anno 1619. Ferdinandus II. Patre Carolo Auſtriaco, Ferdinandi I. Cæſaris filio, natus, ſucceſſit, qui hoc anno 1637. inter vivos eſſe deſiit.

AN-

Digitized by Google

ANNALIUM PARS SECUNDA,

Seu

Clivia, Julio-Montia, &c. modernæ, membris ſuis in genere & ſpecie diſtinctæ.

POSTQUAM ergo de Juliorum, Clivorum, Montenſium, Geldrorum, Marckenſium, Ravenspergenſium populorum origine Parte prima dictum eſt, reliquum eſt, ut, qua ratione a Regibus Francorum & Imperatoribus Germanicis ad Dynaſtas ſeu Toparchas, inde Comites, Marchiones, tandemque Duces, provinciæ iſtæ pervenerint, primum in genere adjiciamus; deinde membratim eorum ſeriem, nomina & res, domi, foris, pace, bello geſtas, perſtringamus.

Ubi ante omnia notandum, quæ de Urſinorum antiqua familia Romana, quaſi ex illa Comites & Duces hi oriundi, vulgo in omnibus ferme Chronicis editis & Manuſcriptis adferuntur, frivola eſſe; (1) nam præterquam, quod Urſini, ex antiqua Principum *Origo Principum in genere.*

(1) MSCt. Eſſendienſe, *Aribertus*, refert, *vel Aribo* (Ehrenwerd) *originem ducens a Nobili Domino Harciniæ Beringo, qui fugiens tyrannidem Francorum, in Italiam cum aliis multis ceſſit, ac apud Theodoſium jun. Imper. Stipendia meruit, circa A.C. 431. titulum Urſinorum Principum conſecutus eſt; Aribertus vero a Conſtante, Filio Conſtantini, Nepote Heraclii Imp. miſſus eſt in Germaniam & Vicarius Generalis Saxoniæ conſtitutus, ad repellendos Sorabos & Henetos. Conſedit itaque ad Viſurgim & avitam ſimul ditionem ad Harciniam occupavit. Mortuus eſt circa A. C. 669. Uxor Heila Friſica. Hujus talia fuere Inſignia:* „An vero Proſapia „Theodorici Clivici, ex Genere Urſinorum orta, ad Cheruſcorum Duces referri debeat, ex„acte affirmare non auſim, cum Teſtimonio veterum Scriptorum deſtituar - - - „Verum enim vero Inſignia priſca Urſinorum in Clivenſi Genealogia arguunt, ultimum „Clivix Dynaſtam Theodoricum ab his Urſinis ex Harciniæ Dominis ortum fuiſſe.“ Merito talia ab Autore frivola appellari, ex ipſa Principum Urſinorum Genealogia apparebit, quam *Martinus Milagius*, Cancellarius Deſſavia-Anhaltinus, *in Vindiciis Anhaltinis*, & *Cl. Becmanus* in *Chron. Anhalt.* hoc ordine referunt:

HADAGATUS, cujus *Adamus Bremenſis* meminit lib. 1. c. 4.

BERNTHOBALDUS I. qui circa annum 524. Theodorico, Francorum Regi, auxilium tulit contra *Hermenfridum*, Thuringorum Regem. Vid. *Sagitt.* in Hiſt. Regni Thuring. l. 2. c. 12.

BERNTHOBALDUS II. qui cum Lothario II. Francorum Rege, circa annum 553. & 555. bellum geſſit de finibus inter Saxones & Francos. *Aimoin.* lib. 2. c. 27.

BERNTHOBALDUS III. de cujus bello cum eodem Lothario & filio ejus Dagoberto *Aimoin.* lib. 4. c. 18.

BERINGUS, qui Venedos vicit. *Aim.* l. 4. c. 26. — HERMANNUS.

Beringus II. Improlis. — *Hermannus* Improlis. — *Bathildis*, Ux. Clodovæi.

Beringus III. qui Heraclio Imp. militavit, atque Titulum URSINORUM aſſumſit vel renovavit, quod *Brotuffius* putat.

ARIBO I. f. Ehrenwerd, Vicarius Conſtantini, filii Heraclii Imp. per Saxon. Ux. *Heila*, filia Radbodi, Regis Friſiorum, circa ann. C. 650.

pum Saxoniæ ſtirpe prognati, inter Albim & Viſurgim ſedes ſuas habuerunt, exque iis quidam, in Italiam ad Theodoſium juniorem ſe conferentes, Urſinorum Principum titulum conſecuti ſunt, etiam ab iisdem Urſinis Romanis deducit Principes Anhaltinos Erneſtus Brotuſius, (1) & Bernhard. Furmer. Annal. Friſ. lib. 3. c. 5. Duces Megapolitanos innominati ſcriptores apud Crantzium lib. 7. in Vandalia, Comites Lippienſes Bernhardus Wittius (2) in manuſcripto: ſicut ad Columnenſes Romanos Comites Zolleros, hodie Burggravios Noribergenſes, & Marchiones Brandenburgicos, Joannes Cernitius, (3) Regiſtrator Berolinenſis; Marchiones Hochbergios, Franciſcus Irenicus; (4) Comites Oldenburgicos, Joannes Schiphower (5) referunt: Decentius ergo & longe honeſtius erit, Principes noſtros Viros ex patriis regionibus, ex quibus primum oriundi, divitiis & auctoritate indigenæ nobiles paulatim ſuccreviſſe, quam ex longe remotis oris arceſſere, vide Crantzium in Metropoli & Vandalia, Peucerum in Chronico Philippico Carionis, Cyriacum Spangenbergh in Chron. Hennebergico, & Herm. Hamelman. præfat. Chron. Oldenb. Certe Annales Pithœani in vita Ludovici Pii ad annum 815. (6) totius Saxoniæ, & inter hos etiam Montanos, Marcanos, & Ravensburgicos Comites enumerant: Clivenſes autem, Geldri, Julii, quia ſub Conſtantino Magno, deinde Regibus Francorum Toparchæ conſtituti, paulatim Comitatus hos ab iisdem impetrarunt, illorum origo inde petenda venit. Nam Conſtantinus M. (7) quidem, ſede imperii in Ori-



Nullum in iſta Genealogia originis Comitum Clivenſium ex Urſinis veſtigium habetur, niſi vel *Marina* vel *Gedulla*, quæ Comitibus inferioris Germaniæ nupſerunt, Comites quoque Clivenſes ortos fuiſſe ſuſpiceris. Æque incerta ſunt, quæ de iisdem Urſinorum & C. Clivenſium Inſigniis adferuntur. Taceo falſa & abſurda, quæ ad iſtud Schema Genealogicum apud Brotuffium & Petrum Anſpachium, unde excerpta quædam dedit laudatus *Becmannus* P. V. lib. 1. c. 1. commemorantur. Occaſionem fabulæ de origine Comitum Clivenſium ex Urſinorum Proſapia vid. in Diſſert. de *Comit. Teiſterb.* infra.

(1) Et laudatus Milagius, quos Cl. *Becmannus* in *Chron. Anhaltino* ſequitur.

(2) Monachus Lisberenſis, ex quo eadem refert *Hammelmannus* Op. Geneal. Hiſt. p. 393.

(3) *Paulus Jovius* e contrario in Vita Pompeji Columnæ Columneſios Hohenzolleranis originem ſuam debere ſcribit. *Reinec. Reineccius* e familia Guelphica Hohenzolleranos Principes derivat. Placet nobis *Georgii Caſparis Kirchmaieri*, Profeſſ. Witteb. ſententia, qui in Diſſert. *de Orig. Habsburg. Zolleranis* eadem Principibus Habspurgo-Auſtriacis & Zolleranis incunabula tribuit.

(4) Cujus aliorumque hallucinationes circa originem Marchionum Badenſium jamdudum explosit *Sam. Schurzfleiſch.* Diſſert. XIII. *de Reb. Badenſ.*

(5) In Chron. Archi-Comit. Oldenb. apud *Meibom.* Tom. 2. *Script. Rer. Germ.*

(6) P. 363. *Script. Coet.* XII. Ubi tamen in genere tantum Saxonicorum Comitum, uti ad ann. 816. *Saxonici Generis Comitum*, qui adverſus Sorabos miſſi fuerunt, meminit, Montium, Marcæ, Ravensbergæ nominibus tum adhuc incognitis.

(7) In Vita quidem ejus Imperatoris *Euſebius* lib. 4. c. 1. Comites ab illo in tres Claſſes diſtinctos fuiſſe, refert, de Comitatibus vero hereditario jure iisdem conceſſis nihil habet. Nec Du-

Digitized by Google

Orientem translata, ut dominia, agri, fundi, omniaque, quæ in Galliis veterani Comites & Duces belli pro ſtipendiis poſſidebant, perpetuo ad eorum heredes tranſirent, conceſſit. Eædem poſſeſſiones deinde Romanis, poſtmodum his provinciis pulſis & ejectis, beneficio Regum Francorum, & ob illorum ſocordiam, majorum domus benevolentia, ab iisdem ad Succeſſores, (1) interdum etiam ad alios Principes, derivatæ ſunt.

Origo Principum Cliveníum.

In ſpecie vero quod Clivenſes, utpote omnium antiquiores, attinet, Joannes Lowermann, (2) JCtus, & Principis Guilielmi, Cliviæ, Juliæ, Montium Ducis, quondam Conſiliarius, eorum proſapiam a Theodorico quodam, ejusque parente ſeu cognato Dalthone Turgovio deducit, qui ob ſervitia, regno Franciæ ſub Regibus, Dagoberto & Sigisberto, præſtita, hic quidem Comitatu Turgoviæ, & Advocatia Eccleſiæ Conſtantienſis, ille vero præfectura, Clivia & Neomagia, donati ſint.

Theodoricus hic unicam reliquiſſe filiam Beatricem dicitur, quæ defuncto parente, in caſtro Neomagio morabatur; ad quam Annales Clivii, nobilem equitem Heliam de Grail, ex paradyſo terreſtri oriundum, navigio, a cygno aureo torque inſigni protracto, veniſſe, & Beatricem ſibi deſponſaſſe, tradunt; cumque contra prohibitionem conjux arctius de familia mariti pernoſcenda inſtitiſſet, Heliam ad Rhenum regreſſum, & cygnum cum nave rurſus diſparuiſſe; quæ res, inquit Joannes Turek, Regiſtrator Clivenſis, majoribus noſtris ita complacuit, ut cygnum generis ſui monumentum in turribus, palatiis, tapetis, ſtatuis, ſigillis, aliisque rebus appoſuerint, non aliter, quam Romani de Romulo & Remo, Longobardi de Agilmundo Rege ſuo, Franci de ſua Meluſyna Syrenes commenti ſunt: quidam vero, & Martinus Del Rio, illuſione magica id contigiſſe, & liberos ab incubo prognatos, quod vetuſtas de Merlino in Anglia quoque credidit, proferre audent. Aliis vero metamorphoſis hæc incredibilis & fabula viſa, quorum ſententia veritati magis conſentanea eſt. Cum enim Chriſtiana religio non ſolum in univerſa Gallia, ſed & in his oris, & proximis Millingenſi & Rienarienſi pagis uſu recepta fuerit, quis hominem Chriſtianum, extra ordinem, opera maligni Spiritus naſci, ejusque ſucceſſores & poſteros per annos ſeptingentos continua ſucceſſione ab eo derivari poſſe, exiſtimet? Pighius ergo in Hercule ſuo Prodicio exiſtimat, Heliam hunc ex familia Romana Æliorum fuiſſe, quod Ælius Gracilis, ſecundum Tacitum, Annal. lib. 13. in Gallias miſſus, beneficio legis Flaviæ Conſtantinæ, poſſeſſiones veteres, hæreditario jure

Ducum iſta & Comitum in Provinciis Romanorum Officia unquam hereditaria fuiſſe Leges 21. 22. 23. *de diverſ. offic. in Cod. Theodoſ.* in quibus, *ne quis ad Officium admitteretur, niſi Diploma a Scriniis poſſit oſtendere*, ſancitur, ſatis innuunt. Ducum vero & Comitum nominibus Provinciarum Rectores inde ab Hadriani Imperatoris tempore appellati fuerunt. Cum enim Imperator ille in Provinciis Romanis continuo fere peregrinetur, Aulici ejus Comitum nomen acceperunt, illudque, pariter ac Duces ſuum titulum, poſtquam Magiſtratibus in Provinciis gerendis admoti fuerunt, retinuerunt. *Spartianus in Hadriano.* Nomina vero iſta cum Officii ratione a Romanis Francos, poſtquam in illorum Provincias penetrarunt, mutuatos fuiſſe, veroſimile eſt.

(1) *Eginhardus* in Vita Caroli M. c. 2. *Pipinus*, inquit, *Pater Caroli Regis, jam velut hereditario jure fungebatur.* Majorum vero Domus exemplum cæteri quoque Duces imitati fuere, de quibus *Frechambertus* in *Brev. Reg. & Maj. Domus, illis*, ſcribit, *temporibus ac deinceps Godofredus, Dux Alemannorum, ceteriique circumquaque Duces noluerunt obtemperare Ducibus Francorum, eo quod non potuerint Regibus Meroveis ſervire, ſicut antea ſoliti fuerunt.* Poſtea quidem Carolus M. Majoribus Domus & Ducibus hereditariis abrogatis Regnum Francorum in minores ditiones, quas Pagos & Gauen vocabant, diviſit, atque Comitibus eas ne ad vitæ quidem ſemper tempus conceſſit, ejus autem filii, Ludovici Pii, tum liberalitate, tum quod bellis civilibus eſſet diſtrictus, factum, ut Comitatus iterum hereditarii redditi fuerint. *In tantum largus*, ſcribit *Theganus* de ejus geſtis c. 29. *ut antea nec in antiquis libris, nec in modernis temporibus auditum eſt, ut villas Regias, quæ erant ſui & avi & Tritavi, fidelibus ſuis tradidit in poſſeſſionem ſempiternas, & præcepta conſtruxit, & annuli ſui impreſſione cum ſubſcriptione manu propria roboravit. Fecit enim hoc diu tempore.* Citius quoque Comitatus in Germania cis-Rhenana hereditarios factos fuiſſe, *Annales Bertiniani* ad a. 829. innuunt.

(2) Quem a peritia rerum Clivenſium valde laudat *Hammelmannus* Op. Hiſt. p. 474. Vid. quoque *Stangefol.* lib. 2. p. 41. 42.

Digitized by Google

ſibi ſorte delatas, aditurus, navigio in has partes venerit, & navim ejus non vivo cygno protractam, ſed ſimulachrum Veneris cygnum in prora pro ſelici ſymbolo habuiſſe poſitum, quod nunquam mergitur undis; adeoque Hymenæum, Comumque feſtivos Deos hanc fabulam condidiſſe, eamque nuptialis agonis ludicrum argumentum heroico matrimonio ſubminiſtraſſe.

At fruſtra certe tanto molimine hanc e familiis Romanis conatur deducere Pighius, cum ſexcentis ante Heliam annis Romani hinc ejecti, eorumque poſſeſſiones direptæ, nec poſtea ullum unquam tutum habuerint acceſſum, multo minus jus pro aditione relictæ alicujus hæreditatis eis competere poterat, præſertim cum in præclaro illo Franciæ regno heroum magnorum ſemper virtus enituerit: Adde, quod Tacitus hiſtoriam ſuam de Ælio Gracili temporibus Trajani, anno Chriſti 100. creati, conſcripſiſſe dicatur, noſter vero Helias poſt ſexcentos annos a nato Salvatore tandem huc appulit: proinde verius eſſe putat Joannes Turcus, Regiſtrator Clivenſis, Theodoricum illum præfectura Cliviæ beneficio Francorum donatum, & Heliam ex Helvetiis ſive oppido Cleve, hodie Clavenna, vel e caſtro, nunc monaſterio Paradyſo in finibus Turgoviæ, (1) vel denique terreſtri paradyſo, quaſi utero matris oriundum, ſecundo Rheno, pro ineundo hoc conjugio, navigio ſub ſigno cygni, (2) ceu Centaurio magno, quod dicitur, vectum, veniſſe: Et cum in bello contra Saracenos in ſocietate Caroli Martelli periiſſet, quemadmodum de Romulo & Arturo, Britanniæ Rege, quoque fingitur, eum diſparuiſſe, ſparſum ſit; accedit, quod involucris his mythologicis antiquitatem & ſplendorem familiæ docere Scriptores voluerunt. Turco adſtipulatur Petrus a Streithagen, Canonicus

(1) Helvetiæ tractus. *Stangefolius* initio lib. 2. ex Græſenſium, Vaſiniæ in Algoia, Sueviæ tractu, Dynaſtarum familia, communique cum Carolo M. ſtirpe, Heliam hunc Gralium hoc modo ortum fuiſſe exiſtimat:



Quæ nullo fide digno Scriptore nituntur.

(2) De ejusmodi ſignis Navium *Plinius* H. N. lib. 35. c. 7. *Ceræ*, inquit, *pinguntur iisdem his coloribus ad eas picturas, quæ inuruntur alieno parietibus genere, ſed claſſibus familiari, jam vero & onerariis navibus.* Itemque *Ovid.* lib. 4. Faſt. v. 275.

Et picta coloribus uſtis
Puppis, ut Ægeas concava findit aquas.

De hujusmodi quoque ſigno, Heliæ iſtum Cygnum interpretatur *Schlichtenborſtius* Hiſtor. Geldr. p. 37. 38. his verſibus ad Theod. Cæſarem, Decanum Clivenſem, olim ſcriptis:

Turris olorinæ, valeat, deliria quisquis
Æſtimat, & quicquid fabula plebis habet.
Ælius adveniens pictum præfixit olorem,
Agnomen Graiæ, præſidiumque rati.
Quo Jovis & notos Ledæ ſignaret amores,
Ac geminos nautis ſidera fauſta Deos.
Hæc vera eſt, vera eſt & proxima gentis origo.
Vivus at eſt veſter Clivia, Cæſar, olor.

Ægidius Gelenius de admir. S. & C. magn. Colon. pag. 128. huic de Cygno fabulæ occaſionem dediſſe exiſtimat, quod Helias in Triumpho vel feſtis nuptialibus, curru, vel traha, vel navi inſtar cygni adornata uſus fuerit.

Digitized by Google

cus Hinsbergenſis in Ducatu Julio: Is enim, poſtquam in ſchematibus ſuis quatuor, anno 1629. editis, & Sereniſſimo Principi *Wolfgango Wilhelmo*, Comiti Palatino Rheni, Bavariæ, Juliæ, Clivizæ, Montium Duci, &c. inſcriptis, opinionem Pighii, Canonici Santenſis, iisdem rationibus, quibus Turcus redarguiſſet, originem proſapiæ Cliviacæ ad Eliam Grajum refert, qui inter necis Juſtiniani Imp. anno 711. quo Clivenſes Comites initium habuerunt, factæ, auctores, (1) Philippici ejus ſucceſſoris Dux belli fuit, & ob occiſum prius in matris ſinu a Juſtiniano filium, ipſe viciſſim caput Imperatori amputatum ad Philippicum transmiſit, ſed eo ob impietatem iterum depoſito, Elias ſubita mutatione perculſus, & fugitivus factus, ad Carolum Martellum, virtute bellica ubique terrarum clarum, pervenit, cujus poſteri, quod Grajus paſſim vocaretur, cognomentum Grail effinxerunt. Ita Streithagenus, qui hanc ſuam opinionem ex eo quoque confirmat, quod Eliam a Theodoſio III. vel IV. (2) qui Anaſtaſium, Philippico ſubſtitutum, immediate ſecutus eſt, in Comitem Clivenſem evectum exiſtimat, qui quemadmodum inter ſuos fortiter olim pugnaverat, ita inter Francos conſtitutus, antiquæ virtutis documenta non omiſit, utpote quod Dagoberto, Francorum Regi, in coërcendis Wildenſibus, (3) qui hodie ſunt Trajectenſes inferiores, adjumento fuit; hi ſiquidem, a Julio Cæſare Britannia cum Slavis expulſi, regionem maritimam usque ad Batavorum fines occuparunt. Præterea Friſios & Sicambros, aliosque vicinos populos perpetuis excurſionibus vexarunt, munitiſſimam arcem, dictam Wildenburgium, (4) ex qua accolarum vim depellerent, ædificantes. Dagobertus igitur, ut ſupra quoque annotavimus, ab Elia adjutus, ipſorum vires contrivit, & arce delcta, Trajectum, urbem munitiſſimam ad Rhenum, pro regionis defenſione conſtituit, quæ ad differentiam ſuperioris ad Moſam, Trajectum ad Rhenum, itemque inferius dicta eſt. Eundem quoque Eliam Carolum Martellum e captivitate Novercæ Plectrudis liberaſſe, & contra Raginfredum, Magiſtrum Palatii, ſub Rege Chilperico fideliter defendiſſe: contra Radbodum item, Friſiæ tyrannum, & Saracenos conſtanter adjuviſſe, author eſt idem Streithagenus. In qua etiam extrema expeditione (5) eum in civitate Narbonenſi anno Chriſti 734. diem ſuum extremum obiiſſe, ſcribit.

Ægidius Geleuius, Canonicus Col. ad S. Andream, in hiſtoria S. Engelberti, Archiepiſcopi Col. anno 1633. evulgata, ex Cardinale Baronio ad annum 711. addit, Eliam hunc forte fuiſſe illum Spatharium nobilem, in Græcia illuſtrem virum, quippe de quo etiam legatur, eum Juſtinianum Rhinotmetum capite truncaſſe, & Philippo Monothelita, poſt unius anni, & ſex circiter menſium ſpatium, imperium, oculis orbato, atque in exilium relegato, ſub Anaſtaſio, optimo Principe, ejus ſucceſſore, apud exteros in exilio vixiſſe,

(1) Vide *Theophanis* Chronograph. T. VI. *Hiſt. Byzant.* p. 317. 318.

(2) Inepte! quia Franci illo tempore Germaniam cis-Rhenanam tenebant, Romanis inde jamdudum expulſis.

(3) MS. *Honſelarianum. Sigebert.* Gembl. *Vultas* appellat ad ann. 697. *Joh. Beka* in præmio *Chron. Epiſc. Ultrajectl.* atque *Buchelius* in Notis ibidem cum aliis multis *Wiltor*, ſive *Wiltzer*, populum Slavorum fuiſſe exiſtimant, quos *Menſo Altingius* merito redarguit *in Notit. Germ. inf.* P. II. voce *Wiltla.* Vid. Not. ſupr. ad pag. 36.

(4) Idem cum Trajecto caſtrum fuiſſe contendunt *Buchelius* in Notis ad *Joh. Bekam* l. c. & *Anton. Matthæus* de Nobilit. lib. 2. c. 1. Diverſum autem a Trajecto ſtatuit, atque quinto milliari ſupra illud collocat *Menſo Altingius* l. c. p. 205.

(5) MS. *Honſelarianum. Theodorus* de *Rhay* Anim. Illuſtr. p. 1. & 2. *Petrus* quoque *Verhagh* de rebus ab eo geſtis in *Cliona Menapia* ita canit:

Elias patriam vario tutatus ab hoſte,
Rexi bis denis millibus atque tribus.
Martellum ſera bella premunt, dum fidus Achates,
Flavi Wildenſes hoc Friſiique ſciunt.
Clivica rura pater Patri Pipine dedi ſti,
Auſpiciis nati ſic mihi nata datur.
Hinc Comitis mihi partus honos, ſeroque nepoti.
Audit Civiadum ſic comitatus humus.
Sed dum Marte ſacro Saracenos usque Pyrenes
Perſequor ad montes, occubo merſus aquis.

Digitized by Google

xiſſe, & vitæ reliquæ ſubſidia quærentem, ea in Beatricis, Theodorici, ultimi Clivorum Præfecti filiæ, matrimonio inveniſſe. Sed omnes tamen has conjecturas eſſe, nec aliam, quam hæ fidem habere ſolent, mereri, bene monet. Ideoque alii verius & rectius a Theiſterbandinis Dynaſtis, de quibus infra, proſapiam Clivenſem derivant.

Origo Principum Montium & Marcæ Weſtphalicæ. M. H. p. 717.

Clivenſibus Montium & Marcæ Weſtphalicæ Principes ſuccedunt: Quorum originem (1) licet alii quoque fabulis contaminarint, quæ etiam cauſa eſt, quod per annos complures familia hæc illuſtris bina apud Hiſtoricos eſt obſcurior: Hoc nihilominus ex certioribus evidens, utriusque hujus familiæ fratres, Hermannum & Adolphum, Ubiorum Comites & Advocatos Turtienſes, circa annum Chriſti 967. conditores eſſe. De Hermanni poſteris nihil memoriæ proditum. Adolphus Adolphum & Eberhardum filios genuit, qui purpurea roſa, ut vetuſta habent monumenta, a patre accepta, favore Impp. ſubnixi, præter avitum veteris Montis ad fluvium Duenam, verſus Rhenum & Cl. Aug. Agripp. Coloniam conditum, a patre traditum, aliud quoque ad Lenam fluvium in Wolffeck / terra inculta, montoſa & nemoroſa, inditio avis, interſecantium ſtrepitum fugatæ, inque ſinu alterius fratrum, utpote futuri Domini, bono omine perfugium quærentis, ædificarunt, & munierunt, quod quia Montis Aquilii, (Arensberg) Dynaſtiæ Weſtphaliæ antiquiſſimæ Comiti, quæ ab anno 660. Guntherum, & ab an. 931. Ottonem, a Friderico vero, Godefridi filio, ejusque uxore Bavara, Henrici Craſſi ſorore, Ottonis filia, longa ſerie Principes ſuos numerat, Vicinius, lingua gentis Altenæ, dictum eſt. Hæc duo caſtra fratres hi cum terris circumjacentibus conjunctim poſſederunt, donec Eberhardus, ex bello Brabantino redux, conſcientiæ ſtimulis excitatus, peregrino habitu, in monaſterii Morimundenſis, anno 1114. juxta Abbatem Uriperg. in vita Ottonis III. Imp. fundati, prædio ſeu villa ſcrophus, ſeu porcorum paſtor factus, a duobus militibus patriis, eo profectis, ex cicatrice faciei agnitus, & ab Abbate in Monachum ordinis Ciſtercienſis tonſus eſt: Idem poſtea, fratrem Adolphum, Montium & Altenæ Comitem, viſitans, ut ex arce veteris Montis ſimile ordinis ejusdem monaſterium conderet, impetravit, quod anno 1133. factum eſt. Comitatus vero Montium & Altenæ Adolphi nepotes iterum inter ſe diviſerunt: Eberhardo enim Altenanus, Engelberto Montanus obtigit. Engelbertus rurſus Adolphum IV. genuit, & Engelbertum, Col. Archiepiſcopum, qui ſine hærede mortui, ſorori Margarethæ, Henrico Limburgio nuptæ, Montium hæreditatem reliquerunt.

Ex hac Adolphus Limburgius, ejus nominis V. prodiit, qui roſa purpurea abjecta, arma Limburgia, Leonem ſcilicet coronatum rubrum in albo ſolo induit, & ex Margaretha Julia Adolphum & Wilhelmum, mutuos ſucceſſores, Conradum, Epiſcopum Monaſterienſem, & Henricum, Windecciæ Dominum, procreavit, ſed cum illi ambo nulla relicta prole excederent, Adolpho, ex fratre Henrico cum Agnete Marchica nepoti, Comitatum Montis reliquerunt; Adolphus autem, cum filii ejus bini, Adolphus & Wilhelmus, ſibi obſtrepere facti, ante ipſum ſine liberis, divina vindicta eos proſequente, diem ſuum obirent, per filiam Margarethan, Ottoni, Ravensburgio Comiti, copulatam, Comitatum Montis tradidit, qui utroque Comitatu feliciter conjuncto, per filiam itidem ſuam & hæredem unicam, Margarethan, Gerhardo Julio, Wilhelmi filio, binos eosdem Comitatus in dotem reſignavit, ideoque is hoc conjugio Julium, Montanum, & Ravensburgium Comitatus univit, Gerhardi poſteri, Lud. IV. Caroli IV. & Wenceslai Impp. beneficio & auctoritate, pro Comitibus Marchiones, & mox pro Marchionibus imperii Duces eſſe cœperunt.

Porro Eberhardus, alter Adolphi filius, Engelberti Montani frater, familiam Marcanam (2) ad Adolphum V. produxit, qui poſt Ottonem Theodoricum, & Joannem fratres, Comites Clivenſes, ſtirpis hujus vetuſtiſſimæ ultimos hæredes maſculos, Comitatum Clivium ex conjugio Margarethæ, Comitis Theodorici IX. filia & hærede, accepit, & Marcano conjunxit, & ex Margaretha hac præter Engelbertum & Theodoricum, inter utrumque medium Adolphum progenuit, qui Monaſterienſi & Colonienſi Epiſcopatibus relictis, accepta Margaretha, Gerhardi, Montium Comitis filia, in Comitem Clivi-

um

(1) De qua vide infr. *Annales Montanos.*
(2) Vide infr. *Annales Marcanos.*

Digitized by Google

um inauguratus, & poſtmodum filius ejus, itidem Adolphus, in Concilio Conſtantienſi anno 1417. a Sigismundo Imperatore in Ducem evectus eſt.

Julia provincia, ſive a Julii Cæſaris caſtris aut ſtativis, ſive a Julia Agrippina nomen ſortiatur, Romanæ eſt originis: Arce autem priori deleta, poſtmodum Guilielmus Clivius aliam totius regionis Metropolin & propugnaculum conſtruxit, in cujus ruderibus multa antiquitatis monumenta, ſicut etiam in vicinis pagis Altropio & Patterenſi, erutæ ſunt, inter quæ Cornelii Taciti, & Sexti Pilati Epitaphia celebrantur. *Origo Principum Juliorum.*

Principum, qui ei præfuerunt, originem alii aliter recenſent, ſicut in ipſorum Hiſtoria Membro 2. uberius commemorabimus.

Ex Wilhelmi, qui ſub Henrico III. Imperatore anno 1050. militavit, poſteris, Wilhelmus, Marchio Juliæ, & non longe poſt Dux ejus factus primus, Wilhelmum II. ſucceſſorem habuit, qui ob Mariam, Reinholdi primi, Geldriæ Ducis filiam, uxorem ſuam, Reinholdo & Eduardo filiis ejus, ſuis vero affinibus, ſine hæredibus mortuis, Ducatum quoque Geldriæ, & Comitatum Zutphaniæ familiæ ſuæ intulit, & ad Wilhelmum & Reinholdum filios ſucceſſores derivavit; ſed cum & illi ambo nullam prolem relinquerent, Wilhelmi primi, Montium Ducis filio, Adolpho, & nepote Roberto ſuccedentibus, aſt ſine hæredibus extinctis, duorum Ducatuum Julii & Montani, & Comitatus Ravensburgii hæreditas ad unum Gerhardum, Adolphi, ex fratre Wilhelmo, Ravensbergio Comite, nepotem pervenit, cui quia ob Ducatum Geldrium, a patruis magnis ad ſe transmiſſum, Arnholdus Egmondanus litem movit, cum Carolo Burgundo vendidit, quod ipſius poſteris aditum ad Geldriam attulit; Gerhardus vero Julium & Montanum Ducatus, cum Comitatu Ravensburgio, & jure provinciæ Geldriæ, ad filium Wilhelmum viciſſim propagavit, qui omnes provincias has unicæ ſuæ filiæ, Johanni III. Duci Clivio, & Comiti Marcano, in conjugem datæ, pro dote conceſſit, isque Julium, Montanum & Clivium Ducatus, cum Comitatibus Marcano & Ravensburgio, auſpicato hoc conjugio copulavit.

Geldriam, ut hoc attexamus, quod attinet, ejus originem alii a Gelduba (1) Romanorum deducunt, ſed quia illa in Ubiis ſita fuit, ut Parte prima dictum, hinc alii Geldris Principibus Wichardum & Ludolphum de Pont originem dediſſe memorant, qui apud Gugernos venenato locis illis animali, hominibus & beſtiis infeſto, ſumma calliditate occiſo, a voce animalis **Gelre** vel potius a flavo terræ circumjacentis colore, arci ibidem conſtructæ nomen impoſuerunt, cujus fabulæ mythologiam in hiſtoria Geldria plenius explicabimus. Præfuerunt provinciæ octo Dynaſtæ ſeu Toparchæ, Advocati & Præfecti, & totidem Comites atque Duces, ex quibus Otto Naſſovius, Walrami filius, ducta primum Adelheidc, Wichardi, ultimi Geldriæ Dynaſtæ filia, Comes Geldriæ factus, deinde poſt mortem ejus, Sophia, Wichmanni, ultimi Zutphaniæ Comitis filia, ſecunda conjuge accepta, utrumque Comitatum conjunxit. Reinholdi vero ex Ottonis Naſſovii familia ejus nominis primi, Geldriæ vero & Zutphaniæ Comitis octavi & ultimi, filius cognomen, a Ludovico Cæſare anno 1339. Dux Geldriæ ſaluratus, Rheinholdum & Eduardum filios ſucceſſores edidit, qui ſine hæredibus obeuntes, per Mariam ſororem Wilhelmo II. Juliæ Duci, ut jam diximus, Ducatus binos cum Comitatu, reclamante licet Mechtilde primogenita, reliquerunt. *Origo Principum Geldriæ.*

Ravensbergiis (2) Comitibus Hermannus de Calvele, nobilis Saxo, originem dedit, qui, juxta Cranz. in Metropoli lib. 1. cap. 32. & Saxonia lib. 5. cap. 15. ex Ottonis, Saxoniæ & Angriæ Ducis, filiabus quatuor, unam duxit, quæ Ottonem & Henricum, Comites Ravensbergios, mutuos ſucceſſores, illi genuit. Ex Henrico Ludovicus ortus, cujus filius Otto Margarethan, Comitis Montani filiam & hæredem, uxorem habuit, ex quo conjugio unica tantum filia, itidem Margaretha, nata, uxor fuit Gerhardi Julii, Wilhelmi filii, ut jam ſæpius indicatum eſt. A quibus Parentibus Wilhelmus primus, Montium Dux, prognatus, viciſſim Adolphum, Juliæ & Montium Ducem, Robertum, Pad. Epiſcopum, & Wilhelmum, Ravensbergium Comitem, edidit, cujus uxor Adelheidis Teck- *Origo Comitum Ravensbergiorum.*

(1) Vide infr. *Annales Geldriæ.*
(2) Vid. infr. P. II. membr. V.

Digitized by Google

ad pag. 128.

IVIÆ, JULIÆ, MONTIUM, AVENSTEIN.

COMITE: COMITES JULIACENSES. COMITES & DUCES GELDRIÆ.

Elias G
Theod
Reinol
Ludolp
Johann
Robert
Balduin
Ludovi
Everha
Luthar
Balduin
Arnold
Balderi
Conrad
Theod
Theod
Arnold
Arnold
Theodo
Theodo
Arnoldu
Theodo
Theodo
Theodo
Theodo
Theodo

Gerhardus III.
Wilhelmus III.
Gerhardus IV.
Wilhelmus IV.
Wilhelmus V.
Waleramus I.
Wilhelmus VI.
Gerhardus V.
Wilhelmus VII.

Otto I.
Gerhardus I.
Henricus.
Otto II.
Gerhardus II.
Otto III.
Reinoldus I.
Reinoldus II.

Otto. The

MAR

Gerhardus, C. Mont. & Ravensb.

Wilhelmus VIII.

M A R I A.

Wilhelmus.

Reinoldus III.

Johanna, Uxor *Johannis* de Arckel.

M A R I A, Ux. *Johannis* Egmondani.

ARNOLDUS.

Adolphus.

Carolus, ob. 1538.

S.

heres
Mont.
n. Ra-

OHANNES WILHELMUS, Ultimus Dux Cliv. Jul. Mont. C. Marc. Ravensb. & Dynasta Ravensteinensis, obiit improlis 1609.

Digitized by Google

Digitized by Google

ſulam effecit, eidem ad ſiniſtram Weſalia altior ſeu ſuperior apparet, ubi Rhenus gyratus montem Lurley altiſſimum & reſonantem admodum ad dextram reſpicit, in qua parte etiam arx Catzenelenbogenſis & Gevershuſia conſtructæ: a ſiniſtris oppidum S. Goari habet, ibique per crebras charybdes, aquas multas amittere creditur. Ab eadem parte arx **Rheinfels**/ quaſi Rheni rupes, ſita. Longius vero ad dextram Dorenburgum; Velmichium vero oppidum proximius ibidem. Ad lævam Hirtznovæam, & Paltzichium: ad dextram ſupra Bomhoveam duas arces, Campes pagum, ad lævam eodem ſitu Bodobrigam habet, ex qua **Oeſterſpey**/ Brubachiam arcem & pagum, **Oberlanſtein** oppidum, arcem Lanecum, & pagum **Niederlanſtein** a dextris adit, ibidemque Loganam flumen, vulgo Lanum dictum, excipit: a ſiniſtris vero **Weſterſpey**/ Rheni pagum, & regale quoque ſolum, & arcem Capellam reſpicit, indeque nova inſula facta, & Cleri pago a dextris alluto, Confluentiæ cum Moſella ad lævam miſcetur.

Ita Moſellæ Rhenus commixtus ad latus dextrum arcem **Ehrenbreitſtein**/ monte receptam altiſſimo, & ripis ſuis imminentem exhibet, ad lævam pagus eſt parvus D. Sebaſtiani, **Engers** appellatus, ab ejus vero dextris oppidum **Engers**/ ubi Rhenum quoque Veda fluvius influit, a quo inſulam faciens Urmelum pagum, & turrim **Platzenborn** læva, Erliceum dextra habet. Is aliam regionem, & fluvium Natham vel Netham, nec non Antoniacum oppidum, ubi fluvius ille in Rhenum ſe exonerat, ab eoque rigatum, quaſi ad Natham ſitum, dicitur, læva præterit; a dextris Ludesdorpiam margine porrectam ripali, & arcem **Hamerſtein**/ **Oberhamerſtein**/ **Niederhamerſtein**/ **Broel** & Huningum pagos, Arqueldum caſtrum; a ſiniſtris arces Rhinæciam monte poſitam, itemque oppidum Briſichium habet. Dum vero continuo in Corum greſſu labitur, ad lævam Aarum fluvium, ab Arvilla fuſum, fontes item ſalubberrimos, qui ex montibus, quorum uni arx **Landeskron** incumbit, alter juxta Sinſichium ſitus, ſcaturiunt, excipit: indeque Linſeam ad dextram alluit, & Erpeliam pagum eadem præterit, ad lævam vero Rhinomagin oppoſitam & montem Bernalem habet, & Vincolio atque Huvano pagis a dextris Vonthremia relictis, inſulaque effecta, cœnobio virginum celebri, longius, ad lævam ſeptem montes, quorum quatuor tantum habitabiles, & caſtris ſuis notabiles ſunt, monſtrat, & tandem Bonnam ad lævam exhibet, e cujus regione Genoſiam fuiſſe, auctor eſt Florus, & pontem quoque, qua Rhenus tranſitur, ibidem extitiſſe, memoria proditum, ſed jam nec Genoſiæ, nec pontis reliquiæ ſuperſunt. Bonna deſcendendo, Rhenus læva monaſterium habet virginum, Filichium dictum, Veslingium municipium, & a ripa remotius Guttorpum pagum, dextra Luſtorpiam arcem cum pago alluit; ſupra hanc Sigena a dextris Rhenum influit; de quo, ſicut etiam Sulza, Achera, Brœla flumnibus, qua Sigenæ junguntur, in provincia Montana copioſius. In inſula, quæ conjunctione duorum fluviorum efficitur, propugnaculum Papalis Mitræ, ſeu Valli Belgici, an. 1621. ab Ordinibus confœderati Belgii conſtructum eſt: Rhenus vero a ſiniſtris D. Materni pagum, & eadem parte Cl. Agrippinæ Coloniam, eque ejus regione Tuitium commonſtrat. Idem Rhenus, Colonia deſcendendo, a dextris Mollenium municipium habet, a ſiniſtris vero longa prope ripam inſula facta, infra eam & eodem latere Neliam pagum proxime Marconium exhibet: a dextris vero Duneum fluvium excipit, & præterea Langeam a ſiniſtris, Hittorpum a dextris poſſidet, eadem parte Viperam fluvium accipit; de quo, ſicut etiam Duneo, in provincia Montana. Illo accepto a dextris Rhindorpiam, Monhemium, & pagum Cœli ſpiritum, a ſiniſtris Woringiam, Reipubl. Colonienſis prælio nobilem, Suntinam, Olſenum, Grimelinckhuſium pagos habet: eadem parte Erweto fluvio, & altero quoque, qui Fletus dicitur, ſupra Noveſium acceptis, longe lateque diffuſus pagum Saxeum a dextris contingit, ibidemque Duſſela fluvio novæ provinciæ Montanæ arrepto, Duſſeldorpium ex eo appellatum, Ducum Montanorum ſedem alluit: inde ſecundo curſu Cæſaris inſulam a ſiniſtris monſtrat, Trajani, ut putatur, Cæſaris Coloniam: ab ea eodem quoque tractu Gelduba, præclarum quondam Romanorum oppidum, jam vilis pagus, **Gelb** dictus, e regione arcis Linnenſis. Dum vero Rhenus continuo curſu ibi dilabitur, & Cruisburgum a dextris præterit, inſulam facit exiguam, ex qua a dextris Witleriam, a ſiniſtris oppidum Ordingum, altam Butbergam, Frimorsheimium, Mörſani Principis arcem in inſula: a dex-

Digitized by Google

tris iterum Angerordum arcem, & fluvium quoque provinciæ itidem Montanæ Angeram, qui ei ibidem influit, habet: a ſiniſtris pagum Eimericum aſpicit, Aſciburgium vero, mutato ſæpius alveo, ex dextra in ſiniſtram fundit, ubi veteris alvei veſtigia locis paſſim paludoſis cernuntur; ab altera vero parte Duisburgum, antea Rheno proximum, jam vero ab eo remotius, exhibet, Clodii Criniti, Imperatoris Francici, ſede nobile: inde Rurordam eodem tractu alluit, a fluvio Rura, qui ibi Rhenum ingreditur, dictam, de qua in provincia Marcana. Huic commixtus, a dextris Emſerum amnem præterea adit, cum quo eadem parte arcem Knipeniam & Walrzenium, a læva Alenium pagos habet, inde Orſenium, Berichium, nec non Burichium eodem tractu ſubit, a dextris iterum Veſaliam inferiorem alluit, ibique Lupiam flumen digerit, de quo ſimiliter in provincia Marcana.

A Veſalia Rhenus Lupiæ conjunctus, poſtquam a ſiniſtris oppidum, a ſanctis Martyribus Santenſe dictum, ubi Julius Cæſar ponte Rhenum clauſiſſe fertur, a dextris Rheſiam & Embricam exhibuit, relictis a ſiniſtris Grietha & Griethuſio oppidis, imprimis Cliviæ totius Metropoli, paulo longius, in tria cornua (1) ſeſe exonerat, quorum primum Valis, ſecundum Iſſula, tertium Lecca. (2) Valis initium eſt hiatus vulpis, alias Voſſes gath, ubi propugnaculum Batavicum Gravewardanum, ab auctore Schenckianum dictum, & telonium Ducis Clivorum duplex ſitum eſt. Ubi Valis a ſiniſtris immenſæ altitudinis cornu effuſo ad Zephyrum prolapſus, a ſiniſtris Neomagum, a dextris Telium, & Valis atque Moſellæ inſulam, inque ea oppidum Bommelium ad Valis ſiniſtram monſtrat; ad cujus finem arx eſt, Leonina rupes appellata: de quibus in provincia Geldria uberius dicetur.

Fluxum autem Rheni cum fluminibus omnibus ingredientibus ita deſcripſit Bernhardus Mollerus:

Ignea nubifero mons vertice ſuſpicit aſtra,
Itala Gallorum terminat arva jugis.
Quod nitido vertex niteat candore profuſus,
Alpibus albedo nomina jure dedit.
At tria protenſo ſtadiorum millia monti,
Infera cum ſupero cernitur unda mari.

Mons

(1) Totidemque oſtia, de quibus *Plinius* l. 4. c. 15. *In Rheno ipſo prope centum M. paſſuum in longitudinem nobiliſſima Batavorum Inſula & Caninefatum, & aliæ Friſiorum, Chaucorum, Friſiabonum, Sturiorum, Marſaciorum, quæ ſternuntur inter* Helium & Flevum. *Ita appellantur oſtia, in qua effuſus Rhenus ab Septentrione in lacus, ab Occidente in amnem Moſam ſe ſpargit: medio inter hæc ore modicum nomini ſuo cuſtodiens alveum.* Conſentit Plinio *Ptolemæus*, qui *medium amnis oſtium, Occidentale & Orientale* refert. *Virgilius* autem lib. 8. Æneid. v. 727. duo tantum cornua Rehno adſcribit:

Extremique hominum Morini, Rhenuſque bicornis.

Pomponius Mela lib. 3. c. 11. & *Tacitus* Annal. lib. 2. c. 6. itidem duos tantum alveos commemorant. *Cæſar* e contrario lib. 4. c. 10. B. G. *Rhenum, ubi Oceano adpropinquavit, in plures diffluere partes*, ſcribit. Qui diſſenſus ita conciliandus videtur, quod initio non niſi duo Rheni alvei & oſtia extiterint, *Rhenus* nempe & *Vahalis*, de quibus *Virgilius* l. c. & *Claudianus* de Bello Getico v. 336.

Te Cimbrica Thetis
Diviſum biſido conſumit Rhene meatu.

intelligendi ſunt. Ex quo vero, poſtquam Druſus, foſſa ducta, Iſalam cum Rheno conjunxit, tertius acceſſit alveus, cujus quoque *Plinius* & *Ptolomæus* meminerunt. *Mela* & *Tacitus* medium alveum omiſerunt, quia aqua per foſſam Druſianam aliorſum derivata, modicus jam tum fuit, curſumque ſenſim perdidit, oſtio mox penitus obſtructo. Cæſarem autem de rivis & elicibus e duobus Rheni alveis eductis intelligendum eſſe, cenſet *Iſ. Pontanus* de Rheni divortiis Diſcept. 3. Vide quoque *Altingium* in *Notit. Germ. Inſer.* p. 108. 109. *Cellarium* Geograph. Antiq. T. 1. lib. 2. c. 3.

(2) Neutiquam inter antiquos Rheni alveos *Leccam* referendam eſſe, ſed ſerius vel manu & induſtria factam, vel ab exiguo rivulo, aqua ex Rheno adfluente, ſenſim auctam fuiſſe, cenſent *Junius* in Batavia c. 8. *Ant. Matthæus* de Nobilit. lib. 2. c. 10. *Altingius* l. c. p. 3. Alveum intelligit, quo Cl. Civilis Rhenum in Galliam effudiſſe refertur apud *Tacitum* lib. 5. Hiſt. c. 19. Licum ab *eliciendo*, atque inde Lecke dictum.

Digitized by Google

Mons ſubit hic inter, quo non ſubit altior Alpeis,
Nobile mons, ſumma, nomen ab Alpe capit.
Poſteritas nomen tribuit mutata Gotardo,
Quod valido tutor monte Gotardus agat.
Mons velut in cornu ſumma divertit ab Alpe,
Qui reducem ſolis ſpectat Adula diem.
Hi fluvio montes paſſim lætantur oborto,
Irriguis paſſim ſaxa rigantur aquis.
Scire juvat Rheni fonteis: hac naſcitur ora,
Redditur & gemino Rhenus ab amne duplex.
Poſterior dextra Rhenus proſpectat oriri,
Anterior læva ſpectat obire jubar.
Hic magis ad Zephyrum Boreali viſitur Arcto,
Solis in exortum proſpicit ille Notho.
Unicus ante duplex gemino coit agmine Rhenus,
Solis ad exortum ductile flectit iter.
Hic ubi jam Rhenus coiit, vix Curia mille
Rhæta quater paſſus inde remota jacet.
Excipit a dextris longa vi flumina Rhenus,
Rhæticon hæc gelido flumina monte parit.
Latius hinc itur, Rhinacum pergitur, undas
Inde Brigantini pergit inire maris.
Sed prius ac lapſu vaſtum prorumpat in æquor,
Prævalido Rhenus ponte fluenta tegit.
In pelago Rhenus neſcit mutare colorem,
Turgidus in nocuo ſeparat amne lacum.
Quem ſubigit, Loſanna jugis ſubigitque Geneva,
Dividitur Rhodani nonne Lemannus aqua.
Inde Brigantino diverſus ab æquore fertur
Rhenus, in occaſum turbine raptus abit.
Ulterius Rherum ſimul ac Scaphuſia miſit,
Sub laceros agitur monte remiſſa ſerobcis.
Mutat iter Rhenus, nec enim perſiſtit eodem
Tramite, nubiferi cedit in arva Notbi.
Reddidit ex undis ſimul ac ſe talibus auctam,
Ur perit, Ur lævo Rhenus & amne tegit.
Inferius læva (Glath dicitur) accipit amnem,
Illius ex gemino naſcitur unda lacu.
Hinc Arolæ fluctus Limagi ſortitur, & Urſæ
Rhenus & exempto ſtringitur orbe locus.
Rhenus habet dextra Vutam, mox cornua Slutæ,
Mœnia Dungeni flumine Vuta ſecat.
Helveticam dextra Rhenus proſpectat Eremum,
Quod nunc Hæreinium dicitur eſſe nemus.
Urbs nemorum tutela ſubit vicina fluentis,
Rhene, tuis, dextrum gaudet adepta latus.
In Rheni dextram miſit, quoscunque ſiniſtra
Rauraces hæc nitida continet urbe ſitos.
Accolit illuſtris lævam Rhinfeldia Rheni,
Incipit hinc fluvio latior eſſe via.
Excipit ad lævam reſonantis brachia Farræ
Rhenus, & Ergetio plenior amne tumet.
Hic Auguſta latet Rheni ſortita ſiniſtram
Rauracis, ex domina viſitur urbe parum.

Sustulit Hunnorum virtus, quod reddere nescit,
Si tamen est virtus sternere cuncta solo.
En quinquaginta stadiis Basileia videtur,
Relliquiis illam constat abisse tuis.
Excipit ad lævam Birsacidos agmina Lymphæ
Rhenus, & ad dextram flumina Wesis agit,
Inde Neuenburgum bissex ad millia passûm
Brisgœas dextrum mittit obire latus.
Hac sua Brisacum sustollit mœnia parte,
Culmina Burcani gurgite Rhenus obit.
Træsus & unito sociat dum flumine labra
Eltisus, dextra cedit uterque manu.
Hic subit Eltsacum, procul alluit ille Friburgas,
Præcipiti volitans fertur uterque fuga.
Et quæ Sequam cis Elsatia partibus extat,
Obviat, hanc lævo Rhenus ab orbe videt.
Imbibit a dextris, quod dat Schuttrenia flumen,
Gurgite Cinticus flumina lassus agit.
Ellus adest, Alsam reliqui dixisse feruntur,
Et latus ad lævum turbine mittit aquas.
Singoiæ fontem latebris educit amœnis,
Ex rigua Vogesi Valle flumenta capit.
Non procul Elsacis Olruncam digerit, isto vulgo die Tolder.
Masonidem constat fata bibisse vado.
Thurus ad Ensbemum leviore nec Ombacus unda
Ad rubeas Ello conciliantur aquas.
Phacidos hinc undam Colmaria mancipat Ello,
Mœnia Sletstadii fluctifer Ellus adit.
Mœnia Benfeldi declivior alluit Ellus,
Auctior ad Rhenum ductile flectit iter.
Excipit ad lævam sinuosi flumina Prusis,
Prusis ab occiduo defluit orbe satus.
Alluit argento, quæ nomina mutuat, urbem,
Compita vicatim præpete lambit aqua.
Hinc quinquaginta stadiis Scüttera fluentum,
Quod removet, Rheni labra subire dedit.
Inde decem passus descendunt flumina Rheni
Mille, videt Sornam Rhenus adesse sibi.
Qui latias adiit fluvio simul atque Tabernas,
Ante pharetrati fragmina montis abit.
Rennichis occurrit, qui nomine nominat urbem
Rennichiam, Rheni flumen adauget aquis.
Urbs procul a Rheno Zephyri declinat ad oras,
Nomen Hagenjæ rebus adepta fuit.
Ardua provolvit resonantis flumina Maltæ,
Flumina puniceo longius acta pede.
Cum subigit læva Benhemia margine ripa,
Thermiacas longe dextra relinquit aquas. (Marggraven Baden)
Rhenus Saletium delibat mœnia gentis,
Saletus Rheni læva subitur aquis.
Infra Rastadium defertur flumine Murgus,
Rastadium dextra Rhenus abesse videt.
Sex simul ac gressu superavit millia passûm,
Flumina Lutteri cominus ire videt.

Dum

Dum ſua confini Lutterus nomina Caſtro
Mancipat, hunc Rheni gurgite læva tegit.
Comiter æquato procedit flumine Rhenus,
Mœnia Numburgi comiter alta ferit.
Suſpicit excurſu Mulburgi culmina dextro,
Culmina Mulburgi longius amne ſita.
Rhenanas alia ſpectat regione Tabernas, (Rheinzabern)
Rhenus adhuc reſtat ſigna videre loci.
Ulterius Fortuna dedit reſtare Tabernas, (Bergzabern)
Solis ad occaſum nomina montis habent.
Obviat adverſo Screcanum limite Rheni,
Dextera Screcanum fluminis ora quatit.
Germarsheima latus Rheni ſortita ſiniſtrum,
Parva tamen geſtit dote ſuperba loci.
Hinc latus ad dextrum ſubit Udenheimia, Rhenus
Quatuor ut paſsûm millia carpſit iter.
Altius ad lævam Nemeti ſtant fluminis ora,
Imperium Juris Speira vigore tenet.
Grætia Rhenani dextram mox fluminis intrat,
Grætia Cræcæis nomine ſignat humum.
Nobilis adducit Manheimia Necchariu, Iſtri
Necchariſ ad gelidum naſcitur unda caput.
Rhenus ut obtutu Lampſeni mœnia liquit,
Sceptriferis Rheni gaudet adeſſe labris.
Poſtea Lorſenſis ſpectantur culmina clauſtri,
Culmina Laureſſi nomine dextra gerit.
Limite Vangioneis Vormatia continet amplo,
Vangioneis Rheni læva venuſtat aquis.
Erſpaca Winhemo ſimul ac effluxit ab urbe,
Suſcipit hunc dextra Rhenus & ire dolet.
Protinus occurrunt Stænarum mœnia Rheno,
Mœnia Stænarum nomine clara ſuo.
Cærula Herushenum prælibat dextera Rheni,
Vilia Stochſtadii fluctibus arva quatit.
Ad pia Virginii ſpatiatur mœnia Ruffi
Rhenus, & ad lævam ſuſtinet illa latus.
Hæc licet urbs, veluti reor, Oppenheimia fertur,
Eſt tamen ex Ruffi nomine clara Ducis.
Ut ſtadiis centum diſceſſit manſio Ruffi,
Arduus in Rheni flumina Mogus abit.
Qui modo tantus aqua tot aquarum molibus egit,
Mogus iter Rheni geſtit inire labra.
Nobilis adverſo Moguntia flumine Mogi
Gaudet, aquis Rheni gaudet, amica ſitu.
Urbs abit ad lævam Rheni, ſed flumine Mogus
Cymbiſero dextrum geſtit inire latus.
Vilia Morſenæ fœcundat culmina pagi,
Nabis & Altzhemi culmina rectus adit.
Inde duplex viridi ſubit Ingelsheimia tractu,
Diſtant perminimo pagus & aula ſitu.
Cærulei dextram Geisheimia fluminis ornat,
Inde Rodesheimi tecta ſubire vides.
Aſt latus ad lævam ſpectatur Bingia, centum
Et ſtadiis biſſex urbe remota Meni.

Nais

Nais ibi fertur ripa donatus utraque
Arcibus, innocuo perforat amne ſolum.
Mons ſubit ad lævam, Roberti nomine gaudet,
Cœnobii nitido claret honore locus.
Intercepta procul medio ſtat flumine turris,
Inſula dividuo cingitur arcta lacu.
Horrida ſed mures tribuerunt nomina turri,
Mure ſub ultori fata quod Hatto tulit.
Altius Erveldum medio ſtat vertice montis,
Ad fluvii dextram caſtra jacere vides.
Poſſidet exili lævam qui culmine vicus,
Bingiaci nomen præſtat inane ſpecus.
Hasmansbuſiados pagum tutatur arena,
Rhenus aqua dextram tecta ſubire facit.
Arx tenui ſedem gyro Vasberga coronat,
Contiguis arcem læva venuſtat aquis.
Dum legio Rheni decorat Trajana ſiniſtram,
Paſſus mille retro Bingia quinque fugit.
Pagum it Heimbacum, lævo ſtat fluminis arcu,
Dextro Corichium fluminis ore ſedet.
Cardine Dembacum lævo fert culmina, dextram
Corichii geſtit parva ſubire domus.
Mille quater paſſus ſimul ac Trajana recedunt
Culmina, Bachracum gurgite læva ferit.
Dicitur hæc Bachi ſedes, fert montibus arcem,
Inſidet oppiduli mœnibus ipſa ſui.
Proxima contiguo diffunditur inſula tractu.
Inſula ſpumarum molibus acta fremit.
Illa Palatinæ generoſum ſuſtinet arcis
Nomen, & excelſo mœnia colle levat.
Pagus & arx dextro Caveanum margine ſurgit.
Verticis hæc apicem poſſidet, ille pedem.
Altior ex templo Veſalia ſubjacet arci,
Solis ad occaſum flumine Rhenus abit.
Mons ſubit ad Rheni dextram, deſpectat in undas,
Sub latebris Echo quem reſonare facit.
Deſerit Arcturum dextro qui ſimile Rhenus,
Nunc iterum Cori regna frementis adit.
Eminus a dextro Mellenſia cardine Rhenum,
Eminus Hortarii ſeſſio regis habet. (die Herich)
Arx ſimul apparet Cattorum nomine clara
Meliboco, nitidum monte levata caput.
A lare Bachraci deſcendit turbine Rhenus,
Mille ſimul paſſus octo peregit iter.
Pagus ibi nomen fertur ſortita Goâri.
Et domus & dextrum poſſidet illa latus.
Oppidulum læva petitur regione Goarum,
Hic celerem mergit crebra Charybdis aquam.
Arx venit, a Rheni ſortitur nomina rupe,
Fluminis ad lævam vertice montis agit.
Caſtra Dorumburgi Rheno ſemota parumper
Suſpicit ad dextrum ſurgere nauta latus.
Velmichium dextra Rhenus lambente ſalutat,
Culmine quod nitido mœnia pene replet.

Hirſ-

Hirſutæam Rheni properat ſpectare ſiniſtra,
Paltiſchium Rheni læva videre parat.
Supra Bornhoveam modico ſtant limite bina
Caſtra, tenent dextrum monte levata latus.
Dum ſolito pergit curſu laſſare fluenta,
Bodobrigam læva Rhenus obire parat.
Obviat exili Spejanum culmine duplex,
Et fluvio pagum Rhenus utrumque ferit.
Arx & pagus habet Brubachia nomine dextram,
Obtinet hic planum, montibus ille ſedet.
Viſitur has ſedes etiam dum Regia parte
Bina Lani rupes rupe recepta ſubit.
Edita Lanſtæni ſæcundat jugera caſtri,
Inde viles Rheni gaudet inire Lanus.
Inde Capella ſubit pagus, ſubit arxque Capella,
Monte ſtat arx, plano pagus in orbe cubat.
Inſula Nonnarum circumdatur agmine Rheni,
Clericos ad dextram culmina pagus habet.

Loca, quæ ſequuntur poſt Rheni & Moſellæ confluentes, ad Julios, Montanos, Clivos, Geldros, Diœceſi Col. excepta, maximam partem pertinent.

Caſtra Lani Rhenus ſimul atque recolligit, illa
Quinque retro paſſus mille remota videt.
Dum fluvio præceps agitur torrente Moſella,
Irrigua ſcindens fronte Moſella ſolum.
Urbs ſubit undarum, confluxu nomina duxit, (Coblentz)
Quin etiam lævo fluminis orbe ſita.
Arx fluvii dextram trajecto deſpicit amne
Nubifero montis ſuſpicienda jugo. (Ehrenbreitſtein)
Caſſicum tractu poteris ſpectare ſiniſtro,
Prodita Caſtelli nomine Caſtra reor.
Engariæ tractum duplicis luſtrare ſiniſtra
Rhenus avet, pagum propter utrumque fugit.
Urbs ſubit Engariæ celeberrima dotibus ævi,
Urbis in amplexum dextera vadit aquæ.
Hac igitur Rhenus cedit tellure, Secnam
Linquit, eam Rheni dextra videre nequit.
Qua levis orbiſtuo circumdatur Inſula fluctu,
Urmelium dextra Rhenus inane ferit.
Non procul hinc turris ſtat eodem condita tractu,
Lingua Latinorum nomen inire nequit. (Platzenborn)
Erlicum Rhenus pagi commendat honore,
Ephalicis Rheni læva videtur agris.
Arduus exegit paſſum ſex millia curſu,
Engario poſtquam Rhenus abivit agro.
Antenacum læva properans defertur opimum
Urbs Antoniacum, dicier arce debet.
Sunt gemini, celſa montis convalle, lacusque,
Unda nec exundans littore ſemper agit.
Alter ad Abbatis clauſtrum dat ſerpere ſtagna, (Zum Laick)
Alter ad Ulmenum ſerpere ſtagna facit.
Hic Manderſcheidiæ ditionem reſpicit oræ,
Proxima Meinfeldo reſpicit ille juga.
Margine porrectum fert Ludesdorpia Rheni
Culmen, & ad dextrum murmura grata latus.

Malleus & Saxum tribuerunt nomina Caſtro, (Hamerſtein)
Monte ſtat, ad dextram fluminis iſtud agit.
Et duo mox ejus Pagi ſunt nominis infra,
Altius hic, infra ſiſtinet illa lareis.
Arx ſubit, ad lævam Brejellia fluminis exſtat
Pagus, & hoc dextram nomine pauper habet.
Obviat excelſo Rhinacia vertice ſurgens,
Fluminis ad lævum præſidet illa latus.
Arduus Huningum dextro fert margine Rhenus,
Briſichium læva mittit abire manu.
Advenit arx dextris, Argfoldum nomine fertur,
Rhenus adhuc cori regna frementis adit.
Aarus Arvilla rapitur, deſcendit ad Arva
Sinſichii, Solem ſpectat abire mari.
Fontem monte capit, monte profunditur imo,
Arx etiam regni monte corona ſedet.
Et quas Sinſichium juxta ſe parturit undas,
Excipit, ac medica defluit uber aqua.
Hi ferrugineo fontes torrente medentur,
Sulphureo partim labra ſapore rigant.
Sinſichium dextra diſcedit nobile ripa,
Læva mons celebri nobilis arce patet.
Aarus exili devolvitur agmine Rheni,
Nobilis in lævum volvitur unda latus.
Antenaco centum ſtadiis vergente retrorſum,
Fluminis in rigui Linſea parte jacet.
Hic tibi Rhinomagis jacet, hic Erpellia, dextrum
Accolit hæc, lævum poſſidet illa latus.
Obtinet arx lævam Bernali condita monte,
Vincolium dextra Rhenus inerme ferit.
Obtinet agreſti Wintremia culmine lævam,
Inſula Cœnobium virginis inde facit.
Præterit Hiwanum tardo non tramite Rhenus,
Et latus ad dextrum culmina ſtare videt.
Stant procul a dextro ſepteni limite montes,
Altius in quorum vertice Caſtra ſedent.
Vertice Blancburgum lapidoſo mœnia præbet,
Hæc hominum curæ tecta periſſe vetant.
Tres ſteterant, verſa totidem tellure premuntur
Arces, quod ſupereſt, temporis ira rapit.
Diſſita retrorſum ſtadiis it Linſea centum
Hinc, ubi præcelebris nomine Bonna jacet.
Oppoſitam fertur ſpectare Genoſia Bonnam,
Oppoſitum neſcit Bonna videre locum.
Hinc tibi Vilichium, Lulſorpia cernitur illinc,
Amne locum jungi Rhenus utrumque vetat.
Obviat ad lævam Weslingia gurgite Rheni,
Diſſita Guttorpum longius arva colit.
Flumina paulatim meditatur jungere Rheno,
Qui nitido terras amne Sigena rigat.
Eminus aſpectat Rhædorum cedere turreis
Rhenus, & ad dextram culmina ſtare videt.
Ut ſex & totidem diſceſſit millia paſſûm
Bonna, tuæ ſolium laudis Agrippa venit.

Ubio

Ubia transmiſſo dicuntur flumine caſtra,
Teutonis oppoſito cernitur orbe plaga.
Rhenus is; ad dextram Mulheimia fluminis extat,
Exiguo vicum ſignat honore locus.
Fluminis ad lævam protendit Nielia fauceis,
Hac & Marcknichium culmina parte levat.
Duneus educit Dunano flumina ſaltu,
Fluminis hunc Rheni dextera jungit aquis.
Langea conſpicitur ſtans margine Langea lævo
Fluminis. Hittorpum dextera vile gerit.
Vipera Vipfurdo fœcundans gramina vallis,
Hunc domitis Rheni dextra recondit aquis.
Inferius paulo fertur Rhindorpia Rheni,
Pagus amat Rheni dextra vocare locum.
Occupat adverſo Worringia margine Rhenum,
Cæſareas humili ridet honore domos.
Monbemium pagi quamvis vilefcat honore,
Dextra tamen Rheni geſtit adire labra.
Duromagum cedit veluti Sonſæa ſiniſtris,
Ulpia nec legio conſtitit inde procul.
Pagus habet dextram, cœli quem ſpiritus ornat
Nomine, quem cœli ſpiritus ornet ope.
Fluminis Olſenum lævo ſubſiſtit in ore,
Et Grimelinchuſium læva maritat aquis.
Ervetus oblongo rimatus flumine terra,
Hunc ſubito Rhenus læva furore bibit.
Ore ſuper Saxum dextro ſpumoſus oberrat
Rhenus, adhuc Saxi nomina tractus habet.
Rheno tractus adeſt, removetur Nuſſia Rheno,
Hic facies Rheni lata repellit humum.
Diruta cernuntur veteris veſtigia Rheni,
Claſſis ubi ſtabat, terra refundit agros.
Annulus excelſo murorum vertice pendet,
Quo ſolitus Cymbam nauta ligare fuit.
Duſſela defertur proprii ſub nominis urbem,
Excipit hunc Rheni dextera, flumen amat.
Urbs eſt, Cæſareo deducit ab hoſpite nomen,
Si non Cæſareo nomen ab enſe capit.
Trajani fuerat quandoque Colonia Divi,
Tunc urbs jam laceræ rudera ſedis habet.
In miſeris pauper latitat Gelduba ruinis,
Eminus ad lævam fluminis illa ſtetit.
Dicitur arctato Gelbis jam nomine firma,
Contigua pagum parte Liæna videt.
Longius abſcedit Cruisburgo dextera Rheni,
Hic ex dividuis Inſula ſurgit aquis.
Poſſidet anguſto Witleria culmine dextrum,
Margo ſed Ordingæ mœnia lævus habet.
Præterit oblongo Eudbergum flumine Rhenus,
Et latus ad lævum cernere tecta poteſt.
Inde Frimerſenum, Morſani ſuſtinet inde
Præſidium, læva ſpectat utrumque manu.
Arce ſub Angrorda provolvitur Angera, dextram
Alveolo Rheni liberiore ſubit.

Emmericum læva Rheni tellure levatur,
Insula dejecto protinus amne venit.
Mœnia Duisburgi demptojam flumine spernit
Rhenus, & offenso degener amne fugit.
Hassiacis fontem simul ac eduxit Abnebis,
Altisonis Rhenum Rura fatigat aquis.
Mœnia pulchellæ Rurothæ defluit urbis,
Angulus hæc Ruræ nomina ferre potest.
Attrahit a dextris Emseri cornua, dextro
Limite Cnipeni mœnia Rhenus habet.
Alsumium lævo prospectat amabile, dextro
Walsumium cornu Rhenus inane ferit.
Orsovii sedeis læva metitur, eadem
Berichium lustrat, Burichiumque fugit.
Illud in extremo spectatur margine Rheni,
Longius hoc Rheno deviat, arva colens.
Eminus augusto Vesalia culmine surgit,
Fluminis ad dextram Lippia flumen habet.
Millia quinque fugit simul ac Vesalia passum
Retro subit, Xanti Troja fugatur aquis.
Urbs sex mille retro Xanti dum Trojaca passus,
Linquitur ad dextram, Reesia spectat aquas.
Dissidet a Rheno stadiis Calcaria septem
Et tribus, banc Rheni cernere læva nequit.
Reesia mille decem retro dum passibus egit,
Quæ subit a dextris, Embrica nempe subit.
Embrica Græthusam stadiis dum submovet octo,
Submovet banc stadiis quattuor atque decem.
Quæ patulo vulpis novem deduxit hiatu,
Insula dividuo protinus amne venit.
Dividitur Rhenus, fluvio disjuncta bicorni
Pignora fert fluvio pignoris ista loco.
Solis ad occasum defertur gurgite Valis,
Et prior est natu, Valis ut amne minor.
Valis ubi Rheno tadit dejectus, eadem
Parte telonarum tecta jacere vides.
Septem Novjomago discedit millia passum,
Novjomagum læva Valis abire videt.
Valis habet dextram, sed jam Lendina fluentis
Succubuit, Valis mersa furore latet.
Novjomago centum stadiis labente retrorsum,
Teilium ripæ Valis adesse facit.
Teilio Valis Mosam cedente salutat,
Ut quatuor passus mille peregit iter.
Mutua junxerunt simul ac amplexibus ora,
Insula dissolvi protinus ora videt.
Insula finitur, medio dum limite Valis
Mœnia Bommeli gurgite læva quatit.
Latius advecta subigit, dum Najade fluctus
Imperio Mosam deficiente capit.
Rhenus ab insultu Cori divertit ad arctum
Eltenium, dextra linquit utrumque manu.
Parte Scvenabrum dextra prospectat abire,
Longius Ærtanum cedere læva videt.

Solis

Solis ad occaſum declinat flumine Rhenus,
Angerium læva ſpectat abeſſe manu.
Hinc reperit Corum, foſſa diſſectus bianti,
Lævus ad Huſſeniæ mœnia Rhenus agit.
Lævus & advecto Malburgum præterit amne,
Iſala ſeducto protinus amne cadit.
Partibus Arnhemum veneratur nobile dextris,
Præſtant Cæſareæ mœnia nomen avis.
Solis ab occaſu partim curvatur in auſtros,
Eldenium læva ſpectat abire manu.
Fluminis exornat Vaganum dextera Rheni,
Quando decem paſſus mille peregit iter.
Hoc ſedium læva ſimul ac acceſſit eundo
Flumine, curvatur flexilis inſtar aquæ.
Dicta ſuo ſpectat jam nomina mœnia Rhenus,
Vichia præluſtri nobilis amne ſita eſt.
Lecca cadit Rheno tenui, ſed egentior amne,
Quæ tulerat, Rheno flumina dante tulit.
Parte Cuilenburgum læva ſpectatur, eadem
Obveniens ripam parte Viankla colit.
Ut ſtadiis centum fertur liquiſſe Viandam,
Ceu meruit, pelagi Lecca ſubintrat aquas.
Alluit adverſo Dordraci mœnia fluctu,
Mœnia Dordraci præpete clauſa mari.
Vichia Trajecto concedit florida Rhenum,
Nobile Trajecti viſitur eſſe decus.
Parte facit dextra Vechtam, rimatur agellos,
Et tenui Vechtam foſſa liquore vehit.
Flumine Marſenum, Breucklonium flumine lingit
Vechta, ſub Arctoi labitur arva poli.
Parvula dextrorſum deducit ab æquoris unda
Flumina, Veſopus parvulus inde ſubit.
Candida Mudeni poſtquam ſub mœnia ceſſit,
Æquoreis flumen conciliatur aquis.
Iſala feſtinat proprii ſub nominis arcem,
Candida Montforti candidus arva facit.
Solis ab occaſu nitido decurrit, ad Auſtrum
Iſelimundana ſubruit arce fretum.
Vix cernenda manent veteris veſtigia foſſæ,
Vix tenui Rhenum foſſa liquore vehit.
Vordina ſuccurrit, Rheno non adjicit undas,
Sed famulis Rheni gaudet adeſſe labris.
Rhenum Leda capit, Ledæo pulchrior ore,
Leda platearum labe remota nitet.
Leda dat extremum Catvico flumina Rheni,
Rhenus in Oceani defluit æger aquas.

(*)

Unitarum Cliviæ, Juliæ, Montiæ, Marchiæ & Ravensburgiæ provinciarum modernarum

MEMBRUM PRIMUM,

De Provincia Clivia ejusque Comitibus 27.

Circulo ſucceſſionis in his provinciis mutuæ genealogico generatim oſtenſo, ac præterea Rheni, & qui illum influunt, Fluviorum curſu, qua ditiones easdem perlabuntur, monſtrato, ſequitur, ut ſingularum membra ſeorſim cum Principibus ſuis, juxta ſeriem Romanorum Imperatorum, ſub quibus præfuerunt, perſequamur.

Ubi Clivia, tanquam omnium antiquiſſima, primo luſtranda venit.

Situs Provinciæ Clivenſis.

Hæc autem, ut ſitum ante omnia deſcribamus, ad Orientem finitur Ducatu Montano; ad occaſum eſt Geldriæ & Brabantiæ pars, cum tractu Leodienſi; Auſtrum verſus eſt Colonienſis Archiepiſcopatus; ad Septentrionem obverſum ſibi habet Comitatum Zutphanium, cum tractu Tranſiſulano, & Inſula Batavorum.

Provincia ab oppido, oppidum a re appellationem ſortitur, quia in Clivo conditum, Principum quoque ſuorum ſedem continet. Nam primitus anguſtioribus ſpatiis (1) ditionem ſuam comprehendit, ſed poſtea tum matrimonio, tum bellis, tum emptione quoque adaucta, (2) Marchia accedente, Ducatus titulo mirum in modum locupletata fuit.

Fluvii Provinciæ Clivenſis.

Præter fluvios inſignes *Moſam*, (3) & qui eum influunt, *Ruram* Orientalem, atque *Nierſam*, (4) mediam Provinciam interſecat nobiliſſimus Rhenus, quem alia quoque multa flumina, utpote Rura occidentalis ad Caſtrum & oppidum Rurorthanum, & Lupia ad Weſaliam, occupant, de quorum curſu partim dictum eſt, partim inferius ſuo loco in ſingulis Provinciis indicabitur.

Ex ſecatione vero Rheni pars Provinciæ Cliviacæ in ora Gallica, ſeu Francica, pars in ora Germanica, Saxonica, & Weſtphalica exiſtit.

Urbes, Oppida & Municipia Provinciæ Clivenſis.

In ora Gallica Civitates ſunt Clivia metropolis, Calcaria, Santena, Gochia, Sonsbeca, Undena, Orſovia, Bouwrichia, Grietha, Griethuſia, Gennepia, Cranenburgia, & Huſſena Batavica.

Weezium, Kervenheimium & Wienendalium, municipia ſunt, ſuis tamen privilegiis gaudentia.

In ora Germanica numerat urbes Weſaliam, Duisburgiam, Embricam, Reeſum, Sevenariam, Iſſelburgiam, Dinslaciam, Schebeciam, Holtenam.

Municipia addit Ringelbergium & Rurorthanum.

Ex urbibus capitales ſive principales, quæ ad Comitia vocantur, inque iis ſuffragium habent, ſunt: *Clivia Sublimis: Veſalia Hoſpitalis: Emmerica Decora: Calcaria Civilis: Duisburgia Celebris: Santena Antiqua & Reſa Uber:* de quorum omnium origine, incrementis, immunitatibus, collegiis, templis, variisque mutationibus, quæ ſequuntur, ſubjunximus; Epithetorum noſtrorum, quibus illas indigitavimus, rationem carmine, quod ſingulis deſtinavimus, Encomiaſtico (5) includemus.

Clivopolcos origo.

Clivorum oppidi origo eſt eadem, quæ caſtri, a quo Dynaſtæ ejusdem ditionis, tum Comites, tum Duces denominantur; quia enim illud in Clivo, (6) quem Rhenus olim præterfluxit, conditum, Clivenſe cum integra Provincia appellatum fuit. Ex caſtro hoc elegantiſſimæ ſtructuræ, inprimis vero ex turri ſuper omnes eminente Cygnæa, in

(1) Vide infra Not. ſub *Everhardo*, Comite Clivenſi.
(2) De his incrementis Ducatus Cliviæ vide *Hoppium* l. c. cap. 20.
(3) Cujus deſcriptionem vide apud *Altingium* in Notit. G. Inf. P. I. pag. 98.
(4) De qua vide *Joh. Nic. Sellium* p. m. 53.
(5) *Hermanni Ewichii*, quod vide infra poſt Hiſtoriam præcipuarum harum Urbium Cliviæ.
(6) Tribus potius clivoſis collibus. Vid. *Joh. Nicol. Sell.* Deſcript. Cliviæ in Veſalia obſequente p. 80. & *Hoppius* c. 12.

Digitized by Google

in ipſâm urbem, inque ſubjectos ei agros, & amnes, ſylvas, ſegetes, amœniſſimus patet proſpectus. De illius antiquitate variam duorum Virorum (1) clariſſimorum ſententiam in antiqua noſtra Clivia percenſuimus, cui hic ſequentia addimus: Oppidum nimirum Clivorum metropolitanum ob Principes ſuos, qui caſtrum illud inhabitarunt, mage magisque cultum, tandem etiam (quod mediaſtina porta edocet,) medietate ſua dupliciter auctum fuiſſe. Privilegia magna & multa paulatim a ſuis Principibus impetravit; inprimis vero a Theodorico, ejus nominis VIII. Clivorum Comite in ordine 24. ejusque filiis tribus, Ottone, Theodorico & Johanne, qui oppido ſibi chariſſimo, de electione Magiſtratus libera, Dominica Miſericordias Domini a civibus faciunda, Teloniorum ſuorum omnium immunitate, & judicio ejusque proceſſu, egregia beneficia conſecrarunt. Filiorum Theodorici VIII. poſtremus, imo hujus proſapiæ ultimus Johannes, ipſâ novi ineuntis anni 1348. feſtivitate, (2) eidem, de hæreditatis ſucceſſione adeunda, Teloniorum, Arreſtorum & exactionum immunitate, juramento prætoris & cenſu, privilegia conceſſit: præſentibus Ottone Clivio, Præpoſito S. Gereonis Coloniæ, Theodorico de Hoemen, Domino de Cranenburgh, Conſanguineis ſuis, Arnholdo Herculeo, Eberhardo Ulſtano, Alberto Eylio, Friderico Hœnepelio, Wilhelmo Gentio, Rolando Hagdornio, Johanne Oſſenbruchio, Theodorico Brynio, Henrico Romliano, Eberhardo Wiſſelio, militibus; Theodorico Lochorſtio, Swedero Sebrugenſi, & Henrico Gruithuſio, armigeris. *Privilegia.*

Poſt fata vero hujus Johannis, cum Adolphus Marcanus, Adolpho Marcano, & Margaretha Clivenſi, fratris ejus Theodorici IX. filia, natus, Cæſaris Caroli IV. & Provincialium favore anno 1368. ſibi ſuccederet, is Provinciæ metropolin arctius adhuc ſibi devinciendam ratus, partem ſylvæ Imperialis, ad urbem ſitæ, anno 1370. donavit.

Eccleſiam Collegiatam in hanc metropolin Monreberga anno 1341. deduxit Theodoricus IX. dictus pius: Structuram vero Templi, ab ipſo inchoatam, ex filia Margaretha Nepos, Adolphus Marcanus, jam nominatus, magis expolivit, hujus vero filius cognomen, primus Clivorum Dux, magnifice conſummavit. *Templum.*

In eandem hanc metropolin Reformatæ religionis cives Oratorium an. 1618. Auguſtæ Confeſſionis ſocii anno 1620. collocarunt. Monaſteria etiam habet Minorum Fratrum Franciſcanorum, itemque Monialium, quorum illud a Theodorico, nominis VIII. Comite Clivorum 24. ſtructum eſt. *Monaſteria.*

Porro variis mutationibus hæc Clivopolis ſubjecta fuit. Anno 1372. integram fere vorax flamma abſumpſit. Anno 1397. ad illam in ſaltu vicino Adolphus I. Clivorum Dux, de Wilhelmo I. Montium Duce, affine, triumphavit. In bello civili Principum poſſidentium, qui Johanni Wilhelmo, anno 1609. morruo, ex familia Electorali Brandenburgica & Palatina Neoburgica ſucceſſerunt, modo ab hoc, modo ab illo occupata, tandem etiam anno 1624. in Arce & Cancellaria incommoda multa perpeſſa eſt; inprimis vicini propugnaculi Batavici Grevewerdeni invaſionis, ab Hiſpanis anno 1635. factæ, & ab Ordinibus confœderati Belgii anno 1636. iterum recuperati, damna magna ſenſit. *Mutationes Clivopoleos.*

Weſalia urbium Clivenſium ocellus merito appellatur. De ejus origine, ſicut in antiqua noſtra Clivia annotavimus, (3) variæ ſunt autorum ſententiæ. Adrianus Junius vel Alyzonam, vel Alyziam, Quintili Vari legionum cæde nobilem, eſſe autumat: Alii a Viſellio (4) Varrone, inferioris Teutoniæ legato, de quo Tacitus, deducunt; alii a Pheſula, celebri in Italia Colonia: Omnium optime antiquitus Lippiomundam appellatam dicit Hermannus, Novæ aræ & Ulpiorum Comes, ab oſtio Lupiæ, qui ibi in Rhenum ſe exonerat, vide ejus Commentariolum de Gallia Belgica, quod nomen in Veſalium a ſylva vicina muſtelaria poſtea tranſiit, juxta verſus ex Eccleſia Collegiata Ducatus Clivenſis Wiſſelenſi erutos: *Veſaliæ origo.*

Wi-

(1) *Pighii* & *Lipſii*, quorum poſterioris ſententiæ nos ſupra Part. I. lib. 1. p. 27. ſubſcripſimus.
(2) Ipſa nempe die Circumciſionis Domini. Eſt vero e latinis Diplomatibus Clivenſibus ultimum.
(3) Pag. 29. ubi & vide Not. noſtras.
(4) De nomine pariter ac privilegiis, nec non ſacris locis ac mutationibus Veſaliæ pluribus agunt *Joh. Nic. Sellius* in Veſalia obſequente, *Hermannus Ewichius* in peculiari Veſaliæ deſcriptione, ut & *Hoppius* c. 13. quos, cui lubet, conſulat.

Digitized by Google

Wilack campanam Auguſtini primitus audit,
Hinc ſylva in vicum ſe muſtelaria claudit,
Veſaliæ muris data privilegia juris.

Prius enim vicus nobiliſſimus ad confluentes Rheni & Lupiæ collocatus fuit, trans quem Cœnobium, quod a ſitu ſuo Averdorff (1) Transpagum, quaſi dicas transpaganum, vocatum, anno 1125. Godefridus & Otto, Comites Cappenbergenſes, fratres, Veſtalibus nobilibus, ordinem Præmonſtratenſem amplexis, ædificarunt: deinde ob loci commoditatem Civitas inde excrevit, mage magisque ab habitatoribus ſuis, circa varias merces advehendas ſimul atque avehendas ibidem occupatis, ſic amplificata, ut ædificiorum ſplendore, opibus, dignitate, & Civium frequentia, inter Clivenſes prima & præcipua hodie cenſeatur: Joh. Angelus Werdenhagen JCtus in Tractatibus ſuis IV. de Rebuspublicis Hanſeaticis, Parte ſpeciali IV. affirmat, Ottonem III. Imp. anno 1095. inter 90. Imperiales Weſtaliam quoque numeraſſe, tum in anno Imp. magnopere errans, tum Annalibus Clivenſibus manuſcriptis contradicens, qui tradunt, anno 1252. a Theodoro Luiſio, Dynaſta Dinslacenſi, qui hucusque fines Territorii (2) ſui antehac extendit, privilegia ſua primum (3) acceſſiſſe; A Rudolpho vero Habsburgico, Romanorum Imp. cum Neptem Margaretham, Eberhardi filiam, Theodoricus, nonnis VIII. Comes Cliviæ 24. ſecundo matrimonio ſibi copularat, inter Imperii urbes connumerata, eidemque cum Duisburgo, & Præfecturis Ringelbergia atque Cranenburgia, anno 1290. quod contra Imperii hoſtes feliciter militaſſet, conceſſa fuit. His anno 1495. a Max. I. Imp. in Comitiis VVormatienſibus, (4) præſentibus Imperii Ordd. approbatis, ab hoc tempore VVeſalia non tantum inter Imperiales, ſed Hanſeaticas quoque lecta fuit.

Privilegia Reipubl. Veſalienſis.

Prius autem Theodoricus modo dictus, Octava Margarethæ, anno 1277. eidem privilegia de tributis (5) circa voluntatem civium non pendendis, ſucceſſione in hæreditate, exemptione civium ab aliis Provinciæ Clivenſis judiciis, delictorum læſionis vel homicidii, a civibus deſignatorum, punitione, ſervitiis Principi debitis, Teloniorum immunitate, cenſu poſt mortem, bonis emphyteuticis, & latonicis panis, & cereviſiæ coctionis controverſia inter cives a ſolo Conſule judicanda, & libera Magiſtratus electione, conceſſit, ejusque filii tres partim rata habuerunt, partim auxerunt.

Otto enim, filiorum primus, ipſi Nicolai anno 1308. ſuborta de privilegio electionis Magiſtratus liberæ controverſia, eam ſic definivit, ut ex tota communitate 18. vel 20. cives honoratiores evocati electioni præſint, Magiſter civium & Burgenſis cum Scabinis de tributo decernant, operis novi molitio, vel veteris inſtauratio, redituumque urbis obligatio fidejuſſoria civibus prius indicentur, fraternitates denique omnes, & conventicula, ſub certa pœna abrogentur. Theodoricus ſecundo genitus poſt fratris obitum, die Lunæ poſt Gregorii anno 1311. eidem, præſentibus Bonone a Strunckede, Theodoro, dicto Koertloff a Malden, VVeſſelo de Boezelaer, Jordane & VViggero de Muniminto, Equeſtris dignitatis Viris, de prætore & libertate civium cum militibus & militaribus eadem, indultum largitus eſt.

Idem eodem anno, Sabbati poſt S. Servatii feſtum, novam litem, de frumentorum venditione, & an hujus quoque mercatores ad Magiſtratum & Scabinatum Imperialem, Tremonienſi Reipubl. ſubjectum, qui Vehm-Schepen dicuntur, vocandi, compoſuit. Idem

(1) De quo Monaſterio vide infra in *Statu Clivenſi Eccleſiaſt.*

(2) Non ac ſi Dynaſtiæ Dinslacenſi fuerit incluſa, ut *Hoppius* errat p. 46. Ad annum enim 1241. Civitas fuit Imperialis, quo vero tempore Henricus VI. Rex Romanorum, Patris Friderici II. dum in Italia abeſſet, in Imperio Vicarius, Theodorici VI. natu majori filio Theodorico eam donavit. Huc procul dubio reſpicit Theodoricus VIII. quando in Diplomate anno 1276. Privilegia Civitati Veſalienſi confirmat, ſicut EXCELLENTIA REGALIS (Henricus, Rex Roman.) *Prædeceſſoribus ſuis conceſſit*, ad differentiam nempe *Excellentiæ Imperialis* ipſius Friderici II. Imperatoris.

(3) Imo jam memoratum Theodoricum anno 1241. Civitati Veſalienſi Privilegia conceſſiſſe, Annales teſtantur, Diploma autem deſideratur.

(4) Contradicente tamen Duce Cliviæ. *Hoppius* p. 47.

(5) Horum, ut & ſequentium Privilegiorum Diplomata vel integra, vel excerpta ex illis, *Joh. Nicol. Sellius* in Veſalia obſequente p. 23. 24. 25. & 26. refert.

Digitized by Google

Idem ipſa Simonis & Judæ anno 1316. de bonorum, vectigalium, ad cives pertinentium, immunitate, & menſuris rerum liquidarum, Colonienſibus conformandis, diſpoſuit.

Idem feria 6. poſt decollationem Joannis Baptiſtæ anno 1318. de impunitate homicidarum, furum, raptorum, & proſcriptorum Sabbathi, hebdomadariis & annuis nundinarum diebus, privilegium datum & multiplicem abuſum revocavit, quod Magiſtratus ſuo ſigillo adprobavit.

Idem Mercurii poſt Epiphaniam anno 1329. de ruſticorum in pagis ad judicium VVeſalienſe, Dominica ante feſtum Lamberti celebrandum, vulgo Heymail dictum, appellatione, privilegium dedit, eique aliud de pannorum laneorum textura Gochenſi ſimile addidit. Hortos etiam civium ab omnibus decimis exemit: Clivenſes alios ob debita & damna ad Judicium VVeſalienſe evocandi poteſtatem fecit, omnia delicta, quibus ſe offenderant, remiſit, cuncta denique Anteceſſorum privilegia confirmavit.

Idem Vigilia S. Petri ad Cathedram anno 1332. offenſis omnibus civibus VVeſalienſibus dimiſſis, privilegiisque iterum confirmatis, ut nullus civium pro alterius delicto vel debito moneatur vel examinetur, voluit.

Idem die Lunæ poſt feſtum Ægidii, anno 1335. ad interceſſionem affinis ſui, Gerhardi Vierneburgii, Seelandiæ Comitis, præſentibus quoque VVilhelmo, Reef. Equite & Præfecto Trans-Rhenano, Theodorico Palmert, Scholaſtico Zephlicenſi, & Rieckwieno a Bierten, Sacellano aulico, delictis omnibus viciſſim remiſſis, communitateque extra ſylvam muſtelariam ſibi reſervata, paludes Fluirenenſem, alias Wehweldt dictam, Magelſamerianam & Glacialem, ſe non diviſurum, ſed in uſum civium relicturum integras, promiſit.

Idem denique Jovis poſt circumciſionem Domini, anno 1346. præter privilegiorum omnium ac conſuetudinum approbationem, injurias omnes verbales, ut vocant, & reales, a Conſule tantum judicandas, indulſit.

Johannes vero, utriusque frater, & Theodorici VIII. filiorum 3. & ultimus, & Comes Clivix 27. proxima Margarethæ anno 1347. fratri Theodorico IX. ſuccedens, omnibus prioribus Anteceſſorum ſuorum indulta civitati VVeſalienſi confirmatis, Præfectum eodem, quo Princeps, juramento ſibi obſtringendum, nullam quoque ſe ibi aulam adminiſtraturum, bona vero levioribus navibus impoſita a teloniis immunia, militumque bonis conformiter æſtimata, cuncta in telonio Linnenſi libera, Prætorem denique a ſe conſtituendum, neque civem, neque Scabinum fore, promiſit.

Idem Lunæ poſt Martini feſtum anno 1353. controverſiam inter ipſum & urbem VVeſalienſem ita compoſuit, ut remiſſa neglecti telonii pœna, cives, numeratis Principi 950. Scutatis antiquis, loco horum pignoris telonium Bouricenſe (quod antea infra ſaltum Teutoburgicum collocatum, jam autem eo translatum erat,) haberent, ejusque reditibus ad annuam penſionem illorum 950. Scutatorum fruerentur, & interea, dum Summa reſtitueretur, immunitate telonii gauderent.

Anno 1358. menſe Junio Theodoricus, dictus Luyff, nominis II. Comes Clivenſis junior & Sarræpontanus, libertatem fori hebdomadarii, a patre & fratre Theodoricis acceptam, urbi confirmavit.

Johannes vero iterum Martis poſt Matthiæ Apoſtoli anno 1359. Scabinatu hæreditario urbis abrogato, electionem Magiſtratus duodecim Viris ex 4. ejus quadrantibus ternis, Dominica Reminiſcere faciendam, impoſuit, de quo tamen paulo aliter Joannes, ejus nominis II. Dux Clivorum 3. anno 1514. diſpoſuit, ut infra commemorabitur.

Idem eodem anno Lunæ poſt 11. mille Virg. die, omnium rerum vendibilium cenſum Oppido tribuit. Idem denique ipſa Philippi & Jacobi anno 1366. ſi quæ controverſia inter ſe & civitatem ſuboriretur, via juris ordinaria decidendam, promiſit.

Cæterum extincta, poſt obitum hujus Joannis, anno 1368. familia Clivix maſculina, Adolphi Marcani ex Margaretha Clivica, Theodorici nominis IX. gnata, primogenitus filius Engelbertus, ejusque frater Theodoricus, in vigilia Annuntiationis Mariæ, non tantum priora omnia indulta confirmarunt, idemque de fratre Adolpho, qui in integro Comitatu Clivio, oppidis VVeſalienſi & Duisburgio demptis, ſucceſſerat, eodem anno,

Digitized by Google

proximo poſt Philippi & Jacobi feſtum Sabbatho, receperunt, ſed etiam belli tempore non plus, quam Hammonam, VVeſaliam quoque depenſuram, homicidam etiam ibi & non alibi cognitione juris ordinaria puniendum; in teloniis denique non plus civitati, quam avo Theodorico factum, pendendum, promiſerunt. Specialiter vero Theodoricus Marcanus anno 1378. feſto Viti, civibus VVeſalienſibus, quod in Comitatu Marcano non arreſtandi, moneta etiam ſua uti debeant, conceſſit.

Idem feſto Nativitatis Mariæ anno 1384. mulctis omnibus remiſſis, Lanificii privilegia & cenſus cereviſiarii reditus Magiſtratui contulit.

Engelbertus etiam particulariter, 6. poſt Dominicam Lætare die anno 1386. dimidietatem telonii Bouricenſis remiſit, quod Theodoricus, ejus frater, eodem anno ipſa Victoris ratum habuit.

Theodoricus porro feria 3. poſt Dominicam Miſericordias Domini anno 1391. quia ei Magiſtratus paſcuum Oyæ attexendorum veniam indulſerat, piſcationem in eadem inſula liberam conceſſit.

Idem in feſto Petri ad Cathedram anno 1395. civibus, ære alieno gravatis, paludes Fluirinenſem, Magellamerianam, & paſcua armentaria libere uſurpanda, indulſit, & ubi ſementem in iisdem feciſſent, a Decimis, ſibi pendendis, immunes eſſe voluit.

Idem denique feſto decollationis Johan. Bapt. anno 1402. gravamen telonii, quem **Up und Affſchlags Toll** vocant, abrogavit.

Poſt hujus vero mortem anno 1404. feria 4. proxima poſt Matthæi Apoſtoli feſtivitatem, Adolphus, ejus frater, primus Cliviæ Dux, hæc omnia privilegia non tantum confirmavit, ſed etiam aliud de immunitate civium Weſalienſium in teloniis & jure piſcandi addidit. Anno 1418. ipſa circumciſionis Domini cum omnibus Ducatus ſui oppidis, inprimis Weſalia, arctius unitus; iisdem ipſa Petri Apoſtoli anno 1419. mortificationem bonorum Eccleſiaſticorum abrogavit, prout in hiſtoria ejus indicabimus. Idem Adolphus, primus Cliviæ Dux, ipſa Petri Apoſtoli anno 1430. urbi VVeſalienſi libertatem in foro publico cives non arreſtandi dedit, modumque judicialis citationis, agnitionis manus & executionis præſcripſit. Et quia Hermannus a Loith, Præfectus Ringelbergius, in libero foro civem VVeſalienſem, Rutgerum **Bußbaß**/ ceu latronem comprehendi jufſerat, illud neutiquam privilegiis ipſorum præjudicaturum promiſit.

Joannes, Adolphi primogenitus, II. Cliviæ Dux, eidem Reipublicæ privilegia ſua ipſa omnium animarum anno 1444. iterumque anno 1448. ipſa Remigii confirmavit. Anno 1446. ipſa VVillubrordi ſe ob bellum Sulatenſe ſine conſenſu Provinciæ totius Cliviæ, & Dinslacenſis Dynaſtiæ, inprimis VVeſaliæ, non transacturum promiſit. Anno 1450. Veneris poſt Paſcha diſſidium, de electione Scabinorum a 12. Viris, coram quibus rationes octiduo ante electionem reddendæ ſint, facienda, compoſuit. Anno & menſe iisdem, quia cives ad fratri ſuo Adolpho hæreditatis portionem aſſignandam, itemque Brederodio 3500. aureos reſiduos, ob Gennepam exſolvendos, 1000. aureos contribuerant, illud privilegiis non præjudicaturum publice declaravit. Anno 1459. Sab. poſt Marci de terminis Reipublicæ, impedimento electionis Scabinorum, ratione proceſſus contra Magiſtratum, redituus intra annum ſolvendis, & modo Executionis definit. Anno 1467. veſpera Severini de libertate publici fori, 7. ante, totidemque poſt feſtum celebrandi, leges tulit. Anno 1473. Dominica poſt Epiphan. eidem de immunitatis ſuæ in teloniis ſigno præſcripſit.

Filius ejus, Joannes II. Dux Cliviæ III. anno 1482. Lunæ poſt Matthæi Apoſtoli, priora privilegia unionemque omnium Cliviæ civitatum approbavit, & Jovis poſt Lamberti diem ejusdem anni, quod cives ſibi contra Geldros fidelem operam præſtiterant, 5000. aureos ex telonio Lobithano urbi oppignoravit, eamque in teloniis immunem fore edixit. Anno 1486. veſpera Sacramenti, ab omnibus Ducatus Cliviæ arreſtis Weſaliam exemit. An. 1489. Mercurii poſt Exaudi, unio urbium ob Oeconomiam Joannis Ducis inita eſt, quæ Lunæ poſt Reminiſcere, anno 1501. ab ipſa approbata. Anno 1493. Judicii in curiam translationem; anno 1502. cenſum cereviſiarium ſoli urbi ſolvendum conceſſit. Anno 1514. hæreditario Scabinatu abrogato, liberam, Scabinos a civibus ſingulis annis eligendi, poteſtatem fecit, de juramento Prætoris &c. diſpoſuit.

An-

Digitized by Google

Anno vero præcedente 1513. Weſalienſes cives armorum telonium, a Wilhelmo ab Horſt, Præfecto Dinslacenſi, in oris Lupiæ locarum, diruerunt.

Hujus Joannis filius, Joannes III. veſpera Laurentii anno 1525. urbis VVeſalienſis privilegia rata habuit. Anno 1529. Respublica VVeſaliensis Lupiæ fluvii alluviem, civitatis antea ſuæ muros pertingentem, aggeribus & ripis ruptis amiſit, ſed anno ſeq. 1530. eundem maximis impenſis & laboribus in priſtinum locum reduxit.

Huic denique Reipublicæ VVilhelmus, Joannis filius, Dux Cliviæ V. 14. Decembr. anno 1539. itemque anno 1548. & 1549. ejusque filius, Joannes VVihelmus (1) anno 1595. privilegia ſua confirmarunt.

Templa duo eximia, urbanum & ſuburbanum, Monaſteria Dominiconorum, Auguſtinianorum, & Canonicorum irregularium, cum domo commendatoria Joannitica, cœnobio Averdorpenſi Veſtalium nobilium, & altero Monialium, ex quo Gymnaſium bonarum literarum ſtructum eſt, ambitu ſuo complectitur. *Templa & Monaſteria in urbe Veſaliensi.*

Anno 1354. ipſa Donati, ſive 7. Auguſti, ſub Joanne, Comite Cliviæ 27. incendio (2) cum conventu Dominicanorum pene tota abſumpta. *Mutationes Reipubl. Veſaliensis.*

Curia vero inſignis poſt hanc conflagrationem magnifice anno 1390. ſub Conſulatu Thomæ Steckii inſtaurata eſt.

Anno 1506. ſummum Templum hac, qua cernitur, auguſtiori forma expolitum, ut verſus indicant muris ejus inſcripti:

Da requiem cunctis Deus hic & ubique ſepultis,
Ut ſint in requie propter tua vulnera quinque.

Anno 1593. 11. Januarii, turris prærulta hujus Templi, fulmine tacta, integra periit, reliqua mole non parum quoque flammis læſa: quæ omnia anno 1594. & ſequentibus S. P. Q. Veſalienſ. ſumptibus iterum inſtaurata ſunt.

Anno 1596. diram cladem a Parmenſi paſſa; ab Admirantio Arragonio anno 1599. centum mille thaleris & aliquot centenis frumenti modiis emuncta, etiam Eccleſiæ mutationem ſubiit: ab hac tamen, hoſtibus panico terrore ſponte fugientibus, mox iterum divino beneficio liberata eſt.

Anno 1614. ab Hiſpanis, Duce Ambroſio Spinola: occupata, poſt mutationem novam templorum, contra fidem datam, anno 1628. inſtitutam, anno 1629. exactis annis occupationis plus minus 15. mirabiliter iterum 19. Auguſti aſſerta fuit.

Emmericam Aſchiburgum (3) olim appellatam, Cornelius Marlianus & Althamerus exiſtimant, quos Bertius in Germaniæ urbibus refutat. Et recte quidem. Nam Aſchiburgum, ut porro commemorabimus, e regione Duisburgi in Comitatu Mœrſano ſitum eſt, vicinumque Pagum, vulgo hohen Emmerich habet. *Emmericæ origo.*

Hinc igitur alii a Rheni propinquitate (4) nomenclaturam ejus derivant, vel quia, ſicut Poeta canit:

Hic ſitulas tumidis Rhenus adimplet aquis.

Vel quod ad ipſum hunc fluvium, ceu ſitula exhauſtum, urbi ædificandæ ſpatium amplum relictum eſt, quod tamen hodie ita viciſſim aquis obtectum, ut aggeribus, multo ſumptu appoſitis, coërcendum ſit. Alii denique, (5) & quidem rectius, appellationem a familia nobili deducunt, quæ tres in gentilitiis inſignibus ſitulas exhibuit, easque ad Hottomanianam proſapiam, unde hodieque plateæ in hac urbe nomen eſt, retulit.

Hoc de ea certum, quod Oppido extruendo Eccleſia ibidem Collegiata occaſionem dederit: (6) Anno 700. vel circiter a S. Willibrordo, Epiſcopo Ultrajectino, in memoriam

(1) Cujus Diploma vide apud eundem *Joh. Nicol. Sellium* p. 106. Noviſſima *Friderici Wilhelmi Magni* Diplomata vide inſr. in Codic. Diplomat. No. I. & II.

(2) De quo, & reliquis fatis ejus Civitatis vide quoque *Hoppium* p. 47. 48.

(3) De ejus genuino ſitu vid. Not. ad p. 23.

(4) Quaſi am Rhein, ut *Philipp. Melanchr.* in Chron. lib. 2.

(5) Sunt quoque, qui vel a Sicambris antiquis, ejus tractus incolis, demptis prioribus literis; vel Ambiorige, Eburonum Rege, vel Aimerico, Alemannorum Principe, dictam volunt. *Joh. Nic. Sellius* lib. cit. p. 13.

(6) Originem Embricæ, ædificia publica, privilegia ac mutationes peculiari libro deſcripſit *Joh. Wa-*

riam Martini Turonenſis Epiſcopi fundata, quamvis initio præter templum, eique contiguas Canonicorum, primo regularium, jam vero irregularium, habitationes, quinque tantum civium præcipuorum ædes ibidem exiterint, quarum duæ Aſſwienium & Swalvenburgium caſtra, ex quibus poſtremum hodie Steniorum eſt, qui idcirco hodieque hirundines in armis ſuis gentilitiis geſtant, adhuc commonſtrantur, donec Præpoſitus Eccleſiæ Otto, & Decanus Gerhardus Lucius, cum toto Capitulo, quia vicini Domini Montanus & Wiſchius ipſis in reditibus accipiendis moleſti erant, anno 1233. Ottonem, ejus nominis III. Geldriæ & Zuitphaniæ Comitem, in Tutorem, ſeu Advocatum ſuum acceperunt, qui eodem anno 2. Cal. Julii Embricenſi oppido privilegia, Zuitphanis ſimilia, dedit, & poſtquam ab Henrico, Montium vicinorum Domino, jus, quod ipſe intra ſuum territorium & jurisdictionem Embricenam prætendebat, craſtina Palmarum, anno 1237. conſecutus eſſet, 5. Cal. Septembris, anno 1247. conſenſu Friderici II. ejus filii Henr. VI. Imp. eam ulterius munivit, murisque, foſſis, ac turribus inſtructam, urbem magnificam ex ea effecit, quæ intra celebriores Hanſeaticas quoque recenſetur. Otto ad filium Reinholdum I. & hic ad Reinholdum II. primum Geldriæ Ducem, jus urbis derivarunt: quorum hic die Veneris poſt Bonifacii anno 1330. de paſcuis, jure civium, loco patibuli prope Dynaſtiam Montium, facinoroſorum apprehenſione judici ſiſtenda, *Privilegia.* executione rei judicatæ, immunitate telonii, nummo viali, eidem privilegia largitus eſt: præſentibus Gwalthero Keppelio, Ortone Haltio, Eberhardo Vlſtano, & Johanne Brynio, Equeſtris dignitatis Viris; Ejus vero filius Reinholdus III. anno 1355. urbem hanc Johanni, Clivorum Comiti primo, pro 2107. Scutatis obligavit, ſoror autem Mechtildis anno 1372. ipſa Matthiæ, Adolpho Marcano, Comiti Cliviæ 28. & ultimo, 3800. Scutatorum pignus auxit, donec Reinholdus, Juliæ & Geldriæ Dux, utriusque ex ſorore Nepos, in pugna ſaltus Clivii anno 1379. ab Adolpho I. Cliviæ Duce, captus, arctius obligatam anno 1402. veſpera Ciciliæ, eidem integram vendidit; Adolphus hic anno 1448. ad Johannem I. hic anno 1481. ad Johannem II. & ille anno 1521. ad Johannem III. & iſte denique anno 1539. ad Wilhelmum, omnes Clivorum Duces, propagarunt. Adolphus anno 1403. in teloniis Huſſeno, Lobithano & Bouricenſi, immunitatem ei conceſſit. Johannes II. anno 1482. omnes homines, & bona ab utraque Rheni parte, Parochiæ Embricenſi in Eccleſiaſticis, in Politicis Prætori, pactis nuptialibus & teſtamentariis exceptis, ſubjecit. Anno 1485. judicium, diebus Lunæ ſingulis ſeptimanis, ob debita & damna, civibus libere adminiſtrandum, ad revocationem conceſſit. Anno 1490. electionem Scabinorum urbi pro 7000. florenis reliquit, quam poſtea tamen revocavit, & ob multas cauſas ſe amplius non indulturum edixit. Quod filius Johannes III. anno 1522. civibus cum Magiſtratu ſuo diſſidentibus, per aliquot cataphractos in ordinem redactis, & quibusdam eorum capitis ſupplicio affectis, reliquis vero in gratiam receptis, confirmavit. Imo hujus quoque filius Wilhelmus novum diſſidium, ipſe in urbem anno 1539. veniens, compoſuit. Idem anno 1565. ubi prætenſo juri ſuo intra territorium ſuum, & foſſam Emmericenam, Wilhelmus, Montium Comes, renunciaſſet, limites utrimque conſtituit.

Templa. Templa habet Respublica hæc bina egregia, Collegiatum S. Martini, de quo dictum, & Aldegundinum civium, ejus fundamenta anno 1483. jacta ſunt.

Monaſteria. Monaſteria recenſet Monachorum cruciferorum & Fratrum Gregorianorum; Veſtalium vero conventus Majorem & Minorem, quorum hunc, alias Mariæ campum dictum, anno 1592. Jeſuitæ occuparunt: Domum denique Scholaſticam, in medio foro majori erectam, continet.

Mutationes. Mutationibus diverſis obnoxia fuit. Nam in bello Belgico anno 1598. modo Hiſpanorum, modo Ordd. præſidia admittere coacta eſt. Anno 1614. Mauritius Naſſovius eam occupavit, & fortiter munitam, præſidio ſuo impoſito hactenus defendit frater ejus & ſucceſſor Fridericus Henricus.

In eandem anno 1592. Patres Jeſuitæ introducti ſunt, qui licet bis anno nimirum dicto, itemque anno 1629. iterum hinc ejecti, adhuc tamen ſedem ibidem continuant.

Templorum omnium, ſicut etiam Monaſteriorum, hic an. 1628. juſſu Ordd. Belgii inſtituta eſt reformatio, quia eadem contra pacta Veſaliæ prius facta erat. Cal-

Wasenbergius, quem cum aliis Scriptoribus Clivenſibus olim edere animus eſt, & qui velit, conſulat, ut & *Hoppium* c. 14. *Joh. Nic. Sellium* p. 13.

Digitized by Google

Calcaria (1) ab inſula, eodem nomine appellata, & ad Rheni brachium ſita, porta Oſtiaria (**Mundtporte**) hodieque teſte, nomen ſuum ſortitur, cui oppidum anno 1230. ſub Theodorico, ejus nominis quinto, Clivorum Comite in ordine 21. inædificari cœptum. Anno 1320. ſub Theodorico, nominis IX. Clivorum Comite in ordine 26. vires acquiſivit: donec Joannes, Comes Clivenſis 27. & hujus proſapiæ ultimus, ipſa Margarethæ anno 1347. Diplomate inſigni, eidem privilegia, partim a Majoribus accepta, confirmavit, partim nova largitus eſt: præſentibus Ottone Clivio, Præpoſito S. Gereonis Colonienſi, Theodorico ab Horn, Domino in Cranenburgh, nepotibus, Friderico ab Honnepel, Elberto ab Eyll, Wilhelmo a Genth, Eberhardo a Wiſchel, Ottone a Boetſelaer, Wichero a Monumento, hodie **Mormpter**/ & Johanne ab Oſſenbrug, Equeſtris dignitatis Viris. Anno 1368. ab Adolpho Marcano, cum is in Cliviacam provinciam ob matrem Margaretham, Theodorici IX. Comitis Clivenſis 26. Johannis fratris, filiam & hæredem, ſuccederet, non tantum priorum a Clivenſibus Comitibus acceptarum immunitatum confirmationem ipſa conceptionis Mariæ adepta, verum earundem quoque augmentum, utpote liberam Magiſtratus ſui & Prætoris electionem, (2) judiciorum proceſſum, ſimilesque leges multas conſecuta eſt: præſentibus Engelberto Marcano, Adolphi fratre, Conrado Saffenbergio, Gumbrechto Alpenio, Præfecto Colonienſe, Henrico Beſtio, Theodorico a Monumento, Joan. Budelio in **Dorrendolt**/ Theodorico Limburgio, & Theod. Vennio, Equeſtris dignitatis Viris: Quæ Adolphus I. Clivorum Dux, Adolphi jam nominati filius & ſucceſſor, die Veneris poſt conceptionem Mariæ, an. 1401. libertate teloniorum Clivenſium auxit. Omnia vero hujus filius, Joannes, Clivorum Dux ſecundus, die Veneris poſt Valentini memoriam, an. 1449. præſentibus Elberto Alpenio, Præfecto provinciali Clivenſe, Ottone a VVylac, Mareſchalco, Matthia ab Eyll, Archicamerario, Eberhardo a Tyl, aliisque rata habuit. Cujus filius, cognomento Joannes, tertius Clivorum Dux, eidem civitati, cellens illud hebdomadarium forum ſingulis ſeptimanis diebus Jovis, vel cum feſtum incidit, priori vel poſtero die, frequentandum, anno 1486. conceſſit.

Calcariæ origo.

Privilegia.

Templi parochialis turris prælata longe lateque conſpicua eſt. Monaſterium Dominicanorum in hanc urbem egregium Johannes, Clivorum Dux ſecundus, an. 1464. collocavit: Monachi etiam atque Veſtales Arboris Marianæ Ordinis Brigittini, non longe ab urbe ſiti, cœnobii ſui Coloniam huc quoque deduxerunt, e quorum regione Moniales habitationem ſuam antiquam etiam continuant.

Templa & Monaſteria.

An. 1392. civitas a Reeſenſibus, tunc adhuc Epiſc. Col. parentibus, ferme occupata fuiſſet, niſi hi a civibus, ad arma provocantibus, porta, quam expugnarant, Hanzelerina iterum ejecti eſſent.

Mutationes.

Anno 1409. conflagravit.

An. 1464. cum hyems aſpera, glacie diſſoluta, maximam ditioni Clivenſi inundationem adferret, in hac quoque urbe turris ac porta Hanzelerina aquarum impetu dejectæ ſunt.

An. 1598. a milite Hiſpano ſub Admirantio Arragonio tormentorum bellicorum globis petita, atque expugnata fuit, verſibus his, portæ Oſtiariæ inſcriptis, teſtibus:

Mille & quingentos poſt & bis quattuor annos,
Luſtris quando novem des quoque luſtra novem.
Ante diem Chriſti, peperit quo virgo Maria,
Urbis ab Hiſpano tanta ruina fuit.
HoC prIor eXCIDII tVVs, Vt natalIs IesV
IngrVIt, ab regIs CaLCarIa MILIre ſensIt.

Tuiſcoburgum, communiter Duisburgum, ut a Druſiburgo, Comitatus Zutphaniæ oppido, diſtinguatur, a Druſo, cum Rheni brachium in Salam amnem corrivaret, appellatum, unde etiam Druſiſortium, (3) non longe a Weſalia poſitum, dictum ajunt,

Tuiſcoburgi origo.

(1) Quam *Hoppius* c. 15. pluribus deſcribit. Vid. quoque *Joh. Nicol. Sellius* p. 85.

(2) Quod *Joh. Nic. Sellius* lib. cit. p. 85. ut ſingulare Privilegium annotat.

(3) Caſtrum, quod ad Per-Illuſtres Barones de Wylich pertinet, atque nunc poſſidet N. L. Baro de *Wylich*.

Digitized by Google

ab aliis Teutoburgum, item Teutopolis vocata, a Tuiſcone, (1) nepote Noachi, ſicut etiam Tuitium a Regione Cl. Aug. Agrippinæ Coloniæ denominatum, antiquæ Germaniæ illuſtre oppidum, regium & imperiale, ad ripam fluminis olim Rheni inter Ruram & Angram amnes, e regione Aichiburgi, ab Aſcena, Gomeri filio, & Japheti nepote, anno mundi 1820. ante Chriſtum natum 2150. ut volunt, conditi, ſed ab Attila deſtructi, olim celebris loci, nunc obſcuri & tenuis Viculi, in Sicambrorum finibus apud vel prope Ubios ſiti. Germanorum adverſus Romanos, qui tum in Gallia rerum potiebantur, primitus fuit præſidium: donec Ubios Thuringi, ex Suevis oriundi, occuparunt, & poſtquam a Tiberio Cæſare tota gens Sicambrorum partim exciſa, partim alio translata, Franci, gens origine Germana, in vacuis Bructerorum ſedibus vicinisque locis conſedere. Ab oppido etiam vicino ſaltui, qui longe lateque per Germaniam protenditur, & alteri, **das hohe Waldt** dicto, nomen, cuique multæ partes ſylvarum Montenſium Angermundam usque, imo apud Ratingam & Erckradiam ultra pontem denique Cattovicenum connectuntur, ex quibus lapides effodiendi poteſtatem Lotharius, Romanorum Rex, Duisburgenſibus, ut jam dicemus, fecit, Magiſtrumque toti ſaltui, vel ut tum appellatur, Foreſto, anno 1129. Waleramum, Limburgi Ducem, præfecit. Longe tamen alius hic locus eſt, ut ſupra indicavimus, ab illo tractu, in quo legiones (2) Quintilii Vari cæſæ ſunt, prout in antiqua noſtra Clivia prolixius explicavimus. Hic vero Clodius Crinitus vel Comatus, Francorum Rex, poſt Pharamundum II. anno 431. primum caſtrum conſtruxit, (3) ex quo paulatim urbs in ſedem regiam excrevit, ex eaque poſt decennium, miſſis exploratoribus, in Gallias cum exercitu, ut ſupra quoque annotatum eſt, movit, iisque occupatis imperium accepit, & ad poſteros tantisper derivavit, donec a Francis ad Germanos Imperio iterum devoluto, Duisburgum ad eosdem quoque rediit.

Privilegia imperialia.

Hinc Imperatores Germanici, Lotharius Saxo, (4) anno 1124. Indict. 7. 8. Id. Martii, urbi nemoris uſum in lignis & lapidibus conceſſit, teſtibus præſentibus Sieghardo, Mindenſi, Theidhardo, Oſnab. Egberto, Monaſt. Andræa, Traject. Ottone, Halberſt. Epiſcopis: VValramo, Duce Limburgio, nemoris magiſtro, Gerhardo Longo Geldriæ, Arnholdo Cliviæ, Hermanno Talverlagiæ, Hermanno Salmæ, Ottone Rienecciæ, Florentio Hollandiæ, Gerhardo Hochſtedæ, Berthardo Hildesheimiæ, Godefrido & Hermanno Cuyckiæ, Adolpho Montium Comitibus, & Militibus Rochio, Theod. de Aquis, Engelberto de Hamerſtein, Genzelino & Meinhardo de Noviomago; ex oppido vero Ellenhardo Prætore, Engero Wolthero, Lunoldo Regnero, reliquisque teſtibus.

Conradus Imp. (5) anno 1145. domos circa Palatium, & curiam regalem, hodie **off der Burgh** ædificari voluit, inprimis quia ad mercatum, Francofurtano ſimilem, loci commoditas inſerviebat, cui idcirco Arnhaldus, Archiepiſcopus Moguntinus, (6) anno 1155. Ind. 2. præſentibus Anshelmo, Havelsb. Epiſcopo, Lamberto, Werthinenſe Abbate, Adolpho Montium, Roberto Græverad, Hermanno Hardenbergio, Marquardo **Brunsbach**, Giſone Hittenb. Tib. Mileb. Hercult., aliisque, de mercium variarum immunitate pri-

(1) Fabulæ. Rectius, quaſi **der Teutſchen Burg**, ita dici exiſtimat *Heppius* c. 16.

(2) Has juxta Tietmellam, hodie **Detmolt**, cæſas fuiſſe, jam dudum evicerunt *Cluverius* G.H. lib. 3. c. 15. & 19. Illuſtriſſimus Epiſcopus in *Monumentis Paderbornenſ.* p. 36. 37.

(3) Non demum conſtruxiſſe, ſed in illo Clodionem ſedem ſuam Regiam habuiſſe, refert *Gregor. Turonenſ.* lib. II. c. 9. ubi *ferunt*, ait, *Chlogionem utilem ac nobiliſſimum in gente ſua Regem Francorum fuiſſe, qui apud Dispargum Caſtrum habitabat.* Sunt quidem, qui pro Thuringorum *Tungrorum* legendum, atque Dispargum hoc vel *Dieſtheimium* in Brabantia, vel *Heinsbergam*, Juliæ Oppidum, vel *Dietbergam* in ſylva Fagonia, vel Druſonis caſtrum ad Furam in Brabantia fuiſſe putant, ſed cis Rhenum in Germania trans-Rhenana illud ſitum fuiſſe, inde liquet, quod *Aimonius* lib. 1. c. 5. referat, *Clodionem, miſſis primum exploratoribus de Dispargo usque Camaracum, cum multo exercitu Rhenum tranſiiſſe.* Neque Dispargum in finibus *Thuringorum*, ut Codices optimi habent, ſitum fuiſſe miretur, quippe cum *Thuringiam terram ſpatioſiſſimam fuiſſe, atque a natione Francorum usque ad Oceanum contra Septentrionem ſe protendiſſe*, teſtetur *Suffrid. Presb.* lib. 1. Pluribus de hoc Dispargo, quod *Ado Vien. Disporum* appellat, differunt *Sagitt.* de Regno Thuringiæ lib. 2. c. 2. *Heinecc.* de Sigillis Parte II. c. 2.

(4) Diploma ejus vide in Codic. Dipl. No. III.

(5) Diploma ejus vide in Cod. Diplom. No. IV.

(6) Diploma vide in Cod. Diplom. No. V.

Digitized by Google

privilegium largitus eſt; itemque aliud Fridericus Barbaroſſa (1) in telonio Ultrajectino, anno 1166. Ind. 14. 5. Cal. Jan. contra Godefridum a Rhenen Epiſcopum oppidanis indulſit. Præter hæc teſtantur Scriptores rerum Flandricarum anno 1173. de Philippo Alſatio, Flandriæ Comite, quod a Friderico I. Imp. de pannis, a ſuis Duisburgi & Coloniæ pro eodem vectigali vendendis, privilegium impetrarit.

Ob hoc privilegium inter Henricum VI. Friderici I. dicti Ænobarbi, filium, & Philippum Heinsbergium, Archipræſulem Col. anno 1184. ſimultas exorta eſt, Mercatoribus quibusdam Duisburgenſibus in Diœceſi Col. nudatis, quos cum reſtitui juberet Rex Henricus, tandem Moguntiæ ipſi reconciliatus eſt Epiſcopus. Alb. Crantz. Sax. lib. 6. cap. 48. A Siegfrido denique (2) VVeſterburgico, Archiepiſcopo Col. feſtivitate Margaretæ Virginis, anno 1286. de telonii Noveſienſis libertate, & a Republica Argentinenſe, (3) anno 1418. ipſa Sixti, novum de mercibus accepit privilegium.

De hujus urbis proprietate inter Regem Henricum & Epiſcopum Colonienſem, jam dictum Siegfridum Weſterburgicum, anno 1285. controverſia fuit, quam propter Otto IV. Imp. (4) 6. Non. Febr. Indictione 5. anno 1213. omnia civium bona ab exactione exemit, quod Wilhelmus Imp. (5) anno 1247. Ind. 5. præſentibus Conrado Hochſtedeno, Archiepiſcopo Colonienſe, Theodorico Cliviæ, Ottone Geldriæ, Wilhelmo Juliæ, Walramo Limburgio, Adolpho, ejusque filiis duobus, Marchiæ Comitibus, Arnholdo Dieſtio, Wilhelmo Grunebergio, Henrico Vennio, Gisberto Amſtelio, Nicolao Perſingio, & Ogyro Dynaſtis, confirmavit, aliudque de nemoris proprietate, ex eoque lignis & lapidibus excidendis, inſuper addidit. Albert. quoque Imp. an. 1298. Ind. 11. 5. Cal. Septembris, præſentibus Wiegboldo Col. Bormundo Treviro Archiepiſcopis, Conr. Argent. Henr. Conſtant. Ludolpho Brixienſi Epiſcopis, Theodorico Cliviæ, & Gerhardo Juliæ Comitibus, privilegium Aquenſi Reipubl. ſimile, jus paſcuum, & arbitrium Plebiſcitorum adjecit; anno 1213. 6. Non. Febr. Ind. 1. eidem urbi appellationem, ſive provocationem ad judicium Sanctenſe, vel aliud Colonienſe, abrogavit, & Aquisgranum tantum faciendum mandavit.

Fuit ergo Teutopolis libera & Imperialis Respublica, quæ tamen poſtea primum quidem tutelæ nomine Ducibus Limburgiis & Comitibus Montenſibus ſubjecta fuit. Henricus enim, dictus Senior, Dux Limburgius, Advocatus, ſeu tutor Duisburgenſis fuit, qui anno 1221. obiit, & in Eccleſia Radenſi ordinis S. Auguſtini conditus eſt. Walramus vero, Dux Limburgius, & Comes Montenſis, cum Cunigunde uxore, nemoris partem, dictam **Oſtenbruch**/ cum tribus manſis adjacentibus, anno 1277. (6) die vinculorum Petri, tribus tantum ſolidis, quotannis a civibus in feſto Martini pendendis, ſibi reſervatis, & feria 6. ante feſtum Bernh. anno 1278. agros novos, vulgo **das Newlandt**/ a Porta Swalena perpetuo poſſidenda, conceſſit. Ab ejus morte poſſeſſio ad Rheinholdum Geldrum, Irmgardi filiæ, & hæredi ſuæ unicæ copulatum, pervenit, a quo feria 4. ante Annunc. Mariæ, anno 1287. privilegia Reipublicæ confirmata ſunt. (7)

Deinde Rudolphus I. Habsburgicus, Rom. Imp. 12. Cal. Martii, Indictione 3. Erphordiæ urbi privilegiis anno 1290. confirmatis, (8) eandem cum Cranenburgia Theodorico, ejus nominis VIII. (9) Comiti Clivio 24. Viduo, nepte ſua Eberhardi filia, Margaretha, in conjugem data, loco dotis pro 2000. marcis argenteis oppignoravit, iisque 400. marcas argenti ex telonio Bowricenſi addidit, ſimul quoque Imperii Comitem, & in vicinis imperialibus Duisburgo oppidis, Neomagi, Daventriæ, usque in **Ravenſwert**/ Vicarium Imperii conſtituit: præſentibus Wernhero, Præpoſito S. Gereonis, Unichbaldo de **Alpen**/ Decano, Theodoro de Monumento, Bernh. de Strunkede, & Wilhelmo Proyt, mi-

Translatio ad Cliviam.

(1) Diploma vide in Cod. Diplom. No. VI.
(2) Diploma ejus vide in Cod. Dipl. No. VII.
(3) Diploma ejus vide in Cod. Dipl. No. VIII.
(4) Diploma ejus vid. in Cod. Dipl. No. IX.
(5) Diploma vid. in Cod. Dipl. No. X.
(6) Imo 1278. juxta Diploma in Cod. Diplom. No. XI.
(7) Juxta Diploma in Cod. Diplom. No. XII.
(8) Vid. Diploma in Cod. Diplom. No. XIII.
(9) Qui & ipſe Privilegia Duisburgenſibus confirmavit juxta Diploma in Cod. Dipl. No. XIV.

Digitized by Google

militibus. Hoc pignus Duisburgenſe iterum Margaretha Habsburgica, Theodorici vidua, & cum ea Theodoricus IX. ejus filius, Agneti filiæ, & ſorori ſuæ, Adolpho Montium Comiti copulatæ, anno 1312. feria 6. poſt diem Paſchatos in dotem obtulerunt; Theodoricus vero, nominis IX. Comes Cliviæ 26. anno 1325. præterea a Ludovico IV. Bavaro Imp. totius Weſtphaliæ Vicarius (1) declaratus, eidemque pignoris reluitio conceſſa eſt. Idem Ludovicus (2) Monaci 1. Septembr. anno 1347. Joanni, Comiti Cliviæ 27. fratri Theodorici, integrum oppidum cum telonio pro 20. mille marcis argenti in pignus tradidit; cui Summæ Carolus IV. Imp. (3) 11. Cal. Martii, Indict. 2. anno 1349. adhuc 10. mille marcas argenti Coloniæ adjecit; Privilegia denique Reipublicæ omnia rata habuit, eaque proxima Dominica poſt Mich. anno 1352. repetiit.

Quia vero in Joanne (4) hoc, Clivio Comite, ſtirps maſculina ejus proſapiæ anno 1368. deſiit, Duisburgenſis civitatis tutela & pignus ad familiam Marcanam per conjugium Adolphi & Margarethæ, Theodorici IX. filiæ, devenit, cujus nepos Engelbertus, Marcæ Weſtphalicæ Comes, Duisburgenſe pignus adeptus, anno 1369. in vigilia Paſchatos, privilegia ejus omnia approbavit, ibidemque filiam, quam ex Richarde Julia ſuſtulit unicam, Philippo Falckenſteinio Comiti in Conjugem tradidit. Anno 1392. Engelberto mortuo, Theodoricus Marcanus ejus frater, & hoc quoque defuncto, Adolphus, Cliviæ I. Dux, Adolphi fratris filius primogenitus, anno 1404. hæc omnia rata habuerunt.

Status Duisburgi Hanſeaticus.

Joh. Angelus Werdenhagen, Jurisconſultus Chriſtianus, in tractatibus de Rebus-publ. Hanſeaticis, Parte ſpeciali 4. in Hanſam Teutonicam mature, nempe anno 1201. ob varia commercia ibi exerceri ſolita, receptam eſſe ſcribit. Anno vero 1406. 24. Aug. Respublica Duisburgenſis e ſocietate Hanſæ Teutonicæ aliquandiu ſeparata, ſolutis mille Equitibus Geldricis auratis, ad communionem ejus Lubecæ iterum recepta eſt, & 20. Novemb. anno 1414. a Sigismundo Imp. (5) Perpiniani atque Coloniæ in omni hac dignitate confirmata, eam Adolphus Marcanus, Cliviæ Dux, die Michaëlis, anno 1422. honorifice ingreſſus, & a civibus homagio præſtito inauguratus eſt. Fridericus vero Auſtriacus, nominis III. Romanorum Auguſtus, ætatis anno 25. ſatis juvenis, mente tamen ſenex, adeoque Fabio Max. propior, quam Scipioni, Francofurti deſignatus, anno 1442. eidem Duisburgo privilegia ſua Coloniæ approbavit. (6)

Anno 1445. (7) cum intra Theodoricum Morſanum, Archiepiſcopum Col. & Joannem, Adolphi I. Cliviæ Ducis, filium primogenitum, ob Sufatum bellum ferveret, Archiepiſcopus nocte intempeſta, quæ in diem S. Georgii tempore quadrageſimali diluxit, exercitum armatum mœnibus Duisburgicis ad molam lapideam ex inſidiis exhibuit: ſed magno molarum clangore, civibus inprimis juventutis flore ad arma convocatis, irrito, Respublica ab hoſte Archiepiſcopo, militem ſuum verlohren / verlohren / inclamante, & retrahente, liberata eſt. In cujus rei memoriam non tantum Pons ille die verlohren Koſt Brugh appellatus, ſed etiam Senatus ſingulis annis ipſa Georgii pueris puellisque, cujuscunque ſtatus & conditionis, ſimellas, ſeu ſpiras, quas vocant, diſtribuit, qui idcirco hodieque Kreckelentagh nominatur. Poſtmodum propter impenſas nimias, Scholæ Latinæ & Germanicæ alumni cantionibus oſtiatim ſimellas eodem die hactenus pe-

(1) Vid. infra *Hiſt. Comit. Cliv.*

(2) Diploma vide in Cod. Dipl. No. XV.

(3) Juxta Diploma in Cod. Dipl. No. XVI.

(4) Qui & ipſe Privilegia ipſis confirmavit Diplomate Germanico, quod vide in Cod. Diplom. No. XVII.

(5) Juxta Diploma in Cod. Diplom. No. XIIX.

(6) Excerpta ex Diplomate ejus hæc refert MSC. meum *Duisburgenſe:* Und haben darum mit rechtem Wiſſen der itzgenannten Stadt Duißburg und ihren Nachkommen alle und jegliche Gnad, Freyheit, Recht, Brieffe, und Privilegien und Handfeſten, die ihnen von den ehegenannten unſern Vorfahren, Römiſchen Keyſern und Königen und von Uns gegeben ſeynd, und dazu ihr alt Herkommen und gute Gewonheit, die ſie redlich herbracht haben, in allen ihren Puncten, Stücken, Articulen und Begreiffungen, wie die dann lautent und begriffen ſeynd, gnädig verneuert, confirmiret und beſtettigt haben, verneuren, confirmiren und beſtettigen, und das von Römiſcher Königl. Macht, Vollkommenheit in Krafft dieſes Briefs.

(7) Vide quoque infra Hiſtor. Johannis I.

Digitized by Google

petierunt, quod quidem anno 1626. ob inſolentiam militis Hiſpani abrogatum, ſed anno 1632. reſtitutum eſt.

Anno 1449. 18. Junii, Joannes Bellicoſus, Adolphi filius, & anno 1456. ejusdem conſenſu Gerhardus, Clivio-Marcanus, Patruus, urbis medietate inveſtiti ſunt.

Anno 1481. 3. Nonis Novemb. Joannes Miſericors, Bellicoſi filius.

Anno 1522. in Septembr. Joannes Pacificus, Miſericordis filius.

Anno 1593. Wilhelmus Dives, Pacifici filius, isque iterum Cal. Septembr.

Anno 1571. & 1572. Wilhelmi Divitis filius, Joh. Wilhelmus, dictus Bonus & ſimplex, Duisburgum ingreſſi, ubi civibus privilegia ſua confirmaſſent, ab iisdem inaugurati ſunt.

Celebritas Duisburgi & confirmatio privilegiorum.

Ad eandem Rempublicam Max. Cæſar, comitia Coloniæ celebrans, anno 1505. ter venit; iit eadem 17. Julii anno 1508. ubi in Brabantiam contendit, idem Cæſar tribus nobilibus pernoctavit. Redux ex Belgio 2. Aprilis anno ſeq. iterum. Carolus vero, ejus ex Philippo, Hiſpaniarum Rege, nepos, 12. Martii anno 1528. Spiræ; Ferdinandus, hujus frater, 15. Julii anno 1562. Pragæ; Maximilianus II. ejus filius, iterum Spiræ anno 1570. Rudolphus II. denique 18. Auguſti anno 1580. privilegia Reipublicæ rata habuere.

Templa urbis.

Urbs præter Monaſteria duas habet Parœcias, quarum una primaria S. Salvatori, tutelari Numini, ſacra eſt, ob peregrinorum quondam ad Salvatoris imaginem religionis ergo Dominica Trinitatis frequentem concurſum celebris. Altera B. Mariæ Virgini dicata, quondam extra muros civitatis ſita, & Johannitarum hoſpitaliorum ſedes; quæ duæ Parœciæ anno 1187. a Philippo Heinsbergio, Archiepiſcopo Col. diviſæ ſunt.

Monaſteria.

Monaſteria ſunt: Minoritarum Franciſcanorum ampliſſimum, quod priſcis temporibus Ducum Limburgenſium arcem fuiſſe conſtat. Deinde Cruciferorum, vallis S. Petri prima fundatione dictum, olim fratrum 3. Regulæ S. Franciſci conventiculum, ſed anno 1498. a Cruciferis occupatum. Habet præterea urbs etiam Monialium ejusdem 3. Regulæ Franciſcanæ cœnobium, S. Catharinæ dicatum, & pro honeſtatis officina civium opulentiorum filiabus erectum, a quo inſtituto cum degeneraſſet, reditibus veſtalibus relictis, Evangelicæ prædicationi templum inſervit.

Opera Eccleſiaſtica.

Inter opera Eccleſiaſtica urbis eminet Baſilica Salvatoris, cujus turris altiſſimæ ſtructura anno 1415. primum cœpta, in eaque 4. Martii anno 1426. aditus, ſeu novus chorus templo annexus eſt. Anno 1467. tres illi campanæ imponendæ in cæmiterio maxima graſſante peſte fuſæ; turris autem, quia prior eodem anno 1467. nocte Palmarum, incuria vigilis oſcitantis, & candelam accenſam negligentius cuſtodientis, perierat, novæ adhuc exceſſioris fundamenta a Frederico Specht anno 1479. poſita ſunt, inque eam tres illæ campanæ ſuſpenſæ. Turris tectum 17. April. anno 1507. inchoatum, eique 19. Julii turricula ferruminata, cum cruce ænea, & gallo impoſita, & anno 1513. lapideo ambitu addito, totum opus abſolutum eſt. Anno 1464. Duisburgenſes deportationi S. Victoris Santiscum ſuo Salvatore adfuerunt. Gymnaſium bonarum litterarum (1) ſuis ſumptibus anno 1559. Senatus inſtituit.

Opera Politica.

Politica opera ſunt: Turris molaris, anno 1439. Porticus, anno 1456. Schola, an. 1512. ædificata. Anno 1499. incendio in vico Vaccario, quem vocant, ſuborto, illum integrum abſumpſit.

Conventus Politici & Eccleſiaſtici.

Conventus diverſi ſummorum Principum, & inſignium Rerumpubl. atque Eccleſiarum, diverſo tempore multi hic habiti ſunt. Anno 1493. & 96. Wilhelmi, Juliæ & Montium Ducis, & Johannis, ejus nominis II. Ducis Clivii & Comitis Marcani, juſſu, congregatio ob unionem Provinciarum harum ex matrimonio Duisburgi inſtituta.

Annis 1580. 5. Auguſti, & 1598. 27. Septembr. & 1599. in Septembr. Cliviæ, Juliæ, Mon-

(1) Quod *Wilhelmus*, Dux Cliviæ, Anno 1562. in Academiam convertere voluit, impetratis jam a Pio IV. P. R. ut & Maximiliano II. Privilegiis, ac primo Rectore denominato *Georgio Caſſandro*, ſed conſilium ſuum propter belli Belgici motus perficere non potuit. *Fridericus* autem *Wilhelmus Magnus*, Elector Brandenburgenſis, quo erat in rem literariam pariter ac militarem amore, illud anno 1655. executus fuit, cujus æque ac Maximiliani II. Privilegia, Academiæ Duisburgenſi conceſſa, ut & leges Academiæ illius, vid. infr. in Cod. Diplom. No. XIX. XX. XXI. XXII.

Digitized by Google

Montium, &c. Principum, & Statuum Comitia hic celebrata; anno vero 1609. nona April. mortuo Joanne Wilhelmo, cunctarum harum Provinciarum hærede, ob Succeſſorem Ordinum omnium conventus habiti, & litteræ reverſales iisdem datæ ſunt. Circulus Weſtphalicus etiam ibidem 9. Julii anno 1581. itemque Januarii an. 1595. & 25. Martii 1596. & 29. Julii 1597. coiit; & ſicut anno 927. tempore Evangelii, in his partibus nati, concilium Epiſcoporum Duisburgi ab Henrico I. Imp. coactum, ita Synodus quoque nationalis Eccleſiarum Cliviæ, Juliæ, Montium, &c. reformatarum in hac urbe ab anno 1610. hactenus ſemper frequentata eſt.

Mutationes. Variis & diverſis mutationibus obnoxia fuit. Anno 1614. a Ludovico de Velaſco, Hiſpano, juſſu Ambroſii Spinolæ, occupata, præſidium Hiſpanicum aliquandiu retinuit.

Nova mutatione ſub Conſulatu Godefridi a Schommertz, anno 1630. amplius munita, ſed tamen non longe poſt, propugnaculis novis dejectis, vetera tantum retinuit.

De Rheno, qui olim Duisburgum alluit, jam vero deſeruit, ita Bernhardus Mollerus in deſcriptione ejus canit:

Mœnia Duisburgi dempto jam flumine ſpernit
Rhenus, & offenſo degener amne fugit.
Quas igitur vindex turbæ natura negavit,
Turba ſibi demptas arte reduxit aquas.
Foſſa labris Rheni longo deducta meatu,
Exiguas urbi mittit adeſſe ſcapbas.
Antea ſublimes adierunt mœnia cymbæ,
Vix gravidas potuit ripa tuliſſe rateis.
Tum fuerat pauper, vix ut Mercator adeſſet,
Emporii felix commoditate forum.
Omnia mutato fatorum cardine verſa.
Omnia ſubducto perdidit amne locus.

Quæ vero de ejusdem Duisburgi antiquitatibus omnibus, inprimis quæ numiſmatibus Chilperici Regis, & Henrici primi Imperatoris, apud Hermannum Nuenaricum, & Mörſenſem Comitem, & Gualterum Gymnium, Conſulem Duisburgenſem, aſſervatæ fuere, eas cum reliquis Johannes Tybius, civis Duisburgenſis, Elegiæ ſuæ libellis tribus anno 1579. complexus eſt; cujus exemplaria, Hombergæ ad Rhenum in Comitatu Mörſenſi eodem anno typis deſcripta, quia nulla vel pauca amplius extant, hic eandem repetere operæ pretium duximus:

HENRICO TYBIO & OTHONI VOGELIO,

Conſulibus,

Cæterisque Senatorii Ordinis apud Duisburgenſes
Viris prudentiſſimis,

JOHANNES TYBIUS
propriam Reipublicæ ſalutem a Chriſto.

RElligioſiſſime ad Archytam aſſerit Plato, ſemper recenti memoria circumferendum expendendumque cuique mortalium, ſe ſibi natum non eſſe: ſed partem patriæ, partem cognatis, partem amicis debere, ita ut perexigua pars ſibi ipſi relinquatur. Neque vero majorem cuiquam impendi poſſe operam, humana ratio arguit, quam ſi eum ipſum immortalitati quam proximum reddamus. Quod utrumque, Viri Conſulares Senatoriique Ordinis digniſſimi, me & intelligere, & jam dudum anniti, ut cognoſcatur, diu multumque laboravi: videlicet, & plurimum me operæ patriæ debere, & majorem huic ipſi præſtare non poſſe, quam ſi Immortalitati viciniſſimam reddam. Id vero non aliter fieri poſſe putavi, quam ſi originem ſucceſſionemque hujus tam antiquæ urbis, & incrementa civium, ab eisque rerum geſtarum ac Privilegiorum, brevi Catalogo, ceu in tabula depictam, ob oculos proponerem. Itaque cum me e leni quidem ac grato corporis, animæ vero ſevero exilio, (veluti e Pathmo Apoſtolum Epheſus,) Viri utriusque digni-

Digitized by Google

dignitatis candidiſſimi, admiſeritis, receperitis, foveritis: ingratum ſane, planeque naturalium legum contemptorem me fore putavi, ſi, quod Ethnicus obſervavit, Chriſtianus negligerem, ac non omnem operam, quantamcunque poſſem, noctes diesque patriæ impenderem. Ejus autem propenſionis primum ſpecimen vobis ut exhiberem, in breves rudesque verſus contraxi, quicquid de origine, incremento, rebusque geſtis civium hujus reipubl. cum apud Hiſtoricos, tum etiam ex archivo, in anteceſſorum noſtrorum monumentis fide dignum comperire potui. Sperans fore, ut ſi hactenus indigeſta quæque ac rudis earum rerum moles publica aſſervatione vel digna, vel certe eadem conſervata fuerit: ut aliquis etiam huic meo, rudiori quidem, attamen in formam & ordinem congeſto ſcripto, originis ſucceſſionumque, ac rerum geſtarum hujus noſtræ urbis quaſi monumento, locus veſtrarum Dignitatum cuſtodia tutiſſimus donetur: ut cara tandem ſolicitaque poſteritas, quæ ſenectutis ſuæ infantia, pueritia, ætatisque flos fuerit, agnoſcat. Atque in hoc, veluti ſpeculo, civis ſeipſum contemplatus, agnoſcat, qua reipublicæ forma ac conſtitutione, quibus item laboribus floruerit', & floriturus ſit maxime: atque eam reipublicæ adminiſtrationem ac formam magiſtratus contendat, qua videt, virtutibus civium tam amplos favores ac Privilegia Imperatorum ſeſe ſuosque eſſe adeptos, atque priſcorum Duisborgenſium mores ac virtutum præmia emerenda ſubditos muneribus pelliciat, pœnisve coërceat, quibus non ſolum dicta privilegia eos ipſos emeruiſſe videt, ſed etiam acerrime laboribus mercimoniisque exercendis, ac propulſandis, ea ipſa, infringere conantium viribus, defendiſſe. Ad tractationem vero argumenti quod attinet, cum annales potius ac temporum ſeriem, quam vel præconia urbis patriæ, aut alioquin eruditionis ingeniive oſtentationem quærerem, poëticum nihil miſcui: ne his involucris confundere potius rem, quam expolire viderer. Idque maxime, quod ſperem fore, ut hæc mea, ceu Enniana ſtercora, Virgilianos flores protrudant, hique rudes mei verſus Maronem aliquem excitent, qui hæc altius indaget, tractet ſublimius, præconiaque tam antiquæ ac famoſæ urbis dignis carminibus poſteritati commender. Duobus autem nominibus potiſſimum Dignitatibus veſtris hunc meum laborem dedico: ut videlicet me patriæ eum ipſum, non alteri, & debuiſſe, & præſtitiſſe intelligatur, majoremque aſſidue ut præſtem eſſe quam paratiſſimum: tum etiam, ut D. V. præſidio ac protectione hi libelli tutiores prodeant in medium. Qua ſpe & fiducia has primitias laborum meorum D. V. utendas, fruendas, propugnandasque do: & ut quam maxime floreat respublica, Chriſtum Deum Opt. Max. oro, & ad id omnem me lapidem moturum ſpondeo, ne quid ejus in me requiratur. Quibus omnibus Chriſto Deo D. V. uti magiſtratuum, rerumque publicarum tutori defenlorique Opt. Max. commendatos imprimis cupio, ac, quam id fieri poteſt, ſedulo commendo. Vos interim hunc meum laborem æqui bonique conſulite, &, ut facitis, una mecum amate ac defendite. Datum Duisborgi quarta Septembr. Anno 1579.

D. V.

Obſequentiſſimus obſervantiſſimusque concivit,

Johannes Tybius, Godefridi filius.

Annalium, ſive Antiquitatum Originisque Veteris Duisborgi

Liber Primus.

Eſt locus ad Rheni ac Roræ notiſſimus oram,
Qua nemoroſa undas evomit Angra ſuas.
Magnaminæ quondam ſedes firmiſſima genti
Teutonicæ: certum dum petit illa locum
Errabunda ſibi: Populi confinia magni
Deſignans: priſcæ nomina gentis habens.

Qui volucrum cantus, nemorum viridaria præbet,
Pratorum risus, dona fluentis aquæ.
Hunc volupe est memori deducere carmine pinguem,
Carminibus pateat ejus origo meis.
Quo duce sint ampli fundamina jacta laboris,
Queis ducibus vires sumpserit ille suas;
Creverit in Gentem magnam, quis Regibus ipse
Regia, queis portus, & quibus urna fuit;
Civis ut agnoscat, quo ductus origine, mores
Qui fuerint patriæ, quæ pia lucra suæ.
Amplaque naturæ non temnat munera, discat
Robore parta pio lege tenere pia.
Scilicet hunc Asiæ deductus littore Tuiscon
Quæsiit urgente Deucalione patre.
Qui vagus in varias distractus Noius oras,
Commoda dum regni, dum loca firma petit:
Non potuit tristi deserta Mesembria alumno
Præsidiis aptum reddere fida locum.
Esset & a Jano genitus licet ipse bifronte,
Ipse Diis quamvis associandus erat.
Instructis potuit non ille triremibus ulla
(Per loca tot ductus) visere tuta magis.
Scilicet aspiciens agrorum fœnora, lucra
Pratorum, nemorum hoc pignora cara loco.
Subsidium agnoscit vitæque ac fluminis alma
Munera, quæ lucrum dant cava quæque suum.
Hic Regni firmum solium sedemque locavit.
Magnanimum hic statuit limina sacra Deum.
Congestaque ampla laterum vi, moleque Tuiscon
Regni hic præsidium condidit ipse novi.
Deque suo dictum primævo nomine nomen
Indidit, atque arcem hic Tuisconis esse placet.
Accola Duisborgum vocitat, mihi Tuisconis arx est,
Teutoniæ firmum præsidiumque vetus.
Hinc populum rexit Germanum, hinc tradidit artes
Annos per centum, terque iterumque decem.
Donec & in superos post condita regna relatus,
Magnorum emernit sceptra tremenda Deum.
Hinc invicta igitur remanent gens, arxque locusque
Semidei: viresque exercuere suas.
Donec inexpleto ructantes sanguine fratrum
Romulidæ, ac orbe haud gens satiata suo.
Hæc loca lascivo voluit perstringere ferro,
Subque jugum indomitos ducere avara viros.
Fretus enim magno, sed spreto robore Varus
Passus avaritiæ hic præmia digna suæ est.
His gens quosque domans, mille insignita trophæis,
Victricem liquit signa manumque viris.
Namque Cheruscorum (quorum hæc in finibus arx est,)
Ignorans vires, cor, animosque ducum,
Nescius ipse locus quid posset, flumina, & ipsi
Saltus quæ possint robora firma dare.
Viribus en spretis rem cepit frandibus, arteque
Attentare vafra, lusus eaque probe est.

Propositio operis.

Tuiscon a Noa in Europam missus fuit, anno post Diluvium 130. occupavitq; Rheni ripam, ac Germanis, quos Duitzios vocamus, nomen indidit, Wolfgangus Lazius de gentium migrationibus lib. 1. & Anselmus Ryd in Catalogo Principum.

Tuiscon Duisborgum in Ducatu Clivensi condidit, Lazius, & Anselmus Ryd in præscriptis locis, ac Hieronym. Gehvviler de libertate Germaniæ, libro secundo.

Etymologia Nominis. Germanis hic leges & litteras tradidit annis 150. Anselmus.

Hic strages Quintilii Vari cum Arminio, Cheruscorum duce, (hic in Rhenum compulsis Romanis) habita est, testibus Aventino, Cuspiniano, Vellejo Paterculo, Anno a nato Christo decimo ante diem quartum Nonarum Sextil.

Sti-

Scilicet aſſociat proceres procerumque nepotes,
Segeſtem, atque alios, remque latere putat.
Servitii agnoſcens populum contemnere vincla,
Parva prius poſcit munera lege dari.
Arte pia hæc artem luditque ac robora ſpargi
Suadet, & eſt patiens gens fera adusque jugi.
Dum fortis populi Princeps Arminnius arma
In ſocerum ac Varum conglomerata tulit.

Arminii origo ex Aventini Annalium Bojorum libro ſecundo.

Ille Seginari fidi filiſſima proles,
Ille patris patriæ præſtitit acer opus.
Namque Cheruſcorum exemplar gravitatis habebat
Priſcorum, ac ſtorgas, ceu patris, in patriam.
Hujus ibi, littus qua circum molle Veſurgis,
Emmeraque Arminii in vallibus alba fluit.
Montes in aërii clivoſo vertice caſtrum,
Sedes, præſidium ac Principis acre fuit.
Accola quod priſco Armelsborgi nomine monſtrat,
Arx antiqua pii Principis atque domus.
Qua dum nigra viris taciturna ſilentia præbet
Nox animisque refert robora grata vagis.
Nulla viro requies, nec in altum lumina ſomnum
Clauſerat, (ignavi Principis illud opus.)
Sed velut altitonans Divorum Juppiter, ipſe
Princeps Grajorum dira tulit manibus
Conſilia, (ut turbata quies fortaſſe tonanti
Exſtitit Æacidum ac pellere damna placet.)
Sic vigil hic patriæ præſesque paterque minanti
Hoſti dira tulit, conſilia aima ſuis.
Nam poſtquam Oceanum ſurgens aurora reliquit,
Ac vigil Æois lucifer exit aquis:

Habitatio Arminii fuit in Caſtro Armelsburg in VVeſtphalia, ibi, qua rupes Arminii Ptolomæus inter Emmeram & Veſurgim monſtrat, ut liquet ex Ptolomæo, & tabulis VVeſtphaliæ.

Oratio Arminii ad Proceres VVeſtphaliæ pro tuenda patriæ libertate.

Hoſce pii gemitus meditataque pectoris heros
Ad proceres, cunctis ſtantibus, ore refert:
Vah ubi libertas? pietas ubi priſca parentum?
Queis juga, queis agros patria fida tuos
Subjicis? an liquit te ſtemma? an lecta juventus?
An robur priſcum concidit omne tibi?
Tamne tibi ſubito minitanti ſubdere genii
Colla manumque fuit dulce? fidemque dare?
Et ſine cuncta mei tam perfida Principis auſi
Conſilio Arminii? quod ſcelus hocce virum?
Αὐτονόμων genti populum ſervire rapaci?
Rem, ſpem, jura, decus vendere? vello regi?
Triſtius hæc ſocero meditata nepoteque noſtris,
Servitium e proprio ſanguine adeſſe meo.
Turpius hæc populum nondum attentaſſe ſubactum
Gentisque ignotis viribus Auſoniæ.
Quin mihi viſa fuit picea caligine Diva
Noctis in Ambroſiis glauca ferensque meæ
Effigiem patriæ pictamque coloribus almæ,
Ac menſæ propriæ Jura decusque pium,

Typus patriæ liberæ.

Cui non vicinus dicat, da fœnora Princeps,
Dave manum, aut ſonipes currat in arma tuus.
Curva cui ducat, per tutum criſpus aratra:
Agrum, deſpectoque hoſte, caballus atro.

Digitized by Google

Cui Faunus ſylvæ, cui jura domeſtica zelus,
Et ſacra cui patriæ caſta Jehova notet.
Hacque mihi mulcens animum pectusque ſerenum
Effigie, hos viſa eſt reddere voce ſonos:
Oratio Dex, adhortantis Arminium ad bellum Romanis inferendum.
Aſpicis aſſertæ quam cara obſonia menſæ,
Carus ager proprius, arva redempta ſient.
Quam res tuta domi externo ſine Principe, Vultus
Quam patriæ gratus priſcæ & amatus erat?
Dum tibi tranquillum libertas patria ſonnum
Reddere cara ſolet. Liber & ipſe dares
Jura gregi populum, regeres ac lege per agros
Patria? ab externo milite liber eras?
En patriæ quam ſæva tuæ modo lumina, vultus
Triſtisque, & fallax ſingula ut boſtis habet?
En boſti, haud patriæ ducit bos torvus aratrum,
Mellaque Romanus dulcia veſtra vorat.
Vellera Samnites carpunt vere aurea, veſtris
Lanigeris ovibus pignora grata, truces.
In choreas ducunt, thalamos, Veneremque ſororum
Pulchrarum formas, zona recincta quibus.
Juraque dant vobis, cogent in extera cives
Αυτονόμως, equitemque arma, per arva, tuum.
Quin victorum, invicta es de ſtirpe propago:
Weſtphaliæ invictæ ſceptra tremenda tenes.
Horrida fac patria pellas, pelle extera ferra,
Imperium externum & ſæva tributa virum.
En ego, quæ rerum e cauſis certiſſima, fines
Sola ſcio, victrix ſemper amata viris:
Hanc tibi per dextram: per Lauri juro coronam
Hancce tibi, divum munera certa, Dea.
Effera Romulidum quod vinces arma: decusque
Reſtitues patriæ, & libera regna tuis.
Arma igitur ſumat, ac concita ferra Juventus
Patria: & indomitos me duce ſterne viros.
Hæc tibi ſigna ſient, divum quæ dona, coronam
Sceptrumque alma fero, ſint tibi ſancta duci.
Æris Arminii adhortatio, ad ſumenda arma contra Romanos.
Abjicit & rapidas ſubito volitavit in auras:
Hocque mihi ſceptrum, hæc inde corona manet.
Vos igitur Proceres, tu Weſtphala rara Juventus,
Hæc memori, hæc forti pectore conde tibi.
In ſocerum, in Varum diſcors ultricia ſumo
Arma, quibus ſuperos in pia bella ciam.
Caſtus amor patriæ quem flectit cunque paratus
Adſit, Quintilii pellat inane jugum.
Hunc rutilum in cunctos ſtringam, nil territus, enſem,
Qui non Quintilii hoc pellat ab orbe dolos.
Dixerat: Horribili ſonitu tarantara dixit:
Ite viri, Arminni carpite ſigna ducis.
Unanimesque ruunt Proceres, pubesque equitesque
Civisque, & rauca voce colonus iners.
Concita ſectantur divino numine ferra,
Quæ ſera per Campum Teutoniæ ipſe legit.
Nempe per hunc noſtrum longe de Teutone ſaltum
Teutonicum, ultricem ſigna manumque tulit.

Hic in ſaltu Teutonico cæſus eſt ab Arminio Q. Varus, ut teſtantur Cornelius Tacitus, Aventinus, Cuſpinianus, Velleius Paterculus.

Ce-

Digitized by Google

Cæditur invicto hic victus Romanus ab hoſte :
Imperii Varo ſigna tremenda cadunt.
Scilicet hic illic conſtrato milite, cæſis
Principibus, proprio Varus ab enſe cadit.
Imperii liquit victricia ſigna Cheruſco hic
Subditaque, ac rapta luditur hoſtis ave.
Tuiſconis hic meruit victricia ſigna propago,
Quæ Germane tibi victor adusque tenes.
Accola quin gaudes? ſigna hæc victricia ſolus
Queſiſti, illa tibi Teutonia alma tenet.
Sic arcis vires, neglectaque nomina ſurgunt,
Ac urbis meruit ſigna decusque ſibi,
Quæ tenet: Hinc creſcunt vires populusque reſurgit,
Firmaque naturæ præſidia ampla facit.
Utque ſolet victor munimina ponere victo:
Sic urbis jaciunt mœnia firma ſue.
Quo duce quis referat? gens namque hæc libera, victrixque
Illius: invictam, cui placet eſſe diu.
Queſitis ſignis, conjungere civibus arma
Ac animos volupe eſt. Nomen ab æree manet.
Præſidium antiquum magnam ſic creſcit in urbem,
Quæ tamen authoris nomen & æveis habet.
Donec Thuringo nomen mutare Cheruſco
Triſte fuit, fines linquere & hoſce truci.
Franci has quærentes Duiſpargi nomine ſedes
Dixere: hic belli præſidiumque locant.
Scilicet & Clodius, de crinibus ille, Comati
Nomen qui meruit Francus: ab urbe prior
Hac vires ſumpſit, ac captam robore munit,
Hac ſola Gallos vaſtat ab urbe leves.
Hic belli ſedem, robur firmumque locavit,
Quam Theodomirus rexerat ante pius.
Belgi hac Tornacum, Cameracum cœpit & urbes
Hac domitus, Clodio Gallus obaudit iners.
Regia eis eadem hic, quæ quondam maxime Tuiſcon
Prima tibi fuerat firma vetusque, fuit.
Hinc immortalem Clodii ſucceſſor adoptat
Childericus: claram fida moneta jubet.
Quæ docet hic Franceis (quod eorum & facta loquuntur,)
Præſidium: exulibus perfugium eſſe viris.
Sic igitur populis primo fundata domandis
Arcendisque procul mœnia jacta minis,
Hanc belli laudem; tenuit fida, atque trophæa
Sunt invictorum hic ſola, & aſyla virum,
Dum libuit Marti pietatem jungere, ſummique
Armis aut cultum voce docere Dei.
Nam Boreæ ſævæ dum vult gens ruſtica Chriſto
Victori criſtas eripere hocce loci:
Et minus objectis venienti adducier ulnis
Idolisque cupit ludier usque magis.
Sola velut vindex urbs gentis fida profanæ
Succurrit: terræ cæcaque damna gemit.
Carole, datque fidem tibi Regi, maxima cenſens
Lucra, novum Chriſto adducere lege gregem.

Dion Caſſius Nicæus.

De varietate nominis per temporum ſucceſſiones ac vices, dum antiquitus Duitzborgum, quaſi arx Tuiſconis; Francis, ut liquet ex eorum annalibus, Duiſpargum; tempore Caroli M. a diſperſo inde per VVeſtphaliam milite Diſpergum dictum fuerit.

Clodius Comatus, Rex Francorum, in Tungrorum ſive Thuringorum fines irruptionem faciens, capta Duiſpargo, hic regni ſui ſedem locavit, eamque decennio integro munit, & emiſſis hinc exploratoribus, Camaracum & Tornacum, Galliæ Belgicæ urbes cœpit anno 430. ut teſtantur Antoninus, lib. de geſtis Francorum cap. 4. & 5. Adon. Venueſis Epiſcopus, Sigebertus Gemplacenſis, Robertus Gaguinus, Joannes Nauclerus, & Hieronymus Gebwiler, qui expreſſe Tuitzbergum vocat, quod Tuiſconis, primi Teutonum Regis, olim regia fuerit.

Duas aquilas, quas contortis verticibus adhuc in ſuis inſigniis habet Germanorum Imperator, ob cæſas duas legiones Romanorum, (quarum quæque Aquilam in inſigniis habebat,) hic emeruit Arminius. Johannes Cuſpin. in vita Auguſti. In formam urbis circa hæc tempora redigitur, liquidem hinc civitas primo ab hiſtoricis nuncupatur.

Anno Chriſti 350. Moneta Childerici, Franci Regis, cujus inſcriptio ab uno latere Childericum, ab altero Duisburgum refert, & in præſentem usque diem apud Senatum & Comitem Morſenſem aſſervatur, ſedem fuiſſe hic Francorum teſtatur.

Ex hac urbe VVeſtphalia converſa eſt a Carolo Magno ad Chriſtum, ut teſtatur libellus ſupplex Civium Duisborgenſium, in Comitiis Conſtantienſibus exhibitus.

Hæc-

Digitized by Google

Hæcque jubet Regni fortis prudensque referri
Consilia alma, sinu ac arce relata Dei.

Oratio Duisborgensium ad Carolum pro conversione VVestphaliæ.

Rex pie, quod nostris tuleris ter maxima Regis
Munera, qui regnum Rexque Deusque manet:
Semper & e celsa veniens huc sede tonantis
Sceptra tulit Christus, factus homo, ante Deus.
En mea regna tibi pateant, hæc armaque nostra
Sint pia tentanti, ac regia grata tibi.
Mira est durities populo, quem flectere tentas,
Est gens sæva, minis territa sola meis.

Duodecim verbi præcones, (inter quos præcipui fuere: Suibertus e familia Nortimbrorum, Comitum Angliæ, cujus corpus Reiserswerde quiescit; VVinibertus, postea Benedictus nuncupatus, ac primus Episcopus Moguntinensis factus, qui VVirteburgi visitur; ac VVillebrordus, Episcopus Trajectensis factus;) per Egbertum, e Saxonia oriundum, tunc Angliæ Præfectum, in Saxoniam, ac inde per Pipinum per totam VVestphaliam, quæ Saxonia erat, & Phrysiam missi, duas maxime nationes ad Christi jugum ac agnitionem perducunt, anno Christi 710 ac eum sequentibus, ut restatur histor Marcellini, & Chronicon.

Nam licet invictus genitor, pia dona Pipinus
Præcones verbi per sua secla dedit.
Quos dudum Egbertus dederat pius, ante Britannus,
Christi præcones per loca vasta viris.
Swithertum, Comitum referentem stemma decusque
Tum Nortimbrorum, ac te Winiberte gravem.
Quos decus exiguo cultuque ac voce venusta
Ornat Apostolicos, munera digna viros.
Ac hi melliflua quamvis pia pectora voce
Ceu Tuba mulsissent, hos dederintque sonos:
Idola, insani! Christo veniente, facessant,
Concedant Christo jure nefanda Deo.
Illa ferunt ditis letalia vulnera: Christus
Æterna veniens vulnera ab arce levat.
Hæc Phlegetontis aquas: Christus fert flumina vitæ.
Tantaleam illa sitim: hæ non sitiuntur aquæ.
Isthæc præstigiis dementant pectora vanis:
Vera at Christicolis gaudia Christus habet.
Horum Tartareas reserarunt ludicra portas,
At vitæ pandit Christus amatus iter.
His dudum Christo servimus vocibus acti
Nos, nec non Fesulæ, vosque Tremoniades.
Et pietate sua nobis Essendia chara,
Audiit hosque sonos Westphalus omnis iners.
Non tamen insanam voluit gens aspera mentem
Flecti, nec Christo nomina fida dare.
Sed vanis fœde idolis, Christo sine, servit,
Ac cervice vafra nosque Deumque spuit.
Et quasi cunctorum spernens, ludensque Deorum
Atque Ducum vires, non referenda facit.
Tute igitur, pietas tibi si, Rex Inclyte, curæ est,
Sive salus populi, cœpta peracta face,
Atque tuo Imperio submittito, Christi ad asylum
Ducque vagos: Christus sit Deus hisce pater.
Quin mea sceptra tibi venienti, ac mœnia firmo
Præsidioque meo, gens vaga victa cadet.
Hic fuit antiquis Francorum Regibus alma
Regia, præsidio hoc Gallus in arma tua it:

Comitum ac Ducum Clivensium.

Has tibi firmavit sedes fidissimus heros,
Oblonga, Clodius, nobilis ille coma.
Hildericique fides voluit diplomaque salvas
Francorum Ducibus, & nova regna piis.
Spernant Bructeri Idolum te Principe docti,
Me Duce, & auxilium dante locumque tuis.

Sæpe

Digitized by Google

Sæpe igitur revocatæ veni, gentemque domato
Immitem, ac Chriſto fidere cage vagam.
Suaſerat: ac dictis venientis Rex caſtus obaudit,
Advehitur Procerum caſta caterva ſimul.
Hinc equites Franci veniunt, venit inde Juventus
Regia, cui eſt auro lancea lata manu.
Clangentisque tubæ inflator ſpiramine buccas
Complentes, hinc mox unus & alter adeſt.
Fulgida queis humeris auro taratantara pendet
Inſignita, novos dans variata ſonos.
Cunctantem expectant valvarum ad limina primi
Urbis, & in cultus plebs ſociata Dei.
Advenit extemplo Rex auro inſignis & oſtro,
Et pia dat ſonipes gaudia voce ferox;
Mox tuba melliflua ſonitu taratantara dixit:
Rex venit & Proceres, en pia turba Dei.
Advehiturque gygas magna ſtipante caterva,
Auro intexta chlamys brachia longa tegit.
Sceptriferumque viro capitis diadema rechalit
Tempora, quo crinis longior ecce micat.
Ac torque aurato circumdata bellica colla,
Aurea quin etiam tegmina monſtrat equus.
Purpureæque ocreæ, ac auri calcaria fulvi,
Sceptrum adamante tenet dextera firma micans.
Læva tenet frenum contextum inflexilis oſtro,
Dantque decus Regi grex, Proceresque pii.
Ingreditur: cives arcem intra mœnia monſtrant,
Quæ Regi ſedes præſidiumque ſiet.
Accurſant Proceres, præſenti vina coronant,
Munera grata duci civica, (mos patriæ is:)
Ac modios ſtatuunt certos, pro more, caballis
Civium, avenarum, munera priſca, novis.
Detentos menſa Proceres Rex ipſe per arcem
Exhilarat, cauſam conſiliumque refert.
Scilicet ad Chriſti ducendam paſcua gentem
Weſtphaliæ: atque audit conſilia alma Virum.
Hinc clypeos Marti, verbique minantia vates
Arma parat: ſapiat docta vel acta quibus:
Moxque cruces flexas, flammasque rotasque per agros
Erigi, ut aut ſapiat gens pereatve, jubet:
Ac populum inſanum laqueato vindice cogit,
Qui ſine lege viros, qui ſine Rege necet.
Quem modo Delbruges, quondam gens Weſtphaliæ omnis
In pretio poſuit ſtigma rapax fidei.
Hinc ea Diſpergum dixerunt tempora, priſcum hoc
Duisburgum, ſparſas quod fovet acre manus:
Carole, quodque tibi fuerit ter maxime Regi
Regia & exierit Teutonis arce fides.
Sparſa per & ſaltus, vindex manus impietatis,
Weſtphaliæ, hinc fuerit: ſparſerit urbsque fidem.
Martia quo noſtris Vulcaniaque arma minantur
Perjuri, rupto fœdere, lege, fide.
Scilicet Italiam dum Carolus ipſe periſſet:
Vindictæ ſtatuunt tempora juſta vafræ.

Caroli ingreſſio in urbem, ad fidem Weſtphalos ut cogat, graphice depicta.

Carolus Magnus milites Duisburgo, ac Concionatores verbi Weſtphalum mittit, vnd richtet die Wbem off, die ſonder Scheſſen vnd Vrtheil die Vngloubigen erworgen mochten, ut teſtantur Reformationes & Chronica Colonienſium Epiſcoporum, ac libellus ſupplex civium Duisburgenſium, in Comitiis Conſtantienſibus exhibitus, cujus copia in Archivo aſſervatur.

Hinc Duisburgum irruptione invadere conantur, Carolo in Italiam profecto, ut teſtatur Regino anno Chriſti 776.

Conglomerata acies in proxima caſtra feruntur,
Sauciat immitisque ultio corda virûm:
Nempe & Hereſpergi caſtro gens dira minatur:
Atque dolet fraudes ludier arte ſuas,
Et noſtros terret turritos machina muros,
Per vim perque dolos perfida turba ruit.
At portis alii cives bipatentibus adſunt,
Mœnia pars ferro fortia lecta tenet.
Obſedere alii telis per mœnia turres,
Turribus ex altis bellica ſphæra volat.
Donec & exuſto partim, partim agmine rupto
Turbatisque alis miles equesque ruunt.
Unanimesque ſimul portis bipatentibus adſunt
Armati cives, conglomerantque aciem.
Nec minus imbelles celeresque per æquora cervi,
Quam poſitis fugiunt cornibus attoniti:
Sectantes fugiunt cives, per prata, per agros,
Ponte valens, donec Lyppia mergit aquis.
Atque fuga paucos elapſos ſervat & unda
Reſtituitque urbi pignora grata, viros.
O igitur cives iterumque iterumque beatos,
Quorum libertas ſola fidesque ſient.
Scilicet & fidei cogendæ prima, domandis
Et populis, urbis mœnia jacta, piæ.
Hinc libertatem caramque fidemque propago
Teutonis emeruit. Regiaque Imperii eſt.
Vere Teutoniæ primum quæ fida monarcham
Fida tenet, fidei ac ſemina prima dedit.
Hinc Imperatore Germanorum facto Carolo Magno, urbs fit imperii, ac locus habendis Conciliis Imperii, aut Synodis Imperialibus.
Regiaque hinc manſit, quæ Regibus ante, monarcha
Conſiliique locus de actibus Imperii.
Scilicet ob victos, Regni ad fœdera ductos
Vaſcones, & Calabros, Saxonicæque Duces.
Pannones ac biſtros, cum Regi ſervit uni
Oceanusque vagus, Danubiusque rapax:
Non ultra potuit regni forma eſſe capacis,
Johannes Cuſpinianus in vita Caroli Magni.
Nomen ab Imperio Rex pius inde capit.
Nempe Deo reddens caſtiſſima vota, precesque
Auditas: Chriſto quo annua ſacra Deo
Stant nato Romæ, Romanorum induperator
Dicitur: Impoſitum hunc & diadema facit,
Pontifice, & populi vox concors læta canentis:
Carole dive, tibi vitaque & Imperium.
Palma ſit Auguſto tibi, Carole, maxima, ab alto
Cui venit Imperii juſta corona Deo.
Induperatoris magni pacemque colentis
Carolo abhinc nomen per vaga ſecla fiet.
Sic urbs priſca pio nomen cum Rege reliquit
Regium, & Imperii Regia facta fuit,
Conſiliique locus. Quas namque hic inde monarchæ
Tractarint cauſas, ordine quasque cano.

(o)

An-

Digitized by Google

Annalium, ſive Antiquitatum Veteris Duisburgi

LIBER SECUNDUS.

Forſan Bennoni fuerant effoſſa Metenſi
Lumina, quo Henricus tempore Sceptra tenet
Imperii Saxo. Res acris, leqeque flecti
Imperii digna, ut Præſulis acta ferunt.
Cæſaris Henrici cauſa hæc defertur ad aures,
Et facinus, petiturque ultio ab Imperio.
Imperio Præſul paret, præbetque Metenſis
Auxilia, hoſtilis dextera ſi qua premat.
Quare hinc & petitur defenſio juſta, peracto
Pœnaque de ſcelere, haud crimina inulta manent.
Conſilio hanc igitur Cæſar deſignat habendo
Duisborgum, claram flumine, fronde, ſitu.
Nempe ea Præſulibus gratiſſima paſcua lautis
Flumina, torrentes dat, viridisque nemus,
Ac Cererem pinguem, Bacchi donaria læti,
Quæ longis mittit Rhenus avarus aquis.
Quo pro more ſuo tendant venabula cervis,
Aut apros ferro lancea lata ſecet:
Aucupii ſolers animos recreare ſagaces
Cura ſciat, canibus ſtet ſua cura feris.
Scilicet hæc Synodi conſcriptæ ſingula poſcunt
Pontificum, hæc prima, ac anxia cura virum.
Hinc hanno ſtringunt ſacro vaga crimina: morteque
Ulciſcenda fera, vox tulit una virum.
Urbs nec conſilio, triplici haud ſignata corona
Eſſet, (cui ſummum conſtitit orbe decus;)
Ni celebris Regi, niſi nobilis ipſa monarchæ
Sedes Duisburgum, ac regia celſa ſiet.
Nempe viris lautis ac mollibus ardua ſemper
Lætaque monſtrantur, paſcua, caſtra, Domus.
Hinc ut ad imperii pervenerat Otho coronam,
Frater & Henricus flagrat amore pari.
Gloria Teutonicæ remanet par gratiaque urbi,
Conciliat quæ animos ſola petita Ducum.
Scilicet Henrico ſocialia junxerat arma
Francus Eberhardus, Dux vafer, arte Duci:
Accitus regni Dux æmulus ac Lotharingus,
Queis Præſul dextram junxerat ecce ſuam.
Incertus (pietas ea triplicis usque coronæ eſt,)
Unus, itemque alter, quo pius Otho cadat.
Sic animos fratrum in plus, quam civilia pellunt
Arma: neceſque movent fraude doloque Duces.
Sed pius hæc potuit compeſcere vitæ Suevus
Conradus: cui mox dat pius Otho fidem.
Nempe & Eberhardus rutilo configitur enſe,
Præcipitem Rhenus te Lotharinge vorat.
Fis ſupplex fratri, veniamque Henrice precaris,
De ſociis anceps quæſtio mota fuit.
Nempe armis poſitis Duisborgi regia Rogi eſt
Othoni ſedes, tuta decensque pio.

Anno Chriſti 917. Synodus Duisburgi ſub Henrico primo, Romanorum Rege, cogita excommunicavit eos, qui Bennonem, Metenſem Epiſcopum, excularant.

Cuſpinianus in vita Othonis.

Regino anno Chriſti 944. Duisborgi Conventum Lotharingis ac Francis indixit.

Hue proceres Franci, proceres nec non Lotharingi
Conſcripti veniunt, turba canora virum.
Hic volupe eſt oculis Regem luſtrare coruſcum,
Nec non magnanimum lumina magna Ducum.
Namque ibi, qua medios circumdant mœnia cives,
Arx alta, ac celſo vertice clara nitet.
Qua nova conſurgens dum ſpargit lumina Phœbus,
Conjugis & croceum linquere dulce thorum eſt.
Illic qua Regi poſt atria longa cubile eſt,
Franci concurrunt, & Lotharinge venis.
Atria ſola tenet, nigram detentus ob iram
Conradus ſapiens. Ferbuit ira viri.
(Ira ultrix ſcelerum juſtiſſima corripit artus
Heroum, infidos dum pia pœna manet:)
Quæque diu tractant de Francorum ardua, pœnis
Ac Lotharinge tuis conſilia hæc Sapiens
Temnit: & has divum conſcriptas munere ſentit,
Rhenus ut hunc: illum, dum mala ferra necant.
Ingreſſusque virûm pius increpat ora, jubetque
Tempore compeſci labra ſoluta levi.

Oratio Conradi Suevi, cognomento Sapientis, Trevirum & Leodinum Præſulem perfidiæ accuſantis Duisburgi.

Compoſitusque animo ſapiens mox ora reſolvit,
Hosque dedit rapidos voce ſonante ſonos:
Quid procerum pœnas patriis inquirere juſte
Orbatis nimium candida turba juvat?
Sufficiat Ducibus patrias privaſſe duobus,
Sufficiat Ducibus pœna ſoluta ſuis:
Quin magis externa in pœnas decernite ferra,
Surreptamque fidem, ſubdola conſilia.

Cuſpinianus in vita Othonis.

Quin Trevirus Regi Ruithertus fœdera fregit,
Ecce Leodinus fregit & ipſe fidem.
Ac Majeſtatis læſæ ſunt crimine juſto
Damnandi, vafram bis qui tribuere manum.
Præſulibus ludi Regemne impune duobus
Stat mens? an pœna fraus caritura ſacra eſt?
Quin quo Præſulibus fidei plus Rege tributum
Et ruptæ cur non ultio major eat?
Si locus Imperii hic cultus de crimine pœnas
Extorſit juſtas ſemper, & arte viros
Perdonuit vafros, ceu rupto fœdere caſſos:
Sentiat hic pœnam Præſul uterque ſuam.
Dixerat: extemplo Præſul ſua facta vocatus
Abſens, jure ſuo purgat uterque probe.
Hæc igitur tractata viris transactaque ſummis,
Antiquum retinent nomen in urbe pia.

Anno Chriſti 1145. Conradus Suevus, Rex Romanus, jubet arcem in urbe Imperiali ædificiis circumcirca conſtructis ornari, atteſtantur ſcripta & aſſignationes in Archivo urbis aſſervata.

Donec conſiliis ornata frequentibus alma,
Sedibus ac Regum clara per ora virum eſt.
Regalique iterum hic Conradus ſede locata
Perfecit dignum Principe Suevus opus.
Scilicet ad Rheni poſtquam diadema fluentem
Moſæque accepit regia ſceptra pius.
Atque petitoris Bavari pacaſſet avari
Vincendo lites: haud Solyma alma prius
Viſa eſt heroi, quam ſedem ornare juberet
Imperii arcem, candidiore domo.

Ur-

Urbe etenim media, qua nunc ea cincta corona eſt
Cive remota pio, arx conſtitit Imperii.
Planicies domibus vicinis concita nullis,
Vaſta, ingens, poſita nobilis arce ſua.
Qua licet ad numeros ſphærasque equitare caballos,
Ac Regum mulcet mollis arena animos.
Dum per ſaxiferam ſonipes criſpatus amœno
Veſtitusque oſtro regia colla ferat:
Munitosque Duces clypeis & arundine geſtet,
Objicit ac humeris hoſtibus ille Ducum.
Hæc media fuerat triplicato verticè priſca
Conſpicua, & trina arx condita turre, Ducum.
Quam circum juſſit turresque domosque Suevus
Condier, ut ſociis hoſpita alma ſient
Imperii, aut Regum: domibusque ea regia ſtructis
Creſcat, viſentur regia, Rexque pius.
Quæ modo & Imperio priſcos dant ſingula cenſus,
Arcis & antiquæ nomina priſca tenent.
Relliquiasque arcis cuneo & fundamine monſtrant,
Nunc mercatori gaudia certa vago.
Scilicet ut Regum liquerunt ſtemmata claram
Inque Duci dotem Rex dedit hancce piam.
Haud celebri ceſſat clareſcere (ſplendida ſemper)
Mercatu, gentique emporium eſt celebre.
Hucque ſimul Cattus, Flanderque ac Belgia merces
Certatim apportant, navigio, axe, rotis.
Vellera fert Cattus molliſſima, Flander at oſtrum
Heſperidumque ignes: Belgia aroma nigrum.
Bacchumque ac Cererem Germanus: nobile Rhenus
Flumen, quæ celeri mittit ab arce rate.
Donec & Alſatius, Flandrorum forte Philippus
Debita vendendi hic Cæſare jura capit.
Nempe ea jura pii Frederici extorſit ab ore,
Teutonica pannos vendere in arce ſuos,
Vendere majori neque vectigale ſoluto
Agrippinati, quam ſolet ante dare.
Si quod eos etiam fors preſſerat æs alienum,
Hoc non contractum venditione foro.
Regia ſolvebant totum Diplomata Flandro,
Dummodo ſit Conſul conſcius ipſe ſibi.
Quæ poſt nec natis, nedum pia jura nepoti
Rixarum molem ſurripuere ſuam.
Præſul Agrippinus ſiquidem per ſecla Philippus
Has leges cenſens noxia damna ſuis:
Mercibus exutos raptu ſpoliavit opimo
Teutonica claros merce vel ære viros.
Unde minas Regis ac decreta horrida perſert
Henrici, donec ſpesque metusque ſimul
Reddere ſublatum Regique obedire minanti
Compellunt dirum ac ſcomma vorare ſuum.
Quo prius edictis præcox illuſerat illis,
Quando monarchatum poſtulat ipſe ſibi.
Singula quæ emporium clarumque fletiſſe loquuntur
Ac ſica tutatum robore jura pio.

Deſcriptio arcis antiquæ.

Tranſitio ad Mercaturam, quæ multis annis floruit circa annum 1173.

De privilegio Flandrorum pannos vendentium Jacobus Mejerus, Balleola in Annalibus Flandriæ.

Eam legem ſpoliatis mercatoribus Colonienſis Archiepiſc. tollere conatus eſt anno 1184. Krantzius.

Digitized by Google

Laus civium a diligentia defensorum privilegiorum.

Utque minor non est virtus, quam quærere, partis
Addere quæsitis calcar adusque bene:
Sic sua tutantur cives donata Monarchis
Jura sibi vivo consilio, ære, manu.

Argentoratenses ac Moguntinos, contra privilegia posscentes Telonii exactiones, in Concilio Constantiensi in Rotwiler, (ubi tum fuit Camera Imperialis,) & apud Sigismundum Imperatorem tamdiu defensione jurium infectantur: donec relictis antehisque privilegiis cum ipsis pacificantur.

Nempe Moguntinus, Argentinusque teloni
Aspera rixosi dum mala jura petunt:
Diraque dentis ratibus minitantur avari,
Quam mens alta viris perdidicere fiet.
Nempe Sigismundi fortis per sæcla monarchæ
Inque Bohemorum finibus ora petunt:
Adque frequentatæ Synodi rem celsa tulere
Consilia, ac raptus noxia damna canunt.
Ante Sigismundi (nec enim sine Cæsare flecti
Conatus poterant,) ora decusque petunt:
Hunc precibus, sancto tandemque hunc jure fatigant,
Donec it in casses præda petita virum.
Ille etenim diro Argentinos fulmine terret,
Juris & antiqui reddere sacra jubet.
Quæ quondam Albertus, tu & Carole quarte Monarcha
Civibus e meritis præmia digna dabas.
Nempe hos ut stringat exactio nulla teloni,
Romanus late quam vagus orbis eat.
Fulgentisve auri persolvat pondera centum
Exactor, diras Cæsaris atque minas.
Queis sic inviti tandem sua jura relinquunt,
Ac merces tuta ferre referre rate.
Quaslibet æterno placiturum fœdere nectunt,
Fœdere quod sacrum sit soboli usque piæ.
Aſt ea cum valvis domibusque loquuntur & agri,
Juraque principibus addita sacra viris.
Quorum a convecto hæ dicuntur stipite, earum
Ingenti accessus merce nitere vides.
Ac bifores altæ cara per sæcula merce
Planstra gravata canunt isse rediisse viris.

Anno 1415. quod testatur libellus supplex, & literæ ratificationum, anno 1418 Argentorati datæ.

Restituuntur cives Hanzæ Teutonicæ anno Christi 1466. equitibus Geldrensibus mille numeratis: ut testantur literæ in Archivo.

Et quod Teutonicæ conjunctam cernimus Hanzæ
Urbi, quæ nummis reddita mille fuit.
Maxime quin etiam decorasti hanc Æmiliane,
Adventu cunctis nobiliore tuo,

Anno 1508. Maximilianus Cæsar, post obitum Philippi, Regis Hispaniarum, ab Hollandis, atque adeo toto Belgio postulatus tutor junioris Hispani, totiusque Belgii defensor: inclandelam navigio devectus, quatuor diebus Duisborgi remansit, reversusque e Belgio anno proxime subsequente secunda Aprilis,

Dicis & Imperii dignam quæ sedibus urbem
Floreat, & prisco nomine grata fiet.
Distractas etenim mentes unire voluptas,
Dum summa Agrippæ perstat in urbe tibi.
Trinis antiquam vicibus lustrare monarchæ
Dulce fuit: sedes visere & Imperii.
Quin etiam Superum gnatus, dum forte Philippus
Appetiit vita candidiore domos.
Teque simul Flander carus, Batavusque, Zelandus
Tutorem, ac reliqui, competiere sibi.
Has partes visens & adornans Rege coruſco,
Duisborgum sedes nobile cara tibi est.
Navigio celeri vecto, cui dulce diebus
Est animum hic quatuor exhilarare pium.
Quin rediens equitum repetis comitatus eandem
Ornatu centum bis, peditumque bono.

Maximilianus primus in Comitiis, Coloniæ anno 1505. habitis, iter Duisborgum venit, eam Imperii sedem testatus.

Vi-

Digitized by Google

Viſere nec ſatis eſt, ſed priſcis juribus addens,
Ornaſti, quando viſere, jure, licet.
Hactenus hæc igitur: quo fundatore locata:
Queis crevit Ducibus: Regibus alma quibus:
Regia queis fuerit dudum & famoſa monarchis:
Κατάβασις. *Quæ domita hac fuerit, gens data quæque Deo.*
Et quibus eſt notus Regum poſt limina civis
Licta viris, quos vel Parrhaſis arctos habet.
Hinc quibus urna levis fuit hæc heroibus addam,
Ac ſtabilita pie, quam pia dona viris,
Relligioque tibi dederit: quam ſemper aſyla hic
Exulibus fuerint firma & amœna tuis.
Quæ quondam facies, quæ nunc, quam maxima dudum
Senſerit & φύσεως munera cara ſuæ,
Quamque habitura diu: res hæc quam publica formam
Senſerit aut fauſtam, vel minus ipſa, ſibi.

ducentorum equitum, 800. peditum comitatu, Duisborgum ingreſſus, omnia Duisborgenſium antiqua privilegia confirmavit & auxit.

Annalium, ſive Antiquitatum
Veteris Duisburgi

Liber Tertius.

Duisburgi fuerint cum ſola roſaria magnis
Regibus, haud ulli ſæva palæſtra Duci.
Bellis urbſque virum raro vexata moleſtis
Atque monarcharum gaudia ſola piùm:
Hinc paucis fulgens lugubria funera præbet
Regibus, hinc cineres oſſaque rara Ducum.
Et Limborgenſi Comitem de ſanguine ſolum
Ablidit, & nigro monſtrat amœna rogo.
Scilicet hoc claro Comitum Guilielmus obortus
Sanguine. Tœnburgum dum mala Martis habent
Ac ſævo cinctum vix biſcit milite, clarus
Concidit ingenio, ſanguine, Marte, manu.
Atque rogos patrios, donaria triſtia in urbem
Sacrificum, triſti funere fertur eques.
Ac cineres patrios, unamque expertus amœnam,
Tellure Auguſtus conditur ecce nigra.
His ibi Principibus, gelidam qua ſpectat ad Arctos
Urbs, arx priſca fuit ac ſpacioſa diu.
Quæ prope contiguas concludit limite portas,
Qua ſævus Boreas, qua levis Eurus abit:
Præcelſis intro conſtructa cubilibus, aula
Regia ſublimi condita celſa penu eſt.
Ambitus ingreſſu primo, ceu Regis amœnus:
Hortus odoriferis floribus inde nitet.
Conſtructa, ut pellat Boreali parte coruſcum
E muris hoſtem ſancta propago virûm.
Scilicet eſt ipſis conſtructum mœnibus urbis
Excubiis turres monſtrat & illa datas.
Eximiæ ſpecimen fideique, ac pignus amoris
Heroas inter Teutonis atque gregem.
Nempe fidem dederant Comites hic civibus almi
Auxiliique manum per vaga ſecla piam.
Jure etenim ſancte jurando Henrice peracto
Et Guilielme ſacro, hanc additis, ecce, fidem.

Anno 1473. Guilielmus, Comes de Limborg & Broick, qui in obſidione Tœnburgenſi perierat, hic Duisborgi, in cœnobio Minoritarum, quod quondam fuit Comitum Limborgenſium Domicilium, ſepelitur.

Deſcriptio cœnobii Minoritarum, quod quondam arx Comitum Limborgenſium fuit.

Sunt in fœdere cum Duis-

Pro-

borgensibus, ac fidem eisdem dant: Guilielmus, Comes in Limborg, & Dominus in Bedbur, anno 1450. ut testatur propria confessio sub sigillo Comitum eorundem in Archivo.

Item Theodorus, Comes Limborgensis & Dominus in Broik, anno 1418.

Eberhardus, Comes Limburgensis & Dominus in Hardenburg, anno 1430.

Gosvvin Steck, anno 1434.

Henrich Romkau von Boeheim anno 1370.

Duo Conradi ab Eller, alter anno 1376. alter anno 1302.

Bono, Dominus in Frimersum, an. 1377.

Propulsaturos sævum de mœnibus hostem
Teutonicis: civique auxilia alta datis.
Sive foris caros civi populabitur agros,
Inter ceu torvus mœnia victor eat.
Tamque sacræ fidei non sumere temnitis arram,
Et dare sub dextra hæc certa sigilla manu.
Do Guilielmus ego, Lymborgi in tempore Princeps,
Teutonico civi pectore & ore fidem.
Juro repulsarum quemvis pro viribus hostem
Consiliis & opem reddere velle datis.
Hanc Theodore etiam, tam chari sanguinis heros,
Ipse fidem civi, Broikius alme, dabas.
Quin & Eberhardus, prædicti sanguinis heros,
Ille Hardenburgo qui dominatur, eam.
Quin arras similes fidei dat proxima civi
Nobilitas, cujus nomina prisca cano.
Steckius atque fidem dedit hanc Gosvinus, & inde
Romkanus, gentis Boshemiæ ipse decus.
Et Knippenborgus, quin & Scheiffardia proles,
Ellerique duo, sanguinis ambo pii.
Atque Goterswickius Erwinus, Bonoque quondam
Ille, Frimersummo qui sua jura dabat.
Reinhardus dederat quin Hugenpodius ipsam:
Queis urbis semper mœnia salva viris.
Atque utinam tali floreres Fœdere, Mavors,
Duisborgum cum jam proxima quæque petat.
Suntque Ducum quædam Lymborgi nomina, civi
Frugiferos & agros, & nemorum alta, pio
Munere, pro meritis, quæ designasse sigilla
Testantur, memorum signa canora Ducum.
Namque novam vocitant quam versam vomere terram, &
Quam nemoris partem nymbifer Eurus habet:

Henrich van der Knippenberg an. 1374.

Schiffart von Merode, Herr zu Hemmersberg, 1341.

Everwin de Goterswick anno 1351.

Reinhard van den Hugenpoit anno 1429.

VValravius etiam, Dux Lymborgensis, in exhibitorum officiorum remunerationem civibus largitus est, datisque literis assignavit bas Meulant und Osteiboß, quod testantur literæ annis 1277 & 1278. datæ.

Walravius largi Dux nominis omnia civi
Largitus, clari est stemmatis usque decus.
Virtutem populi fortem quæ cuncta loquuntur,
Adque ferunt superum perpetuata chorum.
Virtutem cujus tam splendida præmia civis
Usque tenet, fortis post vaga fecla sibi.
Quam, velut Invidiæ livor comitatur amarus
Præsul Agrippinus, non favet ecce viris.
Vel petit in prædam αὐτόνομος, vel pignora cives,
Dum sibi Sufatum flet cecidisse vetus.
Scilicet aggrederis male proditione dolosa
Palmam, quæ δῶρον est Theodore Θεῶν.
Prostratoque locas frustra spem remque decusque in
Milite, quo muros scandere fraude paras.
Concutiunt etenim scapulosque humerosque secretæ
Noctis in ambrosiis, arma inimica viris.
Atque dolum civi victimum murmure produnt,
Clangor & adversi Martis amica tuba est.
Cujus & ad sonitum molitor prior, ordine cives
Mox reliqui, capiunt arma parata domi.
Conglomerant aciem, pars hostem mœnibus arcet,
Mœnia pars turresque altera firma tenet.

Anno 1445. in professo Georgii Theodorus a Meersa, Episcopus Coloniensis, Duisborgum proditione adoritur.

Ex-

Digitized by Google

Excurſant alii celeresque feruntur in boſtem:
Incautum ferro mens ſuperare fuit:
Donec & emiſſi jaculi ſecreta coronæ
Summa petunt ſanctæ, (ut fama perennis habet.)
Ac ſua ter noto dat Præſul nomina ponti,
Inque fugam lapſum ludier ore refert.
Unde operam fruſtra quod luſerit ipſe moleſtam
Impenſas nibilo fecerit atque ſuas,
Luſæ operæ nomen, attentatique laboris
Fruſtra, vicinus præſule pons retinet.
Atque ſacrum panem per civis feſta Georgi
Sacra capit, precibus numina ſancta petens:
Ut ſævos ſimili poſthac propellere muris
Hoſtes dignetur, gratia ſletque Deo.
Eloquar, an ſileam? mœſtum ſub pectore vulnus
Contineo, latebras temporis ipſe gemens.
Scilicet hanc triplicis quamvis fraudemque dolumque
Hasque coronæ artes mœnia noſtra ſciant.
Inque dies meretrix virus Romana potenter
Evomat, atque lares det variata novos.
Huic Gereona piun, Victorem huic ſyndone mollem,
Sive Vitum, ſaltus qui ferat usque minas.
Seu venatorem Chriſti per devia Hubertum,
Aut tete Antoni, qui ſua damna leves.
Labitur in vitium cæco cum tempore virtus,
Denſaque caligo mentis acuta rapit.
Deque nova lucri ſpecie ſua fœnora poſcens,
Idolum hic finxit myſtica turba ſibi. Idolum Salvatoris erigitur anno 1464.
Non ſanctis celſi laudem dans parca tonantis,
Laus quibus ulla tamen ſit tribuenda viris:
Aſt decus Æterni Idolo mutuavit iniquo,
Et trunco patrio gloria ceſſa Dei eſt.
Quin magis incauto ludat, quo callida vulgo
Nomina ſalvantis truncus avarus habet.
Monſtrum horrendum, ingens, ſorti de ſtirpe gygantum,
Cui dextra exiguum eſt ſphæricus orbis onus.
Virtus ſumma, Dei trunco carpſiſſe & honorem, eſt,
Sum via, ſum verum, ſum pia vita, canens.
Huic poſt mille quadringentos annosque decemque
Et tria luſtra, uno ſtat minus orbe decus
Immortale Dei poſt orbem (triſte) redemptum.
Vah ſcelus, euge pudor, quo patria alma ruis?
Secula quo ducunt te triſtia cœcaque fidam?
Quo caligo tuæ mobila mentis abit?
Siſtitur en ſimili, Gereoni, Dæmone luſo
Xantis, par Dæmon poſcitur ecce ξύλω.
Adque precès celeri rapidus venit ille volatu,
Corripiens truncum ludit & arte ſua.
Truncus & immanes Gereonis corripit artes,
Lucraque correptus turpia ſurripuit.
Scilicet obſeſſum qui fors afflixerat orco
Mortalem: trunco Dæmon avarus habet.
Unde rapit quæſtum Gereoni callidus aſtu,
Duisborgum trunco ludit & arte vaſer.

Digitized by Google

Ac rictu virus quantumcunque evomit, ipſum
Miranda curat calliditate viri.
Dæmona, ab eo rabiem, febrim, furias & Oreſtis,
Aur que ſi quisquam ſurdus utraque fuit.
Quin etiam pedibus claudus ſalvatur utrisque,
Aut ambo ſi cui lumina clauſa viro.
Viſitur hinc cunctis, Bructero, Ubiis, Batavisque,
Menapiis notus, cognitus Haſſe tibi.
Æraque deluſo rapuit percara Sicambro,
Dæmonis eximii claruit orbe ſcelus.
Salvator paucis Chriſtus: Salvator imago
Viſitur a cunctis, Teutonis arce micans.
Viſitur: Immani non urbs, non Inclyta fana
Sufficiunt, Chriſti quæ patuere jugo.
Sed quæſtu ſurgens, populoque ac fœnore, nummis
Compoſitis, animi ſurgit & ipſe tumor.
Eque gygantæis (quod dictum) manibus orco
Protruſum, aggreditur grande gygantis opus,
Saxaque congeſſit furtivo fœnore, ligna,
Æraque præcelſi ſemina grata chori.
Et velut undivago ſpectantur ab æquore montes,
Ceu qui contingant vertice utrumque polum:
Aut celſo affixi: veluti minitentur olympo
Caſum: aut contiguos ſervet uterque globus:

Exſtruitur turris hæc ampla Idolo, ut inſculptum valvis templi antiquum monumentum teſtatur.

Haud aliam celſa conſtruxit vertice turrim,
Quam quæ cœlicolis proxima ſpiſſa ſiet.
Quæque ſolent animæ ſuperæ gratesque decusque
Ferre Deo, hac turris Dæmonis emineat.
Hac ludit media fallax hominesque Deosque,
Dum virus mordax, quod vomuiſſet, edit.
Hac panchæa ſibi deferri thura miniſtris
Eſt volupe, ac laudem pangere utrumque chorum:
Huc linum, huc ignes ardentes, æra, columbas,
Munera deferri quælibet atque Deum.
Sique caput luſor fortaſſe attolleret heros,
Angelicum liceat viſere calce chorum.
Pangimus ecce tibi decentem dulce tonanti
Voce melos: Dominum teque fatemur, eho.
Ac mediam circa turrim, qua prominet illa,
Hos tuba terribiles dat variata ſonos:
Numinis has laudes, ac fraudes Dæmonis aſtu
Per tria ſecla minax, & tenet arte gygas.

Idolum Salvatoris fletit annis 91 anno 1556. Senatusconſultis ſublatum eſt.

Donec ab exilio triſti Salvator Ieſus
Redditus, eripuit vimque, dolumque, minasque,
Atque piam vivo reddit de lumine lucem,
Et fallax Chriſti figitur enſe gygas.
Umbraque concedit radiis, lucique tenebræ,
Vivificoque Deo Dæmon amara ferens.
Utque prius Dæmon civi ludebat avarus,
Sic animis regnat Chriſtus abinde piis.
Exulibusque piis fortiſſima præbet aſyla
Duisborgum, ac portum relligionis habet.
Nempe Evangelii radios dum luce Britannus
Ante data ſpernit, perſequiturque levis,

Exi-

Digitized by Google

Exilioque notat, vel dira morte, nefando
Quotquot læta Dei colla dedere jugo:
Sedibus e patriis concedit caſta caterva,
Relictis partis ante labore gravi.
Atque ſibi portum, vocem reſonare tonantis
Chriſti quo liceat, quærit ubique ſacra.
Non Batavus trux, Idoli non cultor avari
Flander, vicinus nec Phryſo præbet eum.
Obvia ſed caſtis, expanſaque brachia præbet
Duisborgum, ac portum monſtrat amœna ſuum.
Quo liceat caſta Chriſti præconia voce
Pangere, quo pulſo ferre trophæa Deo.
Utque refert lætam cum æſtiva canicula meſſem,
Atque ignes lingua fervidiore canis
Odit, & accenſus rauco ſpiramine corvus
Crocitat, & ſitiens æquora cervus amat.
Sub patulæ volupe eſt requieſcere tegmine fagi,
Æſtivosque ignes gratior umbra levat:
Sic pia Chriſticolum noſtra requieſcit in umbra
Turba, piumque dedit lumen opaca viris.
Utque ratis, rapidis jactata per æquora ventis,
Vela ubi cum clavo nymbifer Eurus habet,
Sola ſibi lætam de portu ferre ſalutem
Læta ſolet, portus quærere tuta ſibi:
Sic & Chriſticolum portum defeſſa caterva hic
Repperit, ac animi gaudia grata ſui,
Quo, jactata diu, ſinuata per æquora ſiſtit,
Deliciaque animi ſumit amara ſui:
Navigat in portu tuto tranquillaque noſtro,
Donec de turbis æquora tuta ſilent:
Erumpensque rapit vires lux inclyta, cedit
Ac Evangelio lex vaga Pontificum.
Quin ſimilem Belgis modo monſtrat candida portum,
Dum furiis flammans ſævit Iberus atrox,
Atque pio lucem populo fruſtra abdidit almam,
Quam veniens dederat Chriſtus ab arce Patris.
Utque gygantæi cumulati vertice montes
Summa Dei quondam culmina mole petunt,
Inde Jovis fracti lethali fulmine, cunctos
Abſumunt, operis noxia pœna mali:
Sic pius hos ſervat turbato flumine portus,
Donec mole ſua concidat Auſonius.
Congeſtosque ignes, cumulataque ferra per agros,
Conſutos laqueos, fulmina dira, minas
Belgis: ceu ſævis furiis agitatus Oreſtis,
Concitus Heſperiis inferat hoſtis agris.
Et libertati, grex dudum pulſus, avitæ
Redditus, expulſo gaudeat Heſperio.
Atque fruens portu hoc, patriæ lex ſancta per agros,
Oppidaque & vicos, absque flet Auſonio.
Haſce tibi vires Duisborgum o florida, portum hunc,
Has umbras, civi ac proſpera aſyla tuo,
Agnoſce e faſtis, mens præbet dives ἀείζωον
Numina poſt ſieperi ſola beata Dei.

Noxia bis decimi, ac trini, quod damna loquuntur
Civis, abbinc anni: raptaque jura tibi.
Ac suadet rectè sapientum admibere κρατείαν
Haud uni, multis trad re jura viris.

Epilogus cum exhortatione.

Vos o Noiades, o Tuiſconis alma propago,
Franconum o ſedes, Teutoniæque decus.
Regibus ante piis, mox ſedes firma monarchis,
Hinc Mercatori præmia magna ferens.
Teutoniæ agreſtes quæ prima hinc artibus auſa es
Informare pio Tuiſcone Rege viros.
Mox pietatis habens ſanctæ pia ſemina: victæ
Romulidum genti hic ſacra trophæa locas.
Atque Jovis geminum volucrem jam vertice torto,
Victrix a victis regia ſigna tenes.
Primaque Weſtphaliæ Chriſti pia dogmata genti,
Re pia, non verbis, munere caſta dabas.
Exulibus Chriſti hinc portusque, ac nobile aſylum es,
Mœnia ſtantque piis fortia ſola viris.
Quamque monarcharum celebrem virtute favores
Conciliaſſe juvat, jura tenere juvat.
Et virtute gravi, raro quoque parta labore,
Hactenus invicto robore ſola tenes.
Hos precor annales, noſtra & precor omnia ſume
Gratia tibi, e monitis ſtet decus omne pie.
Semideis ortam, pietati crede locatam
Tete ac virtuti, hinc nomina tanta tibi.
Hinc ea jura, animos heroum, hinc ſingula: pacem
Infractam, Cereris maxima dona piæ,
Faunique agreſtis, ſed grati, pignora, ſylvas,
Neptuni regis flumina dona pii,
Intemerata Dei Chriſti tibi dogmata ſerva
Tramite directo, dextra ſiniſtra meet.
Atque Idola, prior quæ cauſa es, temnito fortis,
Quæ Chriſti eripiunt noxia cunque decus,
Temnito, & exulibus Chriſti præbe inclyta portum,
Et quibus eſt caſtæ relligionis amor.
Hinc pia jura gravi quondam tibi parta labore,
Virtutis priſcæ cara ſigilla tuæ.
Protege conſilio, Chriſtique juvamine, lege
Riteque ſancita, pace avibusque bonis.
Unanimem populum, dicentem juſta, caveto
Pellere conſiliis, pelle repelle lexem.
More ſuo inſanum verbisque ignobile vulgus
Paſcito ſpe cauta: mens at ἄϱιϛα tibi.
Ignavum, inſtar apum, ſucum præſepibus arce,
Non ſint ignavo munera caſta gregi.
Pervigili merces, nec non pia munera civi,
Ignavo merces maxima nulla dari.
Utque fuit virtus atavis, arcere rebelles,
Maxima, muneribus pellicere obſequium;
Atque datis alacres virtuti reddere donis,
Dum ſua delictis debita pœna meet:
Sic tua cura animos ſemper tueatur ἀϱίϛους,
Quorum e ſtirpe atava mensque fidesque patet.

Ca-

Digitized by Google

Caſta & erunt, falſis Idolis mente remotis,
Fanaque præconum ac buccina caſta λόγων.
Intemerata ſimul lex & reſpublica creſcent,
τάξι ornata bona, venditione forum,
Curia conſilio, firmata mœnia pace,
Civis amore pio, meſſe colonus avra.
Non glandes ſylvæ, haud victum Dodona negabit,
Piſce rapax torrens, flumina plena ſuo.
Et creſcent vitæ leto pia munera civi,
Nomen & Æoniis urbs pia tollet aquis.
Quæ tibi det patriæ verus Pater, & pius Heros,
Omine ſacrato; Chriſtus ab arce Patris.

Santena, (1) a SS. Martyribus, Victore ejusque Sociis 360. ex legione Thæbea Chriſtiana, (2) cujus Dux Mauritius, ob Chriſtianiſmum a Maximiano Imp. decumatis & cæſis, appellata, in eorundem memoriam cœnobio primum, ut regularium Canonicorum Phrontiſterium eſſet, condito, quod labentibus temporibus in irregulare commutatum, authoritate Friderici, Archiepiſcopi Col. anno 1128. Indict. 6. 11. Cal. Aug. tempore Lotharii Saxonis Imp. conſecratum eſt. *Santena origo.*

Ab hoc Collegio paulatim, aliis ædificiis accedentibus, oppidum ſuccrevit: Leges vero & privilegia, inprimis quoad venationem in oppidi diſtrictu liberam, ſalvum conductum, debitorum exactionem, homicidarum atque circumſoraneorum pœnas, Noveſienſi Reipublicæ in omnibus ſimilia, ab Henrico a Molenarck, Archiepiſc. Col. 8. Julii anno 1228. anno 1255. a Conrado Hochſtedeno, & anno 1309. ipſa Bonifacii, ab Henrico Vierneburgico, itidem Archipræſulibus Col. ab hoc etiam de tributis immunitatem accepit. In immunitatibus, ab Henrico a Molenarck conceſſis, præſentes fuere Godefridus, Præpoſitus Santenſis, Archidiaconus Col. Hermannus Advocatus, Hermannus Mareſchalcus, & Goſwinus ejus filius, Franco Pincerna, Theodoricus Dapifer, Theodoricus Culinæ Præfectus, Henricus a Leichlingh Mareſchalcus, Theod. Mœrſæ Comes, Arnholdus a **Gotterswick**/ Arnh. de **Luttinchove**/ Henricus de Alpen, Gerhardus de Loe, Henricus de **Volmenſtein**/ Theod. de **Venne**/ Advocatus, Bernh. de Reeſa, Theod. de **Pollwich**/ Otto & Theod. de **Belligh offen**/ Joannes **Granß**/ Arnoldus de Molenarck, & Sant. & Reeſenſis Prætores. *Privilegia.*

Hæc privilegia Archiepiſcopi Colonienſes, Fridericus Saerwerdanus, anno 1372. quo tempore a Dominis Morſano & Herculeo quoque vaſtata fuit, & Theodoricus Morſanus, eum ſecutus, anno 1414. confirmarunt.

Fridericus etiam oppidum anno 1380. 11. Martii, ulterius munivit. Ejus medietas anno 1392. 2. Maji, ex contractu de ditione Linnenſi, telonio Cæſarinſulano, & Aſpelia cum oppido Reeſio, inter Adolphum Marcanum, Cliviæ Comitem ultimum, & Fridericum Saerwerdanum, Archiepiſcopum Col. Cliviæ acceſſit, unde hodieque plateæ Clivenſi nomen. In hac medietate Theodoricus de Monumento, hodie **Mormpter**/ ab Adolpho, ab Archiepiſcopo Joannes ab Horreo, vulgo **von der Schuren**/ Præfecti conſtituti ſunt. Hujus Adolphi Marcani, Clivorum Comitis ultimi filius cognomen, primus Clivorum Dux, mortuo patre, 9. Sept. anno 1394. idemque cum filio Joanne poſt Simonis & Judæ feſtivitatem anno 1444. tum in communione privilegia recepta confirmarunt, tum de Electione Magiſtratus libera nova dederunt. Adolphus etiam immunitatem telonii Huiſſeni addidit. Joannes tandem modo dictus, Adolphi filius, cum bellum Suſatenſe, inter ipſum & Theod. Morſanum, Archiepiſcopum Col. ab anno 1444. geſtum, componeretur, anno 1449. integram (3) ex transactione conſecutus, ejus præfecturam eodem anno Joanni Spicker commiſit, Capituli privilegia anno 1450. confirmavit, & civibus *Translatio ad provinciam Clivensem.*

(1) Olim Colonia Trajana, & corrupte *Trojana*, unde nomina poſtea *Francorum & Sanctorum* Troja orta fuerunt. Deſcriptionem ejus vid. ap. *Joh. Nic. Sellium* l. cit. p. 85. & *Hoppium* c. 16.
(2) De qua vid. not. ſupra ad P. I. lib. 2. ſub Maxim. Imp. p. 79.
(3) Vid. infra Statum Urbium ſub Johanne I. & *Hoppium* c. 16.

Digitized by Google

ratione liberæ electionis, & census vinarii, nova pridie Thomæ anno 1453. partim concessit, partim vetera rata habuit; Idem anno 1464. deportationi S. Victoris cum 3. filiis, Joanne, Engelberto & Philippo, interfuit, adeoque totam Clivizæ suæ adjecit, cui hactenus indissolubiliter connexa manet.

Monasteria. In hanc urbem Vestales nobiles Furstenbergicæ anno 1586. Carthusiani vero anno 1590. ex Gravia prope Wesaliam domicilia sua transtulerunt.

Reesæ origo. Reesa, (1) vel a rerum abundantia, quasi dives rerum, vel potius a sarmentorum & arundinum, quæ Rieser / vel Riethen Germanice sonant, copia, sicut familia quoque Equestris Resiorum, vicini claustri Sleedenhorstani fundatrix, denominata est. Est enim locus hic ad Rhenum proxime situs, arundinetis, fruticis & rubetis, stagnis item & lacubus plenus, cujus pars aliqua etiam ante non multos annos a vepribus repurgata fuit. Idem arguit vicini templi Beniani, ab ossibus appellati, antiqua inscriptio, lapidi ostii australis incisa, quæ ita habet:

Olim sunt ossa Beenhorsi occisaque fossa,
Nam tunc pravorum fuerat spelunca latronum,
Sic sumpsit nomen ex ossibus bis sibi Beenen;
Anno nongento Beenen dedicasse memento
Ecclesiam festo Lamberti, Rex memor esto.

Latrones enim, inter dumeta & fossas hic latitantes, olim ex insidiis viatores adorti, occisorum ossa ibidem abjecerunt. Pulsatio denique campanulæ Reesensis, tum ob Rheni inundationes, tum ob latrones hos abigendos, aliquandiu facta, idem confirmat.

Exordium suum debet, prout Santena, de qua modo diximus, Collegio cœnobitarum primo regularium, sub communi Præposito viventium, ut ex vestigiis distinctarum cellularum hodieque apparet, qui postmodum labentibus temporibus in Canonicos seculares transierunt.

Hujus vero Collegii Irmgardis, Zuirphaniæ Comes, post exactum a nato Christo millenarium & decimum, prima fundamenta jecit: quæ paulatim aucta, & ab Henrico tertio Imp. datis Trajecti literis, approbata, anno 2. Colonienſis Archiepiscopus anno 1040. dedicavit, ut sequens testatur Epigraphe templi, cui in chori ostio imago Irmgardis addita est:

Anno milleno Christi pariter quadringeno
Condidit hoc templum fœlix Irmgardis amœnum,
Obtulit idque piæ, quod protegat ipsa, Mariæ.

Arnholdus vero Archiepiscopus anno 1148. contractum inter Capitulum ejusque colonos de Decimis, vulgo Schepel-Tienden / calculo suo ratum habuit.

Alter denique Arnholdus, itidem Colonienſis Archipræsul, diploma Irmgardis, ne vetustate periret, anno 1180. recognovit.

Fuerunt ergo initio in hac Reesa, præter cœnobitarum & fratrum habitationes, & ipsum templum, vel nullæ vel pauciſſimæ aliæ ædes: tractu autem temporis, sive ex pietate, sive ex Eleemosynarum affluentium quæstu, aliis quoque ædificiis ibidem conditis, paulatim in oppidi formam succrevit.

Privilegia. Primum, se ob varias hostium incursiones (2) muniendi, privilegium ab Henrico a Molenarck, Archipræsule Col. pridie Idus Julii, anno 1228. accepit. Cum vero anno 1245. templum fulmine tactum, & campanæ ejus liquefactæ essent, anno insequenti feria 2. ante festum Barbaræ, Conradus Hochstedæus, successor Henrici in Archipræsulatu, cum Santena immunitates, urbi Novesiæ similes, oppido largitus est.

Anno 1296. sub Siegfrido Westerburgico, Antistite Col. firmius munito, Henricus Vierneburgius Archiepiscopus, feria quinta post festum omnium Sanctorum, de libera piscatione & venatione indultum civibus adjecit.

Translatio ad provinciam Clivensem. Anno 1392. 2. Maji, partim permutatione cum territorio Linnenſi & telonii Cæſar-insulani venditione, partim oppignoratione, & ἀντιχρήσει pro 57. mille florenis aureis, a Friderico Saerwerdano, Archipræsule Col. additis, ditione Aspelia, judicii Bockhumenſis

(1) Cujus quoque descriptionem vide ap. *Joh. Nic. Sellium* in Vesalia obsequ. p. 86. & *Hoppium* p. 17.
(2) Atque Latronum insidias, ut putat *Sellius* loc. cit.

Digitized by Google

ſis medierate, vico Swelmio & Hagenio pago, Adolpho Marcano, Comiti Clivio, ejusque conjugi Margarethæ Montanæ, horumque filiis, Adolpho, primo Clivorum Duci, Theodorico & Gerhardo, Comitibus Marcanis, conceſſa eſt.

Hinc Joannes, nominis II. Dux Clivorum 3. Joannis filius, Adolphi nepos, eidem præter teloniorum immunitatem, etiam Magiſtratus ſui liberam electionem anno 1483. attribuit.

Ex quibus privilegiis poſtremum anno 1501. inprimis vero anno 1515. ob tumultum civium, ab eodem Duce revocatum eſt, deſignatione Scabinorum ſibi reſervata.

Domus Monialium in hac urbe anno 1436. ſtructa eſt, quæ usque ad annum 1459. Templum collegiale frequentarunt: tum enim proprio Patre confeſſario donatæ ſunt.

Porro mutationibus multis obnoxia Reeſa hæc fuit. Anno 1378. in ea platea nova integra conflagravit. Anno 1465. ruptura aggeris Rheni campum Bereſwichianum: Eadem anno 1569. 70. 71. campum magnum, vulgo Wanwychianum, inundavit, arenaque multa conſperſit. *Mutationes.*

Anno 1549. in bello Belgico ab Hiſpanis; Anno 1614. vero a Mauritio Naſſovio occupata, & ab hoc egregie munita, præſidioque Ordinum Confœderati Belgii impoſito, hactenus defenditur: Templum Reformatæ religionis in eadem anno 1624. ſtructum eſt.

Templi denique ipſius collegialis & parochialis anno 1628. juſſu Ordinum Confœderati Belgii, inſtituta eſt reformatio, quia eadem contra pacta Veſaliæ prius facta erat.

Cum anno 1599. Hiſpani urbem occupaſſent, & miles Imperialis Ductore Simone, Comite Lippienſi, eosdem expellere ſæpiſſet, porta Rhenana globis petita, & idcirco conquaſſata, ſequenti anno 1600. a Magiſtratu reſtituta eſt, ſicut inſcriptio hæc portæ teſtatur:

Occupat Hiſpanus Reeſam, cum longius æquo
Germanus miles me petit hinc globis.
Forma, qua placui cunctis, æſtate ſequente,
Hac me Reeſenſes reſtituere Patres.

Encomiaſticon, (1) quod urbibus his capitalibus ſeptem, inprimis vero Veſaliæ, patriæ ſuæ, deſtinavit Hermannus Ewichius, amicus & compater meus conjunctiſſimus, tale eſt:

Oppida quot ſpecto Clivenſia ſparſa per arva,
Sceptrigeri nuper quæ tenuere Duces;
Tot laudum titulos totidemque inſignia, virtus
Quæ tenet, aut meruit, commemorare placet.
Clivia Sublimis cygneam ſuſtinet arcem,
Quæ primus Julii dicitur eſſe labor,
Nam Rheni impoſitam præterlabentibus undis,
Proxima qua fluvio cornua bina tument.
Adverſum indomitos extruxit Marte Sicambros,
Servirent ſpoliis Gallica regna ſuis,
Auguſtusque patris repetens veſtigia Julii,
Contiguo poſuit fortia caſtra loco,
Tempore poſt longo quæ diruta, non procul illo
Sunt Quadriburgi caſtra locata ſolo.
Arx ſpeculæ ſimilis reliquas ſupereminet arces,
Quam patriæ illuſtres incoluere Patres,
Hic pater Elias, & cæterus ordo nepotum
Usque Duces, quorum primus Adolphus erat,
Cujus in excelſo Sigmundus vertice Cæſar
Juſſit, ut inciperet ſtare ducalis apex.
Jura dabant populis, conſultaque ſacra Senatus
Unde capeſſebant oppida, rura, viri.

Au-

(1) Carmine quoque Heroico eleganter deſcripſit *Joh. Nic. Sellius* in *Veſalia gratulante*, quam cum aliis Scriptoribus denuo quoque imprimi curabimus.

Aurea pax etenim radiantia ſceptra beabat,
Cygnus & argenti candidus inſtar erat,
Neſcius atratas belli ſentire procellas,
Fata ſed heu, poterant deteriora ſequi,
Fata Ducem patriæ perimentia, ſtirpe reciſa,
Nulla manet ſoboles, omnia vaſtat Eris,
Scinduntur triſtes vota in contraria cives,
Hinc Leo, terrificant Heſperiæ inde Cruces.
O antiqua domus, domino quam diſpare nuper
Calcabare! tuus quando doleret olor,
Cæſareasque aquilas & barbara ſigna Croatum
Infeſtare tuos intueretur agros.
Siccine honos potuit tuus interiiſſe, Guilelmo
Principe qui ſteterat? Quin age, ſurge iterum,
Nec patere, ut ſqualſor vacua dominetur in aula,
Surge, tibi priſcum Civia ſume decus.
Dum loquor ulteriusque vagor, Veſalia turres
Eminus oſtentat maniaque alta procul,
Et me inter reliquas obtulit charior urbes
Spectat, ut immemorem non ſinat eſſe ſui,
Vitales primum quia me produxit in auras,
Inde fuit Muſis ſemper amica meis.
En igitur, patriæ fuerint ab origine qualis
Gens, locus atque ſtatus, me referare juvat.
Vorticibus Rheni Lupiæ qua jungitur unda,
Confluxuque ſinum flumen utrumque facit,
Olim vicus erat rigua inter culta colonis
Arva diu Menapis belligerisque viris,
Hec rapit Uſipius, cum Julius apta triumphis
Eligeret Cæſar Belgica regna ſuis,
Auſus id Uſipius facinus patrare Sicambro
Nixus, quem Lupiæ ripa ſiniſtra tulit.
Ponte ideo fluctus Rheni transgreſſa profundos
Germanos domitum Cæſaris ira fuit.
Sed male terrifico favit fortuna labori,
Julius imbellem dum capit ipſe fugam.
Priſca dehinc intrat Germanica pectora virtus,
Et cis-Rhenanos depopulantur agros.
Lollius hic validos, patrio ſuperatus ab enſe,
Perdit apud Veterum caſtra vetuſta Duces.
Cladis at ultor adeſt Druſus, quem nulla pericli
Damna tenent, fluvii nec remorare queunt.
Namque ſupergreſſus Rhenum Lupiamque Sicambros
Fregit, & in noſtro caſtra locavit humo,
Non diuturna tamen, Druſus perit, inde relictum
Dirisque addictum nomen inane manet.
Nec poterant juſſit Germanica corpora Vari
Diſcere Romanis ſubdere colla jugis.
Amiſiæ Lupiæque inter primordia cæſus,
Varus enim trina cum legione ruit.
Heu dolor, Auguſtus lachrymans ibi talia fatus:
Arma, viros, aquilas reddito, Vare, meas.
Cedere Romanus patriis tunc pulſus ab arvis,
Caſtraque victori linquere ſtructa ſuo.

Hec

Digitized by Google

Hæc natale ſolum belli molimina vidit,
Vidit & a domino caſtra recepta novo.
Limesque attigaus vicinaque Caſia ſylva,
Prodita vera meo carmine, teſtis erit,
Induperatoris Germanicus, illa Tiberii
Dextra manus, raptas retulit huc aquilas.
Quid multis referam, poſt tot diſcrimina rerum
Auxiliatrices hinc habuiſſe manus.
Civilem Batavum, legiones quando coëgit
Dedere ſe Veterum, caſtraque flamma vorat?
Hæc tam ſæva ſuis prædixit fata virago
Bructera, ob id divi numinis inſtar erat,
Velledam dixere ſui, cui manſio quondam
A Lupia & patria non procul urbe fuit,
Raptaque tunc Rheno navis prætoria, donum
Ad Lupiam tractum eſt, hoc Dea ficta capit:
Ah virgo infelix, poſtquam pax falſa ſolutos
Degeneresque animos fecit ineſſe tuis,
Gens tua preſſa jacet, Calvi tu capta Neronis
Imperio, fruſtra vota precesque ſeris.
Sed patriam repeto: Romanus utrumque premebat
Fluminis, hinc caſtris, turribus inde, latus,
Protendiſſe ſuos late Caſtra Ulpia fines,
Burici nuper ſigna reperta docent,
Quin etiam oſtendit priſcos Veſalia nummos,
Quos nobis Rheni ripa revulſa dedit,
Ripa dedit Licini natique patriſque numiſma,
Sub quibus imperium non leve ſenſit onus,
Germano virtus, quoque preſſa reſurgere viſa eſt
Libertas, aquilas expulit ille truces,
Conjunctaque manu, de libertate capeſſens
Nobile Francorum nomen, ad arma ruit;
Paulatim Latius Rheno valedicere miles
Juſſus, ut in fatis tanta ruina fuit
Romani imperii, nihil obſunt cætera, Franci
Gallica cum patrio regna habuere ſolo,
Nam Rheni gelidas mox tranſivere procellas,
Regia Pharmundo ſunt data ſceptra Duci.
Occupat interea Duiſpurgi Clodius arcem,
Et vult vicinis imperitare locis.
Verum Saxo videns ſpoliis diteſcere Francos
Romanis, rapitur protinus invidia,
Et trans-Rhenanas vario certamine gentes
Tentat, apud Rhenum Francica ſceptra manent;
Unde ſub auſpiciis Martelli patria Chriſtum
Agnovit, Friſiæ Weſtphaliæque plaga.
Nomen adhuc fidi Wilbrordi Præſulis almum
Templa tenent illis conſpicienda locis.
Saxonis hæc contra fremat ira armata profani,
Subdita ſunt ſceptris ſac Wedekindi tuis,
Donec Francorum remeet, qui Magnus, ab oris,
Carolus, infractum robur ad arma gerit,
Iſte in Weſtphalicis pugnantem Saxona terris,
Ponere te docuit colla ſuperba Deo.

Digitized by Google

Urbis erant patriæ jam tunc exordia, nomen
Os Lupiæ dederat, quod Lupimunda ſonat,
Hæc Wedekindæam cladem ſpectabat acerbam,
Carolus a Jano cum comitatus erat.
Angulus hoc ſylvæ teſtatur conſcius, inde
Surgebant illo plurima tecta loco.
Sylva dabat lignum, quæ Muſtelaria dici
Suevit, & e cœlo mœnia ſtructa luto.
Quæ prope, Veſtales propter, cœnobia fundant
Cappenbergenſes unus & alter berus.
Hæc, ubi flamma domos pariter vaſtaverat urbis,
Templa excelſa dehinc ut ſtruerentur, agunt,
Curiaque inſignis, fora pulchra, domusque decoræ
Ornatus ergo hic exterioris erunt.
Inter & egregias Veſalia clarior urbes,
Urbs celebrata ſuum tollit ad aſtra caput.
Imperii membrum, Habſpurgus quoad usque Rodolphus
Fecit, ut in Clivo connumeretur agro.
Exin, bella premant, ſeu pax affulgeat, ipſa
Fida manet Dominis Principibusque ſuis.
Clivius ut contra Geldrum Dux arma moveret,
Civica ſuppetias arma tulere Duci.
Præmia virtuti quoque ſunt decreta fideli,
Urbs quibus hæc gaudet, præmia civis habet.
Hic pietas, Muſæ, concordia ſancta Senatus
Conſervata fide, Principe ſub patrio.
Poſt multos igitur caſus expertaque damna,
Libertate fiet, vindice, tuta, Deo!
Et valeant mores, valeant hic mœnia! Tandem
Ejus & hoc titulis ſubdere Muſa cupit:
Hoſpita dicetur, meritoque id honoris habebit,
Hoſpitii multis jura dediſſe bonis;
Omne ſolum patria eſt rectis, hac laude coruſca,
Qui locus hunc ſuperet, vix tamen eſſe reor.
Emrica ſuccedit noſtris cantanda Camœnis,
Qua ſitulas tumidis Rhenus adimplet aquis.
Urbi, quam dixi, compar, ſeu flaminis illam
Hancque ſimul Rheni dextera ripa levet;
Seu videas quondam ſimili tentata periclo
Arva hæc Cæſareo, dum prope caſtra jacent
Auguſti in Clivo, dum foſſam Druſus apertam,
Iſſala, quæ patrio nomine dicta, cavat.
Auſoniamque tenet non fruſtra Altinia vocem,
Hic ubi Romanos alta cupiſſe patet:
Sive velis eadem fidei primordia, Chriſtum
Huic quoque Wilbrordo Præſule dicta loco.
Unde urbs pulchra, trabens prima incunabula, crevit,
Utque Decora *quidem dicier illa queat;*
Sumere templorum turrita palatia, ſive
Auguſtasque ædes contiguasque domos,
Si placet, aut mavis fora portumque addere, ſive
Oblectent mage te curia, ſive ſcholæ,
Aut fluidæ naves, quarvis ratione Decora
Emrica *ſtructuris concelebranda venit;*

Sume

Digitized by Google

Sume tibi Proceres, divinaque jura profeſſos,
Sume tibi Muſas, Cæſareamque dicen,
Omnia ſi jungas, patriæ respublica noſtræ
Hic, dices, tandem reſtituenda redit;
Sume tibi omnigenas artes & cuncta, Decora *eſt*
Emrica, *ob inſignes concelebranda viros.*
Addis currenti calcar, Calcaria, *laudes*
Ecce tuas vena non remorante canam:
Olim inter Veterum legiones Sexta reperta eſt
Et Victrix legio, quam comitata fuit
Ala equitum bello Burginacique locata,
Sub Mœnerberga rudera tecta jacent,
Aut Conſtantini imperio quia ſemina noſtro
Chriſpigenum fidei jacta fuere ſolo,
Aut quia Martelli auſpiciis didicere ſalutem
Hæ gentes, ædes conditur inde ſacra,
Rudera materiem præbent, Calcaria, *noſtros*
Hoſce dies cuivis dicitur usque vetus,
Quam prope poſt annos ſurgit Calcaria multos,
Longius at patrio paruit ipſa Duci.
Hic igitur veteres habuit quoque Clivia cives,
Civica quapropter præmia jure merent.
Civilis judex, de civibus utpote lectus,
Civilis juris juſtitiaque tenax,
(Icon juſtitiæ quod eum depicta monebit,)
Jura etenim tribuit civibus æqua ſuis.
Civilis *quare Calcaria jure vocanda,*
Urbs ſemper titulo quæ facit apta ſuo.
Germanas oras iterum luſtrare, Celebris
Mœnia Duiſpurgi *& cernere Muſa cupit,*
Et videt hoc Caſtrum quondam Germana locaſſe
Robora, Romanus cum prope miles erat,
Præſidio Aſpurgum firmans, tranſire paratus,
Rhene, tuos fluctus, oppoſitumque fuit,
Ergo intentatis Duiſpurgum quando periclis,
Mavult de proprio nomen habere ſolo,
Gentis enim Virtus & ſacra Tuiſconis umbra
Viſa eſt luminibus prævolitare ſuis.
Attamen hoc caſtrum multo poſt tempore, famam
Cui dederant crines, Clodius ecce capit,
Ut velit a Rheno Romanum arcere, ſuetus
Vincere, & in noſtris regna tenere locis.
Verum Francigenæ, nimis imperitare volentes,
Paulatim amittunt, quod peperere manu.
Libertas urbi redit hinc ſimul aurea, tandem
Libera Germano redditur imperio.
Hanc exornarunt Lotharius & Conradus,
Cujus in hac juſſu regia ſtructa fuit.
Immunes alibi ſtuduit quoque reddere cives
Ceſar, cui nomen fulgida barba dabat.
Filius Henricus in idem connititur, ille
Concilium hoc veteri pro pietate vocat.
Libera, inquam, manſitque urbs hæc, Habſpurgicus usque
Dum Comiti hanc Clivo traderet ille ſuo.

Digitized by Google

Quid multis? Cæsar ter Maximus Æmilianus,
Carolus inque urbe hac tecta subire volunt:
Id quoque dignati Ferdnandus & inde Rodolphus,
Duispurgi hinc crescunt præmia grata viris;
Jura binc fluxerunt Academica aliquando tributa,
Prob dolor, illis si Mars paterere frui.
Quid memorem sylvam, fluvios, quid templa, Senatum,
Atque excellentes quid pietate viros?
Hæc Celebrem faciunt urbem, quid restat? ut inquam:
Nobile Duispurgum tempus in omne vale.
Nec Santena *meis* Antiqua *silebere Musis,*
Altera ceu patriæ lux adamata mihi.
Romanos rerum Dominos gentemque togatam,
Cæsareos vultus effigiesque Deum,
Romanas aquilas, legionum signa, triumphos,
Arma, viros, nummos, signaque sculpta manu
Artificis, figuli facili confingere torno
Quod potuere, stylos cumque notis variis,
Et statuas, votivaque saxa, sepulchra,
Et quid Romanos olim habuisse patet,
Exhibet hoc Santena tibi, quando eruit alta
E terra aut fluvio, quod tacuere libri.
Hic veterum Augustus posuit legionibus apta
Castra, quibus sortes præficit ipse Duces.
Lollius hic cecidit, Drususque hic ponte profundum
Transgressus Rhenum, sed tamen ille perit;
Quin miser hic etiam linquens sua nomina Varus
Hincque abiens, absens tristia fata subit.
Sed cladem minuit Germanicus inde, reductas
Cum legio hic aquilas cerneret ire suas;
Hic Veterum manes castrorum hyberna tuentur,
Civilis valida qui periere manu;
Hic ubi Santena est, Trojana Colonia quondam
Constitit, binc Trojæ nomina vulgus amat.
Ast Santena suum mutuata est nomen ab illis,
Ob Christi hic sanctam qui periere fidem;
Victorem & socios victricia nomina ferre
Fas est, dum victus Maximianus adest;
Victus adest, inquam, fidei constante tyranno
Verbo, & Martyribus certa trophæa manent.
Semina Christigenæ nam tempore Constantini
Sparsa prius fidei climata nostra beant.
Hinc est, ut referunt, geminis quod turribus altum hic
Stet templum, qualis regia Solis erat.
Tu quoque non minima es, quas inter Clivius urbes
Orbis habet reliquas ubere, Resa, *solo;*
Uber *es in glebis, in fructibus, ubere terra*
Pascua vestra jacent, Uber *es inque cibis,*
Uber *es & Rheno, Jovæ benedictio quanta!*
Uber *es ingeniis, conspicuisque Viris.*

D I X I.

Ca-

Digitized by Google

Capitalibus urbibus ſingulis, quas percenſuimus, oppida ſua minora ſubjiciuntur, iisque connumerantur.

Clivopoli quidem Huiſſenum Batavicum, Craneburgium, Gennepium, Grieth uſium & Udenheimium.

Huiſſenum, a primis in Batavia ſuperiori ædibus denominatum, antiquum Provinciæ Clivenſis oppidum eſt, cygnæis, quæ exhibet, armis teſtibus, quod a veteribus illis Theiſterbandinis Comitibus ad Clivenſes derivatum, iisdem, Batavia reliqua omni ad Geldros tranſeunte, manſit. (1) Johannes, Cliviæ Comes, muris & privilegiis (2) illud donavit.

Joannes, Clivorum Dux in ordine tertius, dictus Miſericors, eidem teloniorum Clivenſium immunitatem conceſſit.

Anno 1502. a Carolo Egmundano, Geldriæ Duce, obſeſſum, ſed a Clivenſibus fortiter aſſertum eſt, (3) tormentis bellicis Geldris ablatis.

Craneburgium, a gruibus, ad paludes, quibus adjacet, habitantibus, appellatum, anno 1340. craſtina Martini Epiſcopi, Theodoricus, (4) ejus nominis IX. Clivorum Comes in ordine 26. atque Theodoricus ab Horn, Gerhardi a Parwys & Irmgardis, Theodorici, nominis VIII. Clivorum Comitis in ordine 24. gnatæ, filius, privilegiis ſuis tum inſtruxerunt novis, tum vetera, quæ habebat, confirmarunt.

Eidem idem Theodoricus Hornæus (5) anno 1343. de aggeribus leges tulit.

Ad oppidum Caſtrum egregium Adolphus Marcanus, Clivorum Comes 28. & ultimus, anno 1388. ſtruxit. Ipſum vero Adolphus, ejus filius, primus Clivorum Dux, anno 1417. ulterius munivit, eidemque cereviſiæ cenſum liberum conceſſit, (6) inque illud anno 1436. Collegium Canonicorum Zephlica deduxit.

Gennepium a familia illuſtri, cujus inſignia hodieque gerit, denominatum eſt.

Hujus medietas anno 1426. Adolphi, primi Clivorum Ducis, victoria, a Joanne Heinsbergio pro λύτρῳ (7) extorta eſt: alteram a Giesberto & Reinhero Brederodiis idem anno 1441. emptione ſibi comparavit. (8)

Udenheimium, a campis Udis (9) dictum, a Joanne, Comite Clivorum penultimo, anno 1347. muniri cœptum, ab Adolpho vero, (10) primo Clivorum Duce, privilegiis ſuis anno 1414. inſtructum & auctum eſt.

In hoc oppido Canonicorum regularium Cœnobium (11) anno 1456. fundatum eſt: ſicut etiam Monialium Conventum ambitu ſuo complectitur.

Anno 1618. (12) conflagravit.

Griethuſium, ſicut & Griethanum, alii a Duce Romanorum Grino; alii ab alluvie Rheni, quæ Grindt voce Belgica dicitur, derivant.

(1) Huiſam Geldriæ oppidum olim fuiſſe, contendunt Scriptores Geldrici, quos vero *Hoppius* c. 12. ex inſignibus Huiſſenis, iisdemque Clivenſibus, juribus refutat.

(2) Quæ vid. in Codic. Diplom. No. XXIII.

(3) Vid. infra ſub Johann. I.

(4) Vid. Diploma No. XXIV.

(5) Vid. Diploma ejus in Cod. Diplom. No. XXV.

(6) Omnia vero Privilegia iterum confirmavit Johannes I. Cliviæ Dux. Vid. Diploma No. XXVI.

(7) Cum in prælio, in ſaltu Clivenſi, alias Cleverhamm, commiſſo, captus eſſet. Vid. infr. ſub Adolpho, atque ejus *acquiſitis*.

(8) Pro 7000. florenorum juxta autorem p. cit. *Hoppius* c. 12. p. 42. habet 70000. Scutatos, quod veroſimilius eſt reſpectu pretii, quo altera medietas Adolpho obvenerat: Privilegia vero, tum a priſtinis Dominis, tum ab Adolpho Genneppenſibus confirmata, vid. in Cod. Diplom. No. XXVII.

(9) Alii a familia Udenorum, qui ibi habitaverint; alii a Gugernis, quos corrupte vocaverint Udener, dictum putant. *Hoppius* c. 12.

(10) Imo jam a Johanne Comite an. 1359. Privilegia accepit, juxta Diploma No. XXIIX. confirmata ab Adolpho & aucta anno 1368. vid. Diploma No. XXIX.

(11) De quo vide infra in *Statu Eccleſiaſtico Provinciæ Cliviæ*.

(12) Atque iterum anno 1685. quo incendio ejus Chartophylacium quoque conſumptum fuit.

Digitized by Google

Veſaliæ Bourichium, Dinslacum, eque hujus regione Orſavicum, tum porro in propria ora Sherenbeckium & Holtenum oppida, cum municipiis Ringelbergio & Rurorthano, ſubjiciuntur.

Bourichium ab agri vicini cultura & ubertate (1) dictum eſt, ut verſus habent vulgo noti:

Ardua ſtat Bourich Niſo inſignita rapaci,
Quem ſuſtentat Eques, viridantia prata pererrans.

Cum enim primitus inſula eſſet Lupiæ contigua, a ruſticis ob ſoli fertilitatem diligenter culta, Joannes, Comes Clivorum penultimus, ipſa Margarethæ anno 1366. eidem privilegia de electione Magiſtratus ſui, & teloniorum Clivenſium immunitate conceſſit: quæ poſt illius fata Engelbertus, Adolphus & Theodoricus fratres, Comites Marcani, ob matrem Margaretham Clivenſem, Theodorici IX. filiam & hæredem, in Comitatu Clivorum ſucceſſores, anno 1391. ſpecialiter vero Adolphus, primus Clivorum Dux, Adolphi Marcani, ultimi eorundem Comitis, filius, anno 1395. ejusque poſteri Joannes I. filius, anno 1446. idemque iterum anno 1448. Joannes II. nepos anno 1481. Joannes III. pronepos anno 1522. Wilhelmus denique abnepos anno 1539. in ipſorum inauguratione rata habuere: inprimis vero Joannes II. 24. Jan. anno 1482. privilegia conflagrata renovando approbavit, & teloniorum libertatem, a Majoribus acceptam, confirmavit.

In hoc oppido Conventum Monialium Henricus Ameldunck, ejus indigena, anno 1468. inſtituit, bonisque ſuis hæreditariis donatis, primus Pater factus eſt, ut verſus habent tumbæ Patrum inſcripti:

Hic recubant hujus Conventus corpora Patrum,
Quorum primus erat Ameldunk Henricus, & idem
In Bourich natus, primus fundator habetur.

Dinslacum, vel a Marte, (2) Deo gentili, vel a lacu, vel pannis denique, quæ ibi confici ſolebant, & undique venundari, denominatum, cum integra ſua Dynaſtia, anno 1220. per conjugium Theodorici, nominis V. Comitis Clivæ 21. cum Mechtilde, ejus hærede, copulati, accedente conſenſu Friderici II. Imp. ad Cliviam pervenit. Oppidum turri prælta Adolphus, primus Clivorum Dux, exornavit ac munivit. Ejus vero ex filio Joanne nepos, Joannes II. eidem cereviſiæ, quæ inibi coquitur, cenſum ad revocationem indulſit.

Sherenbeckium, a fluvii Domino, quaſi des Heeren Beeck / appellatum, ab Adolpho, primo Clivorum Duce, cum caſtro oppido connexo ædificatum, (3) anno 1483. a Joanne a Gehmen proditione captum.

Holtenum a familia nobiliſſima (4) dictum eſt. Ex qua originem ſuam habent: Eber-

(1) Quaſi Baureich. *Hoppius* c. 13.

(2) De hoc oppido MS. meum Eſſendienſe: *Inter Veſaliam & Teutoburgum Rheni ripam occupat Dingtlacken oppidum, a Martis lacu appellatum, ut interpretatur Hermannus Nuenarius, tametſi nulla alia ratione adductus, quam quod poſterior pars vocabuli conſonantiam habet cum lacu, prior veroſyllaba Dins vel Dings videatur Martem ſignificare, belli ſive diſcordiæ Deum apud Gentiles; quandoquidem & Martis diem Teutones ſemper appellaverint* Dingſtag, *a verbo* Dingen, *quod vernacula noſtra lingua litigare notet. Germanos enim nec dum agnitione Dei per Evangelii vocem imbutos coluiſſe Martis idola, ex Plinii, Taciti & aliorum Scriptis liquet. Aliud ſane Etymon Hamelmannus adfert, ſi recte memini,* (vid. Opera ejus Hiſt. p. 74.) *a panno videlicet, qui arte ſullonica ibidem conficitur; hunc enim Germani in his finibus* Laken *appellamus. Ceterum uter eorundem ad veri ſcopum propius accedat, aquus Lector facile judicabit.* Veroſimilior nobis videtur ratio poſterior, a *pannis* videlicet *tenuibus*, binnen ſ. feinen Lacken, quaſi Dinlacken. Vid. quoque *Hoppium* c. 13. p. 49.

(3) Muris cinctum atque caſtrum ibi ab Adolpho conditum refert *Hoppius* c. 13.

(4) Videlicet Dynaſtarum de Holte, qui initio caſtrum Holtenum prope Oſnabruggam tenuerunt, illo vero ab Epiſcopo Oſnabruggenſi circa annum 1144. propter rapinas ex illo factas deſtructo, ditionem prope Dinslackium emerunt, atque caſtrum ibi Holt a priori appellatum condiderunt. Antiquum vero illud caſtrum propter lignorum circa illud frequentiam ita fuiſſe dictum, nomenque dediſſe Plateæ in Civitate Oſnabruggenſi Holtz-Straſſen, ut & Portæ ejus die Holtz-Pforte, cenſet *Hamelmannus* Oper. Geneal. Hiſt. p. 684. quod veroſimilius, quam vel a familia, vel a Latronum ad prætereuntes voce Halt, ut alii apud *Hoppium* c. l. volunt, nomen accepiſſe.

Digitized by Google

Eberwienus Holtenus, cujus in literis Monaſterii Hamburgenſis anno 1151. itemque Adolphus ab Holt, cujus in ejusdem Monaſterii literis anno 1237. mentio facta eſt.

Præterea ex eadem hac familia prognati: Ludolphus Holtenus, qui altera Bernhardi anno 1247. & Wilhelmus, Ludolphi fratris filius, qui anno 1268. mortui, & Monaſterienſes antiſtites fuere.

Mechtildis denique ab Holt, rivuli S. Mariæ matris Domini Sterekradienſis anno 1240. fundatrix, & Wiegboldus Holtenus, Colonienſis Archipræſul anno 1298. electus, ortum ſuum eidem familiæ debent.

Ipſum oppidum, Adolpho, Montium Comiti, oppignoratum, anno 1334. Theodoricus, nominis IX. Clivorum Comes 26. redemit. (1)

Orſavicum, (2) vel a veteribus Urſinis, ſicuti quidam fabulantur, vel ab urſis ipſis, quorum fovea primitus fuerit, vel denique, quod ad veritatem propriùs accedit, Roſſavicum potius, quam Orſavicum, quaſi dicas Equorum arvum, a tribus, quæ in armis ſuis exhibet, capitibus equinis, denominatum, anno 1351. privilegiorum ſuorum a Johanne, Clivorum Comite 27. & penultimo, confirmationem accepit; idem civibus jus venationis liberum in toto Comitatu Morſano vicino, tanquam feudo ſuo, permiſit.

Ante illud proxime ad Rhenum Wilhelmus, Cliviæ, Juliæ, Montium Dux, propugnaculum antemurale poſuit.

Municipium Ringelbergium, (3) cum caſtro ſuo & dominio, Theodoricus, nominis VII. Comes Cliviæ 23. per conjugium primum acquiſivit, idemque Theodorico, nominis VIII. filio ſuo, Rudolphus I. Habsburgicus, Rom. Auguſtus, cum ſecundo conjugio Eberhardi filiam, ſuam Neptem, duceret, anno 1290. confirmavit. (4)

Rurorthanum denique, ſic dictum, quod Ruræ angulus (5) ibidem ſe in Rhenum effundat, cum caſtro contiguo ab Adolpho I. (6) Clivorum Duce, ſtructum eſt, hodie deſtructum.

Emmericæ vicinum eique ſubjectum oppidum Limerſiæ, vel a 7. Mariæ pilis, quod ibi aſſerventur, Sevenharium, vel potius a 7. ſpicis ob ſoli limoſi fertilitatem Sevenahrium nominatum, anno 1361. Engelbertus Marcanus, in Bello civili Geldrico, inter fratres Reinholdum & Eduardum, Geldriæ Duces, exorto, huic patrocinatus, ab eodem in 1800. Scutatorum pignus acquiſivit; quod Wilhelmus, utriusque fratris ex ſorore Maria nepos, Juliæ ac Geldriæ Dux, anno 1382. iterum redemit. Reinholdus vero ejus frater, anno 1397. ab Adolpho I. Clivorum Duce, in pugna ſaltus Clivenſis cum aliis captus, illud pro 10000. Scutatis eidem viciſſim anno 1406. obligavit. Adolphus autem caſtro munitiſſimo firmavit atque auxit. (7) Iſtius denique ex filio primogenito Joanne nepos, Jo-

(1) Adolphum potius, Comitem Marcanum, illud oppidum cum ejus ditione Theodorico, Cliviæ Comiti, obtuliſſe, atque ab illo rurſus feudi oblati nomine recepiſſe, patet ex Diplomate in Cod. Diplom. No. XXX. Qua vero ratione ad Adolphum illum antea pervenerit, nondum mihi liquet. Id autem certum eſt, errare, qui apud *Hamelmannum* p. 685. exiſtimant, ditionem Holtenam ſeculo decimo quinto ad Comites Dinslacenſes, & ab his ad Clivenſes Comites perveniſſe, cum jam anno 1226. Comites Dinslacenſes fuerint extincti, atque Comitatum illorum Theodoricus V. Cliviæ Comes, matrimonio cum Mechtilde, herede ſuperſtite, acquiſiverit.

(2) Sedes nonnunquam juniorum Cliviæ Comitum, ut & viduæ Johannis, Comitis Cliviæ, Mechtildis, poſt cujus obitum, cum Adolphus, Cliviæ Comes ultimus, illud repeteret, bellum ortum ſuit, de quo vid. infr. *Hiſt.* Adolphi VI. in *Comit. Marc.*

(3) A decem, ut volunt, annulis, quos inſignia gerunt, ita dictum. *Nicol. Sellius* in Veſal. obſequ. p. 86. Vid. quoque *Hoppius* c. 18.. & *Hamelmann.* Oper. Geneal. Hiſt. p. 740.

(4) Nunc a multis annis in feudum tenent L. B. de *Spaen.*

(5) Quaſi der Orth ſive das End der Ruhr, quæ ibi in Rhenum influit, celebris alias a Vectigali, quod inde ab anno 1587. a prætereuntibus mercibus ibi exigitur, magnamque partem Academiæ Duisburgenſi deſtinatum eſt. *Hoppius* c. 13. in f.

(6) Johannes III. vero, Cliviæ Dux, vetera Privilegia confirmavit, novumque, molam pneumaticam extruendi, anno 1531. adjecit, cujus Diploma vid. in Cod. Diplom. No. XXXI.

(7) Poſtquam cum integro dominio Limerano lytri loco a Reynoldo, Geldriæ Duce, in pugna Cleverhamenſi illud acceperat. *Pontan.* lib. 8. pag. 359. *infra* ſub Adolpho I. Duce Cliv. *Hopp.* c. 14.

Digitized by Google

Joannes II. anno 1487. jure civitatis, (1) itemque censu vini libero donavit, cerevisiæ autem reditus pro 50. Scutatis annuis obligavit.

Sub *Calcaria* Gochium, eique victnum municipium Weezium, Sonsbecium item, atque Grietanum cum municipio Körvenheimio connumerantur, ab eaque, ubi opus, ad comitia vocantur: præter illa, Dinslacense, Orsavienſe & Isselburgium, oppida olim, etiam Linnium ad judicium ejus capitale appellant.

Gochium a Gugernis, incolis vetustis, derivat Joannes Turcus, Regiſtrator Clivenſis, hinc oriundus. Alii rectius ab additione terræ ad Nierſam facta, quaſi dicas gehocht/ (2) denominatum asserunt; & Nierſæ aggestum dicere possis, quondam Geldricæ ditionis oppidum ad Nierſam fluvium cum castro ſuo, ab Ottone III. Geldriæ Comite in ordine 7. anno 1291. muris cinctum, & de Prætore, Scabinis, & bonis civium, privilegiis inſtructum eſt. Hæc anno 1328. Reinholdus, Reinholdi filius, primus Geldriæ Dux, confirmavit, & ao. 1341. veſpera Bartholomæi, præterea ad muros oppidi inſtaurandos, communitatem in utraque Nierſæ ripa, a Spycker in Heerſorſt deſcendendo, campumque, Turonenſem dictum, civibus addidit. Anno 1361. filius hujus Eduardus, Geldriæ Dux, confirmatis privilegiis, die Jovis poſt Pentecoſten, anno 1366. civibus ceſpites fodiendi, & ligna in Tichelbroick, ad lateres pro civitate firmius munienda excoquendos, incidendi, conceſſit, & privilegium de civium bonis, in præfectura non arreſtandis, addidit. Idem veſpera Paſchali, anno 1367. largitionem ſororis Iſabellæ, Abbatiſſæ Vallis Comitis, de molis, aquatili, ventoſa & fullonia, pro 50. Marcis antea oppignoratis, nunc vero pro modiis ſiliginis 200. hordei 100. & macerati frumenti mixti totidem, tritici vero 50. factam, approbavit. Gruitam vero pro centum Marcarum pignore Abbatiſſa tradidit, quod idem Eduardus die Eliſabethæ anno 1370. ratum quoque habuit.

Anno 1371. mortuo in conflictu Bachwielerio Eduardo, Duce Geldriæ, Reinholdus ejus frater ipſa Victoris, ſicut omnibus Geldricis urbibus, ita Gochiæ quoque huic, partes Eduardi in bello civili fratrum ſecutæ, culpa defectionis remiſſa, præterea omnia de judiciis, arreſtis & teloniis, privilegia confirmavit.

Anno 1466. a Joanne, ejus nominis primo, Cliviæ Duce ſecundo, in bello civili Arnholdi & Adolphi, Egmundanorum Patris & filii, Geldriæ Ducum, obſidione cincta, ſed ob Arnholdi, Comitis Benthemii, Steinfurti Domini, Joanni Clivenſi chariſſimi, obitum, 16. Febr. Clivis in Eccleſia collegiata tumulati, iterum deſerta.

Anno 1371. ipſa Gregorii, Wilhelmus II. Juliæ Dux, & filii fui, Wilhelmi III. Geldriæ Ducis, tutor, ubi in oppido hoc inauguratus eſſet, civium bona, ob multa in bellis fratrum, Reinholdi & Eduardi, ſuorum affinium, perpeſſa damna, ab omni cenſu, tributo, omnibusque teloniis exemit, ſeque nullas ibi amplius portas exſtructurum, nec lectos civibus quoque in uſum ſuum ablaturum promiſit. Idem Mercurii poſt diviſionem Apoſtolorum anno 1374. civibus ſuis Gochenſibus appellationem Geldrienſem in Ruremundanam convertit. Anno 1438. Arnholdus Egmundanus, Geldriæ Dux, Martis poſt Palmarum, iisdem civibus de fullonia privilegium dedit. Idem anno 1455. Monialibus ibidem leges tulit; Et anno 1458. de ſucceſſione civibus rationem præſcripſit, iisdemque 100. jugera Ericeti, ante urbem, qua Clivopolim iter eſt, ſiti, donavit.

Anno 1473. 2. Auguſt. a Carolo Burgundo Johanni, ejus nominis primo, 2. Cliviorum Duci, cum municipio Weezio (3) donata. Cum cives imperio Clivico nonnihil adhuc reluctarentur, Johannes anno 1477. turri fortiſſima, in caſtro ante oppidum conſtructa, primum eos coercuit, qui ob id hodieque Swingh-Goch appellatur. Deinde de electione Magiſtratus & judiciis, privilegiis novis datis, veteribus etiam omnibus confirmatis, cygno etiam & vino honorario, ſingulis annis in Magiſtratus novi inauguratione oblatis, pacavit, & Cliviæ ſuæ in perpetuum ſubjecit.

Sons-

(1) Ipſum Diploma vide in Cod. Diplom. No. XXXII.

(2) Hanc rationem quoque approbat *Hoppius* l. c. p. 66. qui & fata ejus Civitatis prolixe quoque refert.

(3) Itemque arce & telonio Lobithano aliisque, de quibus vide infra in Hiſtoria Johannis I. Ducis Cliviæ.

Digitized by Google

Sonsbecium, a torrente ſolis, (1) quem in armis quoque ſuis exhibet, dictum, privilegia de immunitate in teloniis, ac libertate electionis Magiſtratus ſui, civitati Calcarienſi in omnibus ſimilia, anno 1320. craſtina Luciæ, a Theodorico, ejus nominis IX. Comite Clivio 26. præſentibus Theodorico Clivio, Hulcheradiæ Comite, patruo Joanne Clivio, Linnenſis territorii Domino Germano, Burchardo de Vonderen, Wilhelmo de Wiſchel, Daniele de Oſſenbroick, Theodorico de Bellichoſen, Theodorico de Eyll, Theodorico de Munimento, Rutgero de Boetzlaer, Wolthero de Voſſem, Wolthero de Eyll, Paſtore oppidi Alberto, multisque Canonicis Santenſibus, accepit, quæ tamen hodie ſua negligentia (2) omnia iterum amiſit.

In hoc Adolphus Marcanus I. Clivæ Dux, inſigne caſtrum, quod hodie Præfecti Provincialis Clivii ab hac parte Rheni habitatio eſt, conſtruxit.

Anno 1410. Conventus Monialium ad muros oppidi ab Helwicharde vidua fundatus, (3) & anno 1428. Ordini S. Franciſci tertio, quem vocant, conſecratus eſt.

Anno 1517. 6. Maji, medietas oppidi & conventus; anno 1604. 4. Febr. oppidum integrum ferme conflagravit.

Griethanum itidem, ut Griethuiſanum, vel a Duce Romanorum Grino, vel potius ab alluvie Rheni, quæ Gelndt vulgo dicitur, appellatum. (4)

Korvenheimium, (5) a familia nobili, quæ tres in inſignibus corbes geſtat, dictum, municipium verius, quam oppidum eſt, licet oppidanorum immunitatibus gaudeat: in quo caſtrum inſigne Adolphus primus, Clivorum Dux, ſtruxit. Jurisdictione vero ejus olim Theodoricus Clivius Præpoſitus Xantenſis anno 1280. inveſtitus eſt. Anno 1499. Stephano a Wylach oppignoratum.

Santenæ proxime adjacet municipium, quod vel ab amœnitate Wienendalium, vel quod a Clivenſibus vallis hæc lucrata ſit, Winnendalium denominatum, Adolphus primus, Clivorum Dux, caſtro eximio exornavit, & Theodorico a Wylach, Archipræfecto Clivio, obligavit.

Reeſæ vicinum eſt oppidum Iſelburgium, (6) quaſi Iſalæ caſtrum, quod ad hunc fluvium Adolphus primus, Clivorum Dux, condidit: oppido vero idem die Jovis poſt Dominicam Oculi anni 1441. privilegia conſecravit.

Urbium atque oppidorum origine, incrementis, privilegiis, collegiis atque mutationibus variis explicatis, nunc porro Præfecturæ, atque in iis prætura & quæſtura Provinciæ Clivenſis recenſendæ veniunt. Ex Præfecturis duæ ſunt Provinciales, cis & ultra Rhenum, cujus Clivenſis quidem ſedes eſt caſtrum Sonsbecenſe, (Clivenſe enim ipſi Principes ſemper occuparunt;) alterius, arx Dinslacenſis & Sherebecenſis. Illa urbes ſub ſe comprehendit Clivopolim, Calcariam, Santenam, Sonsbecam, Bourichiam, Udenam, Griethuſiam & Grietham, totidemque Prætoribus inſtructa urbanis, quibus Wienendalius & Scharavelinus, quorum hic ſub ſe Kervenheimiam & Wienendunciam quoque habet, annumerantur. Ab eadem Rheni parte in ora Gallica ſunt peculiariter Toparchiæ, Orſavienſis, Gochenſis, cum Prætoribus ſuis, & in hac peculiariter quoque Wezanus, Aſperenius & Moldickianus ad Moſam. Præterea Præfecturæ Gennepenſis, Cranenburgenſis & Duiffeltana, Neomagum usque ſe extendens, cum ſuis itidem Prætoribus

Præfecturæ, prætura & quæſturæ Provinciæ Clivenſis.

(1) Sive potius radiis ſolis, quos inſignia habent, & frequentibus in illo tractu rivulis; juxta alios vero ab oppido *Zons*, cujus colonia ſit.

(2) In pœnam potius criminis commiſſi Johannem I. Clivæ Ducem, anno 1538. illud Privilegium Sonsbecenſibus iterum abſtuliſſe, atque ab illo tempore, quicquid cives, ut innocentiam ſuam probarent, ſub Wilhelmo & Johanne Wilhelmo contenderint, Magiſtratum Sonsbecenſem a judice loci vel Toparcha Principis nomine conſtitui, me legiſſe memini.

(3) Cujus quidem fundationis Diploma deſideravi, memoriam tamen ex conventus ejus annalibus, ut & primum ejus Rectorem *Wilhelmum Bueſel*, ſecundum *Wichmannum de Swel*, tertium *Rudgerum de Dynslaken*, quartum *Johannem de Camp*, præcipuos autem benefactores *Idam de Græsbeeck*, & *Weſſelium Swaertkop*, fuiſſe, didici ex literis *Chriſtiani Greuteri*, nunc ejusdem conventus Rectoris & Confeſſionarii.

(4) Jura vero Civitatis anno 1250. accepit a Theodorico VII. Comite Clivæ, juxta Dipl. in Codic. Diplom. No. XXXIII.

(5) Vid. de hoc *Hoppium* p. 72.

(6) *Hoppius* p. 91.

Digitized by Google

bus & Quæstoribus. In ora Germanica sive Westphalica Præfecturas numerat, Huissenam Batavicam & Lobithanam, inter Rhenum & Vahalim medias, Sevenariensem cum Limarsia sua earumque Prætoribus, & urbe Embricense, quæ proprio suo Prætore gaudet, Isselburgiam cum urbe Reesensi integrisque Hetteriæ & Aspeliæ ditionibus, tribus tamen Prætoribus attributis.

Accenset præterea ab eadem Rheni parte Præfecturas, Bislicensem & Ringelbergiam. Provincialis Præfectura in eadem ora sub se Wesaliam, Duisburgiam, Dinslacum & Sherenbecium, Holtenum denique & Rurorthum cum Prætoribus suis complectitur. Telonia habet ad Rhenum, eundem iterum descendendo, Rurorthanum & Teutoburgicum, primo Buirichium, deinde Reesam translatum, Orsaviense, Wesaliense, ad Rheni & Luppiæ confluentes, Reesense, Lobithanum & Huissenum; ad Mosam Gennepium. Quæsturas numerat Clivensem, Calcariensem, Cranenburgiam, Gennepiam, Udenheimensem, Santensem, Orsaviensem, ab hac Rheni parte: ab altera Holtenam, Dinslacensem, Reesensem, Embricensem, Sevenariensem & Huissenam, inter Rhenum & Vahalim mediam, in Batavia sitam.

Feuda Provinciæ Clivensis.

Dominia, (1) quorum Dynastæ Cliviæ Principem feudi Dominum agnoscunt, præter Comitatum Mörsensem, (2) Pighio Ulpiorum dictum, sunt: Senheimense apud Mosellam, ad Electorem Trevirum; Præfectura Vredensis, & Dominium Meidericense atque Honnepelium, ad Comites Bronchorstanos, Barones Batenburgios, Anholtinos, Gronsfeldios, Rimbergios; Chemense (3) cum arce Crudenburgia, ad Comites Schouwenburgios & Holsteinios; Werdenbruchium, ad Comitem Cuilenburgium, Baronem Palandum; Millingense & Bilandicum, ad Comites Montium; (4) Masacker/ (5) jam destructum; Diesfortium & Grondsteinum, ad Wylichios; Wissenium, (6) ad Loæos nobilissimos spectantia.

Castra Equestria.

Sunt quoque (7) in eadem Provincia multæ Equestris dignitatis Virorum eximia atque vetusta castra: Schleimium Baronum Palandiorum, Haltium Bilandicorum, Calbeccense Burenorum, Eylium & Moilandium Bronchorstanorum, Tyllium Munsterorum, Ossenbruchium hujus familiæ avitum; Munimentarium duplex, hodie Murmpter/ partim ad Bungardos, partim ad Quados Wickradios, Vennium hodie ad Bramptios, Offenbergium olim ad Flodorpios, Huetanum & Rossavicum ad Wylichios, Impelium & Gutterswichium ad Diepenbruchios, Lonense ad Tegnagelios, Gattropium ad Huchtenbruchios, aliaque ad alios spectantia.

Status Ecclesiasticus Provinciæ Clivensis.

Post provinciæ Cliviæ statum politicum, Ecclesiasticus etiam, & in eo Abbatiæ, domus Commendatoriæ, Canonicorum collegia, & utriusque sexus Monasteria multa accensenda sunt.

Abba-

(1) Videlicet feuda Clivensia extra Ducatum Clivensem.

(2) De quo infra Append. I.

(3) De quo infra Append. IV.

(4) Quorum Genealog. vid. infr. Append. I. ad *Provinc. Geldriæ.* Et post obitum Oswaldi, Comitis Montensis, cum ejus Sorore ad Comites Hohenzolleranos, qui illa Dynastia nunc investiti sunt.

(5) Quod castrum una cum Hœmenensi, Maldensi & Beeccensi Grœsbeccenses Dynastæ olim possederunt, dotis nomine postea allata ad Comites Merodenses, qui vero, retento solum castro Masacker, Hœmenense & Maldense Dynastæ de Steenhusen in Oblo, Toparchæ Quickensi, Beeccense vero Domino de Randwick, Burggrafio Neomagensi, vendiderunt.

(6) Adde *Lænen* in Betua, quæ Dynastia a Bilandis dotis jure ad Equites de Gent, & ab his iterum eodem jure ad Equites de Quadwickeradios pervenit. Itemque *Barl*, quæ a Barlensium familia ad Hafftenses, & ab his per matrimonium in Equites de Dries translata est. Denique *Witteringen* in Recklingshusano tractu, quæ ab Equitibus de Unverzagt ad Orfftenses, ab his ad Capellenses, tandemque ad familiam de Vittinghoven pervenit.

(7) Castra a Rheno vel Vahali absorpta sunt: *Beeck* Steckeniorum juxta Xanten; *Bisenburg* Kerhorstiorum e regione Schenckenschanz in Vahali; *Hulhausen* Hesiorum, Wachtendokekiorum, tandemque Norprathiorum in Vahali. *Knipen* Hunxlediorum juxta Ruhrort; *Rodenholt* Horstiorum, Spænorum, tandemque Goldsteiniorum. *Rön* in Rheno juxta Rees, quod Bronchorstii Salmensibus, hi vero *Frid. Wilh.* El. Br. vendiderunt.

Digitized by Google

Abbatia unica eſt Hamburnenſis in Dynaſtia Dinslacenſi, Ordinis Præmonſtratenſis, auſpiciis Norberti, (1) Canonici quondam Sanctenſis, & poſtmodum Magdeburgenſis Epiſcopi, circa annum Domini 1120. condita, primoque Abbate Nicolao conſtituto. Quod Arnholdus, Archipræſul Colonienſis, cum allodium ſuum, ibidem ſitum, Gerhardus Hoinſtat, Vir nobilis, eum in finem Monaſterio contuliſſet, Indictione 2. anno 1139. teſtibus Walramo, Duce Limburgio, Adolpho Montium, & Adolpho Salenbergæ Comitibus, ratum habuit. Idem ſucceſſores ejus, Archiepiſcopi Col. Philippus Heinsbergius anno 1151. teſtibus Arnholdo & Frederico, Comitibus Altenanis, Eberwieno Holteno, & Arnholdo Steeckio: Adolphus autem Altenanus ſpeciatim, quas Arnholdus de Beek miles anno 1179. eidem Eccleſiæ legavit, decimas: Engelbertus denique Montanus omnia ita anno 1217. confirmarunt. Hujus Eccleſiæ Otto de Wickraede, qui filios Lotharium & Henricum habuit, in literis 1208. & 1237. datis, in quarum poſterioribus Adolphi Holteni quoque mentio, Advocatus dicitur.

Domus commendatoria S. Joannis eſt Veſaliæ; (2) Domus Teutonicæ hoſpitales ſunt Duisburgenſis & Walſumienſis. Cum enim Philippus Heinsbergius, Archiepiſcopus Colon. anno 1187. unicam in oppipo regali Teutoburgico S. Salvatoris Parochiam, olim ad Abbatem Brumienſem ſpectantem, in duas diviſiſſet, earum una, B. Mariæ & S. Joanni Baptiſtæ ſacra, fratribus Hoſpitalibus de ſancto Sepulchro attributa eſt, & cum horum domus, caſtrum nempe, **vff der Burgh** dictum, anno 1283. 14. Cal. Octobr. incendio abſumptum eſſet, fratres domus Walſumienſis, ab Apollonio a Benheim, & Eva ac Mechtilde de Lachen, in platea Vaccaria novam domum, itemque aliam in **Schonenbelt**/ a Bela, ejus uxore, ſibi compararunt, Hoſpitaleque inſtaurarunt, deque eo Sabathi poſt Pentecoſten anno 1309. itemque feria 6. poſt Reminiſcere anno 1313. ſe idem, quod cives Magiſtratui, præſtituros, promiſerunt.

Eccleſiæ collegiatæ Provincia Cliventis.

Eccleſias collegiatas enumerat 6. inſignes: (3) Santenſem, Emmericenſem, Reeſenſem, Wiſſelenſem, Cranenburgenſem & Clivenſem.

Santenſis a ſanctis Martyribus, legionis Thæbææ ſub Mauritio Duce, temporibus Diocletiani, & Maximiani Imp. militantibus, ſed ob Chriſtianiſmum decumatis, inprimis S. Victore ejusque Sociis 360. ita dicta, in eorum memoriam primum, ut regularium Canonicorum, S. Auguſtini doctrinam & vitam ſequentium, Collegium & Monaſterium eſſet, fundata anno 1028. Indictione 6. n. Cal. Auguſt. a Peregrino, Epiſcopo Colonienſi, ſub Præpoſito Godefrido, & Godezone Decano, conſecrata eſt: Vaſtata vero per Hunnos & Normannos Germania Galliaque, hæc calamitas Hagiopolim quoque pertigit, & præterea anno 1081. Santenſe templum, nec multo poſt anno 1109. omnia Canonicorum ædificia conflagrarunt. Theobaldus igitur, tunc Eccleſiæ hujus Præpoſitus, ad Hadrianum Pontificem profectus, hujus conſenſu, privilegiis priſtinis repetitis & confirmatis, eam inſtauravit: Dedicationibus binis, prima quidem ſub Henric. IV. Imp. a Siegewino, Archiepiſcopo Colon. anno 1083. Indictione 6. ſeptimo Idus Octobr. altera & qui-

(1) Ita quoque MSC. *Honſelarianum*, ſub Conrado, Comite Clivenſi. *Hoppius* c. 19. Ceterum Nortbertum alii Xantis, alii Coloniæ Agrippinæ natum, aliique Lotharingum, alii Teutonicum appellant; *Chron. Magn. Belg.* p. 145. *Chiflet.* Vindic. Hiſp. c. 5. alii iterum ignobili genere, *Chron. Magd.* apud *Meibom.* T. II. p. 326. alii Illuſtribus Parentibus ortum referunt. *Chr. M. Belg.* l. c. MS. *Honſelar.* ex illuſtri Geneppenſium familia fuiſſe, l. c. teſtatur. De fundato ab ipſo Præmonſtratenſium Ordine, aliisque rebus geſtis, vide *A. Miræum* in Chron. Præmonſtr. *Schatenium* Annal. Paderborn. ad annum 1117. 1120. & ſeqq. *Chron. Magd.* l. c. *Sagittarium* pecul. Diſſert. de *Nortberto.*

(2) Quæ ab Henrico de Lœnen initio Sec. XIV. eodemque tempore, quo Templariorum Ordo fuit deletus, inſtituta eſt, domo ſua, quam Veſaliæ habebat, Equitibus S. Johannis tradita; Ottone quoque, Comite Clivenſi, ea conditione conſentiente, ne Equites illi ulla bona immobilia absque ſuo & Succeſſorum conſenſu ſibi compararent, juxta Hermanni de Mogutia, ejus Ordinis Commendatoris, & Helfrici de Rodenheim, ejusdem domus Magni Præceptoris, *Reverſales* in Archivo Veſalienſi.

(3) Quorum tres ſolum, Clivenſem, Wiſſelenſem & Cranenburgenſem, ſeparata adhuc a Civitatibus jura exercere, reliquos vero cum Civitatibus junctim agere, refert *Hoppius* c. 19. p. 107. ubi quoque ſingulorum hiſtoria traditur.

Digitized by Google

quidem solenniori anno 1128. Cal. Augusti. sub Lothario Imp. a Norberto, Magdeb. Ecclesiæ Archiepiscopo, & quondam Santensi Canonico, rogatu Friderici, Archiepiscopi Colonensis, institutis. Inter præcipuos Collegii hujus benefactores numeratur Emsa Cappenbergica, in templi collegialis choro condita.

Emmericensis a S. Willibrordo, Episcopo Ultrajectino, an. 700. vel circiter in memoriam S. Martini, Turonensis Episcopi, itidem ut virorum piorum & doctorum, pro fide catholica propaganda, cœnobium esset, condita, ac jurisdictione quoque temporali ob id munita est. Hanc tamen anno 1233. in Ottonem, ejus nominis III. Geldriæ Comitem, tanquam suum Tutorem & Præfectum, transtulit: a cujus posteris postmodum ad Clivix Comites & Duces primum pignoris titulo anno 1372. deinde emptione anno 1402. pervenit.

Reesensis, exacto post Christum natum millenario cum decennio, ab Irmgarde, Comitis Zutphanensis filia, in Deiparæ memoriam construi cœpta est, quod Henric. III. Imp. datis publicis Trajecti literis, anno 1040. ratum habuit, & anno 2. Dasselius, Ecclesiæ Colon. Archiepiscopus, eodem anno perfectam inauguravit; ejusque Diploma Arnholdus, itidem Col. Archipræsul, ne vetustate periret, anno 1180. recognovit.

Wisselensis in memoriam Clementis ab Eberhardo, Comite Clivio 9. ejusque conjuge Bertha Bavara, anno 825. Indictione 3. constituta est.

Hujus collegii statuta festo Ascensionis Domini an. 1475. Joannes Bellicosus, Dux Clivorum secundus, præsentibus Hermanno de Brackel, Præposito, & Rutgero Theodorico ab Holt, Scholastico, Clivensibus, atque Joanne Peregrino de Bercka, S.S. Theolog. Magistro, renovavit & confirmavit.

Craneburgensis anno 1001. in Zephlicensi pago, haud longe a Vahali dissito, in S. Martini memoriam a Balduino, ejus nominis III. Comite Clivio 13. constructa, & anno 1436. ab Adolpho I. Clivix Duce, Craneburgum, consensu Eugenii Pontificis deducta Clivensis, 15. Cal. Martii, anno 1334. a Theodorico, hujus nominis IX. dicto Pio, Comite Clivio 26. Monrebergæ in memoriam Deiparæ erecta, & a Waleramo Julio, Archiepiscopo Colon. consecrata, sed anno 1341. ab iisdem Clivopolim translata, & ab Adolpho I. Clivorum Duce, præpositurx dignitate atque reditibus quoque aucta.

Monasteria Monachorum in Provincia Clivensi.

Monasteria (1) Monachorum quidem recenset Insulæ Marianæ, seu Gravienſe Carthusianorum prope Vesaliam, clausirum, anno 1419. ab Adolpho I. Clivorum Duce, constructum, postea bellis Belgicis anno 1584. destrui cœptum, tandem plane eodem destructo, Monachi Santos Collegium suum anno 1590. transferre coacti sunt.

Dominicanorum, seu Prædicatorum in VVesalienſi & Calcarienſi urbibus, quorum illud anno 1291. a Theodorico VIII. Comite Clivix 24. hoc anno 1464. a Joanne, ejus nominis I. Clivix Duce 2. ædificata sunt. Franciscanorum, Minoritarum, Clivense, Duisburgense, & Aquæ Marianæ prope Gochiam. Clivense a Theodorico, nominis VIII. Comite Clivorum 24. structum. Duisburgense amplissimum olim Ducum Limburgensium castrum fuit, quod Minoritis inhabitandum concesserunt. Augustinianorum, Eremitarum duplex, Beilarienſe vallis Marianæ, sive Brunense in Dynastia Ringelbergia, & quod ex eo deductum, VVesalienſe: Ex quibus hoc anno 1325. crastina Viti & Modesti, circa Ecclesiam, ejusque chorum, dormitorio ut vocant, munificentia Apollonii Santeil, Burggravii VVilacii, a fratribus Beilarienſibus cœptum, & anno 1334. 6. Martii, a Clemente VI. Pontifice consensu impetrato, consummatum est. Anno 1351. Sabbatho post festum Valentiniani, ab iisdem fratribus Beilarienſibus domo refectorii empta, eodem anno die Kiliani, Testibus Joanne, Comite Clivorum, & Consulibus atque Scabinis Wesalienſibus, itemque ipsa Assumptionis Mariæ, cum Præposito Cappenbergensi, & cœnobii Averdorpensis Priore, ejusque Priorissa, & cæteris Vestalibus, Pastore item, sive Plebano Wesalienſi, de tempore sacrorum peragendorum & sepultura transactum est, donec anno 1353. per Priorem generalem, Mechliniæ facta separatione, de terminis utrique cœnobio leges præscriptæ sunt. Gadesdunckium, seu habitationes divinæ Canonicorum Augustini regularium, itidem prope Gochiam, sub Adolpho I. Clivensium Principe, a civibus Gochensibus inchoatum, cujus primus Prior Helmichius ipsi a Sacris fuit. Crucige-

(1) De quibus singulis vide quoque *Hoppium* c. 19.

Digitized by Google

cigerorum, Pacis Marianæ, Embricenſium & Duisburgenſium: Ex quibus illud Adolphus I. Cliviæ Dux, anno 1428. conſtituit, & Regularibus Auguſtini inhabitandum dedit. Hi vero ubi illud deſeruiſſent, Weſaliamque commigraſſent, Crucigeri illud ejus conſenſu anno 1444. occupatum retinuerunt. Duisburgenſe primo fratrum tertiæ Regulæ S. Franciſci conventiculum fuit, ſed anno 1498. a Cruciferis occupatum, hactenus retinetur. Sepulchri dominici Udenheimenſe, & Vallis gratiæ in villa Ganswichiana prope Clivopolim Canonicorum regularium cœnobium, utrumque ab Henrico Raeſio pio, Præpoſito S. Mariæ Trajectenſi, anno 1456. primo quidem Udenheimii Sacello in uſum pauperum Studioſorum conſtructo, fundatum eſt: Verum ex utroque conſenſu, & authoritate Joannis, nominis I. Cliviæ Ducis 2. ex Sacello clauſtrum Monachorum regularium ibi erectum, & S. Auguſtini Capitulo Windesheimenſi ſubjectum; ex quibus Udenheimenſe quidem, Regularibus in Vallem gratiæ translatis, anno 1680. Monachis de S. Odiliano monte, ſive ſancto Sepulchro, conceſſum eſt. Deinde Valle gratiæ anno 1590. bellis Belgicis vaſtata, Regularibus ſuum Udenheimenſe vetus iterum datum, ab iisque inhabitatum eſt. Fratrum denique Gregorianorum Collegia Embricæ & Weſaliæ ſunt. Embricenſe anno 1470. a nobili viro, Theodorico de Wiel, Conſule Daventrienſe, & poſtmodum Principis Clivenſis conſiliario, fundatum, ac Franciſci Neſſæi Jurisconſulti ſumptibus anno 1597. reſtauratum. Veſalienſe Canonicorum irregularium ſive ſecularium, quos anno 1435. Joannes de Collick Clivenſis, domo, quam a ſorore defuncta, ejus ex aſſe hæres, Veſaliæ acceperat, in cœnobium converſa, ibidem collocavit, ipſe prius Monaſterii Weſtphalorum in cœnobio ad rivum ſalientem, anno 1400. inſtituto, Canonicus factus.

Cœnobia Veſalium in Provincia Clivenſi.

Veſtalium deinde Monaſteria ſunt: Generoſarum & nobilium Virginum, Eltenum, (1) imperiali licet, ſub tutela tamen Clivia comprehenſum, in S. Viti memoriam, (2) in monte alto a VVichmanno Zurphanio anno 968. (3) Lutharda, filia prima, Abbatiſſa conſtituta, conſtructum: quam fundationem Otto primus ſeu Magnus, Monaſterio in tutelam ſuam & imperii (4) recepto, atque ab omni judicis temporalis poteſtate, ſolo Advocato excepto, exempto, anno 970. Otto II. (5) filius anno 993. Otto III. (6) nepos anno 996. Lotharius (7) Saxo anno 1134. confirmarunt.

(1) Alias *Altinæ*, numero plurium, quod duæ ſint Altinæ, altera in monte Hoog-Elten, altera in æquo Nett-Elten. In Diplomatibus Ottonis I. *Altene*, Ottonis II. *Altina & Eltnon*, Lotharii *Eltena*; alibi *Altenæ*, atque hinc Cœnobium *Altenatenſe*. *Alting.* in Not. G. inf. P. II. p. 7.

(2) Unde *Vitimontium* quoque iſtud Cœnobium vocatur. Ceterum, quod ad S. Vitum, qui ſub Diocletiano martyrium paſſus narratur, attinet, ejus reliquias ex Italia Pariſios, inde vero in Abbatiam Corbejenſem translatas fuiſſe, pluribus refertur in *Translatione S. Viti & Inſtitutione novæ Corbejæ* apud *Meibom.* T. I. S. R. G. Patronus dein factus Rugianorum, ad Chriſtianam religionem converſorum, occaſionem dedit Idolo ipſorum *Svantovito*. Cum enim illi, ejurata iterum Chriſtiana religione, ad priſtinam ſuperſtitionem rediiſſent, in opprobrium *Sancti Viti* ejusque nominis *Svantovitum* ſuum fabricarunt. *Paulini* Diſſert V. *de Advocato & Cuſtode Lupſanorum S. Viti.*

(3) *Joh. Turckius* in MS. anno 963. id factum, anno vero 968. ab Ottone I. Imperatore prædia nonnulla eidem Cœnobio donata fuiſſe, refert. Cum ipſa Diplomata tam fundationis, quam donationis iſtius, unde illud diſcrimen optime tolli poſſet, deſiderentur, Ottonis III. Diploma apud *Pont.* p. 73. ſuſpicionem mihi movet, quippe quod Prætor Ottonis I. confirmationem iſtius Cœnobii anno 970. factam, peculiaris adhuc donationis, qua Imperator ille prædia quædam, præcipue in *Nardyckland*, *Urck*, *Barbnegos* & *Otmes*, ei Cœnobio dederit, mentionem facit.

(4) Id potius ab Ottone III. factum, qui in Privilegio ſuo hoc Cœnobium Aſſidienſi, Quendlinburgenſi & Gandersheimienſi æquiparavit, atque prohibuit, *ne ullus Dux, Comes vel Vicecomes, Marchio vel quilibet Schuldacius, vel alia judiciaria Perſona, ullum habeat placitum, nec paraſredes, nec prædas faciendas, nec aliquid exigatur ſervile ſervitium, priusquam ejusdem Abbatiſſæ ſervus, in cujuscunque habitet Comitatu, alterius Comitis non cat placitum, ſed ad ejus ſolummodo, quemcunque Abbatiſſa ſibimet eligere velit Advocatum.* Ottonis vero Magni nudam confirmationem vid. infra in Cod. Diplom. No. XXXIV.

(5) Vid. Dipl. in Cod. Diplom. No. XXXV.

(6) Vid. Dipl. in Cod. Diplom. No. XXXVI.

(7) Vid. Dipl. in Cod. Diplom. No. XXXVII.

Beedtbergium a Ludolpho, Comite Clivix, circa annum Christi 800. mortuo, primo in Monte Joachimi, quem antiquitus vocarunt, ut oratorium sive precationis locus esset, sicut nomen quoque sonat, prope Clivos ædificatum: postmodum labentibus temporibus a Theodorico, nominis II. Conradi filio, anno 1124. in cœnobium Ordinis Præmonstratensis, & demum in collegium Virginum nobilium exemptarum (1) conversum, & jam bellis Belgicis devastatum, desertum jacet.

Vallis Comitis, (2) hodie novi Clausstri, ab instauratione, ob bellum civile Archiepiscopatus Colonienſis vastati an. 1474. facta, ita dictum, Ordinis Cistercienſis primitus, anno 1255. ab Ottone III. Geldriæ Comite, ejusque conjuge Margareta Clivia, structum, Vestalibus ex eodem Ordine aliquibus Ruremunda in illud deductis.

Arboris Mariannæ, (3) Ordinis Brigittini, anno 1460. a Maria Burgunda, Adolphi primi, Clivensium Ducis, vidua, erectum.

Hagenbuschium (4) prope Santos, Benedicti regulam amplexum, anno 1150. ab Arnholdo, Archiepiscopo Col. confirmatum, anno 1465. reformatum & clausum.

Varensburgium, (5) vulgo Furstenbergium, seu Mons Principis appellatum, sub Henrico Imp. & Friderico, Archiepisc. Col. Arnholdo, Comite Clivio, Hermanno, Præposito Santensi, & Cunone, Abbate Siegebergensi, anno 1119. a Norberto, Santensi Canonico, & postmodum Magdeburgensi Episcopo, in honorem Christi, B. Maria virgine nati, primum Ordini Benedictino Siegebergensi monasterii, anno 1056. ab Annone Dassellio, Archiepiscopo Col. conditi, concedente Henrico de Thornice, ejusque fratre Bavone, Henrico vero Alpenio anno 1144. ex suis bonis multum augente, acquisitum; deinde Cistercienſium Ordini, Hierstensi prope Daventriam cœnobio exusto, 3. Kal. Martii anno 1259. sub Conrado Hochstedeno, Archiepisc. Col. Goswino, Decano & Archidiacono Santensi, & Theodorico, Comite Clivio, consentientibus Monachis Siegebergensibus, traditum, anno 1467. a Palæopedii seu veteris Campi Abbate, Henrico a Rhay, Arnholdo Herenhovio, Priore Carthusiæ Gravienſis prope VVesaliam, multum monente & urgente, reformatum, anno 1586. bellis Belgicis destructum, Vestalibus Santos migrantibus, ubi illis monasterium S. Agnetis anno 1606. concessum, & cum Hagenbuschianis, autoritate Joannis VVilhelmi, Clivix, Julix, Montium Ducis, divisum est.

Averdorpense, quasi dicas transpaganum, anno 1125. ad Vesaliam a Godefrido & Ottone, Comitibus Cappenbergicis, conditum, (6) Præmonstratoque Ordini dictum hodie, destructo anno 1598. bellis Belgicis monasterio, in ipsam urbem Wesalienſem translatum est.

Sleedenhorstanum, Ordinis Cistercienſis, prope Reesam, Bernhardus a Rees, Vir Equestris dignitatis præcipuus, circa annum Domini 1240. instituit; Cum enim ipse Impelium, itidem prope Reesam jacens, & frater Henricus Sleedenhorstanum possiderent, permutatione Impelii cum Sleedenhorstano facta, hoc in cœnobium convertit, quod anno 1459. itidem a Palæopedio reformatum & clausum est.

Sterckradiense anno 1240. Mechtildis de Holt, ceu Mariæ rivulum, Ordinem quoque Cistercienſem observantem, fundavit: cujus Vestales etiam a Palæopedio anno 1465. reformatæ.

Dusserense prope sylvam Duisburgiam, itidem Cistercienſis Ordinis, alias Via Cœli dictum, ab Alexandro Talck, cive Duisburgensi, anno 1235. constructum, & ab Henrico

(1) Quibus conjugia permissa sunt, excepta Decanissa, quæ cœlibatum jurare debet. *Hoppius* p. 119. *Theod. Ray* Anim. Illustr. p. 219.

(2) Alias **Gtdventhal**, conditum in castro *Rott*. Vide Diploma fundationis in Cod. Dipl. No. XXXVIII. & *Hoppium* p. 118.

(3) Alias quoque **Trappenbaum**, a gradibus vicinæ arboris, quibus ad effigiem B. Mariæ, in summitate ejus collocatam, ascendebatur. *Hoppius* p. 121.

(4) Olim nobilium, nunc quoque privatæ conditionis Virginum.

(5) *Hoppius* p. 122.

(6) De quo videatur *Ewichius* in descriptione Vesaliæ p. 18. De avito quoque ipsorum castro Cappenbergensi, in Cœnobium Ordinis ejusdem jam ante conversio, vide infra sub *Arnoldo*, Comite Clivensi.

Digitized by Google

Digitized by Google

IUM.

THEODORICUS IV. vid. *pag. præced.*

THEODORICUS V. ob. 1193. — ARNOLDUS IV. ob. 1203. — *Gerardus.* — *Lubbertus.* — *Adelheidis.*

THEODORICUS VI. ob. 1244. Uxor *Mechtildis*, C. de Dinslaken.

DORICUS VII. ...i. Uxor *Walpurgis* Lucelb. — *Theodoricus*, ob. 1244. Uxor *Elisabetha* Loth. — *Theodoricus*, d. *Luiff*, Saræpontanus, Ux. N. C. de Mœrsa.

Theodoricus, d. *Luiff*, Ux. N. de Ringelberg. — *Richarda*, Ux. Dyn. de Dollendorp. — *Mechtildis*, Ux. Gerhardi, C. de Limburg. — N. Ux. Gerlaci de Isenberg.

Theodoricus, Dyn. de Hulckerode & Thonneberg, de quo *M. Chr. Holl.* c. 19. — *Theodoricus*, Præpositus Xantensis, & D. in Karvenheim.

ROBE... ob. 1305. ...bs- Ux. C...

OTTO, ob. 1311. Uxores, (1) *Adelheid.* (2) *Mechtild.* — THEODORICUS XI. ob. 1347. Ux. (1) *Margaretha* Geldrica. (2) *Maria.* — JOHANNES, obiit 1368. ἄπαις. — *Agnes*, Uxor Adolphi, C. Mont. *Mechtild*, MS. Honsel. *Catharina*, Secret. Anonym. *Maria*, Vestalis in Bedbur, d. Secret.

Irmgardis, Uxor Johannis Arkelii. — MARGARETHA, Uxor Adolphi, Com. Marcani. vid. infr. *Tab. Geneal. VI.* — *Elisabeth.* — *Maria.*

Otto Arkel.

AI...

BAI... ol... A... W...

CC... o... A...

T... I... (...

Digitized by Google

rico a Molenarck, Archi-Episcopo Col. sub Arnholdo, Abbate Campensi, confirmatum, illique subjectum est.

Cœnobia Ordinis Franciscani tertii, Monialium etiam, VVesaliæ & Duisburgi sunt. Mariæ Campium itidem minoris & alterum majoris Conventus Embrica & VVesalia habent. Conventus denique Stockhumiensis & Vestalium plebejarum in omnibus provinciæ Clivensis oppidis accensentur. De quorum omnium Monasteriorum fundatione, augmento, reformatione, quia in historia ipsorum Principum Cliviæ prolixius dicturi sumus, (1) ideo recta ad istos accedimus.

COMITES CLIVORUM

ex prosapia prima.

Situ, fluviis, urbibus, oppidis, municipiis, dominiis, statuque tum politico, tum Ecclesiastico provinciæ Cliviacæ explicatis, nunc porro ipsorum Principum historia pertexenda est. Qui primum Præfecti, seu Toparchæ locorum istorum, ab Imperatoribus Rom. & Regibus Francorum constituti, Comites non longe post Imperii hæreditarii, & ex quatuor præcipuis primi evaserunt, tandemque Marchia accedente VVesthphalica, in Duces evecti sunt.

Dynastarum primus anno 713. ut initio annotavimus, fuit *Elias Grajus*, (2) Eques auratus, qui licet inquilinus non fuerit, utpote origine nec Francus, nec Germanus, sed

(1) Satis quoque prolixe illorum Historiam tradidit *Hopptus* cap. 19. Qui Conditorum vitas exactius cognoscere cupit, *Acta Sanctorum* oportet consulat.

(2) De quo vide Dissertationem de *Comitatu Teisterbantiæ*, quam ad illustrationem eorum, quæ ab auctore de hoc Comitatu dicuntur, conscripsimus, atque publico examini, Respondente Generosissimo magnæque spei juvene, *Dionysio de Kleist*, subjectam, hic inseri consultum duximus. Ceterum Successorum *Eliæ Graji* seriem vide in adjecta *Tab. Geneal. IV.*

DISSERTATIO

De COMITATU TEISTERBANTIÆ.

§. I.

Prima, quantum nobis constat, Comitatus Teisterbantiæ mentio fit in divisione, quam inter filios suos, Lotharium & Carolum Calvum, Ludovicus Pius fecit, quam *Annal. Bertin.* ad annum 839. his verbis referunt: *Imperator, descriptione Regni sui æqualibus pene partibus discreta, optionem Lothario, quam earum mallet, offerre non dedignatus est, cujus divisionis formula ita se habuit: Quarum altera, Regnum Italiæ, partemque Burgundiæ, id est, Vallem Augustanam, Comitatum Vallisorum, Comitatum Waldensem, usque ad mare Rhodani, ac deinde Orientalem & Aquilonarem Rhodani partem usque ad Comitatum Lugdunensem, Comitatum Sudiugium, Comitatum Wirascorum, Comitatum Portisorum, Comitatum Sundisiorum, Comitat. Calmontensium, Ducatum Mosellicorum, Comitat. Ar.luensium, Comitatum Condorusto, inde per cursum Mosæ usque in mare, Ducatum Ribuariorum, Worxmatfelda, Spirohgouwi, Ducat. Helisatiæ, Ducatum Alamanniæ, Curiam, Ducatum Austrasiorum, Sunalafelda & Norego Wiechesi, Ducat. Turingobæ cum Marchiis suis, Regnum Saxoniæ cum Marchiis suis, Ducat. Frisiæ usque ad Mosam, Comitatum Hamarlant, Comitatum Batavorum*, COMITATUM TESTRABENTICUM, *Doresiadø. Alteram partem Burgundiæ, id est, Comitatum Genovensem, Comitatum Lugduncnsem, Comitatum Cavallonensem, Comitatum Amaus, Comitatum Hatuariorum, Comitatum Lingonicum, Comitatum Tullensium.* Postea ejus meminit vetustissima charta divisionis Lotharingiæ inter Ludovicum Germanicum & Carolum Calvum anno 870. factæ, qua COMITATUS TESTREBANT Ludov. Germanico obvenisse scribitur. *Vid. infra.* In ejusdem quoque divisionis historia ejus Comitatus iterum meminerunt *Annales Bertiniani* ad cit. a. &, quæ ex illis desumpta est, Appendix ad *Aimoini* Res gestas Francorum apud *Frehcrum* in Corp. Hist. Franc. p. 482. Illustris *Obrechtus* in Prodromo Rer. Alsat. p. 76. loco TESTREBANT legit COMMENTESTEBANT, nomine procul dubio operarum insicitia corrupto, ex vocibus COMITATUS & TESTEBANT in unum contractis. Ipsi enim Annales Bertiniani & appendix Aimoini, unde tamen *Obrechtus* partes ejus divisionis refert, satis distincte COMITATUS TESTEBANT mentionem faciunt. Annales quidem MSCti, quos habeo, Averdorpienses (ita Teschenmacherus in Syllabo Auctorum, quibus in Annalibus Cliviæ, Juliæ, &c. conscribendis usus fuit, eos vocat, rectius vero Honselerianos appellari, in editione illorum Annalium, qua occupati nunc sumus, monebimus,) jam ad annum 695. commemorant, quod S. Suibertus, *Comitatum Teisterbantiæ, Bataviamque Apostolorum more evangelizando & curando*

Digitized by Google

ſed Græcus, adeoque ob proſapiam hanc uxori non inquirendum edicens, fabulæ Cygnææ, ſupra refutatæ, occaſionem præbuit; Inquilini tamen Principis Theodorici, Theiſter-

do ubique infirmos percurrens, univerſos ad Chriſti converterit fidem. Sed Auctor horum Annalium paulo recentior eſt.

§. II. Solet autem Comitatus Teiſterbantiæ PAGUS quoque appellari. Ita Henricus II. Imperator in diplomate apud *Wilhelmum Hedam* in *Hiſt. Epiſc. Ultraj.* p. 100. Eccleſiæ Trajectenſi inter alia confirmat *quicquid in Villa Bomele ad publicum Bannum ſive Diſtrictum pertinere viſum eſt, in Comitatu Wrochi Comitis in* PAGO *Teſterbant.* Anfridus quoque, Epiſcopus Trajectenſis, qui ipſe Comes fuit Teiſterbantiæ, in diplomate apud eundem Scriptorem p. 106. *Fratribus Cellulæ in loco Hoborſta, ut in Dei ſervitio iſte locus firmius poſſit eſſe ſtabilitus, tradidit, quod viſus fuit habere in Villa Tbrile in* PAGO *Teſterbantenſi.* Nimirum quia COMITATUS & PAGI, in quos Regnum Francorum erat diviſum, promiſcue utplurimum accipiebantur, atque PAGENSES dicebantur, quibus COMITES præerant, tanquam relata invicem. Sic in Capitulari Caroli M. anno 811. c. 6. dicunt Comites, *quod alii eorum* PAGENSES *non illis obedirent*, & cap. 8. *Quod ſuper omnia magis fierent inobedientes ipſi* PAGENSES *Comiti.* In Capitulari Ludovici Pii, Anno 829. cap. 2. Comitibus injungitur, *ut reddant rationem de ſuis* PAGENSIBUS. Nonnunquam tamen in uno Pago plures erant Comitatus, ut in *Pago Aventicenſi*, de quo *Fredegarius Scholaſt.* in Chron. cap. 37. *Hic*, ſcribit, *diebus & Alamanni in Pago Aventicenſi Ultrajuranum hoſtiliter ingreſſi ſunt, ipſumque Pagum prædantur*, Apellinus & Erpinus Comites *cum* ceteris *de ipſo Pago* Comitibus *cum exercitu pergunt obviam Alamannis.* Ejusmodi quoque Pagus fuit TEISTERBANTINUS, quippe pluribus quoque Comitatibus diſtinctus. Etenim erat in illo *Comitatus Wrochi*, cujus mentio fit in diplomate Henrici II. Imp. ſupra commemorato. Alium inſuper Comitatum in eodem Pago Teiſterbantiæ Conradus II. Imperator Eccleſiæ Trajectenſi donaſſe legitur in diplomate apud *Wilhelmum Hedam* p. 114. ubi, *Ceterum*, inquit Imperator ille, *ne noſtra voluntas verbis inhæreat, notum fieri volumus omnibus in Chriſto fidelibus, præſentibus ſcilicet atque poſt venientibus, qualiter nos interventu ac petitione dilectæ Conjugis noſtræ, videlicet Giſelæ, nec non familiarium noſtrorum, Aribonis, Archi-Epiſcopi Moguntinenſis, & Adelboldi, Epiſcopi Trajectenſis Eccleſiæ*, Comitatum in Teiſterbant, *ſitum ad Trajectum, S. Martino & ejusdem ſedis Epiſcopo ſuisque ſucceſſoribus poſt futuris cum omni utilitate, quæ pertinet ad eundem Comitatum, perpetualiter habendum tradimus, eavidelicet ratione, ut nullus poſthac in illo Comitatu poteſtatem aliquam exerceat, extra Præſulis præſcripti licentiam; qua ſibi totum conceſſimus, quicquid utilitatis in illo habuimus.* Equidem *Pontanus*, haud dubie ad hoc Conradi diploma reſpiciens, totum ita Teiſterbantiæ Comitatum Eccleſiæ Trajectenſi donatum fuiſſe, in *Hiſt. Geldriæ* lib. V. p. 79. his verbis innuere videtur: *Biennio circiter elapſo ipſe Imperator Conradus* Teiſterbantii Comitatum *eidem Dtvo Martino in ſolidum conceſſit cum emolumentis omnibus, addita lege, ne cui deinceps in eum juris quid eſſet vel poteſtatis absque Imperatoris ſcito, voluntate, conſenſu.* Verum præterquam, quod in memorata charta non univerſus Comitatus Teiſterbantenſis, ſed conceptis verbis *Comitatus in Teiſterbant ſitus*, adeoque pars ejus tantum Eccleſiæ Trajectenſi tradatur, totus Teiſterbantiæ Pagus ibi intelligi nequit, quippe in quo jam Civitatem Thielam ex donatione Ottonis I. apud *Hedam* p. 86. Eccleſia Trajectenſis poſſidebat, præter alia multa, quæ Anfridus, Epiſcopus Trajectenſis, e Comitibus Teiſterbantinis ortus, ſub Ottone III. & Henrico II. Imperatoribus eidem Eccleſiæ jam antea donaverat.

§. III. Quod ad nomen TEISTERBANT attinet, e vocibus **Bant**, qua Lingua Batavorum *Campus* vel *Regio* deſignari ſolet, & **Heyſter**, qua eadem dialecto *Quercus* appellatur, id compoſitum eſſe exiſtimat *Furmerius* in *Annal. Friſic.* cap. 7. Ea præcipue ratione inductus, quod radices arborum e terra iſtius tractus magna copia effoſſæ ſuo tempore fuerint. Furmerio adſtipulatur *Teſchenmacherus* Annal. Cliv. Part. I. p. 183. ubi, *Teiſterbandia*, ſcribit, *a quercubus appellationem ſortitur, ut Bernh. Furmerius exiſtimat*; **Heiſter** *enim lingua vernacula populi Batavi* quercum, **Bant** campum *denotat, quibus in unum compoſitis, addita præpoſitione* **the** *per Syntheſin*, **Theiſterbant**, *quaſi dicas, querquetulanum, efficies, quod etiam trunci ſub terra occultati, qui ſubinde in illo tractu effodiuntur, atque in Dordvechti æſtuario vicus, nomine* **Heiſterbach**, *nunc fluctibus oppreſſus, oppidum denique Worcumium, olim Woudriebemum*, i. e. *ſimdus ſylveſtris, indicant.* Verum cum quercus magis in aridis locis, quam paludoſa terra, cujusmodi eſt iſta Regio, creſcere ſoleant, inventas illas radices aliarum potius arborum, inundationibus variis, quæ in Batavia maxime circa annos 955. & 1073. acciderunt, vid. *Pontanus* in *Hiſt. Geldriæ* p. 56. 112. everſarum, eſſe crediderim, atque cum *Schlichtenborſtio* lib. 1. §. 86. *van de Gelderſſe Geſchiedenißen* exiſtimaverim, duas priores ſyllabas *Teiſter* in voce *Teiſterbant* corruptas eſſe e voce *VVeſter*, dictamque illam Regionem olim fuiſſe *'t VVeſterland*, tra-

Digitized by Google

sterbandiæ Comitis & Cliviæ, eique vicinorum locorum Præfecti, filiam unicam & hæredem, Beatricem nomine, duxit, & cum hac stemma nobilissimum longa serie per 26. Successores propagavit.

Hic

tractum *Occidentalem*, respectu vicinæ Regionis, quæ Orientalis appellata fuerit, eadem ratione, qua Regnum Francorum in *Neustriam*, f. Westenreich, & *Austrasiam*, Oestenreich, Westphali in *Oost- & Westfalen*, ipsaque Frisia, cum ad Mosam fere olim se extenderet, & Teisterbantiæ partem comprehenderet, in *Oostergow* & *Vvestergow* fuerit divisa.

§. IV. Majoris momenti, nec extra controversiam posita res est, ubi Comitatus TEISTERBANT situs fuerit. *Janus* enim *Douza* lib. 8. Annal. p. 390. Teisterbantiam eandem ait esse cum Toxandria, in qua sententia *Aubertus* quoque *Miræus* fuisse videtur, dum in Diplomatibus Belgicis Lib. 1. No. LII. Diploma refert, quo *Folcoldus*, Tessandriæ Comes & Bernæ Dominus, *Abbatiam Bernensem* s. *Insulæ S. Mariæ*, vulgo Marienweerd, consensu Episcopi Trajectensis instituit, eidemque *Bernam cum omnibus suis appertinentiis, Macimond quoque cum omnibus suis attinentiis, nec non & Erthepe, quæ est in Tessandria*, aliaque tradit; in indice vero Capitum ejusdem libri No. 52. *Folcoldum* hunc *Teisterbantiæ* Comitem appellat. Ejusdem opinionis est Cl. Vir, *Valent. Ernest. Löscherus*, qui in tabula Geographica, quam Introductioni suæ in Historiam medii ævi post pag. 204. inseruit, 'TESTREBANT' P. trans Mosam atque in tractu Toxandriæ collocat; sed insigni errore id fieri, quod pace istorum Virorum mihi dicere liceat, constabit, si in utriusque Comitatus situm penitius inquiramus.

§. V. Taxandriæ primum meminit *Amm. Marcellinus* lib. 17. p. m. 108. ubi *Francos Salios in Romano solo apud Toxandriam locum habitacula sibi figere pralicenter ausos fuisse*, commemorat. Ubi vero Taxandriæ hoc oppidum, a quo tota procul dubio Regio nomen accepit, quærendum sit, an in Selandia, quod *Cluverius* l. 2. c. 29. A. G. putat, an in citerioribus terris, hæsitat *Menso Altingius* in *Notitia Germ. inf.* p. 122. *Browerus* vero ad Venantii Fortunati lib. 3. Carm. XII. *Toxandriam* Episcopatui Leodensi & Brabantiæ finitimam fuisse Regionem scribit: *Toxandria, vel ut posteri appellarunt, Taxandria, Leodiensibus & Brabantiæ finitima olim fuit Regio, cujus appellationis vestigia etiamnum manent. Sunt, qui S. Trudonis Oppidum vicinumque solum pro ipso Taxandriæ capite usurpant. Sed minime fallunt, qui in Tessenderlo, pago Leodicæ ditionis extremo, haud procul Diesta, non obscuro Brabantiæ oppido, ostendunt imaginem sedium, atque* LO *particula quadrat, quæ loca alta ac in palude sita notat, ceu diceres Taxandrorum palustria, ejusmodi compositio est in Venlo, Borkelo, Beverlo. Hadrianus* quoque *Valesius*, Taxandriam inde a Trajecto ad Mosam, vulgo Maestricht, usque ad Mosæ & Vahalis fere confluentes sese extendisse, existimat in *Notit. Gall.* p. 568. Recte omnino, ut quoque liquet ex Diplomate Ottonis II. apud *Aub. Miræum* in *Notit. Eccles. Belg.* c. 66. *Douzam* Annal. lib. 8. & *Matthæum* de Nobilitate p. 86. in quo *Nortwick* & *Itegem* Gandensibus Monachis ab illo Imperatore conceduntur, atque sita dicuntur in *Pago Tessandria*. At vero hi vici hodie adhuc non procul pago *Tessanderlo* prope oppidum Herentals in Campinia Brabantiæ, vulgo de Kempen, superstant. Ipse quoque *Aubertus Miræus* Taxandriam in notat. ad Dipl. LII. lib. 1. *Dipl. Belg.* p. m. 105. ita describit: *Tessandria s. Taxandria nunc Peelandt, cum vicino tractu Campaniæ Brabantinæ & Leodicensis. Hinc Tessenderlo amplum municipium in Brabantia & Leodicensis agri confinibus, secundo lapide a Diesthemio oppido situm.*

§. VI. Comitatum vero Teisterbantiæ longe diversum, atque cis Mosam fuisse situm, e divisione Lotharingiæ, inter Ludovicum Germanicum & Carolum Calvum anno 870. facta, evidentissime constat, quippe qua Lotharingia in duas partes juxta longitudinem fuit divisa, ita ut pars, quæ trans Mosam erat, atque Comitatum Toxandriæ quoque continebat, Carolo Calvo relicta fuerit, altera vero cis Mosam, qua & Comitatus Teisterbant comprehendebatur, Ludovico Germanico cesserit. Chartam ejus divisionis vetustissimam *Pithœus* XII. *Coætan. Script.* post Nithardi Historiam inseruit, unde in rem nostram hæc nunc decerpere conducet: *Anno incarnationis dominicæ 870. Regn. Karoli 33. Indict. III. VI. Id. Aug. fuit hæc divisio Regni facta in Procaspide super fluvium Mosam inter gloriosos Reges Karolum & Hludovicum.* Ludovicus accepit *Coloniam, Treviros, Utrecht, Strasburch, Basulam Abbatiam, Silvestre, Berch, Nin Monasterium, Castellum, Indam, S. Maximini, Ipbernacum, Horream, Sancti Gangulfi, Faverniacum, Lucoviam, Luteram, Balmam, Offonis Villam, Meyeni, Monasterium Sancti Deodati, Bodonii Monasterium, Stivagium, Romerici Montem, Morbach, Sancti Gregorii Mauri Monaster. Ebersheim, Honoma, Masonis Monasterium, Homburc, Sancti Stephani, Strasburch, Erenstein, Sancti Ursi in Salodoro, Grandivallem, Altam Petram, Justinam, Vallem Clusæ, Castellum Carnones, Heribodesheim, Abb. de Aquis, Hoenchirche, Augustchirche*, Com. Tresebant, (in margine legitur *Tesserbant*,) *Batua, &c. Hæc est divisio, quam Carolus de eodem Regno sibi accepit, Lugdunum, Vesontium, Viennam, Tungris Tullum, Viridunum, Cameracum, Vivariat, Uceticam, Montem Falconis, Sancti Michaëlis, Cultdini Monasterium, Sancta Maria in Bisinciono,*

Hic ergo de Theiſterbandiæ Comitatu dicendum eſt, qui longe a Taxandria alius, quas tamen Provincias aliqui confundunt.

Taxan-

ciano, Sancti Martini in eodem loco, Sancti Augentii, Sancti Marcelli, Sancti Laurentii, Leudenſi, Sennonem, Abb. Mellam, Molbarium, Laubias, Sancti Gauderici, Sancti Salvii, Criſpiano, Foſſas Mariliac, Hunulcurt, Sancti Gervaſi, Maalinas, Ledi Samniacum, 'Antonium, Condatum, Merrebech, Tieliuinni, Luitoſa, Calmontii, Sancta Maria in Deonant, Echa, Andana, Vuaſoi, Altum Montem, Comitatum Texandrum. Eandem diviſionem ex Annalibus Bertinianis ad annum 870. & Aimoini appendice integram exhibet ill. *Obreehtus Prodromo Rer. Alſat.* c. 6. p. 60. nominum vero propriorum ſcripturam paulo diverſam a Pithœana recenſione.

§. VII. Quibus autem finibus Teiſterbantiæ Pagus fuerit circumſcriptus, & quas comprehenderit ditiones, indagandum nunc erit. *Snoyus* Ker. Batav. l. 1. p. 9. *Betua,* inquit, *peninſula eſt, jam pars Geldriæ, olim Teiſterbantiæ Comitatui ſubjacebat. Joh. a Leydis* lib. 4. Hiſt. c. 12. Comitatus vero Teiſterbantiæ *continebat in ſe Bommelrewart, Tielrewaert & terras de Arkel, de Heusden, de Haltena, de Vianen, de Culenburch, Buren usque ad antiquam Moſam. Pontanus Hiſt. Geldriæ* lib. 4. p. 53. ubi diviſionem ditionum paternarum, inter fratres Eberhardum & Robertum, Balduini VII. Cliviæ & Teiſterbandiæ Comitis, filios, factam, deſcribit, *Accepit,* narrat, *ab Eberhardo in partem hereditatis Robertus Comitatum Teiſterbandiæ, qui non ſolum inſulam Bomelianam & Thielerwertam, ditionesque, quæ deinceps Heusdania, Arulea, Altenaenſis, Vianenſis, Culemburgenſis & Burana audire cœperunt, complectebatur, verum etiam quicquid ab Lecca, Lingaque ad veteris usque Moſæ Alveum continetur.* Addit *Teſchenmacher. Worcumienſem & Gorcumienſem* tractum his verbis: *Comprehendit autem Comitatus Teiſterbanticus olim inſulas Tielanam & Bommelienſem, ditiones Worcumienſem & Gorcumienſem, Heusdanam, Herculeam, Altenanenſem, Culeburgiam, Vianenſem, ac quidquid a Lecca, (ab olſtructione Rheni ad Cattorum vicum in littore Rheni, ob quam oſtium ejus medium poſtea exaruit, ita dicta,) Linga itidem, olim foſſa longa ſeu Corbulonis appellata, ad Veteris Moſæ, Rheuique alveum continebatur.* Convenit quoque cum his *Schlichtenhorſtius* in *Hiſt. Geldr.* lib. 1. p. 48. Binnen ende Leyndens de Gelderſche Betouw was in den Verleeden tyd in Grotachtin het Graſſchap van Teyſterband t'welck onder de Franſe Konigen meer dan 100. Jaeren vor de tyden van Karel den Grooten werd opgehaelt ende de Dieſe en Bommelſe werden, het Gebied van Workum, Altena, Heusden, Arckel, Vijanen, Kulenburgh, Büren, ende dien gantſen Landſtreeck, die daer iſt van de Leck en Linghe tot an den ouden Maes in ſyn boeſen begreep. Egregie horum Scriptorum teſtimonia confirmat Autor Vitæ *S. Suiberti* T. II. *Script. Brunſvic.* ubi de Suiberto, *Convertebat,* ait, *ſua duleiſtua prædicatione fere totum Comitatum Teiſterbantiæ, in quo conſtruebantur Eccleſiæ multis in locis, aut templa idolorum conſecrabantur in Eccleſias Dei & Sanctorum, utpote Eccleſia S. Vincentii Martyris in* Zandwyk *prope Tielam: in* Arkel, *in honorem S. Dei Genetricis Virginis Mariæ; in* Höreraer, *in honorem S. Dionyſii Areopagitæ;* in Schoenreword, *in* Authuesden, *in* Aelborch, *in* Woudrighem, *in* Ghieſen, *in* Rhyswyck, *in* Amkerck, *in* Erkum, *in* Avefaet, *& in pluribus aliis locis.* In qua Eccleſiarum Teiſterbantiæ deſcriptione loca maxime remota juxta Leccam ſita ſunt, nec longe trans Moſam ſe extendunt. Accuratiſſime ergo a Perilluſtri Viro *a Coccejus* Teiſterbantiæ ſitus deſcribitur, dum in Tabula Geographica, cujus in monitis ad Juris Prudentiam publicam §. 3. ſpem fecit, ut ederetur, implere autem propter continuas ac graviſſimas occupationes publicas, quod dolemus, hactenus impeditus fuit, inter Leccam & Moſam, pauloque ultra, eam collocat.

§. VIII. Veluam quidem Comitatus Teiſterbantiæ partem quoque fuiſſe, exiſtimat *Broverus* ad vitam S. Meinwerci n. 4. & *Ant. Matthæus* de Nobilitate p. 207. putatque poſterior, id innuere formulam, qua Conradus II. in Diplomate ſupra cit. & Henricus IV. in ſuis codicillis ibid. *Comitatum* in *Teiſterbant* Diœceſi Trajectenſi tradunt, reſpectu videlicet *Veluæ,* partis Teiſterbantiæ, quæ demum poſtea Henrici IV. donatione eidem Diœceſi obvenerit. Inde quoque controverſiam de Velua inter Epiſcopum Trajectenſem & Ducem Lotharingiæ Friderici II. tempore forſan ortam fuiſſe ſuſpicatur, Epiſcopo contendente, Veluam, una cum Teiſterbantia Diœceſi ſuæ traditam, a Duce Lotharingiæ feudi tantum nomine teneri, nec absque Epiſcopi conſenſu alienari potuiſſe. Hæſitat tamen & dubius manet uterque. Nobis firma ſtat ſententia, quam ſupra expoſuimus, Pagum Teiſterbantiæ plures minores Comitatus olim comprehendiſſe, atque horum unum per Comitatum *in* Teiſterbant deſignari, adhuc exiſtimamus. Forte autem Comitatus *Unrochi* ſive *Urochi* is fuit, quippe quem Conradus II. integrum tradit Trajectenſi Diœceſi, cum Otto III. quædam ex illo Comitatu jam antea eidem conceſſiſſet. Verba hujus ſunt in diplomate apud *Hedam* p. 95. *Omnem diſtrictum ſuper villam Bomele, & ſuper cuncta, quæ ad eandem villam pertinent, videlicet publicæ rei ſubjecta. Teloneum, monetam, & negotium generale fermentatæ cereviſiæ, quod vulgo* Grutt *nuncupatur, imo quicquid in jam dicta villa ad publicum bannum ſive diſtrictum pertinere viſum eſt*

in

Taxandria enim, ut Joanni Geropio Becano placet, a ſterilibus Sabuletis nomen habet, & in Brabantia ſita; Theiſterbandia autem a quercubus appellationem ſortitur, ut

in Comitatu Unrochi, *in Pago, Teiſterbantia dicto, ſitum, atque eundem diſtrictum cum moneta, banno & teloneo & totius publicæ rei functione.* Quod vero ad *Matthæi* conjecturam attinet, de jure, quod Epiſcopus Trajectenſis in Veluam ſe habere prætendit, atque controverſia hinc orta, ipſe Vir clariſſimus, & rerum geſtarum alias peritiſſimus, incertam agnoſcit, neque ullus veterum æque ac recentiorum, quos ſupra citavimus, Scriptorum, Veluam Teiſterbantiæ partem unquam fuiſſe, memorant, finesque potius Teiſterbantiæ Leccam ſtatuunt ad unum omnes.

§. IX. Comites Teiſterbantinos jam inde a Seculo VII. ſibi invicem hereditario jure ſucceſſiſſe, atque Comitibus Clivenſibus, Marcanis, Montenſibus, Dynaſtis quoque Heusdanis, Culemburgicis, aliisque originem dediſſe, tradunt Geldriæ, Cliviæ, vicinarumque ditionum Annales unanimi conſenſu omnes, tam impreſſi Teſchenmacheri, Pontani, Schlichtenhorſtii, Velpenii, aliorumque, quam MSt. mei Honſeler. vulgo Avendorpienſes, atque Eſſendienſes, eo, quem ex iis conquiſivimus, atque in *adjecta* his *Tabula* deſcripſimus, Genealogico & ſucceſſionis ordine:

TABULA GENEALOGICA

COMITUM TEISTERBANTIÆ, ET EX IIS ORTORUM COMITUM CLIVIÆ, MARCANORUM, &c.

WALTERUS, Com. Teiſterb.

S. Bertinus, THEODORICUS, Com. Cliviæ & Teiſterb. — BEATRIX.

BEATRIX. — ELIAS *Gralius*, aliis *Grajus* vel *Gracilis*.

THEODORICUS, Com. Cliviæ & Teiſterb. Ux. *Ida*, Comitis Hannoniæ filia.

Gottfrid, Com. Loenſis ſeu Loſſenſis.

Conradus, vulgo Haſſiæ Landgravius.

REINOLDUS, Com. Cliv. & Teiſterb. Ux. *Iſabella*, filia C. de Arduenna & Limburch.

LUDOLPHUS, C. Cliv. & Teiſterb. aliis LONO & LEO. Ux. *Alhcida*, filia C. Aquitaniæ.

JOHANNES I. C. Cliv. & Teiſterb. Ux. *Conſtantia*, filia Michaëlis, Imperat. Orientis.

ROBERTUS, C. Cliv. & Teiſt. Ux. *Sarina* Lotharingica.

BALDUINUS, C. Cliv. & Teiſterb. Ux. *Hildegard*, filia Ludovici, C. Provinciæ.

LUDOVICUS, C. Cliviæ & Teiſt. obiit cœlebs.

Everhardus, qui *Comites Cliviæ* propagavit.

ROBERTUS, C. Teiſterb. Ux. *Cunegunda* Hojana.

LUDOVICUS, C. Teiſterb. Ux. *Adela*, filia Beringeri, Com. Namurc.

Gerolfus.

Theodoricus, C. de Altena, a quo *Comites Altenani* ſeu *Marcani* in Weſtphalia deſcendunt.

Robertus, Stirps Dynaſt. *Heusdanorum*.

Everhard, Monachus.

BALDUINUS, C. Teiſterb.

Filia N. — WALGERUS, C. Teiſterbantiæ.

Theodoricus, vulgo Comes primus Hollandiæ.

DIEDERICUS, C. Teiſterb.

HENRICUS, C. Teiſterb.

Gerbrand, Stirps Dynaſt. & Comit. *Culemb.*

ANSFRID, C. Teiſterb. ultimus, & defuncta uxore *Hilfuinde*, Epiſcopus Traject.

Digitized by Google

ut Bernhardus Furmer. Annal. Friſ. lib. 7. exiſtimat: Heiſter enim lingua vernacula populi Batavici Quercum, Banth Campum denotat, quibus in unum compoſitis, addita præ-

§. X. In illa vero Comitum Teiſterbantinorum ſerie merito ſuſpectum videri poteſt, quod jure hereditario ſibi invicem ſucceſſiſſe dicantur, cum e contrario conſtet, Ducatus & Comitatus a Regibus Francorum Merovingicis non minus, quam Carolingicis, pro arbitrio ipſorum Ducibus & Comitibus, nec ad vitæ quidem dies ſemper, nedum hereditario jure, fuiſſe collatos. *Gregorius Turonenſis* lib. 6. Hiſt. cap. 45. *Major Domus autem Waddo, qui olim Santonicum rexerat Comitatum.* Idem lib. 9. cap. 31. *Anno ſequenti remotus a Comitatu Palladius Arvernum regreſſus eſt. Romanus vero Comitatum ambivit.* Idem lib. 6. cap. 22. *Rex igitur perfoſis Chilpericus civitatibus fratrit ſui, novos Comites ordinat, & cuncta jubet ſibi urbium tributa ferri.* Teſtimonium quoque ejus rei eſt, quod nomen olim Comiti non a territorio, ſed huic e contrario a Comite fuerit datum. Appellabantur enim *Comitatus Bernardi, Thiatmari, Henrici, &c.*, ut pluribus exemplis adductis oſtendunt *Meibomius* in Vindic. Billing. C. III. p. 14. & *Douſa* lib. 5. Annal. Duces quoque pro lubitu removebant Reges. *Aimoinus* lib. 3. Hiſt. c. 47. *Hoc Aſclepius, officio quondam Ducis functus, nocte una omnes interemit. Gregor. Turonenſis* lib. 9. cap. 7. *Ennodius cum Ducatum urbium Turonicæ atque Pictavæ miniſtraret adhuc, & Vici Julienſis atque Benarnæ urbium Principatum accipit. Sed euntibus Comitibus Turonicæ atque Pictavæ urbis ad Regem Childebertum, obtinuerunt, cum a ſe removeri. Ille vero, ubi ſe remotum de his ſenſit, ad civitates ſuperius memoratas properat, ſed dum in illis commoraretur, mandatum accepit, ut ſe ab iisdem removeret, & ſic accepto otio ad Domum ſuam reverſus, privati operis curam gerit.* Vide pluribus *Alteſerram* de Ducibus & Comitibus Lib. 1. cap. 5.

§. XI. Etſi vero ita Principes ſucceſſores in Comitatibus, quos vellent, elegerint, Comitum tamen filii, modo ad munus illud obeundum idonei eſſent, non ſolebant negligi. *Regino* ad An. Dcc XXX. *Uto*, ſcribit, *Comes obiit, qui permiſſu Regis, quicquid beneficii, aut præfecturarum habuit, quaſi hereditatem inter filios diviſit.* Caroli Calvi Capitulum apud *Miræum* in Annal. Belgic. A. 677. fol. 403. *Si Comes de Regno obierit, cujus filius nobiscum, filius noſter ordinet de his, qui eidem Comiti plus familiares & propinquiores fuerunt, qui cum Miniſterialibus ipſius Comitatus, & cum Epiſcopo, in cujus parochia fuerit ipſe Comitatus, ipſum Comitatum provideant, ſive regant, usque dum nobis renuncietur, ut filium illius, qui nobiscum erit, de honoribus illius honoremus. Hinamurus* quoque in Epiſt. pro inſtitutione Carolomanni Op. T. II. p. 201. *Perſonas*, ait, *hominum & mores ac qualitates illorum, per quos, ſi aliqua funt collapſa, reſtituantur, veſtra ſolertia providebit, quoniam de his, quos tempore Domini Hludovici Imperatoris vidi Palatii Procuratores & Regni præfectos, neminem ſcio eſſe ſuperſtitem, ſcio tamen de illorum nobilitate natos pro patribus filios, licet illorum mores ac qualitates ignorem. Ipſi vero procurent, ut non ſine moribus ac virtute, atque pro ætatis quantitate vel temporis qualitate, ſapientia & ſtudiis bonis degeneres, quatenus merito patrum loca & officia ſuppleant.* Atque hanc gratiam filiis Comitum in inferiori Germania, & Belgio inprimis, feciſſe videntur Principes, quippe cum in Hollandiæ, Geldriæ, Cliviæ, aliisque vicinis Comitatibus ex eadem familia Comites ſibi invicem jam a tempore Carolingico ſucceſſiſſe, iſtarum ditionum Annales conſtanter referant; cujus rei forte ratio fuit, ut Comites illas ditiones tanto majori ſtudio defenderent adverſus Galliæ Reges, qui inde a Caroli Calvi tempore illis perpetuo inhiarunt.

§. XII. Quod ad ſingulos Comites Teiſterbantinos attinet, primum quidem WALTERUM recentiores Scriptores apud *Schlichtenhorſtium*, lib. 5. c. 60. commemorant, vid. *Tab.* p. 193. ſed antiquæ ſtirpis ultimum, ortum, ut ajunt alii, communi cum Naſſovicis Principibus origine, *Naſua* videlicet, Suevorum Principe, cujus *Cæſar* meminit lib. 1. de bell. Gall. p. m. 24. atque inter cujus poſteros fuerit *Bratuspontus*, avus *Deiſterbanti*, a quibus Comites Teiſterbantini deſcenderint, nomenque Bratuspantorum & Teiſterbantinorum acceperint. Sed omnia hæc partim incerta, quippe nullo ſubnixa teſtimonio idoneo, partim fabuloſa ſunt, ejusdemque farinæ cum fictitii Beroſi ſ. Annii Viterbienſis nugis de Gambrivio, Marſo, Vandalo, Suevo, &c. Heroibus, atque Conditoribus Gambriviorum, Marſorum, Vandalorum, Suevorum, Germaniæ gentium.

§. XIII. THEODORICUM, qui ducta Walteri filia, Comitatum Teiſterbantiæ ſimul impetravit, atque cum Cliviæ Comitatu conjunxit, ultimum quoque Cliviæ Comitum ex Urſinorum Familia Romana fuiſſe, hujus autem duos fratres jam diu ante Cæſarem in eas terras veniſſe, atque arce Cliviæ condita, ipſos, ac poſteros eorum usque ad hunc Theodoricum, vicino tractui præfuiſſe, nonnulli referunt. Quibus fabulis merito rejectis, *Vinand. Pighius* in Herc. Prodic. p. 49. vel ab Orcinio, cujus *Cicero* meminit in oratione pro Cluentio, vel alio ejusdem nominis, ſanguinis & familiæ, qui cum Julio Cæſare in Galliam Belgicam profectus ſit, priſtinos Cliviæ Comites deſcendiſſe putat, nulla vero ratione meliori, quippe cum credibile non ſit, Francos, ex quo illi Galliam univerſam occuparunt, Familiæ Romanæ integras ditiones relin-

Digitized by Google

præpoſitione the per Syntheſin, Theiſterbandt / quaſi dicas, Querquetulanum, efficies: quod etiam trunci ſub terra occultari, qui ſubinde in illo tractu effodiuntur, atque in Dor-

linquere voluiſſe. MStum meum *Effendienſe* ex Principibus Harciniis, unde & Urſinorum familia in Italia originem duxerit, antiquos Cliviæ Comites derivat, quippe e quibus Berengerus III. metu Francorum in Italiam aufugerit, aſſumpto nomine Urſinorum, ejus autem filius *Aribertus*, a Conſtante Imperatore Occidentis in Germaniam miſſus, atque Saxoniæ Vicarius conſtitutus, circa ſylvam Hercyniam rurſus conſederit, & non Anhaltinis ſolum, ſed & Clivenſibus Principibus originem dederit. Verum præterquam, quod meræ fabulæ ſint, quæ de Vicario in Saxonia a Conſtante Imperatore conſtituto dicuntur, cum Saxonia nec in ejus, nec Prædeceſſorum poteſtate fuerit, ex ipſa quoque Principum Urſinorum circa ſylvam Hercyniam familia, quam *Martinus Milagius* Vindiciis ſuis Anhaltinis inſeruit, nulla inter ipſos & Cliviæ Comites propinquitatis ratio apparet, niſi hos a Maria, Vitellionis filia, quæ Hollandiæ Dynaſtæ Adolpho nupſiſſe ibi dicitur, derivare velis. *Teſchenmacherus* Annal. Cliv. p. 103. mavult, priſtinos Cliviæ Comites e Patriis Nobilibus originem ſuam duxiſſe, inter quos, Sigiberti & Dagoberti Regum Francorum tempore, Theodoricus noſter, & Daltho, illius vel parens vel cognatus, rebus ſuis præclare geſtis, prior Cliviæ, poſterior Turgoviæ in Helvetia Comitatum meruerint.

§. XIV. Crediderim potius, Theodoricum illum vel filium vel nepotem fuiſſe *Urſionis*, cujus meminit *Greg. Turonenſis* l. 6. c. 4. & alibi, tam potentis Ducis in Regno Auſtraſiæ tempore Childeberti, ut non tantum Reginæ Brunichildi, ſed & Childeberto quoque ſeſe opponere auſus fuerit. Ita enim de eo *Turonenſis* c. l. *Lupus vero, Dux Campanenſis, cum jam diu a diverſis fatigaretur & ſpoliaretur aſſidue, & præſertim ab* Urſione *& Berteſredo, ad extremum conventione facta, ut occideretur, commoverunt exercitum contra eum. Quod cernens Brunichildis Regina, condolens fidelis ſui inſecutiones injuſtas, præcingens ſe viriliter, irrupit medios hoſtium cuneos, dicens: Nolite, o viri, nolite malum hoc facere, nolite perſequi innocentem. Reſpondit* Urſio: *Recede a nobis, o Mulier, ſufficiat Tibi ſub viro tenuiſſe regnum, nunc autem filius Tuus regnat, regnumque ejus non tua, ſed noſtra tuitione ſalvatur. Tu vero recede a nobis, ne te ungula equorum noſtrorum cum terra conſodiant.* Libro quoque 9. c. 9. idem Auctor refert, quod *Urſio* conſpirationis adverſus Regem Childebertum initæ caput extiterit, atque *tractaverit cum ſuis, ut, ſi Rex Childebertus aliquid contra eos agere voluiſſet, virtute ab ejus exercitu ſe defenſarent.* Oportet ergo Virum magnæ auctoritatis & potentiæ fuiſſe *Urſionem*, nec indignum, qui Principibus Clivenſibus originem dediſſe dicatur. Confirmat me in ea opinione, non ſolum quod *Urſio a* Comitatu Cliviæ haud longe remotus fuerit, ſed & ita Comitatus ille nec longo nimis tempore & hereditario jure, quod ab illo ævo alienum erat, in una familia hæſerit; Denique quod ita ratio appareat, cur Annales Clivenſes fere omnes Comites Clivenſes ab Urſinis Principibus arceſſant, confuſis nimirum *Urſionum* cum *Urſinorum* nominibus, quod propter arctam illorum convenientiam facile fieri potuit. Ceterum Annalibus Honſeleriani, qui *S. Bertinum* Theodorici fratrem fuiſſe referunt, adſtipulari non poſſumus, majoremque fidem habemus *Pagio*, qui ad *Baronii* Annales Ao. 698. una cum S. Audomaro ex Arnulphi & Anſegiſi genere eum ortum fuiſſe ſcribit.

§. XV. De HELIA GRALIO, qui aliis *Elias Grajus* & *Ælius Gracilis* appellatur, mirum, quam fabulenter. *Pighius* in Herc. Prod. p. 53. 54. Familiæ iterum Romanæ Æliorum, Æliique iſtius Gracilis, cujus *Tacitus* Annal. XIII. c. 53. meminit, Galliæ Belgicæ Legati, ejus originem acceptam refert. *Petrus a Streithagen* in Schematibus ſuis Geneal. origine Græcum, atque Eliam, quem *Theophanes* p. 317. 318. T. VII. Hiſt. Byzant. inter cædis Juſtiniani II. *Auctores* refert, fuiſſe exiſtimat, a Theodoſio III. Cliviæ Comitem conſtitutum. *Teſchenmacherus* quoque Græcæ originis eum habet, pag. 182. Annal. Cliviæ. Alii e Trojanis eum arceſſunt, quo *Stangefolium* collineare autumo, quando Annal. Weſiph. lib. 2. Arnulphi ex familia abnepotem fuiſſe memorat, Principis, Trojanæ cum ceteris Francis, ut fabulantur, originis. Communi fama creditus fuit egregius Heros, ortus e Paradyſo terreſtri, qui navicula, tracta a cygno, catena aurea circa collum ornato, Noviomagum, Beatricis ſedem, venerit, illamque virginem Cliviæ & Teiſterbantiæ heredem ea conditione duxerit in uxorem, ne in familiam ſuam inquireret, quod tamen, cum uxor poſt editos tres filios nihilominus curioſius feciſſet, diſparuerit, ut pluribus referunt Annal. MSti *Honſeleriani*, *Pighius* lib. cit. *Joh. a Leydis* in Chron. Belgico lib. 4. c. 12. *Teſchenm.* in Annal. Cliv. p. 104. *Petr. a Verbagen* de variis illis circa genus hujus Heliæ ſententiis ita canit in Clione Menapia p. 8.

Sunt, qui me referunt inter genioſque Deoſque,
Pratiſque Elyſiis me remeaſſe volunt.
Et ferox Elias, Bardæ qui caſtra gubernans,
Abſtulit enſe caput, Juſtiniane, tuum.

Dordrechti æſtuario vicus, nomine Heiſterbach, nunc fluctibus oppreſſus, oppidum denique Worcumium, olim Woudricheimium, id eſt, ſi Latine transferas, fundus ſylveſtris,

Meque ſuum varii dubio certamine dicunt.
Helvetiique ſuum, Romulidaque ſuum.
Deſine ſcrutari noſtræ primordia gentis,
Alti quod fuerim ſanguinis, acta probant.

Obſcuræ originis, ſed egregiæ formæ & virtutis juvenem fuiſſe exiſtimo, quem navi cygni figura inſignita advectum, rebus ſub Pipino Heriſtallo & Carolo Martello adverſus Saxones & Friſios præclare geſtis, de cœlo miſſum dixerint, atque Cliviæ & Teiſterbantiæ a Carolo Martello Præfectum, Beatrix, Theodorici filia, ditiſſima virgo, maritum ſibi cooptaverit, ſed cum poſtea eum propter obſcuram familiam contemneret, effecerit, ut is conjuge relicta cum Carolo Martello adverſus Saracenos fuerit profectus, nec redierit. Quod vero Teiſterbantiæ Comitatum non hereditate Beatricis, ſed beneficio Caroli Martelli ex more iſtius temporis Eliam accepiſſe diximus, confirmant *Annales Honſeleriani*, qui ita referunt: *Quoniam quidem Heliæ, primus Cliviæ Comes, Carolo Martello in iis graviſſimis expeditionibus opem præſtiterat, glorioſe quoque ſæpenumero ex hoſte proſtrato trophea reportarat, gratitudinis loco Comitatum Teiſterbandiæ clariſſimum a Carolo percepit.* Quod additur: *ſic tamen, quod Trajectenſis Eccleſiæ, a ſe fundatæ, Vaſallus eſſet*, & a *Spenero* quoque in Hiſt. Inſign. lib. 2. c. 46. aſſeritur, ſuſpectum mihi eſt, quod Teiſterbandiæ Comitatus poſtea demum Dioceſi Trajectenſi acceſſerit. Exiſtimo potius, Eliam hunc, ut & ejus poſteros Eccleſiæ Trajectenſis Advocatos fuiſſe, qui circa illa tempora adjungi Eccleſiis cœperunt.

§. XVI. *Heliæ* iidem Annales, ut & *Teſchenmacherus* p. 184. MStum meum *Eſſendienſe*, *Akerlaken* in Geneal. Ducum Geld. Jul. Cliv. *Schlichtenhorſt.* p. 469. tres adſcribunt filios, quorum ſecundo genitus *Godofredus* Comitibus Lonenſibus ſ. Loſſenſibus in agro Leodienſi originem dederit; quod vero non convenit cum *Pontano*, qui lib. 4. Hiſt. Dan. p. 95. Carolum M. *Ogerio cuidam Dano Loſſæ Comitatum dono dediſſe* refert, *a quo Comites Loſſenſes originem ſuam repetant*; niſi dicere velis, Godfredi illius familiam jam tempore Caroli M. extinctam fuiſſe; *Conradus* vero tertio genitus Haſſiæ Præfectus fuiſſe dicitur. Natu vero maximus *Theodoricus* patri in utroque Comitatu ſucceſſit, de quo Annales Honſeleriani *Theodoricus*, ſcribunt, *Heliæ filius, Comes Clivenſis & Teiſterbandinæ ſecundus, annis præfuit 25. Vir Deo & Eccleſiæ devotus, animo conſtans & magnificus, in bellis aſtutus & victorioſus, egenorum & orphanorum pater atque alumnus, totusque virtuoſus, cui ob præclaras animi dotes Carolus Martellus Idelam, Hannoniæ Comitis filiam, neptem dedit uxorem, ex qua* Reinoldum *dedit ſucceſſorem.* Quæ verba ſimul videntur innuere, nec Theodoricum, nec ejus filium jure hereditario, ſed beneficio Principis in utroque Comitatu ſucceſſiſſe. *Reinoldo*, qui Iſabellam Arduennenſem in matrimonio habuit, ſucceſſit filius *Ludolphus*, quem alii *Leonem*, alii *Lononem* etiam appellant, *grandium virtutum*, ut *cit. Annal.* eum laudant, *dotiumque Princeps, quarum odore illectus Carolus M. Gallorum Rex, plurimum hunc veneratus eſt, atque in obeundis Regni negotiis a Conſiliis crebro uſus eſt*; Pater ex Adelheida Aquitanica *Johannis I.* ſucceſſoris, quem *Lazius* de Migrat. Gent. p. 136. ex Ludolphi fratre Leone natum fuiſſe putat, ſed perperam; habuit enim Reinoldus omnium Annalium conſenſu unum filium Ludolphum, qui & Leo fuit dictus. Cum vero dilecto inferioris Germaniæ *Luiff* appellaretur, alii in *Low* vel *Lew*, ejusdem fere ſoni nomen, illam appellationem converterunt, unde poſtea Leonis & Lononis nomina emerſerunt. Ceterum *Johannes*, quem MStum *Honſeler.* laudat, ut Principem, *infinita dignum laude, liberalem, clementem, magnificum & virtuoſum*, ex Conſtantia, filia Michaëlis, Imperatoris Orientis, ad quem forte a Carolo M. miſſus fuit, duos filios reliquit, *Robertum & Balduinum*, mutuos in utroque Comitatu ſucceſſores. Quod enim *Lazius* l. c. p. 136. *Robertum* Lotharingiæ Præfectum fuiſſe ſcribit, communi iterum Annalium Clivenſium conſenſui adverſatur, atque inde quoque falſitatis arguitur, quod nullus adhuc Ducatus, Lotharingiæ nomine, iſto tempore extiterit, quare & ſuſpectum mihi eſt, quod *Carina*, conjux Roberti illius, filia *Ducis Lotharingiæ* fuiſſe dicatur.

§. XVII. *Balduino* in Comitatu Cliviæ ſucceſſit *Ludovicus*, filius ejus primo genitus, atque hoc ſine liberis defuncto, *Everhardus*, a quo reliqui Comites Cliviæ deſcendunt; *Robertus* vero tertio natus Comitatum Teiſterbantiæ in feudum a Comitibus Clivenſibus accepit, atque Comites Teiſterbantinos propagavit, pater trium filiorum, inter quos Comitatus ille ita rurſus diviſus fuit, ut *Robertus* tertius filius ditionem Heusdanam, ſtirps Dynaſtarum *Heusdanorum*, quos longa ſerie *Schlichtenhorſt.* p. 61. atque *Teſchenm.* p. 187. recenſent; *Theodoricus* tractum Altenanum, a quo Comites Altenani ſ. Marcani in Weſtphalia orti fuerunt; *Ludovicus* vero natu maximus reliqua, titulo Comitis Teiſterbantiæ, acceperit, pater *Everhardi*, qui in Monaſterium abiit, & *Balduini*, qui in Comitatu Teiſterbantiæ ſucceſſit; ſed unicam reliquit filiam, cujus matrimonio cum Waltgero, Geroldi filio, Comitatum Teiſterbantiæ ſimul

in

Digitized by Google

ſtris, ſeu ſylvæ dives dictum, arguunt. Situm præterea ſuum habet Theiſterbandia in antiqua Batavorum inſula, & ſcuto leonis, ad inſtar Phriſiorum ceſpitum cum ſex libis ſcan-

in hujus familiam tranſiiſſe refert *Schlichtenhorſtius* p. 6. Certe *Walgerum* ſub Carolo Calvo Imperatore Teiſterbantiæ Comitem, atque fratrem fuiſſe *Theodorici*, Hollandiæ Comitis, teſtatur *Chron. M. Belgicum*, p. 65. *Iſte Theodoricus, primus Hollandiæ Comes, habuit fratrem, nomine Walgerum, qui erat Comes Teiſterbant, commoratus apud Teylam in villa Avezaic dicta.* Idem *Heda* non ſolum confirmat, ſed & a Carolo Calvo eundem Comitatum traditum ipſi fuiſſe, refert p. 58. *Volunt aliqui cum hoc tempore, puta Hungero Epiſcopo Comitatum Hollandiæ habuiſſe originem, donante illam jam deſolatam incurſione Normanica Carolo Calvo Imp. ad precer Johannis VIII. & Haganonis, Viri potentis, cuidam nobili Theodorico ex Hildeberga, nepte ejus juniore, filia Ludovici pii Auguſti, ſtirpeque antiquorum Francorum oriundo, quor a Trojanis deſcendiſſe commemorant, quodque hic Theodoricus minor natu fratrem habuerit Walgerum ſive Weifarium nomine, quem Comitatui Teiſterbantiæ ab eodem Imperatore præpoſitum, & ſedem conſtituiſſe in Aveſato prope Tbilam, Haganonem vero in oppido Xantenſi, quondam Trajani Colonia, (quam corrupte jam Trojam dicunt,) habitaſſe, & Provinciis vicinis imperitaſſe, teſtantur autore præcipue Johanne Beka.* Juxta hæc igitur rurſus non tam dotis nomine & jure uxoris, quam ſolo beneficio Imperatoris Comitatum Teiſterbantiæ obtinuit *Walgerus*. De Hollandiæ Comitatu, *Theodorico* ſimul conceſſo, *Johannes de Leydis* in Chron. Egmond. c. 6. *Anno*, inquit, *Domini* 863. *Carolus, dictus Calvus, Francorum Rex, & poſtea Romanorum Imperator, in Villa Pladella reſident, ac Hollandiam omnino denuo depopulatam percipiens, ad inſuantiam Comitis Haganonis tradidit nobili viro Theodorico, fratri Walengeri, Eccleſiam Hæemundenſem, & totam Hollandiam cum magna parte Friſiæ. Hic itaque Theodoricus, primus Comes Hollandiæ, &c.* addito donationis illius diplomate.

§. XVIII. Verum haud leve dubium adverſus hæc nobis injicitur, quod Carolus Calvus nec Teiſterbantiæ, nec Hollandiæ ditiones unquam poſſederit, quippe quæ poſt Ludovici pii obitum diviſione Regni Francici Virodunenſi An. 843. Lothario Imp. illo vero defuncto, ex paterna diviſione An. 845. facta ejus filio Lothario, & poſt hujus obitum Ludovico Germanico per pacta, inter ipſum & Carolum Calvum An. 870. Marsnæ ad Moſam inita, obvenerunt, vid. Annales *Bertinianos, Fuldenſes, Metenſes*, ad annos citatos, *Nithardum* lib. 3. & 4. Tempus vero, quo Carolus Calvus poſt Lotharii junioris, anno 869. defuncti, exceſſum Lotharingiæ Regnum occupavit, ac tenuit usque ad diviſionem modo commemoratam, nimis breve & turbulentum fuit, quam ut Comitatuum iſtorum curam habere potuerit: Neque id quoque volunt Scriptores citati. Pluribus, quod ad initium Hollandiæ Comitatus attinet, illam *Bekæ* aliorumque ſententiam refellunt *Douſa* lib. 5. Annal. *Ant. Matth.* de Nobilit. lib. 1. c. 11. 29. & 30. Comitatum ergo Teiſterbantiæ pariter non a Carolo Calvo, ſed vel a Lothario juniore, vel Ludovico Germanico *Walterum* noſtrum impetraſſe oportet. Ceterum ejus & fratris *Theodorici* pater juxta *Bekam* p. 30. & *Buchel.* in not. ibid. *Gerolfus* fuit, Friſiæ Comes, cujus Annales *Metenſes & Rhegino* ad an. 885. meminerunt inter legatos, quos Godefridus, Friſiæ Dux, ad Carolum Craſſum Cæſarem miſit. Tanto facilius quoque & mihi id perſvaderem, ſi verum eſſet, quod *Teſchenmacherus* p. 183. Gerolphum ipſum Teiſterbantiæ Comitem fuiſſe, ejusque magnam partem ab Arnulpho obtinuiſſe, refert. Sed *Rhegino*, quo teſte nititur, ad a. 889. ejus rei nihil habet. *Aub.* vero *Miræi* Codicem piar. donat. quem dedonatione iſta Gerolpho facta *Ant. Matthæus* citat l. c. p. 30. inſpicere mihi non licuit. Dubium inſuper movet *Chron. Rythm. Holl.* in Theod. ubi Gerolfum ſine liberis deceſſiſſe ſcribit, & *Joh. a Leydis*, qui lib. 6. c. 6. Hiſt. Theodoricum, Sigeberti, Aquitaniæ Comitis, filium, atque ex Regum Merovingicorum familia ortum fuiſſe commemorat, quod ultimum *Schlichtenhorſtius* forte tollere ſtudet, dum Mechtildem, Gerolfi conjugem, priore marito defuncto, Sigeberto nupſiſſe refert p. 60. Quis vero Gerolfi pater fuerit, non magis conſtat.

§. XIX. Sed, ut redeamus, unde digreſſi ſumus, Waltgero memorato filium *Didericum*, atque nepotem *Henricum* ſucceſſiſſe volunt, patrem *Anfridi*, ultimi Teiſterbantiæ Comitis, qui Hilſundem, filiam Comitis *Stryenſis*, ut ipſa ait in dipl. apud *Aub. Miræum* Dipl. Belg. p. 49. uxorem habuit, ea vero in cœnobium B. Mariæ in Villa Thoren, teſte *Heda* p. 93. remiſſa, Trajectenſis Epiſcopus fuit electus. Ita enim de eo ſcribit *Chron. M. Belgicum* p. 91. *Defuncto Balduino Pontifice, Anfridus de Domo Bratuspanciæ, Comes Lovanienſis vel Hoyenſis, qui prius de ſeculari Comite clericus attonſus erat, ab Eccleſia Trajectenſi XVIII. Epiſcopus Trajectenſis electus eſt, Anno Domini 894. Pontificatus Johannis Papæ XVI. anno IX. Iſte S. Anfridus inſpirante Deo multa prædia patrimonii ſui donavit ad uſum S. Eccleſiæ Trajectenſis, quæ antea cum imperio poſſedit in Comitatu Bratuspancium & Teiſterbantiæ apud Tielam; Fuit autem Principalis locus ejus in Dryel apud Boemel, & erat Dominus fere illius Inſulæ: Inſuper de Altena apud Woudreghem;* quæ verba partim ex *Bekâ*, partim ex *Heda* in *Anfrido* deſumpta ſunt. *Bratuspanciæ*

Digitized by Google

ſcandentis, inſignita fuit, ut inde quoque intelligatur, juxta eundem Furmerium, Phriſiam veteri ſæculo in cis- & trans-Rhenanam (1) diviſam fuiſſe, & in illa quoque alios ſupe-

pancia vero nomine Brabantiam intelligo. Ita enim Annales Leodienſium ad An. 988. *Clarebat hoc tempore inter Nobiles Francorum Anfridus, Comes Hoyenſis, qui etiam, cum eſſet Comes Bratuspancium &c. Chronicon* vero *Affligemenſe* de eodem ad An. 990. *Anfridus, Comes Brachbantorum, tam juſtitia, quam potentia famoſus.* Brabantia videlicet olim Brachbant, Brachbantum & Brachbantium vocabatur, uti Brabanti Bratuspantes. Titulum vero iſtum reſpectu Comitatus *Stryenſis*, quem cum uxore acceperat, eum tuliſſe credo, quia Comitatus ille in Brabantia ſitus fuit, atque, teſte *Aub. Miræo* Dipl. Belg. p. 51. *Montem S. Gertrudis & Bredam, itemque Baerte in Campania Brabantiæ, aliaque vicina loca comprehendit.* Potentiſſimum ſane oportet fuiſſe Comitem, ſi inſuper Hoyenſem, Lovanienſem & Dynanenſem tractum tenuit, quod vult *Heda*, cujus vero teſtimonium, quia *Beka*, ad cujus auctoritatem provocat, illarum ditionum nullam facit mentionem, mihi ſuſpectum foret, niſi *Aub. Miræus* Cod. donat. piarum p. 51. diploma referret, quo Otto III. Eccleſiæ Leodenſi Comitatum Hoyenſem donat, quem Anfridus antea tenuerat. Obiit vero A. MVIII. Comitum Teiſterbantiæ ultimus, finemque impoſuit ipſi quoque Comitatui, Ditionibus, quæ ex illo ſupererant, penitus diſtractis, de quo, ut paucis adhuc diſſeramus, ſupereſt.

§. XX. Maxima vero ejus Comitatus pars variis tum Imperatorum, tum ipſorum Comitum donationibus Diœceſi Trajectenſi ceſſit. *Verum*, inquit *Heda* p. 66. *parum eſt, hæc commemoraſſe, cum Henrici, Ottones, & ſubſequentes Reges & Imperatores longe majora contulerunt, nempe adjacentes provinciæ, ubertate glebæ, frequentia populi & amplitudine opum & potentia Regno haud ceſſuras, veluti Comitatus boni Everhardi, Walgeri*, Teiſterbantiæ *&c.* Donarunt nempe eidem Eccleſiæ Otto I. *Monaſterium in loco Tiela conſtructum, cum nova atque lapidea Civitate, omniburque Eccleſiis, prædiis, &c.* Dipl. v. apud *Hedam* p. 86. Otto III. *omnem diſtrictum ſuper villam Bomele, & ſuper cuncta, quæ ad eandem villam pertinent, videlicet publicæ rei ſubjecta, aliaque in Comitatu Unrochi & Villa Arclo.* Dipl. apud *Hedam* p. 95. Quas donationes confirmavit poſtea Henricus II. Dipl. ibid. p. 101. Conradus II. *Comitatum in Teiſterbant*, quem *Unrochi* ſupra diximus, integrum adjecit, Dipl. p. 115. ratamque habuit illam donationem Henricus IV. Diplomate, quod primum edidit *Ant. Matth.* de Nobilit. p. 205. atque exiſtimat, ad eundem quoque Comitatum pertinuiſſe Culemburgum, Vianam, & reliqua ad Leccam fluvium. Certe, & has ditiones perveniſſe ad Eccleſiam Trajectenſem refert *Heda* p. 244. His ergo donationibus, & præcipue, ex quo *Anfridus*, quem commemoravimus §. præc. magnam ſuarum ditionum partem eidem Eccleſiæ donaverat, atque reliqua inter agnatos ſuos diſtraxerat, factum fuit, ut Comitatus Teiſterbantiæ pariter ac titulus ejus, cum fine prole relicta is obiret, penitus mox deſierint. *Teſchenm.* p. 187. MSt. *Eſſend.*

§. XXI. Verum cum his aliisque incrementis Diœceſis Trajectenſis nimis augeretur, atque Epiſcopi tot ditionibus regendis pares non eſſent, factum, ut vicinis Principibus atque Dynaſtis multas rurſus in feudum dederint, quo jure Duces Brabantiæ *Civitatem lapideam in Tiele &c.* cum officio Dapiferi Epiſcopi Trajectenſis; Comites Geldriæ *Tielerwert & Bomelerwert* cum officio Venatoris ejusdem Epiſcopi; Comites vero Clivenſes *Woudrechem cum agris, campis, aquis, aquarumque decurſibus & juſtitiis*, una cum officio Camerarii ejus Eccleſiæ, tenuiſſe, patet ex Adelboldi Charta de *Vaſſis Eccleſiæ & Epiſcopi Traject.* apud *Hedam* p. 111. Vianenſes Præfectos quoque Vaſallos eorundem Epiſcoporum fuiſſe, ut & Dynaſtas Culenburgios ad annum usque 1281. quo ab illo nexu hi ſe liberarunt, ex eodem *Heda* patet pag. 224. & 209.

§. XXII. Variis poſtea mutationibus, quibus ditiones antiqui iſtius Comitatus Teiſterbantiæ obnoxiæ fuerunt, factum tandem fuit, ut ditiones *Heusdana, Vianenſis, Altenaenſis, Worcumienſis* Batavis; *Bomelana & Tielana &c.* Geldris; *Culemburgenſis* Comitibus Waldeccenſibus ſubjectæ nunc ſint; *Burana* vero ex hereditate Arauſionenſi ad *REGEM PRUSSIÆ* quaſi poſtliminio redierit, quippe per Duces Clivenſes & Comites Marcanos ex antiquis illis & illuſtribus Comitibus Teiſterbantinis ortum, juxta *Tab. Genealog.* quam p. 193. adjecimus.

(1) Friſia ingentem medio ævo tractum, atque nec Hollandiam ſolum & Selandiam comprehendit, ſed & in Geldriam usque & Flandriam ſe extendit. De Hollandia *Robertus de Monte* ad ann. 1074. *Robertus autem accepit conjugem relictam Florentii, Comitis Friſiæ*, &c. De Selandia *Annal. Bertin.* ad ann. 837. *Ea tempeſtate Nortmanni, irruptione ſolita Friſiam irruentes, in Inſula, quæ Walacria dicitur, noſtros imparatos aggreſſi, multos trucidarunt.* In Flandriam ſe extendiſſe, teſtatur *Mejerus*, Annal. Flandr. l. c. ubi *Oſtendam* oppidum *Friſiæ* appellat. Citerioris Friſiæ meminit *Beda* l. 5. Hiſt. Eccleſiaſt. c. 11. atque eo nomine omnem Friſiam cis Flevum intelligi putat *Ant. Matthæus* de Nobilit. l. 1. c. 14 quæ ſuperior appellatur ab *Ægili*, Abbate Fuldenſi, in vita Sturmionis, ubi *ex ſuperiori*, ait, *Freſonia a Trech* (Utrecht) *ſcilicet Cænobio fideles venientes fratres* &c.

Digitized by Google

ſuperiores, & inferiores alios appellatos. Totam autem a porta Neomagi incipere, inque Sinſala ſive Schaldi olim deſinere, eamque Friſios, Hollandos, Selandos complecti, docere Mejerum in Annal. Flandr. ad annum Chriſti 691. & ad annum 1011. vult idem Furmerius; Epigramma (1) denique marmoreæ portæ Heſelianæ Neomagenſi inſcriptum: *Hususque jus Stauriæ;* ab altera parte ad Ortum: *Hic pes Romani Imperii;* idipſum approbare, cum Stauriam Friſiorum metropolim olim fuiſſe certum ſit.

Comprehendit autem Comitatus Theiſterbandicus olim Inſulas Tielanam & Bommelienſem, ditiones Worcumienſem & Gorcumienſem, Heusdanam, Herculeam, Altenanenſem, Cuilenburgiam, Viannenſem, ac quicquid a Lecca, (ab obſtructione Rheni ad Cattorum vicum in littore Rheni, ob quam oſtium ejus medium poſtea exaruit, ſic dicta,) Linga itidem, olim foſſa longa ſeu Corbulonis appellata, (qui Plinio lib. 4. cap. 15. Tacito, Dione, aliisque teſtibus, ut ſtagnantes aquas ex Rheno in Moſam educeret, illam deduci juſſit,) ad veteris Moſæ Rhenique alveum continebatur. Porro ex hac illuſtri & antiquiſſima familia Comitum Theiſterbandinorum, non Hollandiæ tantum, ſed Clivíæ quoque, Geldriæ, aliique complures Principes & Dynaſtæ originem ſuam trahunt.

Nam quod ad Hollandiæ Comites attinet, Rex Arnulphus anno 889. Francofurti Gerolpho, Theiſterbandiæ Comiti, Altenacum, Suidershagam, ut putat idem Furmerius, Buſcumducis, Aelburgum inter Worcumium & Heusdam: deinde a Woudrichemo ad Moſam Sylvam-ducis verſus, Ortham, Hornam, Wyckam, Aelſtiam & Bochoviam conceſſit: Hujus Gerolphi filius, Theodoricus, primus Hollandiæ Comes (2) fuit, & Theodoricum II. genuit, cui Vasda donata fuit.

De Geldriæ Præfectis infra.

Elias vero Grajus, obſcuræ quamvis originis, bellis tamen, ut diximus, Friſio, Saxonico & Bojo valde excellens, inque iis Carolo Martello egregia opera præſtita, eidem charus & acceptus fuit, & Beatrice, Theodorici, ultimi Clivíæ Dynaſtæ, filia, ducta, a Theodorico, Francorum Rege, primus Clivíæ Comes creatus & confirmatus eſt.

Ex Beatrice autem tres filios (3) ſuſcepiſſe volunt, *Theodoricum* Clivíæ, *Godefridum* Lonenſem, & *Conradum* Haſſiæ Comites, & primo quidem inſignia ſua, octo nimirum ſceptrorum clypeum, quo hodie etiamnum Clivenſes Principes utuntur; ſecundo cornu ſuum aureum; tertio annulum ſuum tradidiſſe volunt Annales Clivii vetuſti, quorum veritas penes auctores eſto.

De octo ſceptris Cliviis ita (4) vir quidam nobilis & doctus in Ducatu Clivio:

Sceptra ſuis ſceptris, adjunctas urbibus urbes,
Arcibus atque arces, cerne, pagosque pagis.
Hæc concreſcentis patriæ eſt illuſtris imago,
Hæc ſunt Cliviacæ ſceptrigera arma domus.

Ju-

(1) De quo vide infra in *Hiſt. Geldria.*
(2) Vid. *cit. Diſſert.* §. 18.
(3) Vid. *Diſſert. cit.* §. 16.
(4) *Petrus* quoque *de Verhagen* in *Clione Menapia* p. 11. de iisdem Inſigniis ſic canit:

Elia, quid ſceptra notant Scuti octo? Nepoti
Quod totidem terris imperitare detur.
Aurea cur? Signant fore Clivis aurea Secla.
Umbo quid niveus? Cum pietate fidem.
Purpureus quid Campus? Ego quod multa cruore
Cum multis geſſi bella Strategus ovans.
Cornua quid? Bubulique caput? Tutela notatur.
Quid Diadema? Mea parta trophæa manu.

Vinand. Pighius in *Hære. Prodic.* p. 56. per octo illa Sceptra tot Solis radios, atque per Taurinum caput Solem intelligit, Tauri ſymbolo olim cultum. Scilicet, ut Eliam ex gente Romanorum Ælia, quam ab ἥλιος, *Sole* ita dictam putat, ortum fuiſſe probet. Fabulæ! De Sceptris vero reliqui Scriptores Clivenſes omnes, atque *Geliot* libro *Vraye & parfaite ſcience des Armoiries* p. 54. & *Rouck* im Nederlandiſchen Herault p. 38. inſignia illa intelligunt, ſed Principibus Clivenſibus haud propria fuiſſe docent. Olim Comitum Clivenſium inſignia

Cc

Digitized by Google

Juſtitia has collegit opes, pietasque regentis,
Diſtractas has vis impietasque dabit.

Porro *Theodoricus* Clivius a matris ſuæ agnato, ſine liberis defuncto, Theiſterbandiam dono accepiſſe fertur, atque ob pietatem cæterasque, quibus emicuit, virtutes eandem ab Epiſcopo Ultrajectino jure fiduciæ (1) obtinuit, & ad poſteros derivavit, donec eam Robertus, Ludovici, Comitis Clivenſis octavi, filius, inter ſuos liberos diſtribueret, & Theodoricus, Gerolphi Friſii pater, ex ea Altenacum obtineret, Robertus Heusdenam, ut jam porro indicabimus.

Cum autem, ut ſupra dictum eſt, Elias Grajus, Beatricis maritus, in expeditione Saracenica occubuiſſet, illa quoque ex nimio luctu paulo poſt deceſſit, anno Chriſti 735. De ea ita Petrus a Streithagen, (2) Canonicus Hinsbergenſis in Ducatu Julio, in Tetraſtichis ſuis:

Principium generi Clivio de nomine dicto
Matrona antiqua nobilitate dedit.
Inde tot ætatum ſeris labentibus annis
Illuſtris radians perſtat honore domus.

De marito vero ejus:

Elias validis memorabile nomen in armis,
Virtutis retulit præmia clara ſuæ.
Namque Beatrici fœlici fœdere junctus,
Dotalem titulo condecoravit humum.

Theodoricus ſecundus (3) Patri & Matri, vel ob ejus ſuaque propria merita, vel, ut alii exiſtimant, per mortem avi materni Gualteri, ultimi Theiſterbandiæ Comitis, ſine hærede defuncti, anno 742. ſucceſſit, & Comitatum ab Epiſcopo Ultrajectino in feudum accepit, eumque cum Comitatu Clivenſi quinque & viginti annis adminiſtravit. Poſt Carolum Martellum defunctum, Carolomanno, ejusque filio Pipino, adverſus Germanorum rebellionem opem tulit. Nam audita Saxonum defectione, raptim copiis in Ripuaria congregatis adfuit. Veriti autem Ripuarii, ne ad nomen Theodorici victoriæ fama tranſiret, ſi eum in eodem prælio ſecum haberent, ideo ſine eo cum Saxonibus congredi decreverunt, quod male ipſis ſucceſſit. Vide Annales trium Regum Francorum, Pipini, Caroli Magni, & Ludovici Pii, ab Hermanno Novæ Aræ, & Ulpiorum Comite reſtitutos, (4) & Carolo V. Cæſari dicatos. Ex Ida, ut Catalogus vult, (5) Hannoniæ

---

gnia fuerunt ſcutum argenteum in campo rubro, cui Theodoricus VIII. octo lilia adjecit, cum bacillis, qui initio ſcutum argenteum tetigerunt, prolongati autem poſtea fuerunt, ut in ipſo ſcuto coierint, atque ſceptrorum figuram præ ſe tulerint hac forma:

(1) Ita MS. *Honſelarienſe* de *Elia* jam refert. Vid. *cit. Diſſertat.* §. 15. Feudum vero fiduciæ quid ſit? *Schilterus* exponit ad J. F. Alem. c. 7. p. 97. Eo jure quoque Marchionatus Aſtenſis Comiti Sabaudiæ ab Henrico VII. Imperat. fuit commiſſus juxta *Guichenonem* in *Hiſt. Geneal. de la Royale Maiſon de Savoye* lib. VI.

(2) Vide quoque *Petr. a Verhagen* in *Clione Menapia* p. 7. & ſeqq.

(3) De quo vid. *cit. Diſſert.* §. 16.

(4) Quia cum *Eginharti* vita Caroli M. primus edidit 1521. quos ipſe Benedictino cuidam Monacho, *Freherus* Adelmo cuidam, *Andr.* vero *du Cheſnius*, *Lambecius*, *Sirmondus*, *Marca*, aliique Eginharto adſcribunt. Vid. Cl. *Schminckii*, civis mei, Præfat. ad *Eginhart.* vit. Caroli M.

(5) Atque MS. *Honſel. Bartholdus* van *Akerlaken* in de groote en warachtige Genealogie der Hertogen van Gelderen, Cleve, Berge, &c. *Schlichtenhorſt.* in *Hiſt. Geldriæ* p. 469. *Petr. Verhagen* in Clione Menapia p. 15. *Stangefol.* Annal. Circ. Weſtph. lib. 2. p. 58.

Digitized by Google

niæ Comitis filia, Reinholdo ſucceſſore, & Ida, Comitiſſa Kuickienſi, relictis, anno Chriſti 759. in fata conceſſit. De quo ita Streithagenus:

Belligeri ſubiit poſt fata ſuprema parentis
Materni natus, nomine dictus avi.
Cætera quæ poſſent illius laudibus addi,
Longa vetuſtatis tempora nocte premunt.

Reinboldus, Theiſterbandiæ & Cliviæ Comes tertius, annis præfuit his ditionibus undecim, de quo Stephanus Pighius, Annales Clivenſes ſecutus, in Hercule ſuo Prodicio tradit, illum cum Pipino Heriſtallenſi Danos ſive Nortmannos, Oceani littora, adeoque Hollandiam & Ultrajectinenſem Epiſcopatum ferro igneque infeſtantes, Cliviamque tributariam reddentes, compeſcuiſſe; Radbodum etiam, Friſonum Regem, de quo in prima Parte, Ultrajecto profligaſſe: cum tamen diu ante annum 759. quo Reinholdus præeſſe cœpit, uterque obiiſſet, Pipinus quidem anno 714. Radbodus anno 719. & prima etiam Danorum irruptio anno 816. ab omnibus fere Scriptoribus ponatur, niſi quis Annales de Pipino, Caroli Magni patre, qui anno 768. obiit, & Radbodo ſecundo, ei coætaneo, loqui velit, ut pateat, magnos Joves, ut ille ait, quandoque emori. Verior ergo ſententia eſt, illum Pipino Regi, Patri Caroli, adverſus Saxones in Orientali Francia militaſſe. Sub hoc Comite Reinholdo a S. Lebuino (1) Collegium Canonicorum Daventriæ, & ſimile Zutphaniæ & Embricæ conſtitutum eſt. Obiit poſt undecim annorum imperium anno Chriſti 770. ex conjuge Iſabella, aliis Reginoſtida (2) vel Alcida, Ardennæ & Limburgi Ducis filia, Lonone Luiffio, ſeu Ludolpho (3) dicto, ſucceſſore relicto. De quo Streithagenus:

Reinboldus Friſios domuit ſine fine rebelles,
Et tulit a ſævo clara trophæa Duce.
A Duce Radbodo qui ſacri transfuga fontis
Cum proavis ſtygios maluit ire lacus.

Ludolphus I. Comes Cliviæ & Theiſterbandiæ in ordine quartus, Carolo Magno in expeditione Saxonica plurimum ſubſidii tulit. Cum enim ille, ut Annalium Partis primæ lib. 3. dictum eſt, in Hiſpaniam contra Saracenos moviſſet, Saxones, ſuaſione Wirekindi, Angariæ Ducis, qui ex duodecim Regulis tum univerſæ Saxoniæ imperium moderabatur, rebellare cœperunt, quos Carolus per ſuos ipſa hyeme aggreſſus, magna ex parte fugavit, iterumque ad deditionem compulit. Tandem vero Ludolphus Comes, pacis & quietis amantior, rebus domeſticis compoſitis, divinis totum ſe conſecravit, ex ſingulari pietate in monte Joachimi Eremitæ cujusdam, in ſylva ibidem latitantis, Bedberga, (4) quaſi dicas oratorio, ſeu precationis monte, prope Clivos ædificato, ibi vitam piam toto reliquo vitæ ſuæ tempore egit. Hoc oratorium labentibus temporibus, anno nimirum Chriſti 1124. in cœnobium Ordinis Præmonſtratenſis a Theodorico, nominis II. & demum in Collegium Virginum nobilium exemptarum mutatum tranſiit, & jam Bellis Belgicis devaſtatum, deſertum jacet. Præfuit annis viginti, & diem in his terris extremum clauſit an. Chr. 790. Ex Adelheide ſive Alcida, Sigisberti Regis & Ducis Aquitaniæ filia, quæ ex eadem, qua Comites Hollandiæ, (5) ſtirpe prognata, Joannes ſucceſſor ortus eſt. De Ludolpho patre ita Streithagenus:

Lu-

(1) Qui a Gregorio, Epiſcopo Trajectenſi, in Trans-Iſalaniam ad propagandam ibi Chriſtianam Religionem una cum Othelgrimo & Marchelmo miſſus erat. MS. *Honſel. Schaten.* in Hiſt. Weſtph. p. 44. *Beka* & *Heda* in Vita Gregorii, Traj. Epiſc.

(2) MS. *Honſel. Bartbold* vero *van Akerlaken* & *Schlichtenborſt. Alcidam*, alii *Iſabellam* appellant.

(3) *Lazius* Lononem Ludolphi fratrem fuiſſe ſcribit, ſed perperam. Vid. *cit. Diſſertat.* §. 16. *Joh.* a *Leydis* in Chron. Belg. l. 4. c. 12. *Luet* appellat. *Pontanus* Hiſt. Geldr. p. 53. & *Heuterus* de Reb. Burgund. l. 6. in Geneal. *Cononem*, corrupte procul dubio pro *Lonone.*

(4) De qua vide ſupra *Cœnobia Veſtalium* in Statu Eccleſiaſtico Cliv.

(5) MS. *Schurenianum* aliique Scriptores; non eadem tamen omnes ratione. Autor enim Geneal. Comit Culenburg. in appendice ad MS. *Honſelerian.* Sigebertum II. Aquitaniæ Ducem, ex Mechtilde conjuge *Waltgerum* Teiſterbantiæ, & *Theodoricum* Hollandiæ I. Comitem ſuſcepiſſe ſcribit. Alii vero ap. *Schlichtenborſt.* l. 5. p. 60. *Waltgerum* ex priore Mechtildis matrimo-

Ludolphus pariter clarum se præstitit armis,
Et tibi devota, Carole Magne, fide.
Degentes etenim trans Rheni Saxones undam
Pendere suscepto compulit æra jugo.

Joannes I. Comes Clivensis & Theisterbandiæ quintus, cum Carolo Magno Witekindum Saxonem anno 798. vicit, non vero, ut Annales Clivenses volunt, occidit; cum constet, eum, a Carolo inductum, Christiana sacra pie atque rite admisisse. (1) Ex conjuge Constantia, Michaëlis Curopalatis, non vero Palæologi, ut vulgo scribunt, quia Synchronismus non convenit, post ayulsum Occidentem, Orientis Imperatoris filia, (2) Robertum & Balduinum (3) sive Baldericum mutuos successores genuit: & post II. annorum imperium excessit anno Christi 801.

Robertus, (4) ejus nominis primus, sub eodem Carolo, re & nomine magno, Rom. Imp. post patrem defunctum, ejus habenas primo capessuit, Comes Cliviæ & Theisterbandiæ factus in ordine sextus, qui quinquennio illo, quo præfuit ad exemplum majorum suorum, ipse quoque, in debellandis Christiani nominis hostibus, zelum atque alacritatem suam ostendit, eo felicior, quod post annos tres & triginta, anno Christi 804. finem atrocissimo bello impositum, & Episcopatibus variis, in barbaris locis erectis, divinum cultum longe lateque propagatum viderit. Ex Garigna, aliis Mechtilde, Ducis Lotharingiæ filia vel sterili, vel unica tantum filia, non diu tamen superstite, ut alii volunt, edita, summa rei ad *Balduinum* fratrem pervenit anno Christi 806.

Hic igitur, Comes Cliviæ & Theisterbandiæ septimus sub Ludovico I. dicto Pio, anno 806. factus, ex conjuge Hildegarde, Ludovici, Comitis provinciæ, & Caroli M. ex Ludovico filio nepotis, in regno Franciæ, filia, suscepit iterum Ludovicum & Eberhardum, in Comitatu Clivio mutuos successores: Robertum denique, cui Comitatum Theisterbandiæ pater Eberhardus & fratres, a Cliviaco ayulsum, quidem tradiderunt, sed jus fiduciæ, quod feudi vulgo vocant, sibi nihilominus in eum reservarunt. Ex filiis enim Roberti, Theodoricus, Robertus & Ludovicus, ex Cunegunde, filia Comitis Hoyensis, ipsi natis, primus quidem stirpem Comitum de Altena propagavit, eumque Gerolphi Frisii patrem fuisse vult Bernh. Furmer. in Annal. Fris. Ludovici autem (5) pronepos fuit Anfredus, Episcopus Trajectensis, qui Balduino itidem Clivensi successit; cui Impp. Otto III. Bommeliam, (6) Henricus vero II. dictus Claudus, Dux Bavariæ, Ottonem secutus, Drentiam (7) anno 1006. donarunt & confirmarunt, ipse vero Comitatum Theisterbandium inter proximos agnatos anno 994. divisit, & Comitatu suo Hoyensi in manus Ottonis II. ad usum Ecclesiæ Leodiensis resignato, inque Comitatu Rienst sex pagis Ecclesiæ Trajectensi donatis, Comitatibus relictis, in monasterium, quod ipse prope Amesfordiam in monte sancto anno 999. condidit, se abdidit, & in senecta luminibus orbatus, 5. Non. Maji anno 1008. vitam cum morte commutavit.

Ro-

---

trimonio cum Gerolfo, Frisiæ Comite, *Theodoricum* vero ex posteriore cum Sigeberto, Aquitaniæ Duce, ortum fuisse narrant. Id certum, Waltgerum & Theodoricum fratres fuisse. Vid. *cit. Dissert.* §. 17.

(1) Vide supra P. I. lib. 3. ad ann. 783.

(2) Ita MS. *Honsel.* & *Schlichtenhorst.* MS. vero *Scburenianum* & *Akerlaken* l. c. sororem Michaëlis vocant. Forte autem Johannes noster inter Legatos fuit, quos Carolus M. ad Michaëlem misisse refert *Regino* l. 2. atque tunc illam amicitiam affinitatemque cum Michaële contraxit.

(3) *Joh.* a *Leydis* Chron. l. 4. c. 12. filium *Rosti* nomine tribuit Johanni, patrem Balduini, omisso Roberto fratre, cujus nomen suspicor in *Rosti* esse mutatum, atque ipsum pro patre Balduini habitum.

(4) De hoc & *Lazii* errore vide *Dissert. cit.* §. 16. in f.

(5) Qui Comitatum Teisterbantiæ nactus est, sub Ansfrido, ultimo Teisterbantiæ Comite, extinctum. Vid. *cit. Dissert.* §. 18. 19. 20.

(6) Diplomata vide apud *Wilhelm. Hedam* pag. 95. seqq.

(7) Otto I. anno 943. Regalia quædam Baldrico, Episcopo Ultraj. donavit, juxta Dipl. apud *Hedam* p. 83. quibus Henricus anno 1006. jus venationis in eodem Comitatu adjecit, Dipl. ap. *Hedam* p. 101. Ipsum vero Comitatum eidem Episcopatui anno 1024. donavit, Dipl. ap. *cit. ant.* p. 112. Vid. quoque *Joh. Piccardum* in Annalibus Drenthiæ.

Digitized by Google

Digitized by Google

TAB. V. GENEALOGICA

DYNASTARUM HEUSDANORUM,

juxta *Pont. Heut.* de Rebus Burgundicis, *Joh. a Leydis*, Chron. Belg. lib. 4. c. 12. lib. 5. c. 35. & lib. 7. c. 13. & *Schlichtenhorstium* lib. 5. H. Geldr.

ROBERTUS, Balduini I. C. Clivix, filius.
Vid. *Tab. Geneal.* Com. Clivensium.

Ludovicus, Com. Teisterb.

ROBERTUS I. Heusdæ Dominus, obiit 857. Uxor *Ada*, filia Henrici, Com. Cuicani.

Theodoricus, Altenæ Dominus.

Balduinus II. obiit 870. Ux. *Sophia*, filia Elderici, Regis Angl.

Edmundus, ob. cœlebs.

Robertus II. ob. 914. non 907. Ux. *Adelheidis*, filia - - Com. Zutphaniæ.

Edmundus, s. *Eathmundus*, ob. 929. Ux. *Hildegonda*, filia Com. Seinensis.

Johannes I. ob. 956. Ux. *Margarita*, filia Com. Lonensis.

Robertus III. ob. 972. Ux. *Gertrudis*, filia Com. Spanheim. vel de Spaeregem, juxta *Johann. a Leydis*, Chron. Belg. lib. 7. c. 13.

Balduinus III. obiit 1028. Uxor *Aleida*, filia Domini Gennepensis.

Johannes II. obiit 1079. vel 73. Uxor *Mechtildis*, al. *Margaritha*, filia Dyn. de Steinvort.

Alveradis, Ux. Theodorici II. Brederodii.

Robertus IV. ob. 1092. Ux. *Johanna*, filia Dyn. Altenani.

Aleida, Ux. Johannis de Arkel.

Balduinus IV. ob. 1110. Ux. *Bertranda*, filia Com. de Lippe.

Johannes III. ob. 1135. Ux. *Christiana*, filia C. Arnsbergensis.

Wilhelmus, ob. 1153. improlis, Ux. *Elisabeth*, filia Com. Leining.

Arnoldus, ob. 1168. Ux. *Maria*, filia Com. de Salm.

Johannes IV. obiit 1192. Ux. *Lucia de Horn.*

Balduinus, *Custanus*, Dyn. de Heeswyck, al. de Herwynen.

Robertus V. ob. 1202. Ux. *Philippoot de Dieft.*

Wolterus, a quo Spiringensis familia descendit.

Johannes V. obiit 1235. Ux. - - de Vernenb.

Wilhelmus, Dynast. de Hedichusen.

Johannes VI. ob. 1279. Ux. *Catharina Lonensis.*

Johannes, Dyn. Veenensis.

Johannes VII. obiit 1303. Uxor. (1) *Aleida de Vuibestein*, alii *VVittestein*. (2) *Ermgard.*

Arnoldus, Dyn. Slusæ.

Johannes, Dyn. Heesbenii.

(1) *Johannes VIII.* ob. - - Ux. (1) *Margarita de Cuick.* (2) *Sophia de Kranendonck.*

Johannes, D. Drongelen.

(2) *Johannes*, D. Elshaut.

(1) *Sophia*, Uxor D. de Saffenberg.

(2) *Johannes IX.* obiit 1334. improlis, Ux. *Cunegunda de Arkel.*

VVilhelm de Drongeln.

Robertus.

Johannes de Drongeln, Elten & Meuven.

Herbertus.

Didericus.

Arnoldus.

Digitized by Google

Robertus autem, primus Heusdæ Dominus, (1) & quidem Cliviæ Comitum beneficio factus, ex Adama, Henrici Cuyckii filia, Balduinum genuit, & anno 857. in fata conceſſit. Balduinus adhuc adoleſcens, cum diu Edmundo, Angliæ Regi, militaſſet, filiam ejus Sophiam clam Heusdam abduxit, & invito patre uxorem accepit, Puderayam, (2) Brakelam & Alſtam pagos condidit; Ipſo vero anno 870. mortuo, Sophiam filiam Rex Edmundus quæri juſſit, (3) quæ Heusdæ purpureum ſericum rubra rotæ machina nere inventa eſt. Pater ab amicis placatus, nepotes ad ſe accerſitos blande ſuſcepit, utque in materna familiæ memoriam armorum inſignia commutarent, (4) & purpuream in aureo ſcuto rotam, ſupra galeam vero aures aſininas, interque eas cæruleam coronam ac aureum rotulam collocarent, juſſit, quæ inſignia poſteri Heusdæ Dynaſtæ retinuerunt. Sophia Anglicana poſt fata Alt-Heusdæ anno 890. inhumata eſt, relicto Roberto II. Heusdæ Domino, ſucceſſore, qui, ab avo materno in Angliam evocatus, liberaliterque donatus, ad lares patrios remiſſus anno 914. obiit. Hujus filius Edmundus anno 956. & nepos Robertus III. Heusdæ Domini, anno 972. in vivis eſſe deſierunt. Roberti vero III. filius, Balduinus III. ex Aleide Gennepia Johannem II. & Alverardem, Theodorici II. Bredevordæ Domini uxorem, reliquit, & anno 1028. exceſſit. Johannes vero, Heusdæ Dynaſta, anno 1073. mortuus, Robertum, ejus nominis quartum, & Aleiden, Joannis Arculei Domini uxorem, edidit. Robertus IV. anno 1093. defunctus, ex Johanna Herculea Balduinum IV. & hic, anno 1135. mortuus, ex Bertrande Lippiaca Joannem III. reliquerunt. Joannes III. ex Chriſtina Arenbergia Wilhelmum & Arnholdum procreavit, anno 1153. vita defunctus. Arnholdus, mortuo ſine harede fratre, anno 1153. ex Maria Salmenſi Joannem IV. & Balduinum, Herwini Dominum, genuit, & anno 1168. exceſſit. Joannes IV. ex Lucia Hornana viciſſim Robertum V. & Gualtherum Spiringium, a quo familia illa nobiliſſima deſcendit, edidit, obiit anno 1192. Robertus V. Joannem V. & alterum Joannem, Venæ Dominum, anno 1232. vita functus, genuit. Joannis V. qui anno 1279. vivis exceſſit, filius Joannes VI. Heusdæ Dominus, cum fratre Arnholdo, Sluſæ, ejusque filio Joanne, Venæ Dominis, Florentii, Hollandiæ Comitis, vaſallus ideo factus, quia Theodoricus, Cliviæ Comes, ei ſub prandio liberali manu jus omne, (5) quod in ditionem Heusdanam ac Altenanenſem habebat, conceſſit, factis ea de re publicis tabulis, anno 1290. Hic Joannes vita exceſſit anno 1302. filius vero Arnholdi anno 1318. cujus filius Guilhelmus (6) jus ſuum in eandem ditionem, adjuvantibus eum quinque filiis, ſummo ſtudio tutatus eſt; offenſis enim Buſcoducenſibus, illi a Florentio, patro-

Heusdæ Dynaſtarum ſeries.

(1) Cujus Succeſſorum Genealogiam, in qua Autor ſæpe errat, vid. *Tab. Geneal. V.*

(2) *Joh. Geerbrand* a *Leydis* Chron. Belgic. l. 7. c. 13.

(3) Vide quoque *Joh.* a *Leydis* Chron. Belgic. l. 5. c. 35. ubi patrem Sophiæ Ederedum vocat.

(4) *Joh.* a *Leydis* l. c. & *Spener.* in Hiſtor. Inſignium l. 1. c. 46. §. 4.

(5) Ita quoque *Joh.* a *Leydis* Chron. l. 24. c. 23. qui tamen anno 1293. id factum refert, & *Viglius Zvichemius* ab *Aita* in Hiſtoria der Gräflichen Regierung in Holland c. 16. ſcribunt. *Iſaac Pontan.* H. Geldr. p. 168. incertum, quibus conditionibus id factum, refert, atque ita quoque *Schlichtenhorſt.* p. 107. Invalidam autem hanc donationem habitam fuiſſe, ex eo apparet, quod Theodoricus, C. Clivenſis, Dynaſtia Heusdana anno 1317. a Duce Brabantiæ inveſtitus fuerit, atque lite ea de re orta cum Comite Hollandiæ, Gerhardus, Comes Juliacenſis, arbiter electus, pronunciaverit, oppidum Heusden jure ſupremi Dominii ad Ducatum Brabantiæ, ratione Vaſallatus autem ad Theodoricum, C. Clivenſem, atque hoc reſpectu ab illo Comite ad Johannem Heusdanum pertinere, *Burkens* Troph. Brabant. p. 152. 154. ut ita ſub feudum fuerit C. Clivenſium. Anno quoque 1357. Heusdanam ditionem Comiti Hollandiæ a Duce Brabantiæ traditam demum fuiſſe, refert *Haræus* Annal. Brabant. T. I. p. 335. quod, cum de ſupremo Dominio tantum intelligi debeat, Comitibus Clivenſibus ſuum jus tum adhuc integrum manſit, quod Theodoricum X. Wilhelmo Comiti tandem vendidiſſe Autor infra refert.

(6) Errat Autor tum in Genealogia, quam vide *Tab. V.* tum in ipſa hac controverſia. Johannes IX. Dynaſtiam Heusdanam conſenſu Agnatorum Duci Brabantiæ vendiderat, poſtquam vero ille anno 1334. obiit, Comes Saffenbergenſis jure uxoris Sophiæ, ſororis Johannis, eandem Dynaſtiam auxilio Hollandiæ Comitis ſibi vindicare volebat, quæ controverſia ita tandem compoſita fuit, *ut Duci Brabantiæ Heusdena permaneret, Comes vero Saffenbergenſis 300. regales aureos ex erario Boſcenſi recipere deberit. Haræus* Annal. Brabant. T. I. p. 317.

Digitized by Google

no ſuo, hi a Duce Brabantiæ auxilium petunt, ſed a Brabantino victus Guilhelmus, & ditione Drongelana atque Heusdana pulſus, hac conditione iterum admiſſus eſt, ut eam a Brabantino in feudum recognoſceret. Tandem vero poſt mutationem variam, arbitrio Guilhelmi Bavari, Hollandiæ Comitis, Brabantinus Heusdana ditione abſolute ceſſit.

Sed ad *Balduinum* redeamus. Is exequiis Caroli M. anno 814. 5. Kal. Febr. in urbe Aquenſi celebratis, interfuit, tum etiam Ludovicum Pium, a filiis imperio exutum, & ſucceſſione, ut vult Münſterus, ſive Compendii, ut Baronius, (1) ſive Aquis, ut Beckius, in cuſtodiam detruſum, fortiter adjuvit, & priſtinæ libertati & honori Cæſareo cum multis aliis Principibus, inprimis Ludovico Bavaro (2) & Balduino Flandro, reſtituit, & Noviomagum reduxit. A quo propterea Tubantia, vulgo Twentia donatus, (3) oppidum Veterocellenſe, alias Aldenſeel, ibidem condidit, in eoque collegium Canonicorum fundavit, (4) Plechelmi Epiſcopi & Marcellini memoriæ conſecratum, obiit poſt 16. annorum imperium anno Chriſti 822. De patre ipſius Joanne ita Streithagenus in Teraſtichis:

Johannes etiam laudis ſuccenſus amore,
Thracicis coluit caſtra cruenta Dei.
Et Witekindum contra feliciter inſtans,
Victricis meruit frondis ab hoſte decus.

De fratre vero Roberto:

Nec minus illuſtri nixus virtute Robertus,
Magnanimæ dextræ proſpera ſigna dedit,
Vel tum præcipue, quando devicta ſupremo
Admiſit Chriſti Saxonis ora jugum.

De ipſo Balduino:

Succedens rapto Balduinus in ordine fratri,
Adſtitit exequiis, Carole Magne, tuis.
Cumque patrem nati bello inſequerentur & armis,
Cæſareo, juvit, motus honore, Pium.

Ludovicus autem, ſub eodem Ludovico Pio, Imp. Comes Cliviæ octavus, cum annis præfuiſſet quatuor vel quinque, Comitatus provinciæ etiam a matre factus hæres, utrumque ei mors præpropera, cum rei bene gerendæ occaſione, in ipſo virtutum veſtibulo præripuit. Ἥγαμος enim atque cælebs ſine hærede exceſſit anno Chriſti 827. De eo idem Streithagenus ſic canit:

Abſolvit brevibus vitam Ludovicus in annis,
Et poſt ſe liquit pignora nulla thori.
Namque obiens primæ verno ſub flore juventæ,
Uxori nondum conſociatus erat.

Ejus tempore Dani & Normanni, (5) propter tributum multis annis non ſolutum, Saxoniam, Weſtphaliam, Sicambriam, nunc Geldriam & Cliviam ingreſſi, Rhenumque trans-

(1) Atque liquet ex actis exauctorationis Ludovici apud *Pithœum* in XII. Scriptoribus Franc. Vide quoque ſupra Lib. III.

(2) Alias Germanico, quod diviſione regni, anno 843. cum fratribus Virduni facta, Germaniam acceperit. Vid. Not. ad Part. I. L. 3. ad res geſtas filiorum Ludovici Pii.

(3) Ita quoque *Akerlaken* l. c. *Schurenius* in MS. Soe dan in deſen Tyden die Thyonte noeh Cleviſche was, ſo ſtychten dieſe vurſt. Balderyn van Cleve die Stadt Oldenzele in die Thwent gelegen, dat nhu Utertſ iſt. MS. *Honſelerianum* Villam tamen jam antea ibi fuiſſe addit. Non unum vero, ſed plures Comites in Tubantia ſ. Twentia fuiſſe, docet *Altingius* in Notit. German. inf. P. II. p. 72. & 185.

(4) MS. *Honſelerianum* ſub Balduino. *Joh. a Leydis* Comiti, quem *Roſti* vocat, fundationem illam tribuit, Chron. l. 4. c. 12. De Plechelmo vero, Oldenſalienſium Apoſtolo & Patrono, vid. *Schaten.* in Hiſt. Weſtphal. p. 398.

(5) Imo hi poſtea demum circa annum 834. Germaniam inferiorem infeſtare cœperunt. Vid. ſup. P. I. lib. 3. ſub *Ludovico Pio* p. 111.

Digitized by Google

transeuntes, Hollandiam, Bataviam & Ultrajectum cum arce **Vredenborgh** (1) depopulati sunt.

Eberhardus patri Balduino, & Ludovico fratri succeſſit, ſub Ludovico Pio & Lothario, ejus filio, Comes Clivix nonus, ob matrem Provinciæ quoque Dominus dictus, pius & juſtus Princeps, qui cum uxore Bertha, Ludovici, Bavariæ Ducis, filia, duos filios, non ſolum egregiis animi & corporis dotibus conſpicuos, ſed & ſanctitate maxime illuſtres, genuit: *Luthardum* (2) ſucceſſorem, qui poſtea quoque in Catalogum Sanctorum relatus eſt, de quo Joh. Molanus (3) in Martyrologio aſſerit, in 15. diem Septembr. feſtivitatem ejus incidere, & vitam rythmo (4) comprehenſam Lovanii excuſam eſſe; Berengarium item, Epiſcopum Tullenſem. Cum quibus, ſicut etiam uxore Bertha, Collegium Canonicorum Wiſſelæ S. Clementis, & virginum Veſtalium Canoniſſarum S. Quirini Noveſii inſtituit, multisque bonis & reditibus dotavit; inprimis Noveſienſi Collegio Eberhardus duas in **Weſſinghoven** & **Herden** villas, rogatu filii Berengarii, aſſignavit, quas Archiepiſcopus Colonienſis (5) diviſit, ſibi jurisdictione utriusque loci retenta, anno 1074. ut ex ſatis longis literis, eodem anno, Indictione 12. 4. Kal. Octobr. ſub Henrico IV. Cæſare, & Papa Gregorio VII. datis, apparet. Inprimis vero memorabilis eſt tabula, in Eccleſia Noveſienſi hac de re ſuſpenſa, quæ ita habet: *Anno Chriſti 825. (6) Indictione 3. Eberhardus Comes, & Bertha uxor eius, nobilis matrona, Ludovici, Bavariæ Ducis, filia, nec non Luthardus, Comes Clivenſis, & Berengarius, Epiſcopus Tullenſis, eorundem filii, duas congregationes Eccleſiarum, unam in Wiſſel, & alteram Noveſii Canonicorum & Canoniſſarum, ſub Gunthero, Archiepiſc. Colonienſi, & Ludovico, Romanorum Imperatore, & Caroli M. ex Ludovico pronepote, fundarunt.* Hæc duo Collegia laudabilem hodieque inter ſe conſuetudinem obſervant, ut alterius Collegii membrum in aliud veniens beneficii præſentia gaudeat. Collegio Wiſſelenſi anno 1192. Theodoricus, nominis IV. Decimas quasdam aſſignavit eidem Sacellum Hulhuſium cum Decimis Theodoricus VI. anno 1252. attribuit, ut in vita utriusque annotabitur.

Porro ex his liquido conſtare poteſt, Noveſium tractum, ſive hæreditate, ſive beneficio Imperatorem & Auſtraſiæ Regum, tum temporis Clivenſium fuiſſe, (7) eorumque

(1) MS. *Honſelerianum* de Prætorio Agrippinæ prope Lugdunum, ubi poſtea Monaſterium Roomburg conditum fuit, id refert. *Beka* & *Heda* in Hungero Epiſc. XI. munitiſſimo caſtro Arnudiliano prope Voorburg, ab Aurelio Imperatore, qui illud condidit, corrupte ſic dicto, id acciditſſe memorant. De utroque id verum eſt, quia *Johannes a Leydis* lib. 5. c. 25. *omnes munitiones Friſiorum* tunc deſtructas fuiſſe narrat.

(2) *Lazius* de Migrat. Gent. p. 136. Eberhardo filium tribuit Berengarium, & Eduardum, patrem Luthardi; ex ſolo ingenio ſuo, quod forte nimis longum ipſi viſum fuerit tempus 46. annorum, quibus Luthardus rexit. In tabula vero fundationum Collegiorum infra poſita Luthardus & Berengarius Eberhardi filii vocantur.

(3) Refert quoque ipſum inter *Animas illuſtres Juliæ, Clivix*, &c. *Theod. Rhay* Anim. illuſtr. Cliv. p. 157

(4) A Johanne Melas Clivenſi, vid. pag. 207.

(5) *Anno* nomine, cui a Luthardo integram ditionem circa fluvium Arnam (**die Erfft**) donatam fuiſſe refert *Gelenius* de Magn. Colon. p. 71. Aſt Luthardus anno 886. jam obierat.

(6) Imo eam iſto tempore nec Eberhardus Comes Clivenſis, nec Guntharius Epiſcopus Colonienſis, nec Ludovicus II. Imperator fuerit, poſt annum demum 855. & ex quo Ludovicus II. Imperator, Lotharii fratre mortuo, Lotharingiæ partem, in qua loca Noveſium & Wiſchel ſita ſunt, peculiari cum Ludovico Germanico pacto inito, acceperat. *Annal. Bert.* ad cit. ann. id referendum eſt. Vide quoque *Stangefol.* in *Annalib. Circ. Weſtph.* Lib. II. p. 159.

(7) Ita quoque MS. *Honſeler.* in *Eberhardo.* Licet vero Eberhardus atque Luthardus prædia quædam circa Noveſium forte poſſederint, eousque tamen Comitatum Clivenſem ſe extendiſſe haud crederem, quod Comitatus tam late ſe tum non extenderint, atque in vicinia alius Comitatus Ermenfridi fuerit, de quo vid. pag. 210. Cæterum Comitatus Clivenſis pars fuit *Ripuariæ*, atque initium ſumſiſſe videtur a duobus pagis *Traham* & *Melant*, de quibus *Nithardus* lib. 1. pag. 441. apud Pithœum in ditionibus, quas Ludovicus Pius Carolo filio aſſignavit, *per fines*, ait, *Ribuariorum Comitatus Moilla, hac Craham, Molant, Maſagowi. Du Freſne* in V. *Ripuarii* legit *Moilla, Trabam, Halt, Molant, Maſagovi.* In *Annal. Bertinianis* ad ann. 837. reperitur *Moilla, Ettraham, Melant, Maſagao. Paulini* de pagis Germaniæ p. m. 147. ita legendum putat: *Moilla, Hattuarias, Hammolant, Maſagobi* vel *Maſagowi.* Lectio-

que jurisdictionem eousque protendisse: quod perantiquum illud eorundem jus in confini castro & Dominio Hulckenradio confirmat, quod a Comitibus Clivensibus ad Dominos Heinsbergios & Saffenbergicos, & ab his, ut infra (1) etiam dicetur, cum Aleida, Heinrici, Domini de Heinsbergh, filia, anno 1257. ad Theodoricum VII. Clivix Comitem, iterum pervenit, qui vicissim illud fratri juniori cessit, hic vero tandem anno 1294. Ecclesiæ Colonienſi vendidit. (2) Continet autem Comitatus hic Hulckenradium, Linnium, Dyckium, castra; pagos vero Wilichum, Visselium, Osteradium, Herdenum, Nielium, Langium: ne de telonio in pago Strumpi (cujus in privilegio Abbatiæ Campensis mentio fit,) & de tota ditione Linnensi, olim ad Clivenses Comites pertinente, Comitatu item Mörsensi contiguo, & antiquo Principum Clivensium feudo, (3) aliquid dicam.

Rexit Comes Eberhardus Comitatum Clivium annis novem, obiit anno 837. Novesii in collegio S. Quirini, a se fundato, post altare S. Crucis tumulatus. De quo Streithagenus:

Fœlix ante alios, fœlix Eberharde, parentes,
Et merito Musis commemorande meis.
Te genuisse tuæ satis ad præconia famæ est,
Et vero tantos te genuisse viros.

De *Luthardo*, sub Lothario, Ludov. II. Carolo Calvo & Ludovico III. Impp. Clivix Comite decimo, Pighius scribit, quod ob virtutes, vitæ puritatem ac sanctimoniam, meruerit affinitate stirpis Caroli Magni & domus Cæsareæ decorari, & Arnulphi Imperatoris filiam Bertham (4) in uxorem accipere, ex qua duos filios suscepit, Balduinum seu Baldericum successorem, & Ricfridum, (5) Tubantiæ Comitem, cujus filius Balduinus (6) Episcopus Ultrajectinus factus, Trajectum a Danis & Normannis (7) vastatum restauravit, & muris altis munivit; Roma corpora SS. Pontiani, Benigni & Agnetis, ut

ctionem *Annal. Bertin.* ceteris præferendam, atque Comitatus illos cis Rhenum in tractu Colonienſi, Moerſano, Juliacenſi & Clivenſi, utpote genuina Ripuaria, quærendos censeo. Comitatum Moillam *Paulini* l. c. in pago Hasbaniæ in tractu villæ Heyllesem ponit, sitæ in pago Moilæ, juxta Dipl. apud *Miræum* in Piis Donation. c. 21. ubi Eberhardus Comes & Gisla Judith ita præcipiunt: *Volumus, ut habeat Curtem nostram in pago Moila, Helissem.* Verum cum pagum Hasbaniæ a Ripuaria, in qua Moilam *Annales Pith.* & *Bertin.* constituunt, diversum fuisse constet, neque hujus fines ad Heylissem se extenderint, *Modilianum* potius in Comitatu Mörsano juxta *Bertium* R. German. p. m. 384. Moilæ vestigia servare crederem. *Traham* & *Molant* pagi videntur fuisse in tractibus Præfecturæ Clivensis *Ham*, & *Moyland*, arcis vetustissimæ, de qua supra. Certe *Traham* quasi *Torttam* & *Melant* distinguunt *Annal. Bertin.* ad ann. cit. *Masagow* pagus fuit circa Mosæ, ubi Nirsa in illam se effundit, ripas, divisus in superiorem & inferiorem. *Paulin.* lib. cit. voce *Mosanus.* Vox autem *Halt* in *Annal. Pith.* erroris mihi suspecta est, quia in *Annalibus Bertinianis* omittitur.

(1) In Appendice III. ad Provinciam Juliam de Dynastia Heinsbergensi.

(2) Chron. Mag. Belgic. p. 285. *In his adversarum rerum angustiis, statu dicti Archiepiscopi* (Henrici de Vornenborch) *continuo fluctuante, ipse semper gerens animum elevatum, quamvis propter acerbitates bellorum pecuniis & rebus necessariis fuisset exhaustus, tamen nobilem possessionem, videlicet castrum & Comitatum* Hulckenrade *ad usum & firmamentum Ecclesiæ magnis pecuniis comparavit.*

(3) Vid. infra Appendicem I. ad Provinciam Cliviam.

(4) *Cuspinianus* in Arnulpho Imperat. *Repperi*, inquit, *ejus quoque filiam, sed ex qua uxore, ignoro, Bartham; quam Luthardus, ejus nominis primus, Comes Clivensis, Filius Everhardi, uxorem duxit, duosque filios ex ea peperit, Balduinum, XI. Comitem Clivensem, & Rikfridum, patrem Walderici, Episcopi Trajectensis.*

(5) Theodorus de Rhay *Sigfridum* appellat l. c. p. 159.

(6) Alii *Baldricum* appellant. Præceptorem fuisse Henrici, Ottonis & Brunonis, filiorum Henrici Aucupis, refert *Wilhelm. Heda* in ejus vita p. 75. propter varias autem rationes suspectum hoc est *Buchelio* in Not. ibid.

(7) De horum irruptione per Rhenum inferiorem Duisburgum usque, vid. *Rhegino* ad ann. 884. *Beka* & *Heda* illam ad Henrici Imperat. tempora perperam referunt, cum post cladem, ab Arnulpho acceptam, de qua vid. *Annal. Fuldens.* ad ann. 891. Germaniam reliquerint, infestare autem illam cœperint Hungari.

Digitized by Google

ut dicitur, eo divexit, & Tubantiam Cliviæ ereptam Eccleſiæ Ultrajectenſi adjecit: (1) obiit anno 979. (2) ante eorum tumbas in Trajectenſi Eccleſia tumulatus.

Luthardus vero, Abbatia Eſſendienſi (3) nobilium virginum cum Alfrido IV. Hildesheimenſi Epiſcopo, anno 878. & Monaſterio in Salenſtatt anno 877. fundatis, poſt 44. annorum imperium anno 881. mortuus, auctoritate Papæ Divorum numero adſcriptus eſt, cujus caput hodieque in Eccleſia collegiata Wiſſelenſi aſſervari fertur, ideoque de eo ſic Johannes Melas Clivenſis:

Forte cupis, templo quis præſit, noſcere, Lector,
Huc oculos flectas, ac lege, certus eris.
Maxima Luthardus Clivenſis gloria plebis
Hac nobis colitur Præſes in æde ſacra.
Qui Comes illuſtris decimus fuit ordine quondam,
A Domino fide credita ſceptra gerens.
Nobilis electo qui vere ſtemmate natus,
Nobilior multo ſed pietate fuit.
Magnanimo præſtans Eberhardus & inclytus Heros
Subjectis genuit pignora tanta ſuis.
Clivia gens primis hunc mirabatur ab annis,
Gaudebat merito plurimum uterque parens.
Quem mare, quem tellus, quem vaſtus ſuſpicit æther,
Aſſueſcit teneris lætus amare Deum.
Pigritiem fugit, quæ certe eſt lerna malorum,
Incubuit ſacris nocte dieque libris.
O quantum ad veros juvenis contendit honores,
Subjiciens Domini ſedulo colla jugo!
Sanctus, morigerus Patribus, monitisque parentum
Optima præpoſuit, peſſima quæque cavens.
Turgidulum ſprevit faſtum, cœleſtia quærens,
Blanditias ſprevit, gaudia vana ſimul.
Turpibus abſtinuit, non cor maleſuada libido,
Non crimen potuit, nec penetrare dolus.
Affligens teneros vigilando corporis artus,
Molliciem fugit lautitiasque ſimul.
Pectore Luthardus ſuſpiria duxit ab imo,
Pro ſe, proque ſuis Numina ſæpe rogans.
Deſpexit nimium ventoſæ murmura famæ,
Supremo ſtuduit rite placere Deo.
Jugiter immotæ fuit hic virtutis amator,
Tempſit opes, miſeris munera larga dedit.
Subjectos placida conſervans pace quietos,
Æterni coluit jura ſacrata Dei.
Æquoreas citius numerare veris arenas,
Omnia quam tanti dixero geſta viri.
Ædificant alii ſpecioſas fortiter arces,
Ut reddant populo nomina clara ſuo.
Hic meliora ſequens, venerandas conſtruit ædes,
Inſcriptum cœlis nomen habere ſtudet.
Acceptam terram ſacros convertit in uſus,
Binaque conſtruxit cum Patre Templa ſuo. Hy-

(1) Anno 1006. Dwentiam Eccleſiæ Trajectenſi jam adjectam fuiſſe, ex fundatione Cœnobii Benedictini in *Hoborſt* conſtare putat *Alting ius* Part. II. p. 185. quibus vero Epiſcoporum artibus, incertum.

(2) Rectius anno 977. *Beka* p. 34. ibique *Buchelius*.

(3) Vid. not. infra *in Statu Eccleſ. Comit. Marcani*.

Digitized by Google

Hymnisonas voluit laudes hic dicere Christo
Sancta conspicuos religione viros.
In templo, quod habent Nussenses, carmine jussit
Nobilis ut Triadi sanguine virgo canat.
Vivere cum thalamis cælebs decreverat Heros,
Propositum vetuit subditus atque Parens.
Præcipitur chari vitam post vota Parentis
Uxoratus agat, Clivia tecta regens.
Cæsaris Arnulphi meruit sibi ducere gnatam
Conjugio tanta nobilitate Comes.
Talia præstiterant Pietas & maxima gesta,
Militiæ virtus, fama decusque viri.
Relliquit Patriæ binos ex conjuge natos
Multis conspicuos religione pari.
Zephlicense Comes Balduinus nomine Templum
Christo Luthardi digna propago struit.
Idem succedit Patri jam morte soluto,
Richfridus frater Twentica tecta regit.
A Christo tandem Luthardus morte vocatus,
Exuvias posuit corporis, astra petens.
Cœlitibus junctus vivit cum Principe Christo,
Sedibus æthereis nil nisi læta videt.
Quam fœlix moritur, Domino qui rite ministrat?
Quanta parata sibi gaudia justus habet?
Ædibus his igitur Luthardus præsidet Heros,
Qui modo flammigeri regnat in arce poli.
Hinc propone tibi, Lector studiose, Patronum,
Ut referas comitem moribus atque fide.
Post obitum celsam sic ingredieris in aulam,
Cœlica perpetuo gaudia lætus agens.

Petrus a Streithagen vero ita in Tetrastichis suis:

Ungariæ Stephanus, Gallis Ludovicus honori est,
Sarmatiæ fulges, o Casimire, decus.
Clivia Luthardi magna pietate superbis,
Quemque solo coluit, nunc colit ipsa polo.

Sic vulgo existimatur, ut supra diximus.

De eodem similiter Petrus Verhagius, (1) in Collegio Clivopolitano Canonicorum Scholarcha:

Ælia gens atque Ursinii Carolique propago
Te reddunt celebrem, Dive Lutharde, *Comes.*
Ast pietas, tecum primis quæ crevit ab annis,
Te magis illustrem fecit in arce Poli.
Ergo regali quam fers a Stemmate laudem
Virtute hanc multo fœnore reddis ei.

De Berengario vero ejus fratre, Comite Clivio & Episcopo Tullensi, ita anno 1632.

Sceptrigera degente tuum cum fratre Luthardo
Stemma, Berengari, sancta propago, trahis.
Clivia te genuit, nutrivit Musa, polivit
Callidice, amplexa est Pontificem Austrasia.
Bina hac prole, Eberharde, Comes ter tertie, fulges,
Quos jure indigetes Patria nostra colit.

Lu-

(1) In *Clione Menapia* p. m. 26. ubi & aliud Carmen & Hymni duo in Luthardi Elogium habentur.

Luthardi tempore Dani quoque, cum 350. navibus Rhenum aſcendentes, Trajectum ad Rhenum ſeu inferius, Noviomagum, Cliviam, Santos, Noveſium, Coloniam, Trajectum ad Moſam ſeu ſuperius, ferro igneque vaſtarunt.

Præterea *Balduini* five *Baldérici II.* ſub Carolo Craſſo, Arnulphó & Conrado I. Impp. Comitis Clivenſis undecimi, ætate, Hunni five Hungari, (1) Pannonia egreſſi, plurimas Europæ regiones, videlicet Galliam Cisalpinam, Bavariam, Saxoniam, Sueviam, Thuringiam & Weſtphaliam, invaſerunt, ferro & flamma ubique graſſantes; contra quos ſub Conrado Imperatore, anno 911. electo, a quo leges Franciceæ ſeu Salicæ (2) dictæ ſunt, Lotharingiam recipiente, cum aliis Germaniæ Principibus Balduinus quoque pugnavit, iis ingenti prælio juxta Ænnum (3) victis fugatisque. Ex Mechtilde, Saxoniæ Ducis filia, Arnholdo ſucceſſore, & Mechtilde, Comitiſſa Lononienſi, & Balduini, Epiſcopi (4) Trajectenſis, Viri eruditione & ſanctitate conſpicui, matre, ipſi natis, cum Provinciam Cliviam annis 37. adminiſtraſſet, anno 917. exſpiravit. De quo Streithagenus: (5)

Cum gens ſæva Hunni, ferro flammaque vagantes,
Teutonici rucret funditus arva ſoli,
Baldericus placidæ contemſit tempora vitæ,
Armaque pro ſancta relligione tulit.

Arnholdus, filius Balduini, ſub Henrico I. dicto Aucupe, & Ottone primo ſeu Magno, Henrici filio, Impp. Comes Clivenſis duodecimus, paternarum virtutum æmulus, itidem contra Hungaros pugnavit, quod tunc Germaniæ communis clades & Clivenſis ſanguinis virtus maxime poſcebant. Pugnavit autem ſub Henrico Aucupe, qui ita dictus, quod aucupio indulgens, (6) ad imperium an. 919. vocatus eſſet, ut verſus habet:

Fallere quod volucres laqueis fiſcoque ſolebat,
Aucupis aucupii nomen ab arte tulit.

Hic

(1) Pro iisdem quoque habent *Boninius* Decad. I. lib. 2. Rer. Hungar. aliique, diverſos vero exiſtimant *Aventinus* lib. 4. Annal. Boj. aliique multi. Vid. not. ſupra ad libr. III. ſub *Merovæo*. In Germaniam irrumpere cœperunt, ex quo Arnulphus Imperator Zwentebaldum, Marahenſium Ducem, in auxilium vocaverat. *Arnulphus*, ait *Luitprandus* lib. 1. c. 5. *cum Maravorum Ducem, quem ſupra memoravimus, ſibi viriliter repugnantem, debellare nequiret, depulſis his prob dolor! munitiſſimis interpoſitionibus, quas vulgo Cluſas nominare prædiximus, Hungarorum gentem cupidam, audacem, omnipotentis Dei ignaram, ſcelerum omnium non inſciam, cadis & omnium rapinarum ſolummodo avidam, in auxilium convocat. Si tamen auxilium dici poteſt, quod paulo poſt, eo moriente, tum genti ſuæ, tum cæteris in meridie occaſuque degentibus nationibus grave periculum, imo excidium fuit.* Ceterum de eorundem irruptionibus in Bavariam, Sueviam, Franconiam & Saxoniam ſub Ludovico & Conrado Regibus, Arnulpho, Bavariæ Duce, eos arcente, vid. *idem Scriptor* l. c. *Otto Friſing.* lib. 6. c. 15. 16. *Continuat. Rhegin.* ad ann. 912. 917. *Wittichind.* Annal. lib. 1. p. 628.

(2) Veram nominis rationem vid. ſupra lib. III. initio.

(3) *Otto Friſingenſis* lib. 6. c. 16. *Anno regni ſui primo Ungari, ad depopulandam terram rurſum effuſi, a Bavaris & Sueviſ juxta Enum (Inn) fluvium ſternuntur.*

(4) Ita quoque MS. *Honſel.* refert. *Joh. Beka* generis ejus nullam facit mentionem. *Wilhelm. Heda* Theodorici III. Comitis Hollandiæ, nepotem ex fratre Sigfrido, Præfecto Kennemariorum, fuiſſe ſcribit. *Joh.* a *Leydis* Chron. Holl. lib. 8. c. 5. *Hollandenſem* natione, atque *Chron. M. Belgicum* p. 90. de domo Hollandiæ ortum fuiſſe memorant. In quo Scriptorum diſſenſu cum *Buchelio* in not. ad *Bekam* & *Hedam* veteri formula N. L. uti malumus, quam errare.

(5) *Petrus* quoque *Verhagh* lib. cit. p. 30. 31.

Cæſare Conrado Germanos inter athletas
Ejeci ſævos Teutonis orbe Scytas.
Hunnos, CHRISTI hoſtes, proſtravi victor ad Oenum.
Sic pius in CHRISTUM, dexter ad arma fui.

(6) *Siffridus Presbyter* ad Piſt. p. 688. *Iſte*, ait, *dicebatur Auceps, quia, dum caperet aviculas, renitens electus eſt.* Nummos quoque cum Henrici icone, aviculam manu geſtantis, extare dicitur, quos tamen nemo hactenus protulit.

Digitized by Google

Hic anno 933. ingenti adverſus Hunnos hos victoria (1) potitus eſt, in qua, 36. eorum millibus ad Martisburgum (**Mersburg**) cæſis, reliqui capti, aut aquis abſorpti ſunt. Idem Henricus anno 940. Eccleſiam in Rynaren, in Comitatu Ermenfridi, (2) ut ſcribitur, in pago Tubalgone, (vel potius Theiſterbandio prope Clivos,) ad Rhenum ſitam, Monaſterio in **Epternach** reſtituit, ejusque filius, Otto primus ſeu Magnus, anno 948. Indictione 3. Non. Aug. confirmavit, quam prius, anno ſcilicet 686. ut in prima Parte dictum, Ebronius Comes cum aliis bonis Willebrordo, Epiſcopo Ultrajectenſi, dederat.

Sub Ottone I. Henrici filio & ſucceſſore, Arnholdus Clivius anno 938. primis ludis Equeſtribus (3) Magdeburgi interfuit, & ex Cunigunde Thuringa, Balduino ſucceſſore edito, & filia Adela, Godefrido Pontano, Geldriæ Præfecto, patri Wichmanni, nupta, **reliĉtis, poſt 45. annorum imperium, anno 962. deceſſit. De quo Streithagenus:**

Arnholdus pariter Scyticos converſus in hoſtes,
Illuſtri geſſit plurima digna domo.
Unde ſuam meruit Magno ſub Cæſare laudem,
Cujus ab aucupio nomina dicta ferunt.

Balduinus ſive *Baldericus III.* (4) ſub Ottone II. & III. itemque Henrico II. Imper. Comes Clivenſis decimus tertius efficitur. De quo notandum, majores noſtros Annalium conditores, vel errore, vel ignorantia lapſos, qui non Balduinum, ſed Wichmannum in ordine Comitum recenſent, Arnholdoque ſubſtituunt: nam circa annum Domini 968. Wichmannus, Comes non Cliviæ, ſed Zutphaniæ, celebre illud cœnobium Sanctimonialium in littore Rheni, a monte alto, Eltenum, (5) ſive a patrono Vito, Vitimontium dictum, in Comitatu (ut habet vetuſtum Diploma,) Hammelandio (6) conſtruxit, &, multis bonis, reditibus atque legatis ei attributis, Luthardam filiam primam Abbatiſſam conſtituit. Quam fundationem Otto primus, ſeu Magnus dictus, anno 970. monaſterio in

Abbatia Eltinenſis.

(1) Henricus ad novem annos pacem cum iis inierat, tributo annuo promiſſo, interea vero urbibus munitis, & militibus diſciplinæ militari aſſuefactis, cum poſtea ſolitum tributum poſtularent Hungari, conſilio cum Principibus Erfurdiæ habito, canem ipſis auribus & cauda præciſum loco tributi miſit, 36. millibus ipſorum, cum vi illud exigere vellent, ju ta Merſeburgum occiſis. Vid. *Anonym.* de fundat. Eccleſ. ap. Leibnizium T. 1. S. R. B. *Wittechindum* p. 641. T. 1. *Meibom.* Rer. Germ. *Luitpr.* lib. 2. c. 7.

(2) Arguit & hic Comitatus Cliviæ vicinus, Comitatum Clivenſem iſto tempore haud valde amplum fuiſſe, variis incrementis poſtea auctum. Dynaſtia Rynacenſis ſub Johanne, ultimo Comite familiæ primæ, ipſi acceſſit. Vid. infra *ſub illo Comite.*

(3) Fide hæc nituntur *Georgii Ruxneri*, ejusque libri, **Thurnier-Buch vom Anfang, Urſachen, Herkommen der Thurniere im Heil. Römiſchen Reich**, quem *Sebaſt. Münſter.* Cosmograph. p. 1204. ſeqq. atque *Franciſcus Modius*, JCtus Bruggenſis, in *Pandectis Triumphalibus* exſcripſerunt, acerrimeque defendit *Bohuslaus* Balb. Epit. R. Bohem. p. 24. Impoſturæ vero non ſine cauſa arguunt *Brunnerus*, *Meibomius*, *Gundlingius* de *Henrico Aucupe*, aliique. Etſi enim jam Carolingico ævo in pugnæ modum ſeſe invicem exercuerint Equeſtres turmæ, Ludi tamen ſolennes, quos torneamenta vocant, ſeculo demum undecimo initium ſumſiſſe, pluribus probat *Carolus Cangius* voce *Torneamentum*, a *Schubarto*, quamvis libro de *Ludis Equeſtribus* ex profeſſo id egerit, minime refutatus. Vereor itaque, ut plurima a Ruxnero conficta ſint, quo familiis nonnullis antiquitatis ſpeciem faceret, quo fuco vero Proſapia Comitum Clivenſium non indiget.

(4) Ita quoque *Hoppius* in **Beſchreibung des Landes und Geneal. der Graffen und Herzogen zu Cleve** p. 105. & 159. *Pontanus* Hiſt. Geldriæ p. 68. *Schlichtenhorſt.* Hiſt. Geldr. p. 470. aliique. MS. vero *Honſel. Schurenianum & Akerlaken* Wichmannum appellant, quem priores inter Comites Zuthphanienſes referunt, quod in Diplomate Ottonis III. apud *Stangefol.* lib. 2. p. 203. & *Pontanum* p. 69. Adela, Wichmanni, C. Zuitphan. filia, *Baldrici* uxor vocetur; haud idoneo ſatis argumento, cum dubium remaneat, an Baldericus ille Comes Clivenſis, an vero Baldericus Comes in pago Trente, cujus Henricus II. Imperat. in Dipl. apud *Wilhelm. Hedam* circa illa tempora meminit, vel alius ejus nominis fuerit. Tam ſcilicet incerta ſunt ſucceſſio æque ac nomina veterum Comitum Clivenſium.

(5) Vide ſupra Cœnobia Veſtalium in Statu Eccleſiaſtico Provinciæ Clivenſis.

(6) Alias *Emland*, ab Hemo fluvio ita dictam, vicinamque pago Nardinelandio in auſtrali ora Flevonis lacus. *Altingius* in Noſt. Inſer. Germ. P. II. pag. 81.

Digitized by Google

in Mundiburnium ſuum, ut vocant, ſive tutelam, recepto, & ab omni judicis temporalis poteſtate, ſolo Advocato, quem Abbatiſſa elegerit, excepto, exempto, confirmavit, & præterea, quæ fiſcus habebat telonii ex piſcatione Salon, & fluvio Iſſula, dicto Habedol, conceſſit, quibus præterea Wichmannus Comes, quicquid prædii per beneficium Imperatoris in terra Vrcf (1) pago Sale in Comitatu Nardinclont poſſidebat, adjecit: donationem etiam curtis (Villæ) Heltmen, & Dornen, & Berthupſen, & Embrick, & Hamma, & Limerſa, & Rynhoven, & Redingen, & Bingarth, & Groſer, & Hoſla, aliis Heſſa, Thimma, Linda, Lepla, Tornas, Thuele, Masnacoch, & in quatuor civitatibus Homſta, Famelga, Merime vel Mirime, & Midage, quæ prius Wichmanno Imperator conceſſerat, & illo monaſterio donavit, rata habuit, prout Diploma prius anno 968. Indictione II. poſterius 19. Kal. Jan. Indictione decimatertia datum, & ſigillo Imperatorio a Zegero, Vice-Cancellario, Roberti Epiſcopi Archi-Cancellarii nomine, in Apuliæ civitate Bunii ſubſcriptum, teſtatur. Hæc porro Otto II. 29. Kal. Jan. anno Chriſti 980. Indictione 9. in Palatio Noviomagenſi, ſubſcribente Willigiſo Cancell. ejusdem Roberti Archicancellarii nomine, & Otto III. anno Chriſti 997. Indict. 10. ſubſignante in eodem Palatio Noviomago Hildebaldo Epiſc. nomine Willegiſi Archiepiſcopi; Lotharius, Cæſar denique an. 1125. coronatus, anno 1134. 4. Idus April. calculo ſuo approbarunt: Lotharius etiam, conſenſu reginæ & conjugis ſuæ Rebeccæ, duo talenta probatæ monetæ ex cenſu Duisburgenſi Adelberto Moguntino & Nortberto Magdeburgenſi Archiepiſcopis, cum decem aliis Epiſcopis, tribus Marchionibus, & multis aliis nobilibus, teſtibus, addidit. Ottoni quoque ſecundo, Imp. an. 994. Lotharius, Rex Franciæ, Auſtraſiam cum Provinciis eis-Rhenanis inter Moſellam, Rhenum & Moſam, ut ſibi contra Normannos auxilio eſſet, ceſſit.

Porro Baldericus tertius, Clivenſis Comes decimus tertius, (ut ad eum redeamus,) Adelam, Wichmanni, Comitis Zutphanienſis, (2) filiarum alteram, Imadi, qui ex ea, ut Jeſuita Browerus vult, S. Meinwercum, (3) Epiſcopum Paderbornenſem 10. ſuſtulit, viduam, uxorem duxit, quæ cum rerum, Eccleſiæ Altinenſi donatarum, juxta Saxonicam legem, (4) ob quam ſine ejus conſenſu pater nullam traditionem facere poterat, mediam partem poſtulaſſet, Otto II. litem hanc componere voluit, ſed morte præventus, Ottoni III. tranſigendam reliquit, qui cum eam fœliciter quoque in Palatio Neomagenſi compoſuiſſet, (5) Comes Balderico cum hac Adela uxore monaſterium aliud in pago Zepſlich (6) in omnipotentis Dei honorem & S. Martini confeſſoris memoriam, an. 1000.

(1) Plurium horum locorum ſitum accurate deſcribit *Altingius* l. c. Patet vero inde, ampliſſimas fuiſſe olim ejus Cœnobii ditiones, unde quæ in Comitatu Hanelandiæ & pago Nardineland ſitæ fuerunt, Abbatiſſa Godelenda, certis tamen conditionibus, in Florentium V. Hollandiæ Comitem, tranſtulit. *Pontanus* Hiſt. Geldr. Lib. 6. p. 157. De Gvilandia, quæ a Wichmanno eidem Monaſterio quoque donata erat, MS. meum Eſſendienſe, *Gvilandicus*, ſcribit, *tractus olim fuit pars ditionis Zutphaniæ, ab Epiſcopo Ultrajectino huic in feudum collatus. Poſtea vero per Comitis filiam, Eltenſis Collegii Abbatiſſam, alicui factus eſt jurie, ac donatione ad hoc Virginum Collegium pervenit, a qua dum Hollandis venderetur pro certo reditu annuo*, ut habetur in *Chronico Holland.* Divis. 7. c. 14. Ipſam vero Satrapiam Eltenſem cum aliis ditionibus Johanni I. Duci Cliviæ, propter navatam in bello adverſus Egmondanos operam, Carolus Audax, D. Burgundiæ, tradidit. Vid. infr. *ſub Johanne* I. *Pontan.* lib. 9. p. 553. Confirmavit vero eam ceſſionem Maximilianus I. *Pont.* l. c. p. 562.

(2) Infra vero in *Hiſtoria Geldriæ* Wichardi, Geldriæ Præfecti, filiam appellat.

(3) De quo infra in *Hiſtoria Geldriæ.*

(4) Quam, *feminæ quoque jus Succeſſionis non derogare*, Autor infra ſcribit. *Pontanus* p. 72. juxta *Conſtitutionem Speculi Saxonici.* Verum cum jure Feudali Saxonico feminæ a Succeſſione e contrario excludantur, ex legibus potius Ripuariis, quæ feminas quoque deficientibus maſculis ad ſucceſſionem in feudis admittunt, atque ſucceſſu temporis trans Rhenum quoque receptæ ſunt, illam controverſiam ortam fuiſſe exiſtimarim. Ita enim Lex Ripuaria: *Dum virilis ſexus extiterit, femina ad hereditatem non ſuccedat.*

(5) Adela & Balderico commotis, ut non ſoluni alienationem illam approbaverint, ſed & multa inſuper prædia eidem monaſterio donaverint, juxta Diplom. Ottonis III. ap. *Pont.* p. 72.

(6) Alias Cevelum Menopiorum ad Moſam. Vid. ſupr. p. 29. de Monaſterio ibidem a Baldrico condito, poſteaque Craneburgum translato, infra. *Hoppius* p. 108. MS. *Schurenianum*, & *Honſel.* Balderico II. monaſterii ejus initia adſcribunt, quia hoc tempore Cliviæ Comitem, nomine Balderici, non agnoſcunt, juxta not. ad p. præced.

Digitized by Google

conſenſu Imperatoris Henrici & Archiepiſcopi Colonienſis, ædificavit, prout verſus loquuntur:

Sefflicenſe Comes Baldericus & Adela templum
Condunt, Herbertus quod tibi, Chriſte, donat.

Quam fundationem etiam Comes Baldericus pretioſa tabula, e tenuiſſimis laminis argenteis deauratis fabrefacta, exornavit, cui hi verſus inſcripti leguntur:

Munifico Domino Comes hæc munuſcula donat,
Baldericum Dominus colentem flore coronat.
Adela jungatur, hinc nobile nomen adepta,
Et ſic cum Domino florenti ſede recepta.
Adſis Gemma Dei nobis tibi dona ferentum,
Et ſis adjutor te puro corde colentum.

Collegium autem Zefflicenſe poſtmodum, conſenſu Eugenii Pontificis, anno 1436. per Adolphum, Ducem Cliviæ primum, Craneburgum translatum eſt.

Baldericus vero, poſt 36. annorum imperium, anno milleſimo Chriſti mortuus, & in Zephlicenſi templo cum conjuge humatus; ſed 10. Octobr. anni prædicti 1436. Craneburgum delatus eſt. De quo Streithagenus:

Mitis & ad ſuperi natus conſortia regni,
Eximia junxit ſe pietate Deo;
Huic etenim ſemper ſtuduit, Templisque dicatis
Teſtatam ad ſeros usque reliquit avos.

Circa hoc tempus, nempe exacto poſt Chriſtum natum millenario cum decennio, ab Irmgarde, Comitis Zutphanienſis filia, in Deiparæ memoriam Eccleſia Reeſenſis (1) conſtrui cœpta, quod Henricus III. Imperat. datis publicis literis, anno 1040. ratum habuit; & Daſſelius, nominis II. Eccleſiæ Colonienſis Archiepiſcopus, eodem anno perfectam inauguravit; ejusque diploma Arnholdus, nominis VII. ne vetuſtate periret, anno 1180. recognovit.

Altera vero Irmgardis, quæ in Necrologio S. Panthaleonis etiam Irmentrudis dicitur, Hermanni humilis, anno 1082. in nonum S. Panthaleonis Abbatem electi, ſoror, Comes Zutphaniæ, orbata Patre, caſtrum Aſpel & oppidum Reeſium ex hæreditate ſua Eccleſiæ Colon. legavit, conventus etiam Panthaleonæo Suchtelenam cum omnibus annexis conſignavit. (2)

Baldericus autem noſter Clivenſis ex Adela, Imadi vidua, Conradum ſucceſſorem, Comitem hujus proſapiæ Cliviæ 14. reliquit.

Hic *Conradus* ab Ottone III. Wormatiæ in Vangionibus comitiis totius orbis Chriſtiani, anno 996. habitis, inter 4, Imperii Romani Comites (3) hereditarius primus numeratus eſt; Septemviratus (4) quoque Electoralis ibidem confirmatus eſſe ſcribitur. Idem

(1) Vid. ſupra pag. 172.

(2) Vid. *Pontan.* p. 86. & *Merſæi* Catalogus Colon. Archiepiſc. & ſupr. p. 172. *Hopp.* p. 87.

(3) MS. Honſelerianum: *ob ingentes animi corporisque dotes inter quatuor regalis aulæ Comites primum fortitus eſt locum.* Videlicet Status Imperii in quatuor *Duces*, Sveviæ, Saxoniæ, Bavariæ, Lotharingiæ; quatuor *Marcliones*, Miſniæ, Brandenburgicos, Moraviæ, Badenſes; quatuor *Landgravios*, Thuringiæ, Haſſiæ, Leuchtenbergicos, Alſatiæ; quatuor *Burgravios*, Magdeburgi, Noribergæ, Reineccios, Stromburg; quatuor *Comites*, Clivæ, Schwarzenburgicos, Cillenſes, Sabaudiæ; quatuor item *Barones*, *Equites*, *Urbes*, *Pagos*, *Ruſticos* ab Ottone III. diviſos fuiſſe, legitur apud *Goldaſtum* Reichs-Handlung p. 17. *Petr. de Andlo* de R. I. lib. 1. c. 7. *Fritſchium* in *Suppl. Speidelio-Beſoldianis*, Tit. *Quatuorviratus Imperii.* Sed jam dudum illam diviſionem commenti arguerunt *Conring.* de Civ. Imp. §. 40. 41. *Leuberus* im Magdeburg. Stapel-Unfug. *Huldr. Eiben* de Stylo Curiæ.

(4) Ita *Hulder. Mutius* in Chron. apud Piſt. T. II. pag. 107. *Ludolph. Babenbergius* de Juribus Regni & Imperii c. 3. aliique ſcribunt. *Flavius Blondus* Decad. II. l. 3. *Platina* in Gregorio V. *Ant. Sabellicus* Enneade IX. lib. 2. *Bellarmin.* de Transl. Imp. lib. 3. *Chriſtoph. Gewoldus* de Septemviratu c. 16. aliique a Pontifice Gregorio V. *Johannes Nauclerus* Gen. 34. *Cuſpinianus* in Ottone III. *Albert. Cranz.* Sax. lib. 5. c. 25. aliique ab Ottone & Gregorio ſimul Collegium Electorale inſtitutum fuiſſe referunt. Fabulæ! quas ipſi *Onuph. Panvinius* de Co-

Digitized by Google

Idem Conradus eodem anno 996. (1) ludis Equeſtribus Brunſwicenſibus interfuit. Ex Catharina autem Seynenſi Theodoricum ſucceſſorem, Conradum Epiſcopum & Lamberrum procreavit. Et poſt annorum quadraginta & unius imperium, anno Chr. 1041. obiit, idcirco de ipſo Streithagenus:

Majorum meritis addens heroica facta,
Conradus gemino clarus honore fuit.
Clarior Imperii quod membris additus ipſe,
In Procerum numero juſſus habere locum.

Theodoricus II. Conradi filius, ſub Henrico III. & IV. Impp. Comes Clivenſis decimus quintus, propter inquietum ingenium & expedita arma, ut olim apud Romanos Metellus Celeris, Ptolomæus Fulminis, ſic ille Volantis nomine inſignitus fuit, in floreñti ætate, anno ſc. 1019. una cum Walramo, Comite Juliæ, ludis Equeſtribus Treveris adfuit. Deinde Imperatori Henrico III. Conradi Salici filio, contra quem Godefridus, Dux Brabantiæ, (2) & Balduinus, Comes Flandriæ inſulanus, inſurrexerant, & Neomagi eum obſederant, ſubvenit, ab eo etiam arcem Neomagenſem (3) cum territorio imperiali anno 1050. in pignus accepit. Cum eodem Imp. adverſus Hungaros, (4) Auſtriam & Bavariam vexantes, profectus, eos ditionibus his iterum excedere, fidemque Chriſtianam, quam una cum Andrea (5) Rege acceptam rejecerant, recipere coëgit. Ex Agnete, filia Adolphi a Salingsleben (6) primi Comitis Schawenburgici & Riedtbergici ope Mindenſis Epiſcopi facti, (a quo Crantzius lib. 8. Sax. cap. 26. Genealogiam omnium hujus proſapiæ Comitum texit,) Theodoricum & Arnholdum mutuos ſucceſſores genuit. Præfuit annis 44. ab anno ſcil. 1041. quo regere cœpit, ad an. usque 1085. quo vivere deſiit; Uxor vero anno 1089. obiit. De Theodorico Streithagenus:

Quam-

Comit. Imperii, atque *Antonius Pagius* in Hiſt. Critica ad ann. 996. n. X. refutant. Proceres Germanorum jam olim de negotiis publicis, teſte *Tacito* de M. G. c. 11. *pertractare* ſolebant, circa tempora vero Interregni, cum reliqui Status domi haberent, quod agerent, Septem Archi-Officiales Imperii, qui Electioni Imperatoris neceſſario adeſſe debebant, ſoli Imperatorem eligere cœperunt, perpetua tandem A. B. lege in eo confirmati, ut Perilluſtris *a Coccejus* in J. P. c. 14. aliique Doctores, rerum Germanicarum haud ignari, jam dudum oſtenderunt, & nos in peculiari Diſſert. de *Origine Electorum* expoſuimus. Satis quoque accurate ea de re diſſerit *Joh. Nicolaus Sellius* in Veſalia obſequente.

(1) Ita in *Ruxneri* Thuringer-Buch ſcribitur, ſed Annales Clivenſes in eo conveniunt, quod Conradus anno demum 1002. Balderico vel Wichmanno ſucceſſerit, certo inter alia indicio, conficta eſſe, quæ de Quaternionibus, in Comitiis Wormatienſibus inſtitutis, referuntur.

(2) Sive *Ribuariorum*, qui male ferens, quod Patre mortuo Lotharingicum quoque ſive *Moſellanicum* Ducatum, fratri Gozeloni ignaro conceſſum, obtinere ab Imperatore non poſſet, in ſocietatem pertractis Balduino Flandriæ & Theodorico Hollandiæ Comitibus, bellum excitavit: ſed Ducatu tandem Ribuariorum quoque privatus, in Italiani abiit, atque Beatricem, Bonifacii Marchionis viduam, duxit. *Herm. Contr. Sigeb. Gembl. Lambert Schaffnaburg.* ad ann. 1044. 1046. 1050. 1053.

(3) Alias Falckhof cum telonio ipſi annexo, ut liquet ex Diplomate Frider. I. apud *Pontanum* Hiſt. Geldr. l. 6. p. 114. ea tamen conditione, *ut Comites Clivenſes ſingulis annis in Feſto S. Andreæ tres pannos Scarlacos bene rubeos Anglicenſes, ardentis coloris, quorum quilibet longitudinis 50. ulnarum eſſet, Imperatori traderent;* quod cum Theodoricus VI. neglexiſſet, Imperator Fridericus I. arcem cum telonio ei ademit, atque Ottoni II. Geldriæ Comiti, dedit, juxta cit. Diplom. MS. *Honſel.* & infr. ſub Theodorico VI.

(4) Precibus commotus Regis ejecti, Petri, quem Imperator reſtituit, Ovone expulſo. *Herm. Contr.* ad ann. 1044. *Bonfin.* Decad. II. lib. 2.

(5) Imo cum Stephano, cui Henricus II. ſororem ſuam Giſelam ea conditione in matrimonium dedit, ut Chriſtiana Sacra reciperet, quod & fecit, Regio Titulo ſimul ornatus eodem Imperatore. *Sigeb. Gembl.* ad ann. 1010. *Avent.* l. 5. *Chartwicius* in vita Stephani.

(6) Quaſi ortum a Francis *Salingis*, ut volunt *Cranz.* l. c. & in Metrop. lib. 3. c. 47. *Cyriac. Spangenb.* in Chron. Schauenb. lib. 1. c. 4. a quibus abeunt *Herm.* de *Lerbeke* in Chron. Schauenb. & *Henric. Meibomius* in Not. ibid. qui ex familia Magdeburgenſi Sanderslebiorum eum ortum fuiſſe ſcribunt. De condita ab illo arce in monte Urticarum, S. Nettelnberg, ab Henrico V. vero cum vicino tractu in Comitatum erecta, vid. *Helmold.* Chron. Slav. c. 36. & *Bangertus* in Notis ibid.

Digitized by Google

Quamvis cognomen potuit meruiſſe Volantis,
Quod ſubito ingenio promptus ad acta foret;
Cæſare ferrato tamen eſt ſibi gloria parta,
Dum Neomagenſi captus in arce fuit.

Huic ſucceſſit Filius ejusdem nominis, *Theodoricus* ſcil. *III.* dictus Virtuoſus, ſub Henricis IV. & V. Impp. Comes Cliviæ decimus ſextus, qui Mariam quidem Hennenbergiam duxit, ſed Martis magis, quam Veneris amicus, militaribus potius ſtudiis, quam liberis procreandis operam dedit. Nam Provinciæ gubernaculis fratri Arnholdo commiſſis, Urbani II. & Concilii Claræmontani decreto, anno 1096. promulgato, excitatus, cum Godefrido Euſtachio & Balduino, Bulioniis fratribus, cæterisque Chriſtianis Principibus, expeditionem ſuſcepit (1) contra Turcas & Saracenos, qua, devictis ubique barbaris, captisque validiſſimis urbibus, Aſiam, Syriam ac Palæſtinam ſubjugarunt, ac Regno Hieroſolymitano conſtituto, Chriſtianæ fidei reſtituerunt. Deinde anno 1106. primum Henrico IV. Imp. Patri, adverſus filium (2) belligeranti, opem tulit; poſtea vero, cum anno 1110. Henricus V. filius Romæ a Paſchali Pontifice diademate cingeretur, Patre deſerto, (3) filio adhæſit. Poſtquam vero annis 29. imperium adminiſtraſſet, anno 1124. exſtinctus eſt, (4) ut recte Streithagenus de ipſo:

Martis amore ſacri flagrans, quæ plurima laus eſt,
Alterno vovit ſeque ſuosque Deo.
Occiduos inter Proceres Lotharinga ſecutus,
Auſpicia Eois intulit arma plagis.

Arnoldus II. (5) frater Theodorici, ipſo in bellum ſacrum abeunte, moderamen Comitatus Clivenſis ſuſcepit, ac ſubditos, tanquam Pater filios, leniſſimo freno rexit, ut vere de illo Streithagenus:

Quod Naturæ ordo regimen prohibebat adire,
Arnboldo fratris ceſſio facta dedit.
Et velut ille foris belli fuit inclytus arte,
Sic placido Imperio claruit iſte domi.

Poſt fratrem vero mortuum, ſub Henrico V. Lothario II. Saxon. & Conrado III. Suc-

(1) Prima hæc fuit expeditionum ſacrarum publicarum, quam pluribus deſcribunt *Sigeb. Gembl.* ad ann. 1096. *Otto Friſing.* lib. VII. c. 2. *Dodechinus*, *Conr. Urſperg.* ad ann. 1096. *Wilh. Tyrius* lib. 1. c. 2. *Jacob de Vitr.* lib. 1. hiſt. Hieroſ. *Helmoldus* l. 1. c. 31. ibique *Bangertus Maimburgius* libro *des Croiſades*, *Pagius* Hiſt. Crit. T. 4. p. 326. De injuſtis illarum cauſis & Pontificum fraudibus vid. *Wilh. Malmerb.* lib. 4. c. 2. *Conring.* Epiſt. 53. *Böclerus* de Paſſagiis, *Buddæus* Diſſ. de *Expedit. Cruciat.* Hiſtoria noſtra *Belli inter Imperat. & Sacerdot.* p. 18. & ſeqq. De privatis expeditionibus, jam ante annum 1096. ſuſceptis, vid. *Chron. Affig.* ap. *Wilh. Hedam* p. 132.

(2) De Henrici IV. Imperat. diſſidiis cum Pontificibus & filiis egimus in vita Gregorii VII. & *cit. Hiſt.* inter *Imper. & Sacerd.* Propter auxilium vero patri adverſus filium præſtitum ſummi Pontificis fulmina variasque terrarum vaſtationes Theodoricum noſtrum perpeſſum fuiſſe, refert MS. *Honſel.*

(3) Imo is jam anno 1106. Leodii in ſumma paupertate obierat. *Dodech.* ad cit. a. *Helmold.* l. 1. c. 33. MS. Honſelerianum *Henricum*, ſcribit, *anno ſtatim 1106. ſtuduiſſe, infectos ſibi Principes & Civitates reconciliare; Colonienſes primo, diutina ab eo obſidione dudum afflictos, in gratiam & fidem recepiſſe, ſimiliter & Leodienſes & Juliacenſes & Clivenſes Patri antea devotor.* Ut ideo Theodoricus noſter Henrico IV. conſtanter adhæſiſſe videatur.

(4) In expeditione cruciata obiiſſe, refert *Gelen.* de Magnit. Colon. p. 755. *Theodorus Rhay*, Hieroſolyma reverſum vix medii anni intervallo morbo correptum deceſſiſſe, atque tantæ in expeditione ſacra virtutis fuiſſe, ut plurimis poſtea Cliviæ Comitibus nomen Theodorici ad ejus imitationem fuerit inditum, ait *Anim. illuſtr.* p. 202. 203. Aſt Anonym. MS. *Wiſchelenſis* Diploma ejus anno adhuc IIII. ſcriptum ſe vidiſſe ſcribit.

(5) Qui multæ apud vicinos ſuos & Imperatorem autoritatis fuit, atque Godebaldi, Epiſcopi Trajectenſis, Diplomati, quo anno 1126. paludem quandam Eccleſiæ Amerongenſi, apud *Wilhelm. Hedam* p. 153. & Conradi III. Diplomati, quo is anno 1128. Eccleſiæ Trajectenſi Comitatus Oſtergouwe & Weſtergouwe reſtituit, ut teſtis ſubſcripſit, apud *Hedam* p. 157.

Digitized by Google

Suevo, Impp. factus eſt Comes Cliviæ decimus ſeptimus. Uxor ejus fuit Ida Sueva, (1) Conradi filia, Friderici Barbar. Imper. ſoror, ex qua quatuor liberos genuit, Theodoricum & Arnholdum, filios, mutuos viciſſim ſucceſſores, Aleidem, Comitiſſam de Marcka, & Margaretam, Comitiſſam de Aere & Meer, prope Noveſium. Ex eaque, præter filium Theodoricum, Comitem Meerenſem, mature mortuum, duæ filiæ viciſſim prodierunt, Eliſabetha Randeradia & Hildegundis Meerenſis, quarum poſtrema, (2) diviſione cum ſorore (3) inſtituta, caſtrum ſuum Meerenſe in cœnobium Ordinis Præmonſtratenſis Veſtalium anno 1160. convertit, (4) inque eo, cum matre Monachatum profeſſa, ipſaque Abbatiſſa prima renunciata, poſt mortem in templi choro ſepulta eſt.

Arnholdus autem Clivius, de quo ſermo, anno 1117. præſentibus Gerhardo patre, & Henrico filio, Comitibus Geldriæ, Advocatus Eccleſiæ Sefflicenſis electus eſt. Philippus vero Heinsbergius, Colonienſis Epiſcopus, approbantibus & præſentibus Henrico Imperatore, Godefrido, Duce Brabantiæ, Friderico Arensbergio, Gerhardo Julio, Arnholdo hoc noſtro Clivio, in curia Germenſell Epiſcopali, decimas territorii, proprietate ſibi retenta, eidem Eccleſiæ Sefflicenſi legavit. Anno 1119. Arnholdus noſter, cum Eberhardo, Comite Altenano, ludis Equeſtribus Gottingæ interfuit: Quo eodem anno Cella Furſtenburgica prope Santos, Cunone, Abbate Siegebergenſi, conſilio Nortberti, Canonici Santenſis, & poſtmodum Magdeburgenſis Epiſcopi, ſub Hermanno, communi Præpoſito Collegii Santenſis, Indict. 12. in honorem Chriſti, B. Mariæ Virginis nati, acquiſita eſt. Sub hoc Ordo Præmonſtratenſis quoque initium ſuum habuit. Nortbertus enim, nobili genere (5) ortus, ejus fundator, anno 1115. Canonicatu ſuo Santenſi reli-

(1) MS. Honſel. Schurenianum, *Margaretham* vocant, verum nec Fridericus Barbaroſſa Conradi, ſed Friderici Coelitis filius; nec propterea Margaretha vel Ida Friderici Barbaroſſæ ex Conrado ſoror fuit. Fuiſſe autem hanc Idam, Arnoldi uxorem, Godofredi Barbati, D. Brabantiæ, filiam, teſtatur *Joh.* a *Leydis* in Chron. Holl. lib. 16. c. 2. ubi *Godefridus*, inquit, *Dux Lotharingiæ, genuit ex uxore ſua Godefridum ſibi ſuccedentem, Henricum, Monachum Afflegemenſem, Aleydam, Reginam Angliæ, Idam, Comitiſſam Clivenſem, &c.* Ipſe quoque Henricus memoratus inter ceteras ſuas ſorores *Idæ* meminit in Dipl. apud *Aubert. Miræum* lib. 2. c. 57. atque hic in notis ad illud *N. Comiti Clivenſi, nupſiſſe* ſcribit, qui non alius, quam Arnoldus II. qui hoc tempore vixit, eſſe potuit. Duas uxores, priorem *Idam*, poſteriorem Sophiam, Henrici IV. Imperatoris filiam, habuiſſe, refert *Hoppius* p. 160. Quod de duplici matrimonio is ſcribit, facile mihi perſvadeo, verum priorem conjugem Margaretham, quippe in quo nomine citati MS. Annales conveniunt, poſteriorem autem Idam fuiſſe, atque ex illa Arnoldum, ex hac vero Theodoricum genuiſſe, videtur. Certe Theodoricus IV. in Diplomate quodam p. ſequ. *Arnoldi & Idæ* ſe filium appellat, reſpectu videlicet *Arnoldi juvenis*, ex altero matrimonio ſuſcepti, atque Arnoldi II. Succeſſoris. Vid. plur. p. ſequ.

(2) Ipſi Margarethæ matri Monaſterii ejus fundationem adſcribit, ejusque inſuper exemplo Folcoldum, Teiſterbantiæ (rectius Teſſandriæ) Comitem, ejusque Conjugem Beſſelam, excitatos, Abbatiam Bernenſem inſtituiſſe, refert MS. *Honſeler.* p. m. 73. *Johan. Beka & Wibelmus Heda* in vita Andreæ, XXV. Epiſcopi Trajectenſis, id referunt factum pro expiatione cædis Florentii, Comitis Hollandiæ, cujus conſcius fuerit Folcoldus. Ipſum Abbatiæ iſtius fundatæ Diploma vide apud *Aubert. Miræum* Diplom. Belg. p. 103.

(3) His conditionibus, ut Hildegundis Caſtrum *Meer* cum alodiis in *Budercke*, Eliſabetha vero caſtrum *Lütsberg* cum alodiis in *Steinſale* acciperet, teſtibus Wilhelmo & Gerhardo fratribus Juliæ, Theodorico Cliviæ, Engelberto Montium, Hermanno Saffenbergenſi, Eberhardo Seinenſi, Alberto de Hortenich, Goswino patre & filio, Hinsbergæ Comitibus; Theodorico de Milendonck, Hermanno de Dicke, aliisque multis nobilibus.

(4) *Pro remedio animæ ſuæ & dilecti quondam filii Theodorici, Comitis Arenſis, cum filio unico, venerabili Hermanno, teſtibus Hermanno, Præpoſito majoris Eccleſiæ, Philippo, Decano ejusdem, Nicolao, Abbate Sigebergenſi, & aliis*; juxta easdem ſchedas. Unde liquet, Hildegundem illam Comitis Arenſis antea uxorem fuiſſe.

(5) De ejus ortu Scriptores admodum inter ſe diſſentiunt. Alii origine Francum Salicum, alii Teutonicum, alii Lotharingum, alii Colonienſem; MS. vero *Honſel.* e familia Dynaſtarum de Geneppe ortum fuiſſe, ſcribunt. Pluribus de eo, & inſtituto ab ipſo Ordine Præmonſtratenſi ad Regul. Auguſtini, vide *Hugonem* in ejus vita apud Surium ad diem 6. Junii. *Chronic. Magdeb.* apud Meibom. T. II. p. 326. *Sagittarium* in Hiſt. de *Nortberto. Pa-*

Digitized by Google

relicto, in Gallia, Belgio & Saxonia verbum Dei prædicans, multos sui instituti sectatores utriusque sexus nactus est, Ordine anno 1120. condito, ut versus hi indicant:

Anno milleno centeno bis quoque deno
Sub Patre Norberto Præmonstratus viget Ordo.

Idem Nortbertus Arnholdo etiam huic nostro auctor fuit, ut Oratorium Montanum (Bedtbergh) in cœnobium ejusdem Ordinis Præmonstratensis anno 1121. converteret, (1) cui Conradus Imp. ligna quædam ex nemore Imperiali anno 1138. largitus est, Arnholdus vero Clivius Ecclesiam Clivensem ei adjecit; sed cum illa ex Parochiali Collegio Monrebergico, a Theodorico IX. (ut sequetur,) anno 1341. in eam translato, collegialis reddereturr, illius loco Ecclesias, Dufflomarinam, Keckerdomiam & Kellensem, in saltu Cliviaco cœnobio Bedtbergensi concessit. Ejusdem instituti Præmonstratensis Monasterium prope Vesaliam anno 1125. Godefridus & Otto, Comites Cappenbergici, fundarunt, Averdorp dictum, (2) quasi dicas Transpaganum: Imo priori Godefrido anno 1126. mortuo, Otto ipsum castrum Cappenbergicum in simile cœnobium convertit anno 1128. (3) & huic Vesalienſe aliaque subjecit.

Porro idem Arnholdus Clivensis Conrado Imp. anno 1146. consilio Bernhardi, Abbatis Claræ Vallis, (4) ad defensionem terræ Sanctæ proficiscenti, (5) auxiliares copias destinavit. Theodoricum, Hollandiæ Comitem, qui patris Florentii necem (6) an. 1061. ab Hermanno Kuckio designatam, ultus est, adjuvit, donec a parricida, Abbatia Insulæ Mariænæ ejusdem Ordinis Præmonstratensis in Batavia anno 1128. fundata, Theodorico iterum reconciliaretur. Et postquam annis 7. & quadraginta (7) summam rei feliciter ad-

gium in Hist. Crit. T. IV. ad ann. 1120. N. XX. *Chron. M. Belgicum* pag. 145. *Chiffletium* in Vindiciis Hisp. c. 5. *Aubert. Miræum* in Chron. Præmonstr.

(1) MS. *Honsel.* p. m. 73. Vide de hoc Monasterio Not. ad pag. 188. & 201.

(2) Vid. supra Not. ad pag. 188.

(3) Imo jam ante 1122. invitis agnatis, & inprimis Friderico, Comite Arensbergensi, Socero Godefridi, qui Nortbertum propterea cum asino suo, quo vehebatur, se suspensurum, minatus fuit, id factum fuisse, refert *Schatenius* Annal. Paderb. ad cit. a. atque liquet ex Diplomate Henrici V. Imp. quo illud cœnobium a. 1123. confirmavit. Vid. infr. in Cod. Dipl. N. XXXIX.

(4) A Monasterio demum Clarævallensi, abs se anno 1134. condito, ita dictus, qui pietatis specie & fallis miraculis hominum animos tum fascinaverat, atque Principes de felici successu expeditionis securos esse jubebat. Scilicet, ut viribus ipsorum fractis Papalis Monarchia stabiliretur. Cum enim Lotharius Imperator Investituram Episcoporum, qua Henricus V. pacto cum Calixto II. se abdicaverat, ab Innocentio I. eodii repeteret, *expavere*, scribit *Bernhardus* in vita St. Bernhardi apud *Surium* ad 20. Aug. *& expalluere Romani, gravius sese apud Leodium arbitrati periculum offendisse, quam declinaverant Roma; Nec consilium suppetebat, donec murum se opposuit Abbas Sanctus. Audaciter enim resistens Regi, verbum malignum mira libertate redarguit, mira auctoritate compescuit.* Vide quoque *Manricum* in Chron. Cistercienſi.

(5) *Tanta multitudine, ut & flumina ad navigandum, camporumque latitudo ad ambulandum vix sufficere videretur. Otto Frising.* de Reb. Gestis Frider. lib. 1. c. 44. Sed infelici successu, nisi quod Ludovicus, R. Galliæ, qui mari expeditionem eandem susceperat, Ulissiponem Saracenis in transitu eripuerit. *Otto Frising.* l. 1. c. 43. 44. *Otto Blas.* c. 2. *Sugerius* in vita Ludovici. *Wilh. Tyrius* lib. 16. c. 16. 17. 18. *Nicetas. Helmoldus* l. 1. c. 60. 61. Qua ratione vero Bernhardus vaticinia sua de felici eventu excusaverit, vide in ejus Epistola apud *Ottonem Frising.* lib. 1. c. 69.

(6) Imo proavi Florentii I. insidiis Hermanni de Cuick juxta Hœmerthen occisi, in cujus necis expiationem Monasterium Insulæ S. Mariæ ab Hermanno Cuickensi, prioris filio, fuit conditum, ut referunt *Joh. Beka & Wilh. Heda* in vita Andreæ, XXV. Episcopi Traject. *Joh.* de *Leydis* in Chron. Egmond. c. 16. *Leo* Monach. Egm. in Brevic. *Pontanus* Hist. Geldr. p. 99. *Buchelius* vero in notis ad *Bekam* cit. loc. Hermannum juniorem a Theodorico IX. Comite Hollandiæ, propter cædem sui fratris Florentii III. terris suis expulsum, hac demum inter alias conditiones in gratiam receptum fuisse, ut Monasterium illud novi tunc Ordinis Præmonstratensis conderet, cum quo MS. quoque *Honselerianum* convenit.

(7) Annalium quidem Clivensium tam MSCtorum, quam impressorum unanimi consensu, nisi quod alii anno 1161. alii 1162. obiisse scribant, a quibus tamen ut nunc abeam, me commovet, quod Arnoldus, qui anno 1134. Andreæ, Episcopi Trajectensis, Diplomati apud *au-*

Digitized by Google

adminiſtraſſet, anno 1162. deceſſit, in Bedtbergh ad latus uxoris in medio cœnobii choro ſepultus.

Theodoricus, (1) filius Arnholdi primogenitus, ejus nominis *IV.* ſub Friderico I. dicto Barbaroſſa, & Henrico VI. ejus filio, Impp. Comes Clivenſis in ordine decimus octavus, raro & excellenti elogio Probi cognomentum meruit: In cauſa erat facilis, morum integritas & vitæ innocentia tanto in Principibus illuſtrior, quanto illi omnium oculis magis expoſiti ſunt. Uxorem habuit Adelheidem, Godefridi Barbati, (2) Lotharingiæ & Brabantiæ Ducis, filiam. Anno 1162. anniverſariam parentum memoriam in monte orationis eſſe voluit. Anno 1163. fundationem Monaſterii Averdorpienſis diplomate publico, (3) in quo matrem ſuam Idam nominat, confirmavit. Anno 1178. prælio Flandrico interfuit, in quo ille pro Comite Hollandiæ, (4) cum Geldro & Montano contra Philippum Flandrum pugnarunt, ſed victi ſunt. Anno 1179. ludo Equeſtri Coloniæ (5) adfuit. Anno 1188. cum matre, uxore Adelheide Brabant. & fratre Arnholdo, Monaſterio veteris Campi (6) inſulam Hænenſem, inter Reeſam & Wiſſeliam in alveo Rheni ſitam,

Aubert. Miræum ſubſcripſit, *Arnoldus juvenis Comes de Cleve vocetur;* quod de Arnoldo, qui inde ab anno 1114. regnaverat, & virili ætate jam fuit, intelligi nequit. Nec, qui anno 1150. novi Epiſcopi Trajectenſis electioni adfuit, Arnoldus, ſed Theodoricus appellatur. Ita enim *Joh.* a *Leydt* lib. 17. c. 19. *Defuncto quidem Hermanno, Trajectenſi Epiſcopo, gravis diſcordia orta fuit in Capitulo. Principales namque Vaſalli Trajectenſis Eccleſiæ, videlicet Theodoricus, Comes Hollandiæ, Otto, filius ejus, Comes de Benthem, Henricus, Comes Geldriæ, & Theodorus, Comes Clivenſis, magnifici Principes, petierunt Hermannum de Horem &c.* Eundem in modum ſcribunt *Johannes Beka* & *Wilhelmus Heda* in vita Hermanni XXVII. Epiſcop. Traject. & *M. Chron. Belgicum* p. 174. Exiſtimo itaque, Arnoldum II. circa annum 1134. jam obiiſſe, atque illi filium ex priori matrimonio *Arnoldum* ſucceſſiſſe, qui inter teſtes Diplomatis apud *Wilh. Hedam* p. 164. 165. quo Imperator Conradus & Eugenius Pontifex Capitulo Trajectenſis Eccleſiæ Epiſcopum ſibi eligendi poteſtatem concedunt, *Arnoldus Comes de Clivo* vocatur; Diplomati vero apud eundem Scriptorem, quo Trajecti eodem die Comitatus Oſtergou & Weſtergou Eccleſiæ Trajectenſi Imperator reddit, non ſubſcripſit, ne forte offenderet Theodoricum, Comitem Hollandiæ, quo invito id fiebat. Vid. *Pontan.* Hiſt. Geldr. l. 6. p. 105. Arnoldo vero huic circa an. 1150. ſucceſſit *Theodoricus IV.* frater.

(1) Qui anno 1150. Hermannum de Hœrn Epiſcopum Trajectenſem eligi curavit, vid. not. præc. atque hujus Succeſſori Godefrido ſuppetias tulit adverſus Gröninganos & Trentanos. *Joh. Beka & Wilh. Heda* in vita Godefridi XXVIII. Epiſc. *Joh.* a *Leydt* lib. 18. c. 2. *Chron. M. Belgicum* p. 185. Inſuperque ad avertendam aquarum molem a Diœceſi Trajectana apud Fridericum I. effecit, ut juſſerit aquæductum fieri, quo Rhenus in mare effflueret, juxta Diploma apud *Hedam* p. 181.

(2) Imo Theodorici VII. Comitis Hollandiæ, filiam, quia *Joh. Beka & Wilh. Heda* in vita Balduini II. & *Joh.* a *Leydt* lib. 18. c. 13. Theodoricum, Comitem Clivenſem, noſtri ſcilicet filium, Balduini illius, an. 1178. electi, *Sororium*, i. e. nepotem ex ſorore appellant. *Chron.* vero *Hollandiæ* Diviſ. 13. c. 9. clare ſcribit: Durck van Cleve, die de Biſchoffs Suſter tot eenen Wyve hadde.

(3) Quod vide infra in Codice Diplom. No. XL.

(4) Qui Walacriam Inſulam ſibi reſtitui poſtulabat, quod ejus anteceſſores injuſte illam occupaſſent. *Quare*, ut ſcribit *Joh.* a *Leydt* in Chron. Belgico lib. 18. c. 10. *Comes Florentius contra Philippum Comitem, conſanguineum ſuum, bella gerere ſtatuens, adjunctis ſibi Geldriæ, Cliviæ & de Monte Comitibus, cum decem millibus perrexit ad Comitatum Alſatiæ &c.* Non vero ad Theodoricum IV. Clivіæ Comitem, ſed ejus nominis V. hæc, & quæ poſt annum 1172. geſta ſunt, referenda erunt, quippe cum Theodoricus IV. anno 1172. obierit, ut pag. ſequenti oſtendetur. Eſt vero Theodoricus IV. qui Diplomati Godefridi, Epiſcopi Trajectenſis, anno 1170. apud *Hedam* p. 175. & Friderici Imperat. apud *Aubert. Miræum* T. 1. c. 64. inter ceteros teſtes ſubſcripſit.

(5) *Ruxnerus* im Thurnier-Buch a Florentio, C. Holl. ludum hunc inſtitutum, atque Ottonem, Comitem Clivenſem, cum multis aliis Ducibus illi adfuiſſe, memorat. Verum nec Otto, Comes Clivenſis, nunc extitit, nec veroſimile eſt, a Florentio ludum hunc pretioſum fuiſſe inſtitutum, quippe cum bello cum Philippo, Flandriæ Comite, fuerit paulo ante implicitus, atque iſto finito anno 1180. expeditioni ſacræ interfuerit, nec propter ſumptus, in utrumque illud bellum factos, ludum tam pretioſum potuerit inſtituere.

(6) Quod Fridericus I. Archi-Epiſcopus Colonienſis, anno 1122. fundavit, juxta Diploma apud

Digitized by Google

ſitam, cum pertinentiis & decimis largitus eſt, Philippo Heinsbergio, Archi-Epiſcopo Colonienſi, primum recuſante, & Inſulam ſibi vendicante, poſtea tamen conſentiente: Hæc poſtmodum anno 1312. inundatione & ſævis incendiis periit. Adelheidis vero conjux iisdem fratribus Campenſibus in panibus triticeis, piſcibus & vino reſocillationem certis anni temporibus contulit, Sacellum quoque, B. Joanni Evangeliſtæ ac Servatio ſacrum, ibidem conſtruxit, illudque reditibus, calice & ſacris altaris indumentis in perpetuam ſui, mariti & filii Theodoricorum memoriam dotavit, obiit anno 1189. Maritus autem porro Balduino, Epiſcopo Ultrajectino, auxilio Comitis Geldriæ Ottonis, bellum intulit, (1) quod authoritate Friderici Oenorbati Imperat. ſopitum eſt: Ab eo in Equitem auratum Theodoricus evectus, cum ipſo primo Lombardiam & Mediolanum in Italia ingreſſus, deinde contra Saladinum, Ægypti Regem & Aſiæ Dominatorem, Hieroſolymam occupantem, in Syriam anno 1189. profectus, (2) poſt reditum pro fideli navata opera malam gratiam reportavit. Cæſar enim Fridericus, quia tres illos pannos purpuratos annuos ex lege juſto tempore non exſolverat, inprimis quia Otto II. Geldrus majorem pecuniæ ſummam offerebat, pignus Noviomagenſe (3) illi ablatum in Ottonem tranſtulit. Theodoricus tamen, Abbatis ad S. Bavonem Andegavenſis interventu, pro pecunia ſoluta, dominia Roſſumium, Wolfferium & Tielenſe viciſſim ſibi comparavit. Deinde Balduinum, Trajectenſem Epiſcopum, armis ſuis adjuvit, ut Ottoni, Geldriæ Comiti, Velua adimeretur. Imperatori tamen fidelis manens, eidem adverſus Leonem, Saxonum Ducem Potentiſſimum, imperio rebellantem, ſubſidia miſit. In expeditione quin etiam ejusdem Friderici Cæſaris in terram ſanctam ſuas partes habuit, ſed infœlici ejus morte, (4) quæ in 3. Idus Junii anno 1190. incidit, ad ſuos redire coactus, ante vitæ ſuæ finem initia graviſſimi ſchiſmatis in imperio poſt obitum Henrici VI. Friderici filii, Philippo Suevo & Ottone Saxone de corona contendentibus, (5) vidit. Idem anno 1192. decimas quasdam Eccleſiæ collegiatæ Wiſſelenſi aſſignavit, & ex Aleide Brabantina filia tantum, Aleide, (6) Theodorici ſeptimi, Comitis Hollandiæ, uxore, relicta, ipſa anno 1189. ut diximus, Theodoricus vero anno 1200. (7) poſt 39. annorum gubernacula, Comitatu fratri Arnoldo relicto, exceſſit. De eo ſic Streithagenus:

Mo-

Aubert. Miræum Tom. II. c. 42. Quare *Pontanus*, qui p. 100. anno 1099. & alii, qui anno 1128. id conditum referunt, errant.

(1) Nullum Balduino, avunculo ſuo, bellum intulit, ſed auxilium potius ipſi præſtitit adverſus Ottonem, Geldriæ Comitem, in bello Velavienſi, tantisper quidem per Fridericum Barb. compoſito, ſed mox refuſcitato. *Joh. Beka* p. 56. 57. *Wilh. Heda* p. 177. *Pontan.* Hiſt. Geld. p. 118. *M. Chron. Belgicum* p. 194.

(2) Tertia hæc eſt expeditio cruciata, quam deſcribunt *Tageno* in Freheri appendice ad T. 1. R. G. *Arnoldus Lub.* lib. 3. c. 29. 30. 31. 32. 33. 34. *Anonym.* apud Caniſium T. 5. *Lect. Antiq.* Theodoricum, Comitem Clivenſem, ejus expeditionis ſocium fuiſſe, memorant quoque *Joh.* a *Leydis* lib. 18. c. 20. *Schateuius* Annal. Paderb. P. 1. p. 882.

(3) Oportet tamen ei vel Succeſſoribus illud reſtitutum fuiſſe, quia Johannes II. Comes Cliv. immunitatem a telonio Neomagenſi civitati Clivenſi conceſſit. Vide infr.

(4) Fluvio enim Saleph, alii Cydno ſuffocatum fuiſſe, ſcribunt *Arnold. Lub.* lib. 3. c. 34. & Aut. *Expedit. Aſiat.* apud Caniſium T. 5. *Tageno* vero, qui ipſe expeditioni interfuit, Seleuciæ obiiſſe refert.

(5) Vid. infra.

(6) Præter quam & *Theodoricum V.* ut & *Arnoldum*, mutuos Succeſſores, filios habuit *Gerardum*, de quo *Mejerus* in Annalibus Flandriæ p. 75. *Obiit X. Calend. Februarii Gerardus, Præpoſitus S. Donatiani Bruggenſis, Cancellarius Flandriæ, filius Theodorici, Comitis Cliv.* nec non *Rubertum de Cleve*, qui Diplomati Henrici VI. apud. *Wilh. Hedam* p. 278. teſtis an. 1190. ſubſcripſit.

(7) Imo duo Comites, Theodorici nomine, inde ab anno 1150. ad finem fere ſeculi Comitatui Clivæ præfuerunt. Qui enim anno 1150. ſucceſſit, vide not. ad pag. præc. obiit an. 1172. *Anonymus* enim *Chronici Belgici* apud Franciſcum Swertium T. 1. Annal. Belgic. p. 362. ad annum 1172. *Eodem*, ſcribit, *anno obiit Theodoricus de Clivis, ſtatura & facie venuſtiſſimus, divitiis & neceſſariorum abundantia ſuper effervens, dulcis alloquio omnium ad ſe venientium, (quod varium eſt in divitibus,) defenſor jugis oppreſſorum. Godefridus* quoque Monachus ad eundem annum *obiit*, refert, *Theodoricus de Cliva*. Succeſſit vero illi *Theodoricus*, filius, qui Theodoricus *Minor* dicitur ab Anonymo cit. *Chron. Belg.* ad ann. 1186. & qui Florentium, Comi-

Digitized by Google

Moribus innocuis & ſanctæ munere vitæ
Cognomen ſumptum de probitate tulit.
Quin etiam Syriam Suevo cum Cæſare movit
Adverſus faſtus, trux Saladine, tuos.

Arnholdus III. (1) fratri Theodorico ſuccedens, ſub Philippo & Ottone IV. Saxone, Imperii rivalibus, Comes Clivenſis numeratur in ordine undeviceſimus, qui decem annis præfuit, & ex Adelheide, (2) aliis Margaretha, Florentii III. Hollandiæ Comitis, filia, Arnholdum ſucceſſorem ſuum edidit. Cum fratre Theodorico Eccleſiæ Wiſſelenſi immunitatem bonorum, ei legatorum, ab omni onere & tributo, libertatem item pecora paſcendi & aquandi, regnante adhuc Imperatore Henrico VI. anno 1192. conceſſit.

Eodem anno ludo Equeſtri Noribergæ interfuit, & cum Wilhelmo, Friſiæ (3) Comite, ob multa damna, quæ nepti ſuæ, Comiti Hollandinæ intulerat, bellum geſſit. Anno 1198. cum Philippus, Henrici Imperatoris frater, & Otto, Saxoniæ Dux, de imperio contenderent, Arnholdus, quia Philippus circa Noveſium magnum illi damnum fecerat, Ottonis partes ſecutus, tandem pace inita ei reconciliatus eſt.

Quia vero Adolphus quoque, Archiepiſcopus Colonienſis, in eodem bello Ottoni fidelem operam præſtiterat, multa privilegia (4) eidem, & inter illa omnium mobilium, quæ alioquin Cæſar ſibi vendicabat, poſt Epiſcoporum, Prælatorum, aliorumque

Comitem Hollandiæ, avunculum ſuum, adjuvit adverſus Philippum, Flandriæ Comitem; atque juxta *Chron. Colon.* fol. 176. Diplomati Friderici I. quo is Ducatum Weſtphaliæ & Angriæ Archiepiſcopo Colonienſi concedit, ſubſcripſit, quare apud *Schatenium* T. 1. Annal. Paderborn. p. 851. loco *Dedonis, Comes de Greix*, legendum *Dedo* ſive *Dedericus, Comes de Cleve.* Uxorem is habuit *Margarethan*, Florentii, Comitis Hollandiæ, & Adæ filiam, de quo Matrimonio *Anonym.* Chron. Belgic. ad annum 1182. *Theodoricus, Comes de Clivis, filiam Comitis Florentii & Adæ Comitiſſæ*, Margarethæ *nomine, uxorem duxit. His nuptiis magnifice celebratis, Friſones in villa Akersloot occiduntur. Joh.* de *Leydis* in Chron. Egmond. c. 26. ubi Florentii iſtius liberos recenſet, ejus filiam *Margarethan, Comitiſſam Clivæ*, appellat; Obiiſſe autem 1193. teſtatur *Butkens* Troph. Brab. p. 566. Certe nulla amplius Theodorici, ſed Arnoldi, Clivæ Comitis, in Diplomatibus & ludis Equeſtribus ab illo tempore mentio fit. Diplomati Ottonis IV. apud *Gelenium* in notis ad vitam Engelberti, pag. 256. quo, ſine die quidem & loco, ſed tamen antequam eligeretur, atque adeo anno 1198. conceſſo, Ducatum Weſtphaliæ Archi-Epiſcopo Colonienſi confirmat, non Theodoricus, ſed *Arnoldus, Comes de Clivis*, ſubſcripſit, teſte *Butkens* in Troph. Brab. p. 566.

(1) Duos Arnoldos, patrem & filium, quorum ille ab anno 1202. usque ad annum 10. hic vero ad annum 18. usque Comitatui Clivenſi præfuit, Annales Clivenſes memorant. Sed noſtro calculo unus tantum ejus nominis Comes Clivenſis inter Theodoricum IV. & V. fuit interpoſitus, qui jam anno 1193. Theodorico IV. ſucceſſit, juxta Not. præc. atque an. 1203. teſte *Butkens* Troph. Brab. p. 566. obiit, relicto Theodorico adhuc puero ſub tutela Henrici, Ducis Limburgenſis, avunculi ſui, vid. not. ad pag. ſequ. Meminit quidem *Schatenius* Annal. Paderb. Lib. X. p. 943. ad ann. 1204. Diplomatis Ottonis IV. Imperat. cui inter alios teſtes *Arnoldus, Comes de Clive*, ſubſcripſit, ſed Tabulas illas etſi ſinceras agnoſcat, ſuperiori tamen anno ſcriptas eſſe recte exiſtimat.

(2) Catharinam potius, Henrici Limburgenſis filiam, quam Autor *Arnoldo IV.* adſcribit, uxorem habuit, cujus procul dubio intuitu Henricus ille tutelam Theodorici, Arnoldi filii, geſſit, ut apparet ex transactione cum Geldriæ Comite, Theodorici nomine facta, quam refert *Butkens* Troph. Brab. p. 51.

(3) Orientalis ſcilicet, quam poſt bellum cum fratre Theodorico geſtum pace facta acceperat, *Joh. a Leydis* lib. 19. c. 3. Hoc bello Adelheidis (non neptis Arnoldi, ſed ejus ſoror,) ipſa Ducem egit, de cujus Virtute laudatus *Scriptor* lib. cit. c. 2. *Adelheidis*, inquit, *Comitiſſa, quaſi mulier imperterrita, cum vexillis fulgidis & tubis ſtridentibus ab Egmonda pervenit Alemariam, juxta præceptum Domini, Viri ſui, ut repugnantem expugnaret Friſiam.* Nec minus negotium faceſſit Wilhelmo, cum poſt obitum mariti auxilio Comitis Loſſenſis, generi ſui, Comitatum Hollandiæ regere vellet. Idem *Scriptor* lib. 20. c. 1. & ſeqq.

(4) Partes primum Ottonis tenuit Adolphus Archi-Epiſcopus, poſtea vero Philippi, atque ab utroque confirmationem Ducatus Weſtphaliæ aliaque Privilegia obtinuit, quæ refert *Ægid. Geleniur* in Not. ad vitam S. Engelberti lib. 1. Vix autem in his diſſidiis & inter teſtes Diplomatum iſtius temporis Theodorici, Comitis Clivenſis, mentio fit, quia puer adhuc & ſub tutela erat.

Digitized by Google

Sacerdotum obitum, liberum, a cognatis vel Eccleſia accipiendorum atque uſurpandorum, uſum, præſentibus multis Comitibus, & equeſtris dignitatis Viris, anno 1101. conceſſit; quales fuerunt Theodoricus Trajectenſis, Diethmarus Mindenſis, Bernardus Paderbornenſis, Epiſcopi; Henricus, Limburgi Dux, Mechtildis Brabantina, Balduinus Flandriæ, Otto Geldriæ, Arnholdus Cliviæ, Adolphus Altenanus, Theodoricus Hollandiæ, Guilhelmus Juliæ, Henricus Seynæ, Simon Tecklenburgi Comites; Gerhardus Arhius, Conradus de Dicka, Gisbertus & Rutgerus Bremptii, Henricus Huecheswagius, Henricus Kiſtenius, Rutgerus Monhemius, Otto Wickradius, Henricus & Gerhardus, Volmenſteinii Dynaſtæ; Hermannus denique Advocatus Colonienſis. Hic Arnholdus Comes anno 1110. in fata conceſſit. (1) De quo Streithagenus:

Exſtincti nactus moderamina debita fratris,
Manſueto rexit Clivica rura jugo.
Inde laceſſitus partes adjuvit Othonis,
Proque dato damno mutua damna dedit.

Arnboldus IV. (2) Patris cognomen & ſucceſſor, ſub Friderico II. Imp. Comes Clivenſis 20. ex Catharina, Henrici, Ducis Limburgenſis, & Margarethæ, Adolphi, Comitis Montenſis, filiæ & hæredis, gnata, Theodoricum V. ſucceſſorem ſuum genuit. De quo antiquum ex veteris montis Monaſterio refert manuſcriptum: quod Vir fuerit in Deum devotus, in egenos largus, in ſubditos clemens, atque in bellis victorioſus. Poſterioris encomii ſpecimen egregium in bello ſacro exhibuit: Nam ubi per Concilium Lateranenſe expeditio in Syriam decreta eſſet, cum Friderico II. Imp. aliisque Principibus Chriſtianis, itineri ſe accinxit, &, ut illuſtrem Heroëm decebat, pro Chriſtiani nominis honore fortiter occubuit: nam Damiata recepta, cum legatus Apoſtolicus exercitum in Ægyptum ducere ſtatuiſſet, Nili inopinato incremento circumventi Chriſtiani, a Sultano, in inſidiis latente, magna damna perpeſſi ſunt, commeatu corrupto, & pluribus anno 1218. atque inter eos quoque ipſo Arnholdo (3) & Adolpho Montano exſtinctis. De Arnholdo, poſt decem annorum imperium in terra ſacra condito, more ſuo Streithagenus:

Te quoque militiæ commovit gloria ſacræ,
Arnbolde, & rarum fecit adire decus.
Fata inviderunt, Solymumque elatus in arces,
Pro qua pugnabas, contumularis humo.

Theodoricus, ejus nominis *V.* (4) Comes Clivenſis 21. Arnholdi filius, ſub eodem Friderico II. Imp. præfuit. Uxorem duxit Mechtildem, (5) unicam Comitis Dinslacenſis filiam & heredem, per quam Comitatus hic, conſenſu Friderici II. Imp. Clivenſi Provin-

(1) Imo anno jam 1202. obiit, relicto impubere filio Theodorico, vid. not. ad pag. præc. Filiam quoque Barbaram illi tribuit *Ruxnerus* fol. 107. quæ ludis Equeſtribus Wormatiæ 1209. cum Theodorico fratre interfuerit, atque Walthero, C. Limburgenſi, dederit den dritten Danck, eine Lantze mit 8. gulden Ringen auf 200. Rheiniſche Gulden geachtet.

(2) Hunc confictum eſſe, jam pag. præc. oſtenſum eſt, vid. quoque not. ad pag. ſeq.

(3) Ita MS. *Honſelarienſe, Schurenii, Hoppius*, referunt, ſed ſibi ipſis contradicunt, dum Arnoldum iſtum anno 1218. obiiſſe ſcribunt, quarta autem hæc expeditio anno demum 1228. fuerit ab Imperatore ſuſcepta, ut *Conr. Urſperg. Godefrid.* Monach. *Albericus*, aliique teſtantur. Sed nec Arnoldum, Cliviæ Comitem, tunc extitiſſe, ſupra oſtenſum fuit.

(4) Noſtro calculo VI. qui anno 1203. patri ſucceſſit puer adhuc, atque in Tabulis fœderis apud *Gelen.* in notis ad vit. Engelberti p. 29. itemque *A. Miræum*, Donat. p. 83. inter Archi-Epiſcopum Colonienſ. & Ducem Lotharingiæ initi, in teſtibus *Puer de Clivo*; in Tabulis vero ejusdem fœderis, anno 1208. confirmati, apud eundem *Miræum* c. 85. *Tirricus, Comes de Clivo*, & in Privilegio Friderici II. Imperat. Epiſc. Trajectenſi, ut teloneum in Gein alio transferre poſſet, anno 1220. conceſſo, *Theodoricus, Comes Clivenſis*, vocatur. Vid. *Ant. Matthæus* de Nobilitate lib. 3. c. 1. p. 831.

(5) Ut liquet ex pactis matrimonialibus inter Theodorici filium primogenitum Theodoricum & Eliſabetham conjugem, quibus hic Theodoricus filius vocatur *Theodorici IV. Comte de Cleve & de Mechtilde, Dame de Dynslaken.* De Dynaſtia Dynslaken vid. pluribus ſupra pag. 180.

Digitized by Google

vinciæ anno 1220. acceſſit: ex eaque natus Theodoricus ſucceſſor. (1) Inter ipſum & Engelbertum Montenſem, Archiepiſcopum Col. atque Walramum, Limburgi Ducem & Lutzenburgi Comitem, inimicitiæ fomentis (2) an. 1217. natis, Engelbertus Præſul Henricum, Lotharingiæ Ducem, ſibi fœnore connexuit; Controverſia autem a. 1220. 12. Cal. Junii, Indict. 8. Traject. & Monaſt. Eccleſiarum Epiſcopis præſentibus, ita Coloniæ compoſita, (3) ut Theodoricus & Engelbertus, Theodorico a Strunckede, Gerhardo ab Horſt, Henrico Duecker, Rutgero ab Heidfeld, Henrico Pincerna, Stephano a Suilen, Wilhelmo & Theodorico a Wiſchell fratribus, Gerhardo Palcke, Alberto Clerico, Rutgero & Theodorico a Galen, patre & filio, & Henrico a Winne, obligatis, mutuam ſibi ſecuritatem & auxilium præſtarent. Ludolpho Holtenſi, Monaſterienſi Epiſcopo, contra Flandriæ & Geldriæ Comites, eorumque aulicos Meinhoevelios, fratres binos, quorum marti armenta milites Epiſcopi abegerant, copias ſubmiſit, & inſigni victoria (4) potitus eſt. Anno 1225. Epiſcopo Trajectenſi, Ottoni Lippenſi, contra Trentones, ſeu Triſinienſes, & Rudolphum de Covordia, cum Egberto, Cœverdiæ Dynaſta, & Groninganis diſcordem, cum Gerhardo Geldro, Epiſcopatus venatore, Balduino Bentheimio, janitore, Florentio Hollando, Mareſchalco, ſuppetias tulit, Cœverdiam arcem, quam Rudolphus occuparat, obſedit, in qua Otto Epiſcopus, limo infixus, (5) cum 400. aliis cæſus, Gerhardus Geldrus & Balduinus Bentheimius cum Gisberto Amſtelio capti ſunt; ſed ſucceſſor Ottonis in Epiſcopatu, Willibrandus Oldenburgius, cum eorundem vaſallorum ſubſidio, vindicata hac injuria, Cœverdiam expugnavit, Rudolphum, litis autorem, ejusque aſſeclam, Henricum Gransdorpium, cœpit & in rotam egit, Trentones vero, ubi clauſtrum aquæ nigræ prope campos an. 1228. pro pœna conſtruxiſſet, in fidem accepit.

Idem Theodoricus Clivius Hermanno Molenarekio, Henrici Archiepiſcopi fratri, Burggraviatum & caſtrum Thombergium, accepto ab eo fidelitatis & auxilii homagio, an. 1230. in feudum conceſſit, cum prius Archiepiſcopo, ad vindicandum Engelberti Montani

(1) Imo tres filios, Theodoricos appellatos, ex ea ſuſcepit, *Theodoricum* nempe primogenitum, Dynslacenſem Dominum, qui Eliſabetham, Henrici, Ducis Lotharingiæ, filiam, duxit, juxta tabulas matrimoniales apud *Butkens* Troph. Brabant. p. 213. & Pr. p. 74. atque ſuſceptis ex illa duabus filiabus, *Mechtilde*, quæ Gerhardo Limburgenſi, Domino de Durbuy, *Butkens* lib. cit. pag. 213. & N. quæ Gerlaco de Iſemberg & Limburg nupſit, *ibid.* ante patrem obiit 1244. teſte *Butkens* p. 76. & *Anonym.* Chron. MS. *Wiſchelenſis*, qui, *Theodoricus*, ſcribit, *juvenis, Comes de Dynslaken, obiit in Wiſchele Anno Domini MCCXLIV. Theodoricum* ſecundo genitum & ſucceſſorem, quippe qui in Privilegiis Veſalienſium An. 1252. ſe dicit *confirmare omne jus libertatis, a dilecto fratre noſtro, Comite Theodorico, bonæ memoriæ defuncto, quondam Civibus in Vvſcle præſtitum & indultum. Theodoricum*, dictum *Luiff*, ut patet ex Tranſactione An. 1251. inter *Theodoricum, Comitem Clivenſem, ejusque fratrem, nomine Theodoricum Luiff, & ſeniorem filium*, (prioris nempe) *etiam dictum Theodoricum ex una, & ex altera parte Conradum de Molenarcke, Archi-Epiſcop. Colonienſ.* de Burggraviatu *Caſtri* Thanneberg, cujus meminit *cit. Anonym.* atque ex illa litera patere addit, *quod tunc* (An. 1251.) *fuit Comes Theodoricus, habens fratrem, nomine Theodoricum Luef, & ſeniorem filium, etiam nomine Theodoricum.*

(2) De quibus vid. *Ægid. Gelen.* in Vita *Engelb.* lib. 1. c. 4. ortis ſorte, quod Antiſtites Advocatiæ jura Principibus extorquere ubique tunc ſtuderent, qua de cauſa bellum quoque inter Wilhelmum Egmondenſem & Abbatem Monaſterii Egmondenſ. *Joh. a Leydis* lib. 21. c. 11. inter Godefcalcum, Epiſcop. Monaſt. & Comitem Tecklenburgicum eodem tempore geſtum, refert *Cranzius* in Metrop. lib. 7. c. 21. Præcipue vero id moliti fuerunt Clerici, ex quo Fridericus II. Imperat. nimia ipſis Privilegia conceſſerat in Diplomate, Francofurti anno 1220. edito, quod *Vilhelm. Heda* exhibet p. 193. 194. Sed nullo Principum ſeculariun adſcripto teſte, ex rei procul dubio indignatione.

(3) Tabulas vide apud *Ægid. Gelenium* lib. 1. c. 4.

(4) Captis filiis & nepotibus viduæ Meinhoeveliæ, quos decollari juſſit, tota familia proſcripta; atque a Gerhardo, Geldriæ Comite, in lytrum captivorum Vaſallorum accepta *Goye* Dynaſtia. MS. *Honſel.*

(5) Pluribus de hoc bello, & ſupplicio Rotæ, a Rudolpho & aſſecla Henrico de *Gransdorp*, aliis *Craverdorp*, ſumto, vid. *Joh. Beka* p. 73. & *Buchelius* ad illum locum. MS. *Honſel. Theodoricum Clivenſem & Balduinum de Bentheim manuale Ottoni auxilium præſtitiſſe*, id eſt, ipſos præſentes fuiſſe, refertur in *M. Chron. Belgico* p. 225. conf. p. 230. 231. vid. quoque infra.

Digitized by Google

tani anteceſſoris parricidium, a Friderico Yſenburgio (1) an. 1225. deſignatum, auxilium præbuiſſet. (2)

Gerhardum quoque Lippienſem, Epiſcopum Bremenſem, anno 1234. literis Gregorii IX. Pontificis excitatus, ad debellandos Stadingos hæreticos, (3) cum Leopoldo Auſtrio, Henrico Brabantino, Florentio Hollando, Wilhelmo Julio, Adolpho Montano & Bruckhardo Oldenburgio, adjuvit. Idem denique eodem anno 1234. in haſtiludio ad Corbejam (4) Comitem Claremontium, quia prius Florentium IV. Wilhelmi filium, Hollandiæ Comitem, cognatum ſuum, necaverat, occidit. Comitem etiam Nivellarum, qui Claremontii necem iterum vindicare voluit, prælio ſuperavit, (5) poſt 20. annorum imperium obiit an. 1244. (6) ideoque Streithagenus ſic de eo canit:

Inter perpetuum meritos Heroas honorem,
Illuſtrem pariter dignus habere locum eſt.
Utraque nam ſummo ſpectanda in ſanguine virtus
Inque toga clarum præſtitit, inque ſago.

Theodoricus VI. (7) Comes Clivenſis 22. fuit, cujus tempore, Friderico II. Imp. anno 1245. mortuo, in ejus locum Conradus, Friderici filius, a patre, ab aliis Henricus, Landtgravius Thuringiæ, Ludovici frater, Wilhelmus, Hollandiæ Comes, Alphonſus, Rex Caſtellæ, Richardus Anglus, Imperii rivales ſubſtituti ſunt. Wilhelmi partes Theodoricus, cognatione ipſi junctus, egregie tutatus eſt. Nam in obſidione urbis Aquenſis auxiliares ei copias adduxit. Uxorem Theodoricus habuit Iſabellam, (8) Henrici I. Bra-

(1) De quo parricidio vide pluribus infr. ſub *Princip. Mont.*

(2) Accuſatus primum, quod ſi cædis iſtius conſcius fuiſſet, ſententia Henrici, R. Regis, Herbipoli fuit abſolutus, juxta literas *Archivi Clivenſ. & Gelenium* l. c. p. 125. & 165.

(3) *Quos ex adverſo Wordenſium ad ripas Viſurgis introrſum in parte fluminis occidua ſedes antiquas habuiſſe, atque rebellionem ipſorum ex eo ortam eſſe*, ſcribit *Pontanus* H. G. l. 6. p. 137. quod Sacerdos in ſolenni Paſchatos die illuſtri cuidam feminæ, ad aram accedenti, nummulum, quem ab ipſa pridie acceperat, ad exprobrandam muneris oblati exilitatem pro Euchariſtia, in os ingeſſerit, atque femina, cum eum deglutire non poſſet, pavore correpta, ore, quod acceperat, continuerit, ac mox domi in linteamen mundum expuerit, maritus vero homo militaris & ferox Sacerdotem occiderit, de quo bello inſuper vid. *Ubbo Emmius* lib. 10. *Joh. Beka & Wilh. Heda* ſub Ottone, 36. Traj. Ep. *M. Chron. Belg.* p. 239. *Albert. Stad. Meyerus* Annal. Flandr. *Hæreus* A. Brab. ad ann. 1233. *Nic. Schaten.* Annal. Paderb. P. II. p. 9. 10. 18. ubi Gregorii Pontificis literæ ad Weſtphaliæ & Saxoniæ Principes, ad exſtirpandos Stedingos, itemque 22. & 23. ubi Cliviæ præcipue Comitis opera homines iſti cæſi ac victi dicuntur.

(4) In Ambianenſi Diœceſi juxta *Joh. Bekam* p. 76. & *Godefridum* Monach. ad ann. 1234. *Alb. Stad. Noviomagi*, alias *Noyon. Chron. Egmond.* quod *Ant. Matthæus* edidit, apud *Cleermont* id accidiſſe refert. Odium vero in Florentium ortum fuit ex Zelotypia Comit. Clarm. ægre ferentis, quod uxor ſua Florentium amare videretur, brevi quoque poſt, cum de turri prius ob cædem iſtius Comitis ſe præcipitare voluiſſet, mortua. *Joh. Beka* l. c. & *Heda* p. 205. Anno vero non 1234. ut autor, *Chron. M. Belgicum* p. 228. & plerique volunt, at 1235. cædem illam patratam, putat *Buchelius* in Notis ibid. p. 80. *Joh.* a *Leydis* Chron. Belg. l. 22. c. 16.

(5) *M. Chron. Belg. Wilh. Heda & Joh. Beka* l. c. ex ludo iſto fugatum, ab Ottone vero, Trajectenſi Epiſcopo, quod cædis patratæ conſcius fuerit, coactum ſcribunt, ut in loco commiſſi ſceleris Eccleſiam extruxerit.

(6) MS. *Honſel. Schurenianum.* Ante patrem vero eodem anno obiit filius ejus primogenitus Theodoricus. MS. *Wiſchelenſe*, cujus vidua, quæ jam in Dipl. A. 1246. apud *Butkens* p. 76. *Theodorici nati Comitis relicta*, nupſiſſe poſtea dicitur Gerhardo de Waſſemberg, & liquet ex charta apud *cit. Script.* p. 77. qua uxori ſuæ Eliſabethæ & liberis Caſtrum Sprimont dedit, ante uxorem mortuus, ut conſtat ex Diplom. apud *Ægid. Gelen.* p. 373. quo *Eliſabetha hæc iterum vidua Eccleſiæ in Waſſemberg quatuor maldrica tritici pro remedio animæ mariti ſui, Domini Gerhardi*, largitur.

(7) Filius ſecundo genitus Theodorici VI. vid. Not. ad pag. præc. dictus Sanctus *Rueſt. Anonym.* Chron. Wiſchel. MS. qui Privilegiis Duisburgenſi Civitati a Wilhelmo, R. Romanorum, anno 1248. conceſſis, teſtis ſubſcripſit. Vid. ſupr. p. 149.

(8) Imo hæc primogeniti, anno 1244. defuncti, uxor fuit, vid. Not. ad pag. præc. qua affinitate factum videtur, ut Theodoricus ille hominibus Ducis Brabantiæ immunitatem a teloneo

Digitized by Google

Brabantiæ Ducis, ex secunda conjuge Namurcensi filiam, ex qua nati (1) Theodoricus successor, Margareta, Ottonis III. Geldriæ Comitis, conjux, & Jutta, Walrami, Ducis Limburgensis, uxor, quæ filiam Irmgardem Reinholdo, Comiri Geldriæ, nuptam edidit, Theodoricus denique Luiff (2) hinc prodiit, qui anno 1252. Vesalienſibus privilegia ſua confirmavit, & filias duas viciſſim reliquit, quarum una Domini de Dollendorph, altera Gerhardi de Duyrbuy uxores fuerunt. Ad res geſtas ejus quod attinet, Conrado Hochſtedeno, (3) Lotharii filio, Archiepiſc. Colonienſi, ut Dorſtam mœnibus cingeret, (4) & jure Civitatis donaret, ſic tamen, ut belli tempore neutrius eſſet, anno 1251. permiſit, reditibus aliquibus ex illo loco, quem hodieque Nobiles ab Heiden in feudum Clivenſe agnoſcunt, ſibi reſervatis. Poſtmodum vero Theodoricus, ejus nominis IX. Comes Clivenſis 26. hac munitione minime acquieſcens, ut ipſe Comitesque Cliviæ libere ea atque cum Epiſcopo Colon. permiſcue uterentur, anno 1310. perfecit, (5) ſicuti in vita ejus annotabimus. Inde pro Florentio, (6) fratre Wilhelmi, Regis Rom. Hollandiæ & Zee-

---

loneo Orſavienſi conceſſerit apud *Butkens* p. 85. Conjux vero fratris ejus & Succeſſoris in Comitatu Clivenſi, Theodorici, quia Annales non illum, ſed fratris ex Eliſabetha filium pro Succeſſore habuerunt, nullibi commemoratur. Cum vero ejus filio duas uxores tribuant, priorem Walburgim Luxeburgicam, patris conjugem fuiſſe ſuſpicor, quod hujus filius Theodoricus, Walburgi defuncta, Aleidim Heinsbergicam anno 1257. adeoque vivo adhuc patre duxiſſe dicatur, vero autem ſimile non ſit, filium illo tempore ſecundam uxorem jam habuiſſe.

(1) De duabus tantum filiabus ipſi natis vid. not. pag. præc. Frater vero ejus atque patris in Comitatu anno 1244. Succeſſor filios habuit Theodoricum ſeniorem, & juniorem, dictum *Luiff*. *Anonymus* enim Chron. MS. Cliv. ex charta quadam Henricum, D. Brabantiæ, An. 1260. arbitrum electum, inter Ottonem, Geldriæ Comitem, ex una, & Theodoricum, Comit. Clivenſ. ex altera parte, & Theodoricum, ejus filium ſeniorem, & alium Theodoricum, ejusdem Comitis filium, dictum *Luiff*, de matrimonio contrahendo inter *Theodorici*, primogenitum dicti, Dni Theodorici ſenioris filii, & Ottonis filiam tractaſſe refert. Quod vero ad Margarethan attinet, Ottonis, Geldriæ Comitis, uxorem, Comitis potius Juliacenſis filiam fuiſſe, *Scriverius* in Notis ad Aquilii Chron. Geldriæ, aliique exiſtimant, at Clivenſis Comitis filiam fuiſſe, patet ex Ottonis, Geldriæ Comitis, apocha dotis 1000. Marcarum, a Domino Theodorico, Comite Cliv. ſibi ſolutæ, juxta cit. *Anon.* Chr. MS. *Cliv. Pont.* Hiſt. Geldr. p. 142.

(2) Eſt hic filius Theodorici VI. tertiogenitus, a quo Suetherus miles de Ringelsberg curtim ſuam Kaldenhoff aliaque prædia ſita in feudum oblatum recepit anno 1255. juxta chartam apud *Butkens* p. 46. Ad annum usque 1261. quo pater obiit, filius Comitis Clivenſis, ab illo vero tempore frater Comitis Clivenſis dici ſolet. In charta An. 1261. *Godefridus, Comes Arnhbergenſis, curtim ſuam in Vorſt Domino Theodorico Luiff, filio Comitis Clivenſis, vendidiſſe*, ſcribitur; in alia vero charta A. 1263. *Theodoricus, dictus Luiff, frater Theodorici, Comitis Clivenſis, tranſactioni fratris cum Capitulo Xantenſi adfuiſſe*, dicitur. Dominum quoque fuiſſe Civitatis Veſalienſis, liquet ex multis illi civitati Privilegiis conceſſis, de quibus vid. ſupr. p. 142. In chartis A. 1255. & 1258. quibus Veſalienſibus Privilegia confirmat, *Comes de Sarepont & Sarebrugge* vocatur, quo jure, obſcurum eſt. Quia vero *Spenerus* Oper. Herald. lib. 3. c. 26. §. 8. maſculos, refert, Comitum Saarbruggenſium illo tempore extinctos fuiſſe, atque Mathildem, Simonis ultimi Comitis ſororem, Amadeo, C. Mompelgardenſi, marito ſuo, Comitatum Saarwerdenſem in dotem attuliſſe, Theodoricus, Comes Clivenſis, Luiff dictus, ejus quoque ſororem forte in matrimonio habuit, ſterilem quidem, ſed cujus jure Comitem ſe ſcripſerit Saarepontanum.

(3) Ita quoque vocatur in *MS. Honſeler. M. Chron. Belg.* p. 238. *Anonym.* vero cit. Comit. de Molenarke appellat, cum quo eodem anno 1251. Theodoricus, Comes Cliviæ, ejusque frater, Theodoricus Luiff, transegerint de Burggrafiatu Caſtri Thonenberg.

(4) *Anonym.* cit. *de conſenſu etiam*, refert, *dicti Comitis Theodorici, & ſenioris filii ſui, Dominus Conradus, Archi-Epiſcopus Colonienſis, munire etiam fecit oppidum Dorſtem, eidem Comiti & heredibus ſuis ex dicto oppido Marca perpetua cum certis aliis conditionibus reſervata, videlicet, quod Comites Clivenſes contra quoscunque, præter Dominum Archi-Epiſcopum Colonienſem, & ſimiliter Dominus Archi-Epiſcopus contra quoscunque, præter Comites Clivenſes, ſe ex illo oppido juvare poſſent, prout in literis de data 1251. deſuper confectis, & a Capitulo Colonienſi etiam ſigillatis, plenius continetur.*

(5) Compulſis civibus Dorſtenſibus, ut mœnia ſua iterum diruerent. *MS. Honſeler.*

(6) Pro Wilhelmo potius, qui fratrem ſuum Florentium miſerat adverſus Guidonem Dampie-

Digitized by Google

landiæ Comitis, contra Flandriæ Comitem Guidonem in Zeelandiæ pago, Weſtcappel nominato, pugnavit, in quo conflictu 30000. occubuerunt. In eodem bello anno 1253. 5. Idus Maji, die B. Hudalrici, Flandrenſibus in Zeelandia victis, Theodoricus Theobaldum, Comitem Barrenſem, amiſſo oculo captum detinuit, ob id Lupus Clivenſis dictus, & Dux belli a Rege Wilhelmo renunciatus eſt, eidemque anno 1254. in obſidione urbis Aquenſis (1) cum Ottone Geldro adfuit. Etſi autem fidelem hanc Wilhelmo Regi operam ambo fratres præſtitiſſent, ille tamen regnum Noviomagenſe, cum integra Batavia majoribus ſuis obligatum, Ottoni III. Geldriæ Comiti, pro 21000. Marcis argenti conceſſit. (2) Longiorem autem Wilhelmi Regis vitam Friſonum dolus intercepit: Cum enim, iis mari devictis, Rex, diverticulum, ut ſecurius exercitum reduceret, quærens, terra ingrederetur, in glaciem delatus cecidit, quem Friſones, ex inſidiis adorti, priusquam miles, qui ſubveniret, adeſſet, ætate adhuc florente anno 1256. neci dederunt, (3) quam filius Wilhelmi Florentius vindicans, & Ottonem Geldrum auxiliatorem habuit. Anno 1252. Theodoricus Sacellum Hulluiſium cum Decimis collegio Wiſſelenſi attribuit. Anno 1260. 500. Marcas Monaſterio veteris Campi in Eleemoſynam obtulit. Et poſt 18. annorum imperium anno Chriſti 1261. fato functus eſt. (4) De quo Streithagenus:

Cliviacis præerat populis, tempusque ſub ipſum
Imperio exorta eſt magna ruina ſacro.
Unde ille Hollandum Romana ad ſceptra vocatum
Functus erat, quoniam ſanguine tulit opem.

Theodoricus VII. Cliviæ Comes 23. ſub aliquot prioribus Imperii rivalibus, inprimis Rudolpho I. Habsburgico Imp. præfuit. Uxores binas habuit. Primam Walburgem, (5) Comitis Lutzenburgici filiam, ex qua præter Theodoricum, ſuum ſucceſſorem, Eliſabetham quoque filiam ſuſcepit, Gerhardi, Juliæ Comitis, uxorem, & Wilhelmi I. Juliæ Marchionis & Ducis, atque ejus fratris Walrami, Archiepiſcopi Colon. matrem. Secunda fuit Adelheidis, Henrici Heinsbergii, Theodorici I. filii, gnata, qua cum Comitatum Hulckenradium & dimidiam Comitatus Saffenbergici partem in dotem accepit. (6) Ex hac ſuſtulit (7) Theodoricum, novum Præpoſitum Xantenſem an. 1280. Ker-

rium & Johannem, Margarethæ Nigræ, Comitiſſæ Flandriæ & Hanoniæ, filios, qui Walacriam Inſulam Hollandiæ Comiti eripere ſtudebant. *Joh. a Leydis* lib. 23. c. 23. MS. *Honſel. Wilhelm. Heda* p. 207. Comitem Barrenſem a Theodorico, Comite Clivenſi, captum fuiſſe, refert *Lev. a Northof* ap. Meib. T. 1. p. 390. Quod bellum arbitrio quoque inter alios Comitis Clivenſis anno 1254. compoſitum fuit, juxta tabulas apud *Oliv. Vreed.* T. 1. p. 245.

(1) Ubi more prædeceſſorum coronari cupiebat. *Matth. Pariſienſ.* ad ann. 1247. *Joh. Beka* p. 78. *Joh. a Leydis* lib. 23. c. 8. 9. MS. *Honſeler.*

(2) Diploma exhibet *Wilh. Heda* p. 208. ex quo liquet, ab Ottone 16000. tantum Marcarum millia Imperatori ſoluta fuiſſe, aucta poſtea ad 21000. millia. *Joh. a Leydis* lib. 23. c. 10. *Aquil.* Chron. Geldr. ſub *Ottone III. Pont.* Hiſt. Geld. p. 140. & infra. De Privilegiis, ab hoc Imperatore, quo nomine ipſe *Æneas Sylvius* in Hiſt. Frider. III. eum appellat, Duisburgenſi Civitati eodem tempore confirmatis, vid. ſupr. p. 149.

(3) Juxta Medemlek, *Alb. Stadenſ. Chron. Auguſt.* ad. a. 1256. quod initio ejus anni, autor vero ipſe p. 225. menſe Februario illam cædem factam referunt, ſed adverſus chartam Wilhelmi, menſe Auguſto ejusdem anni ſcriptam, cujus meminit *Anth. Matthæus* in Not. ad Chron. Egmond. c. 43. p. 209.

(4) *Butkens* Troph. Brabant. p. 566. an. 1257. obiiſſe refert, ſed anno 1260. adhuc eum vixiſſe, apparet ex actis ejusdem anni inter Theodoricum, Cliviæ Comitem, ejusque filios, & Ottonem, Geldriæ Comitem, arbitro Henrico, Brabantiæ Duce, apud *Anonym.* cit. pag. præc.

(5) Vid. not. ad pag. præc.

(6) Ipſa pacta matrimonialia vid. infra in Cod. Dipl. No. XLI.

(7) *Anonym.* Chron. Cliv. de matrimonio illius Theodorici & liberis, *Ex tenore*, ſcribit, *alterius literæ ſigillatæ de data Anno Domini 1257. reperitur, Theodorico, ſeniori filio Domini Theodorici, Comitis Clivenſis, copulata matrimonialiter Aleydis, filia Domini de Hinsberg, cum qua, ſicut ex dicta litera elici videtur, tradita fuerunt Dominia de Hilckerade & medietas Dominii de Saffenberg.* Et paulo poſt: *Iſte Theodoricus, maritus dictæ Aleydis, juxta tenorem quarundam literarum, de eadem genuiſſe videtur primogenitum, nomine Theodoricum, & alium ejus-*

Digitized by Google

Kervenheimia inveſtitum, & Theodoricum, dictum Luiff, (1) qui viciſſim ex Beatrice, Dynaſtæ Ringelbergii, Comitis Morſani, filia, Theodoricum, Hulckenradiæ Comitem, Thombergæ Dynaſtam, Adelheidem, Rudolphi Rieſerſchedii, Milendonciæ Toparchæ, uxorem, Ottonem, Præpoſitum S. Gereonis Coloniæ, Sieghridum, Præpoſitum Monaſterienſem, Reinholdum, Dominum Bergæ ad Zomam, Eliſabetham, Wilhelmo, Comiti Hornano atque Alenano, & Margaretham denique, Theodorico, Moerſæ Domino, copulatas, genuit.

Porro belli tempeſtatibus implicatus fuit hic Theodoricus VII. de quo agimus. Nam & Florentio, Hollandiæ Comiti, in correctione Friſonum, & Joanni Naſſovio, Epiſcopo Trajectenſi, in rebellium Hollandorum atque Friſonum, Engelberto denique Falckenburgio, Archiepiſcopo Col. adverſus civitatem auxiliares manus præbuit. Naru cum anno 1260. Carmelandi (2) & Friſones, ab Hollandiæ Proceribus gravibus exactionibus vexati, milites, ut in libertatem avitam ſeſe aſſererent, ſcripliſſent; Proceres omnes, obſeſſis caſtris & everſis, motus hos extinguere niſi ſunt. Imo cum Amersfordienſes, Amelandi & Amſtelodamenſes, ad eandem inſaniam pertracti, ad Hollandiam occidentalem ſimilia deſignaturi contenderent, eorumque phalangibus Florentius Hollandus, Joannes Naſſovius, Epiſcopus Trajectenſis, Otto Geldrus & Theodoricus hic noſter ſelectiſſimis copiis occurrerent, multos ſternunt, reliquos in fugam conjiciunt, ſceleris autoribus comprehenſis, & ſupplicio affectis. Deinde eundem Florentium Hollandum, necem Patris, Regis Romanorum, adverſus Friſones ulturum, porro Theodoricus adjuvit. Cum enim, ad domandos Friſios Provinciam iſtam, ut diximus, ingreſſus, ad obedientiam refractarios reduxiſſet, & tandem in glacie, cum minus caveret, ab illis circumventus, in Febr. anno 1256. occiſus eſſet, (3) hanc injuriam, Patri illatam, filius vindicaturus, cum Theodorico noſtro Friſiam anno 1271. ingreſſus, 4000. cæſis corpus paternum illis eripuit, atque Middelburgi honorifice condidit, ut vere de Theodorico Streithagenus:

Cui Pater in vita poſito teſtatus amorem eſt,
Teſtatus rapto natus & ipſe fuit,
Inque occiſſores cognati Regis acervos
Compulit inſonte pendere digna nece.

Idem in bello Colonienſi, cum Engelberto Falckenburgio Archiepiſcopo, anno 1262. Coloniam ejusque cives invadere tentans, (4) cœleſti viſione, vel potius Sanctorum San-

---

ejusdem nominis, qui fuit Dominus de Hilckerade & Thonenberg, & adhuc alium, etiam ſimilis nominis, qui fuit Præpoſitus Xantenſis & Poſſeſſor Caſtri in Carvenheim, quod in fratre ſuo Theodorico tenebat in pheudum.

(1) Et ad differentiam ceterorum ejus cognominis *Grote Luiff*, qui vero non hujus Theodorici, Comitis Clivenſis, ſed Theodorici Luiff, filii Theodorici VI. de quo pag. præc. filius fuit, ut patet ex pactis ſponſalitiis Theodorici & Beatricis, inter Theodoricum Luiff & Suetherum de Ringelberg, utriusque Parentis, anno 1257. jam initis, quibus inter alia conventum, *quod accedente ſuo* (Suetheri) *& Domini ſui Theodorici de Luiff, Comitis Seraphontis, conſenſu, Theodorico, filio ipſius, Domini ſui, cum ad annos diſcretionis perveniret, filiam ſuam primogenitam Beatricem uxorem dabit, & quod, poſtquam matrimonium celebratum fuerit, ipſe mediam partem Caſtri ſui & totius hæreditatis ſuæ conferet, & ea bona, quæ ſunt feudalia, iis in feudum concedet, &c.* Liberos quoque recenſitos *Anonymus* cit. circa annum 1299. Theodorico, tunc Comiti de Hilckerade, adſcribit.

(2) Sive Caninefates, MS. *Honſel.* aliis Kenemarii, cum Friſiis rebellantes, quod Proceres, ob tutelam Florentii poſt obitum ejus patrui in factiones diviſi, nimiam in populum licentiam ſibi ſumerent, de quo tumultu legendi *Joh. Beka* p. 92. *Wilh. Heda* p. 212. *Joh. a Leydis* lib. 23. c. 6. MS. *Honſel. Pont.* Hiſt. Geldr. p. 150. 151.

(3) Vid. not. ad. p. 224.

(4) Conſanguineus Archiepiſcopi. *Domino* vero *Engelberto*, refertur in *M. Chron. Belgico* p. 261. *a captivitate Colonienſi liberato, Conſanguinei ejus, propter injuriam ejus exacerbati, videlicet Archiepiſcopi, Dominus de Valckenburg, Dux quoque Lymburgicus, Comes de Clivis & Nobilis de Heinsberch, Anno 1263. forti armatorum manu contracta, civitatem Colonienſem per quandam domum, muro civitatis adhærentem, amplo aditu per murum civitatis per aliquos civet corruptos fraude ſive pecuniis patefacto, in cujusdam noctis intempeſta ſilentio ſubintrarunt:*

Sanctarumque, ut ajunt, Urſulæ, cum ſociis Maurorum, item & Thæbeorum in muris apparentium phantasmate territus, Hulckenradiam retroceſſit, Theodorus Falckenburgius, frater Archiepiſcopi, per foramen muri ingreſſus, vulneratus cecidit, Walramus Limburgius captus, & cum multis aliis Nobilibus in carcerem ductus eſt.

Anno 1267. cum iterum Theodoricus noſter cum Walramo Limburgio dimiſſo, & Engelberto Marcano Archiepiſcopo, patrocinarentur, a Wilhelmo Julio, qui a partibus urbis ſtabat, prælio, inter Tulpetum & Lechenitium inito, ipſe & Archiepiſcopus capti ſunt. Sed Theodoricus, Wilhelmi filio, Gerhardo Julio ſua gnata Eliſabeta in matrimonium promiſſa, dimiſſus eſt; Archiepiſcopus vero in carcere obiit. (1) Porro Ottoni Geldro, ejus nominis III. dotem (2) ſororis Margaretæ 10. mill. Marc. auri, in dotem cum ipſa promiſſa, primo Comitatus anno exſolvit, quæ ſolutio tam Ottoni grata fuit, ut filiam Irmgardem, ex ſecunda conjuge ſua Philippina, (Margareta enim Clivenſis ſterilis mature exceſſit,) ſani S. Pauli Comite, natam, viciſſim primogenito ſuo Theodorico, licet adhuc impuberi, deſponſarit.

Dominium Ringelbergium (3) Cliviæ quoque ſuæ adjecit Theodoricus hic. Poſt annorum vero 13. imperium an. 1275. vita defunctus, (4) inque Eccleſia collegiata VViſſelenſi inhumatus eſt.

Theo-

Sed cives eo præcognito, ad arma conclamantes, dictos Nobiles armata vi repulerunt: ubi dictus Dominus de Valckenburg, frater Archiepiſcopi, primo congreſſu occiditur, Dux Lymburgenſis capitur, &c. Vid. quoque *Stangefolium* lib. 3. p. 368. Videlicet Archiepiſcopi id hactenus egerant, ut civitatem Colonienſem ſibi penitus ſubjicerent, civibus e contrario libertatem ſuam defendentibus, de qua lite vid. *Limnæus* J. P. lib. 7. c. 11.

(1) Imo Alberti M. Epiſcopi Ratisponenſis, arbitrio e cuſtodia anno 1270. dimiſſus fuit, ea nempe conditione, ut Civitas Archiepiſcopum pro Domino agnoſceret, civibus vero libertas conſervaretur. MS. *Honſel. Lehm.* Chron. Spirenſ. l. 5. c. 59.

(2) Vid. Not. ad p. 224.

(3) Feudum olim Monaſterienſe, quod Theodoricum hunc VII. per conjugium primum acquiſiviſſe, Aut. ſupra p. 181. refert. Aſt a Theodorico Luiff, patre mariti Beatricis Ringelbergicæ, id fuiſſe acquiſitum, patet ex transactione inter illum Theodoricum & Gerhardum, Epiſcopum Monaſterienſem, qua controverſia inter utrosque circa Caſtrum Ringelbergium orta, ita anno 1264. craſtino Vincentii fuit ſopita, ut *prædictus Epiſcopus de conſenſu Suetheri de Ringenberg militis, dictum Theodoricum infeudarit de eodem caſtro, & aliis bonis, quæ ipſe miles a ſua Eccleſia jure tenuerat feudali, his duntaxat exceptis, ſcilicet judicio in Bicholte, & frumento, quod vulgo Gruit dicitur, loci ejusdem & libera comitia in tanta parte, in quanta Conradus Strick miles titulo pignoris tenet eandem, reliquam vero partem Comitiæ ejusdem ipſi nobili Viro Theodorico titulo pignoris obligavit pro ducentis Marcis Monaſt. monetæ. Quando vero dictus Luiff dicto militi caſtrum & bona prædicta reſtituerit, tunc Epiſcopus ſine mora eidem militi bona præfata, ſcilicet judicium, frumentum & totam Comitiam reddet, ſalvo jure Eccleſiæ ſuæ & ipſius Suetheri. Ceterum Dominus Luiff Eccleſiæ Monaſterienſi ipſum caſtrum Ringenberg ſervabit ligium, quod vulgus Lethetus dicit, ita ut Epiſcopo ejusque Succeſſoribus & Eccleſiæ abſolute debeat patere contra quoslibet, cum Eccleſiæ fuerit opportunum. Cum autem id fuerit requiſitum, Dominus Luiff certus reddi debet per patentes literas, quod idem caſtrum ſine difficultate reddetur ei, guerra ceſſante, propter quam caſtrum illud Eccleſiæ patuerat. Item ſi dictus Luiff procurare potuerit, ut præfatus miles, uxor ejus, eorumque pueri legitimi a prædictis caſtro & bonis per liberam reſignationem recedere volverint, vel quod ipſos, antequam id fiat, mori contigerit, caſtellum, turres, cuſtodes & portenarii, quicunque ſunt, vel pro tempore fuerint, tunc ſtatim jurabunt, ipſum caſtrum, & ejus turrim ſervare Eccleſiæ Monaſt. & Domino Luiff, ipſumque caſtrum, ſi idem Dominus Luiff moveretur absque puerit, ipſi Eccleſiæ libere præſentare. Ut autem hæc rata permanerent, præſentes literæ Epiſcopi prædicti & fratris ſui Engelberti, Comitis de Marca, ſigillis ſunt communitæ. Actum apud Umlandt. Teſtes Wetteliis de Lambecce, Conradus, dictus de Stryck, & Bitterus de Rhete, milites, qui ſimiliter ſigillarunt. Item nobilis Vir, Conradus de Velen, Hermannus Werentus, Theodoricus de Lere, Henricus de Rothepen, Henricus de Novedin, Henricus de Mornfelde, Henricus de Suetcn, Adolphus de Lembecke, Alexander de Raeſfelde & Gerhardus de Brunſfelde.*

(4) Controverſia quoque, de Vectigali Huſſeno, jure paſcendi in ſylva Neomagenſi, monetæ, quæ diu multumque inter ejus Majores & Comites Geldriæ agitata erat, arbitrio Epiſcopi Trajectenſis, Comitis Juliacenſis & Domini Bornæ, cum Ottone III. Geldriæ C. anno 1266. compoſita, juxta Tabulas apud *Pontan.* Hiſt. Geldr. p. 149. *Sande* Conſuet. Geldr. l. 3. c. 5.

Digitized by Google

Theodoricus, nominis *VIII.* (1) ſub Rudolpho I. Habsburgico, Adolpho Naſſovio, & Alberto Auſtriaco, Impp. Comes Clivenſis in ordine 24. Bopardiæ a Rudolpho Cæſare confirmatus eſt. Uxores binas habuit. Prima fuit Irmgardis, (2) Ottonis, Geldriæ Comitis, hujus nominis III. filia, quæ ei Ottonem ſucceſſorem, & Irmgardem, Gerhardo de Parwys, Comiti Hornano, enuptam, genuit. Ex quibus conjugibus viciſſim Theodorus & Joannes, Domini de Parwys, Horn, Cranenburgh & Herlaer, nati ſunt. Secunda Margareta (3) Habsburgica, Eberhardi, Rudolphi Imp. fratris, filia, an. 1290. Erphurdiæ ducta. Ex hac Theodoricum & Joannem, mutuos tum fratris Ottonis, tum ſibi quoque invicem ſucceſſores; Everhardum, in cœlibatu defunctum; Mechtildem, (4) Henrici, Haſſiæ infantis, ſecundam, Annam, Godefridi Arnsbergii, & Agnetem (5) denique, Adolphi Montani conjuges, filias genuit.

Godefridus Arnsbergius, ut hoc paucis addamus, cum uxore ſua Anna (6) Clivenſi Comitatum ſuum Montis Aquilini 25. Aug. anno 1368. cum omni jure ſuo ac dominio, Eccleſiæ Col. vendidit. Et anno 1371. rebus humanis exemptus, in Mariano ſummæ ædis Col. Sacello conditus eſt.

Porro poſtremum matrimonium Theodorico huic noſtro non ſolum ornamento, ſed etiam emolumento haud exiguo fuit. Pro dote (7) enim 4000. Marcas argenti ex

telo-

(1) Noſtro calculo IX. filius Theodorici VIII. natu maximus, quem Autor p. 230. *Hoppius* p. 163. ad annum usque 1305. MS. *Effendienſe* annum 1300. imperaſſe, atque filium ipſi *Ottonem* ſucceſſiſſe referunt; MS. vero *Honſelerianum* ad annum tantum 1290. eum vixiſſe, atque *Theodoricum* filium, patrem *Ottonis*, ſucceſſorem habuiſſe, ſcribit, cum quo *Schurenius* in MS. *Akerlaken* & *Anonymus* Secret. in MS. *Chron. Cliv.* conveniunt, quorum poſtremus *alius*, memorat, *Theodoricus Comes, qui obiit anno Domini 1275. Poſthac ſequuntur in ordine bono* Theodoricus *Comes, item* Theodoricus *Comes, item* Otto *Comes, item* Theodoricus *Comes, dictus Pius, qui obiit anno 1347. item* Johannes *Comes* &c. Accedit, quod Theodorico IX. unicum habuerit filium Theodoricum, ut liquet ex Diplomate, quo ejus pater A. 1277. Veſalienſibus Privilegia confirmavit, teſte inter alios *Theodorico, filio ſuo*, ut & ex charta, qua Sigfridus, Archiepiſcopus Colon. jus Patronatus, ab eodem Theodorico Veſalienſibus conceſſum, anno 1297. confirmavit, atque *Theodoricum, Comitem Clivenſem, & Margaretham, uxorem ejus, hanc donationem ex libero conſenſu Theodorici, ſui unici Heredis, dilbus ſuis feciſſe*, ait, diſerto teſtimonio, Theodoricum IX. iſto anno jam diu obiiſſe, & unicum reliquiſſe filium, quod de Theodorico, Ottonis patre, dici nequit, quippe qui multos habuit liberos, interque eos Ottonem primogenitum. Quare ab anno 1275. ad annum usque 1290. Theodoricum IX. inde vero ad annum 1305. ejus filium Theodoricum imperaſſe, omnino ſtatuendum erit.

(2) Ita quoque *Aquilius* in Chron. Geldr. p. 20. aliique. Noſtro calculo conjuges diſtinguendæ erunt Theodorici patris, & filii. Illius uxorem *Lucelburgicam Comitiſſam* fuiſſe, *Schurenius* ſcribit in MS. In MS. *Honſeleriano* Irmgardis vocatur Ottonis III. Comitis Geldriæ, filia, quæ Theodorico ſucceſſori attribui alias ſolet. *Margarethan* vero appellat Sigfridus, Archiepiſcopus Colon. in charta cit. p. 202. Quicquid ſit de nomine, Ottonis III. Geldriæ Comitis, filiam fuiſſe exiſtimo, Theodorico jam anno 1260. Henrico, Duce Brabantiæ, proco, deſponſam, teſte *Anonymo* Secret. in Chron. MS. qui ex alia inſuper litera A. Domini 1273. *manifeſte*, ſcribit, *patere, Dominum Theodoricum, tunc Comitem Clivenſem, habuiſſe in conjugem ſororem Domini Reynaldi, tunc Comitis Geldriæ & Ducis Limburgenſis, quorum pater fuiſſe conſpicitur Otto, Comes Geldriæ, præfatus.* Cujus quoque affinitatis reſpectu factum, quod, teſte eodem *Anonymo*, Reynaldus ille *Comiti Clivenſi decimam in Hunyff vinorum, aliarumque rerum dimiſerit, relinquendo Comitem Clivenſem in omni jure antiquo, quod pater ſuus ex longis retroactis temporibus ab Imperio habuiſſe dinoſcitur.* Ex hac vero conjuge ſua unicum reliquit filium ſucceſſorem Theodoricum, Ottonis, reliquorumque, qui ab Autore recenſentur, liberorum patrem.

(3) Hanc filii Theodorici uxorem, atque unicam fuiſſe, referunt MS. *Honſelerianum* & *Autor* Brevis deſcript. rerum geſt. in Julia, Clivia, &c.

(4) Quæ certos reditus ex teloneo Huſſeno in dotem accepit. *Anonym.* Secret. in MS. Cliv.

(5) Vid. infra.

(6) Cum ambo ad ſenilem ætatem perveniſſent, & liberos non haberent, poſſeſſione Comitatus Eccleſiæ Colonienſi ſimul tradita, atque prædiis aliis, dum viverent, ab ea receptis. *M. Chron. Belg.* p. 317. *Stangefol.* l. 3. p. 446. *Ægid. Gelen.* de Colon. Magnit. l. 1. p. 76. *Broiverus* Annal. Trevir. l. 18. Geneal. *Com. Arensberg.* vid. ap. *Frid. Lucæ* im Grafen-Saal p. 842. ſqq.

(7) De qua vide ſupra p. 149.

Digitized by Google

telonio Duisburgenſi, quod poſtea Bouricam translatum eſt, & 2000. Marcas in ipſius urbis Duisburgenſis pignus ab Imp. accepit, deinde ab eodem in Conſiliarium coopratus, in urbibus Imperialibus, Noviomago, Daventria, & vicinis usque Ravenswerdam, conſtitutus eſt Imperii Vicarius, facultatem etiam monetæ, tribus, quibus vellet, locis cudendæ, cum vectigalium antiquorum, per Rhenum exigendorum, libertate, omnibus Imperii Electoribus oblata, obtinuit: cum eadem denique anno eodem 1290. urbem ipſam Duisburgenſem pro 2000. Marcis argenti puri, & 400. Marcis ex telonio Buiricenſi annuis accepit, Weſalia & Cranenburgo urbibus cum præfectura Ringelbergia inveſtitus eſt, eidemque & Wicgboldo Holteno, Archiepiſcopo Colon. Cæſaris inſula oppignorata, quod jus totum, quia Ludovicus Sonnebergius tradere recuſabat, poſtea in Archiepiſcopum pro 400. Marcis annuis tranſtulit. Hæc omnia, a Rudolpho Habsburgio in litteris Erphurdiæ datis conceſſa, Albertus, (1) Rudolphi filius, qui in Imperii dignitate Adolpho Naſſovio ſucceſſit, anno 1298. confirmavit, eidemque ſimiliter Duisburgum & Daventriam oppida, nomine Imperii gubernanda, tradidit.

Theodoricus viciſſim in omnibus expeditionibus Germanicis Imperatori fidem conſtantem (2) approbavit. Anno 1298. (3) cum Gerhardo Juliaco & Wilhelmo Montano, in Diplomate Alberti Cæſaris, civitati Duisburgenſi conceſſo, teſtis. Anno eodem 1298. necem Florentii, Hollandiæ Comitis, a Vaſallis ſuis nefarie occiſi, ultus eſt: cum enim is in Goylandia venaturus a Gerhardo de Velſen, Gisberto de Amſtel & Hermanno de Worden, interceptus, inque caſtrum Muedenſe deductus eſſet, adverſus hos parricidas tota Hollandia inſurrexit, cui patrocinatus, cognatus Florentii Theodoricus noſter, cum Mueda clam deſerta, cum Principe captivo Neerdam properarent, & in fuga quoque cum Gerhardus a Velſen vulneribus multis inflictis confodiſſet, ſicariorum villis exuſtis, caſtra VVordenſe & Cronebergium, longa obſidione attenuata, everterunt, ipſum parricidam, in Cronebergio repertum, dolio, undique clavis (4) prominentibus conſito, nudum incluſerunt, & Neerda Muidam tantisper volutari juſſerunt, dum extremum ſpiritum exhalaret. Hac ultione facta, Theodoricus cum copiis Flandriam contendit, ut Guidoni, ejus Comiti, contra Regem Galliarum, Philippum Pulchrum, (5) pugnanti, adeſſet. Pugnam initam Mejerus deſcribit in Annalibus Flandrorum ad annum 1297. & Theodoricum noſtrum inter primarios Germaniæ Principes recenſet. Cum autem controverſia Bonifacio VIII. Pontifici, inter Regem & Comitem definienda, commiſſa eſſet, Theodoricus, e Flandria ad ſuos redux, in Dorſtenſes arma convertit, eosque, quia pactis

(1) Qui huic ſuo affini multa conceſſit Privilegia, atque inter alia immunitatis ab omni alia ſuperiori jurisdictione, monetamque cudendi, æſtimatione, pondere & valore, ſicut Archiepiſcopus Colon. Comitesque vicini. *Archiv. Clivenſ.*

(2) Qua Theodoricus pater quoque meruit, ut inter Conſiliarios ſecretiores eum receperit Rudolphus, *Archiv. Clivenſ.* atque neptem ſuam ejus filio in matrimonium collocaverit.

(3) Vid. ſupra p. 149.

(4) Ita quoque *Wilhelmus Heda* p. 226. *Joh.* a *Leydis* lib. 24. 30. *Joh.* vero *Beka inter acerba ſupplicia dire rotatum fuiſſe* ſcribit p. 99. putatque *Buchelius* in notis ibid. quod de dolio æque ac de muliercula, quæ Florentium charta porrecta, ſibi caveret, monuerit, ex Hiſtoria M. Attilii Reguli & Jul. Cæſaris deſumtum, falſumque eſſe, quod ob ſtuprum commiſſum fuerit Florentius occiſus, ut *Heda* refert l. c. *Pontan.* Hiſt. Geldr. p. 169. Florentium odium quorundam Hollandiæ Procerum adverſus ſe excitaſſe putat, quod Regi Galliæ contra Anglos opem tulerit, quod etſi veriſimilius videatur, veram tamen cenſeo cauſam fuiſſe, quam *Joh. Beka* l. c. commemorat. Multos iſtius cædis reos in Pruſſiam abiiſſe, & novam ibi civitatem *Holland* condidiſſe, referunt *Philippus* a *Zeſen* in deſcript. Civit. Amſt. & *Hartknoch.* im alt- und neuen Preuſſen, P. 2. c. 3. Occiſo autem Florentio, Theodoricus, Comes Clivenſis, Nordhollandiam in tutelam recepit, Hagæ comitis aula ſua conſtituta, dum Johannes, Florentii filius, ex Anglia reverteretur. *Joh. Beka* p. cit. *Chron. Egmond.* c. 48.

(5) Qui Guidonem, Flandriæ Comitem, una cum uxore ſub ſpecie amicitiæ ad ſe invitaverat, ſed quod filiam ſuam Regis Angliæ filio deſponditſet, in cuſtodia retinuit, dimiſſum tandem ea conditione, ne fœdus cum Anglis contra Gallos iniret, atque ut obſidem daret filiam ſuam, quam cum reſtituere poſtea nollet Philippus, arma arripuit Guido. *Mejerus* Annal. Flandr. 1295. *Joh. a Leydis* l. 26. c. 7. qui Philippum tandem veneno Pariſiis ſublatum refert. *Haræus* Annal. Brabant. T. 1. p. 207.

Digitized by Google

ctis de munitione oppidi, cum avo Theodorico VI. anno 1251. initis, non fecerant, ut muros dejicerent, & ſolo æquarent, compulit. Donec Theodoricus IX. ejus filius ſecundogenitus, ut ipſe Comitesque Clivenſes urbe promiſcue cum Epiſcopo Colonienſi uterentur, anno 1310. perfecit, ut ſupra dictum eſt. (1)

Ad ſtatum quod attinet Politicum, Theodoricus hic octava Margar. menſe Julio, anno 1277. præſentibus fratre Theodoro, Præpoſito Santenſi, avunculo Henrico a Leck, Godefrido a Gehmen, Stephano a Zuilen, Bernardo a Strunckede, Eberhardo ab Horſt, Theodorico a Vonderen, Theodorico a Munimento, ejusque filio cognomine, Alberto Areluzone ab Hunnepel, Rutgero a Boetzelaer, Gerlaco, dicto Bitter / a Steehuſſen/ Cæſario ab Horſt, Præfecto, Stephano ab Oirsbeck, Theodoro a Barle, Equeſtris dignitatis Viris, Alberto, Decano Weſſelenſe, & Gerlaco Secretario, urbi Weſaliensi a Majoribus ſuis accepta privilegia, de tributo contra civium voluntatem non pendendo, ſucceſſione mariti & uxoris, itemque liberorum & proximorum agnatorum, exemptione civium ab aliis provinciæ Clivenſis judiciis, delectorum, læſionis vel homicidii, a civibus vel Scabinis perpetratorum, prænotione, ſervitiis Principi debitis, teloniorum immunitate, cenſu poſt mortem, bonis Emphiteuticis & Latonicis, panis & cereviſiæ coctionis controverſia, a Conſule judicanda, libera Magiſtratus electione, & Gruitæ pro 16. libris annuis pignore, confirmavit. (2) *Status Politicus.*

Anno 1280. Godefrido & Goſvino, patri & filio, dominium Ghemenſe (3) in feudum conceſſit. Anno 1287. iterumque 1294. Theodoricis, patri & filio, cum hujus fratre Friderico, Comitatum Mörſanum (4) in feudum largitus eſt. An. 1290. ut ſupra (5) in Comitum Theiſterbandiorum & Dominorum Heusdanorum ſerie annotavimus, Florentio, Hollandiæ Comiti, jus omne, quod in ditionem Heusdanam ac Altenanenſem habuit, factis ea de re publicis tabulis, ſub prandio liberali manu largitus eſt. An. 1297. controverſiam de nemore imperiali cum Reinholdo, Geldriæ Comite, amicabiliter compoſuit. (6)

In Eccleſiaſticis an. 1281. collegio Furſtenbergio veſtalium nobilium quinque modios ſiliginis, ſingulis annis in feſto Martini ex horreo decimali Veſalienſi emetiendos, contribuit. Præter cœnobium, Clivopoli (7) Franciſcanis minoribus ædificatum, etiam anno 1291. a Capitulo Lubecenſi fratribus impetratis, areaque ad ædificandum Monaſterium apta, Gualthero Steckio, Suedero ab Alpen, Arnholdo a Sluſen, & VVilhelmo a Kervenheim, Equeſtris dignitatis Viris præſentibus, conceſſa, VVeſaliæ Conventum Dominicanorum ſive Prædicatorum inſtituit: quem anno 1296. Emanuel, Juris Canonici Doctor, Epiſcopus quondam Cremonenſis, in memoriam B. Virginis Mariæ, matris Domini, altari conſecrato, inauguravit. Cum autem ſequentibus temporibus, anno nimirum Chriſti 1354. ſub Joanne II. Comite Clivorum, iſtius proſapiæ ultimo, VVeſalia 7. Au- *Status Eccleſiaſticus.*

(1) Pag. 223.
(2) Vid. ſupra p. 142.
(3) Vid. infra.
(4) Vid. infra.
(5) Pag. 203. ubi vero notavimus, quod donatio illa, teſte *Joh.* a *Leydis*, anno 1293. facta ſit, ſed irrita fuiſſe videatur. Anno vero 1290. Theodoricum in Ordinem Equeſtrem S. Jacobi receptum fuiſſe, memorat *Aub. Miræus* Donat. Belg. l. 1. p. 124.
(6) Quæ nempe controverſia anno 1275. compoſita erat, vid. not. ad pag. 226. iterum reſuſcitata, novaque orta fuit, teſte *Anonym.* Secret. *propter pagamentum annuorum reditumm, ipſi Comiti Clivenſi cum ſorore Reynaldi dicti, Comitis Geldriæ, ex Teloneo Loheda in dotem aſſignatorum,* ita compoſita, ut Comes Geldriæ ſuam filiam daret in matrimonium Theodorici, C. Clivenſ. filio ſecundo genito Theodorico. Anno inſuper 1299. *Theodoricum, Comitem Clivenſem, una cum Domino Wilhelmo, Comite de Monte, & Theodorico de Cleve, dicto Lueff, Comite de Hilckerade, conſanguineo ſuo,* (patruo nempe,) *ſe mutuo colligaſſe cum Domino Wicholdo, tunc Archiepiſcopo Colonienſi, de aſſiſtentia ſibi facienda his conditionibus, ut dictus Comes renunciaret quæſtioni & impetitioni, dicto Domino Colonienſi motæ, prætextu promiſſionis ſibi factæ de non inſtaurando teloneo in Berck, atque ut idem Dominus Archiepiſcopus infeudaret Theodoricum, filium iſtius Comitis, de 400. Marcis Brabantinorum denariorum, ex teloneo Nuſſienſi perpetuo levandorum.*
(7) Vid. ſupra p. 186.

Digitized by Google

7. Auguſti, ſive ipſa Donati, cum Conventu hoc vaſtiſſimo igne conflagraſſet, ope Adolphi & Theodorici, Comitum Marcanorum, Ludovici de Foro Fogienſis, & Theodorici Urſelii Naturenſis Epiſcoporum, qui ex eodem ordine erant, cœnobium inſtauratum, largiſſimisque impenſis ditatum eſt: In quo ante majus altare Theodoricus Marcanus, Dynaſta Dinslacenſis, anno 1406. tali epitaphio conditus eſt:

Diederich de Marca, vir nobilis, hac jacet arca,
Natus Gelrenſis, Arberch, Marcaque Clivenſis,
Anno milleno quadrinteno quoque ſeno
Urbani feſto deceſſit, Rex memor eſto,
Atque Maria pia ſis ſibi propitia, Amen.

Anno 1244. idem Theodoricus noſter, Clivorum Comes, Monaſterio veteris Campi libertatem in teloniis ſuis conceſſit: Et anno 1301. bonorum Monaſterii, in Repeler ſitorum, immunitatem largitus eſt. Tandem poſt triginta annorum fœlix atque auſpicatum imperium, anno Chr. 1305. exſpiravit. (1) De quo Streithagenus:

Splendorem antiqui generis, ceu luce recenti,
Auſtriacis thalamis auxit, & auxit opes.
Namque per imperii vicinas inclytus urbes,
Cæſareas obiit non ſine laude vices.

Otto, ejus nominis *primus*, (2) dictus Pacificus, ſub Alberto Auſtrio, & Henrico VII. Lutzenburgio, Impp. Comes Clivenſis 25. binas quoque uxores habuit. Primam Adelheidem, (3) Engelberti, hujus nominis ſecundi, Comitis Marcani in ordine noni, filiam: Ex qua Irmgardim, (4) Joanni Herculeo, Heusdæ Domino, nuptam, ſuſcepit. A quo viciſſim Otto Herculeus, & ab hoc cum Joanna Julio-Geldra Robertus & Joannes, Trajectenſis & Leodienſis Epiſcopi, Catharina, Heusdæ Domina, & Joanna Emenſis, in Seelandia Domina, Joannes Herculeus, pater VVilhelmi, qui in conflictu Gorcumienſi periit, cum Joanna, Joannis & VVilhelmi Iſelſtinorum, Arnholdi denique Egmundani fratrum matre, deſcendunt: A filiabus vero Hornenſes, Heinsbergii, Gennepii, Brederodii, Veerii, Cruningii, Drongelii, Mervenii, Vlietani, Oſtendii, Henevlietii, & alii complures Dynaſtæ originem trahunt. (5) Secunda uxor fuit Mechtildis Vierneburgia, (6) Henrici, Archiepiſcopi Colon. ſoror, ſterilis.

Hic Otto, etſi Pacifici nomen adeptus, quod pacis amator atque recuperator eſſet, nonnulla tamen bella laceſſitus ſuſcipere coactus eſt. Utpote quod primo Principatus anno, injuriis crebris (7) Joannis Dosrinchovii nobilis, haud longe a Borcken ſiti, impetitus, arcem ejus obſedit & cœpit. Deinde altero Principatus anno Guidonis, Flandriæ Comitis, filius, ob patrem eorum, a Philippo Pulchro, Galliæ Rege, interceptum, cum Joanne, Brabantiæ Duce, Reinholdo Geldriæ, & VVilhelmo Juliæ Comitibus, ſibi con-

(1) Quippe quo anno uſumfructum adhuc ex teloneo Budericenſi ab Alberto Imperatore impetravit. *Archiv. Cliv.* Otto vero in Diplom. Veſalienſibus conceſſo, vid. p. 142. *Paternum Dominium in ſe devolutum* ait, unde errare liquet, qui anno 1300. obiiſſe referunt.

(2) Ut liquet ex Privilegio Alberti Imperatoris, anno 1304. *Theodorico & Ottoni*, ejus primogenito, *conceſſo*, vid. ſupr. pag. 228. quo eodem anno *Otto* hic in caſum mortis patris Veſalienſibus diverſa Privilegia conceſſit. *Archiv. Veſal.*

(3) Ita quoque MS. *Eſſendienſe*, *Honſelerianum* & *Akerlaken*, inter liberos tamen Engelberti infra illam omittit Autor, *Levold. Northofium* ſecutus.

(4) Quæ primum Adolpho, C. de Marca, deſponſa fuit. *Anon.* Secret. Genealogicam Herculeorum vid. Tab.

(5) MS. *Honſelerianum*, quod inſignia quoque omnium harum familiarum exhibet.

(6) Quam ſolam *Anonym.* Secret. commemorat uxorem Ottonis, & quod poſt obitum mariti poſſederit Caſtrum de Dynslaken jure uſusfructus.

(7) *Anonymus* Secret. *propter exceſſum*, refert, *& delictum cujuſdam Johannis de Dornichhaven expugnavit per vim & ſubjugavit ſibi caſtrum Doerinck prope Borken, & in expugnatione tali plures notabiles militer*, patriæ Monaſterienſes, adjutores dicti Johannis, *captitavit*. MS. *Honſel.* Arbitris tandem Theodorico, Dno de Moerſe, Goſwino, Domino de Gehmen, Stephano de Salen & aliis, anno 1307. controverſia illa inter Ottonem, C. Cliveuſem, & Johannem, ejusque fratrem Goclenium de Doringhaven, compoſita fuit. *Arch. Cliv.*

Digitized by Google

conſœderatis, auxiliares copias ſubmiſit, a quibus, Gallis cæſis, flos militiæ Gallicanæ tunc ferme periit. Poſtmodum autem Philippus, Guidonis filius, ex Apulia redux, Artoſiam invaſit, & Tornacum Nerviorum obſidione cinxit, dum induciis anni unius factis, pater libertati reſtitueretur, qui poſtea tamen iis finitis ad carcerem rediit, inque eo octuagenarius mortuus eſt. Poſt ejus obitum Joannes, Hollandiæ Comes, Philippo Regi ſupperias tulit, filiumque Wilhelmum ſubmiſit, quo cum Guido, alter filius, navali prælio prope Caſantium decertavit, ſed victus fuit: proinde bello inſtaurato, Seelandiam ingreſſus, Valachiam ferro & flammis depopulatus eſt, & bis Hollandos una die, prope Veeram ſcil. & Armuidam, fudit, totamque provinciam, excepta Zirixæa, Seelandiæ oppido, quod obſedit, occupavit; ex eo Wilhelmus clam noctu ad Guidonem Hannoniæ, Trajectenſem Epiſcopum, patruum, & patrem Joannem, Hollandiæ Comitem, ſe recipiens, ad ſolvendam obſidionem copias contraxit, & in Divelandia caſtra locavit, ſed a Flandris noctu obrutus iterum cæſus, & Guido Epiſcopus cum urbe ipſa, a Viliboldo æſtuante dedita, captus eſt, ille vero ad Regem Philippum ſororium denuo confugit. Idcirco Guido Flander porro Hollandiam Orientalem univerſam, ſolo Harlemo excepto, Joannes, Dux Brabantiæ, Occidentalem Hollandiam occuparunt, hic vero a Dordracenſibus ad Sylvam-Ducis usque repulſus eſt. Hollandi contra ſub Vittone Hamſtedio, Florentii, Hollandiæ Comitis, filio naturali, animo reſumpto, Gallorum claſſi conjuncti, prælio navali anno 1304. in feſto S. Laurentii, Guidone capto, & decem millibus cæſis, Flandros ſuperarunt: & cum porro Rex Philippus, ad totam Flandriam occupandam, ingentem exercitum adduxiſſet, illi quidem Philippus Flander, & Joannes, Comes Namurcenſis, occurrerunt, ſed occiſo Wilhelmo, Guidonis filio, cum ſex millibus Flandrorum, iterum victoria penes Hollandos manſit, Lilla obſeſſa, ad quam liberandam cum Joannes Namurcenſis ſexaginta millia adduxiſſet, pax tandem hac lege (1) inita, ut, perſolutis Regi Philippo ducentis Coronatorum millibus, pars illa Flandriæ, quæ eſt ultra Liſciæ flumen, Gallis, altera Guidonis filiis permaneret. Idem Rex Philippus Pulcher cum Clemente V. Ordinem Templariorum anno 1307. delevit. (2)

Anno eodem, nempe 1307. Otto Clivius Dominium Altenanum Gerhardo (3) Hornano in feudum largitus eſt. Idem anno eodem 1307. feria poſt Pentecoſten tertia, ne homines ſervilis conditionis Eccleſiæ Santenſis in aliorum oppidorum Clivenſium cives adſcriberentur, vetuit. (4) Anno 1308. Crucem illam, in arbore, ut ferunt, ex Hoſtia conſecrata, ob nauſeam ab opilione egeſta, natam, Craneburgum tranſtulit. (5) Anno 1309. ut Ludovicus, Henrici, infantis Haſſiæ, ex Mechtilde Clivia filius, Epiſcopatu Monaſterienſi potiretur, favente ſibi Capitulo & Nobilitate, effecit, (6) qui anno 1320. iterum in fata conceſſit. Cum Henrico Viernenburgio, Archiepiſcopo Colon. affine, propter Comitatum Hulckenradium (7) controverſiam habuit, quæ Comitatus venditione, a Theo-

(1) Hiſtoriam hujus Belli & Pacis deſcribunt *Joh. a Leydis* lib. XXVI. a cap. 7-19. *Joh. Beka & Wilh. Heda* in vita *Guidonis*, Epiſcopi Trajectenſ. 42. *Mejerus* Annal. Flandr. ad ann. 1302. ſeqq. MS. *Honſel. Haræus* Annal. Brabant. T. 1. p. 297.

(2) Injuſte, ſive cauſas ſpectes, ſive proceſſum, ut Clariſſ. *Thomaſius* peculiari diſſertatione docuit adverſus *Puteanum*, qui *in Hiſt. condemnat. Templ.* facinus illud defendere ſtuduit. Acta condemnationis exhibet *Leibnitzius* in Mantiſſa *Cod. Dipl.* p. 76. & ſeqq. & Scriptores a *Buchelio* in notis ad *Vvilh. Hedam* p. 237. citati. Integram Ordinis Templariorum Hiſtoriam *Gurtlerus* deſcripſit.

(3) Rectius Everhardo, poſtquam frater ejus Wilhelmus absque heredibus obierat, alſo daß Evertſein recht da Rath gehabt, daß Er ſich aber verglichen, und das Guth empfangen habe, umb alle Tyo verbunden the ſyn tot allen Dienſten, der ein Man ſyn Heer ſchuldig iſt binnen 14. Nachten, na den Gebode te komen met Welgeboren Luiden woll geheurſt. *Arch. Cliv.*

(4) Diploma vide in Cod. Dipl. No. XLII.

(5) In cujus crucis honorem Adolphus I. Dux Cliviæ, Collegium Canonicorum Zefelicenſe, ſedis Apoſtolicæ licentia accedente, in Cranenborg tranſtulit. MS. *Honſel. Stangefol.* l. 3. p. 402.

(6) *Levold. Northoff.* ap. Meibom. T. 1. p. 397. MS. *Honſeler. & Anon. Secret.* Res a Ludovico præclare bello ac pace geſtas refert *Stangefol.* l. c. p. 402. 403. *Schaten.* A. P. Parte II. p. 217.

(7) Quem tandem magnis pecuniis Eccleſiæ Colonienſi comparavit. MS. *Honſel. M. Chron. Belg.* p. 285.

a Theodorico, dicto Luyff, facta, approbata, ſopita eſt. Obiit ultima Septembr. an. 1311. Hoſtmariæ (1) Weſtphalorum, indeque Civiam delatus, in Bedberga tumulatus. De quo Streithagenus:

Ter geminos inter Major natalibus Otto,
Proximus a patrio funere, jura dedit;
Poſt vita excedens ſterilis ſine pignore lecti,
Fratribus ad Regimen ſtravit ademptus iter.

Theodoricus IX. cognomento Pius, ſub Henrico VII. Lutzenburgio, & Ludovico IV. Bavaro, (2) Impp. quorum hic tamen Imperii rivalem (3) Fridericum III. Auſtriacum habuit, Comes Clivenſis factus (4) in ordine 26. Ex Margareta, Reinholdi, ultimi Geldriæ Comitis, gnata, unicam tantum filiam (5) reliquit, itidem Margaretam dictam, Adolpho, nominis V. Marcano Comiti in ordine 10. nuptui datam. Inter res ejus geſtas numeratur, quod Ludovicum Bavarum Imp. contra Fridericum Auſtriacum fortiter adjuvit, qui ipſum magnis promiſſis, (6) utpote duorum teloniorum, Griethæ & Huſſenæ Batavicæ, conſtituendorum conceſſione, Duisburgenſis urbis Adolpho, Montium Comiti, (7) & Cæſaris Inſulæ Henrico Vierneburgio, Epiſcopo Colon. cui infenſiſſimus hoſtis erat, pignoribus ademptis, collatione Vicariatus (8) totius Weſtphaliæ a Rheno ad Viſurgim usque

(1) Cum forte, ut Ludovico, Epiſcopo Monaſterienſi, opem ferret, ibi commoraretur. Ceterum Caſtrum Horſtmarienſe, inſignium olim Heroum ſedes, extincto circa annum 1270. ultimo ejus Domino, ad Eccleſiam Monaſterienſem pervenit, *Stangefol.* l. 2. in Prof. c. 8. a qua Dynaſtæ Moriani illud in feudum acceperunt, atque adhuc poſſident.

(2) A quo & inveſtitus fuit. Vid. *literas Inveſt.* in Codice Diplom. No. XLIII.

(3) Captum tandem eaque conditione dimiſſum, ut omni in Imperium jure ſe abdicaret. *Adelreiter* Annal. P. II. p. 24. Quæ vero Scriptores Auſtriaci de communi imperio ſcribunt, ab *Herwarto* in defenſ. Lud. Bavari ſatis refutata ſunt.

(4) Non tamen absque controverſia cum Irmengarde, Ottonis filia, quæ in Comitatu Cliv. ſuccedere volebat, auxilio nixa Johannis, Ducis Brab. a quo & de oppido Weſel inſtituta fuit, prætextu forte *Advocatiæ & tutelæ*, quam in partibus Moſellæ usque ad mare, & parte Rheni altera verſus Weſtphaliam, ipſi conceſſerat Adolphus Imp. 1292. *Butkens* Troph. Brab. pag. 128. Controverſia vero hæc, cum Irmengardis Johanni Arkelio nuberet, ita compoſita fuit, ut Theodoricus maneret Comes, filius autem Irmgardis, ſi quem haberet, ipſo mortuo, in Comitatu Clivenſi ſuccederet, *Anonym. Veſal.* quod tamen poſtea effectu caruit, quippe cum Theodorico Johannes frater ſucceſſerit.

(5) *Anonym. Secret.* addit adhuc duas, *Eliſabetham* & *Mariam*. Meminit quidem *Meyerus* Annal. Flandr. l. 12. ad ann. 1337. Margarethæ Clivenſis, quæ Henrico de Flandria, Comiti Lodenſi, nupſerit. Quia vero nec Theodorici, nec Johannis, Comitum Clivenſium, filia fuerit, e Clavennenſibus Comitibus, qui Lodenſibus vicini ſunt, eam ortam fuiſſe ſuſpicor.

(6) Comitatu quoque Marcano, quem Engelberto, Comiti Marcano, ademerat, Theodorico conceſſo. Vid. Cod. Dipl. No. XLIV. XLV.

(7) Cui oppidum Duisberg cum Agnete, Theodorici ſorore, in dotem erat traditum. Vid. ſupr. p. 150.

(8) MS. *Honſel. Quamobrem*, ſcribit, *ut hunc* (Theodoricum, Cliv. C.) *in fide ſervaret, grandia ei amicitiæ ſigna privilegiaque exhibuit; nam in Weſtphalia ipſum inſtituit Vicarium adverſus Henricum, Colonienſem Epiſcopum æmulum, inſulamque Cæſaream prope Duysborch Epiſcopo ereptam illi contradidit, quadque Theloneum in Heuſſen & Grit locare poſſet, illamque pecuniarum taxam Imperatoris nomine redimere, quam Wilhelmus, Montium Comes, ſuper Duysborch dudum erogaverat.* *Anonymus* Secret. *Præfatus*, refert, *Theodoricus Comes videtur ex pluribus Regalibus literis Domini Ludovici, tum Romanorum Regis, ſingularem ipſius tum habuiſſe gratiam & favorem, qui inter cætera dictum Comitem conſtituit in Generalem Advocatum ſuper Advocatiam totius Weſtphaliæ inter Rhenum & Weſeram* &c. Eadem quoque commemorat *Schurenius* in MS. in vita hujus Theodorici. *Nicolaus Schatenius* Annal. Paderborn. ann. 1314. *Theodorico*, ait, *Clivia Comiti, promiſſa poteſtas duo erigendi telonea, alterum Griethæ, alterum Huſſenæ in Batavia, Duisburgum & Cæſaris Inſula in pignus oblata. Ad hæc conceſſus Vicariatus Weſtphaliæ, Rhenum inter & Viſurgim, data Werthinenſis Canobii Advocatia, quæ poſt regiis tabulis confirmata ſunt; utroque munere exutus Epiſcopus Colonienſis.* Videtur Weſtphalia exemta fuiſſe ab utroque Vicariatu Imperii, atque proprium habuiſſe Vicarium, Archiepiſcopum Colonienſem, cui hoc munus nunc abrogatum, atque in Clivias Comitem translatum fuit.

Digitized by Google

que, advocatiæ denique Werthinenſis (1) largitione, in ſuas partes pertraxit: eidem etiam omnium privilegiorum confirmationem dedit. Acta hæc ſunt anno Chr. 1318. (2)

Idem Theodoricus Eduardo, Anglorum Regi, (3) ſuppetias contra Philippum Valeſium, Francorum Regem, tulit, ubi in prælio poſtremo, 28000. hominum cæſa, Philippus fugatus, & Caletum poſt diuturnam obſidionem in Anglorum poteſtatem venit anno 1345. Præterea Wilhelmum, Hollandiæ Comitem, in obſidione Trajectenſi juvit, quæ urbs, interceſſione Epiſcopi ſui, Joannis Herculei, hac conditione in gratiam a Wilhelmo admiſſa, ut cives diſcalceati & ſemi-nudi ſuppliciter ab eo veniam delictorum (4) peterent. Cum Reinholdo Geldro quoque anno 1335. adverſus Brabantinos & Leodienſes pugnavit. Cum Epiſcopo etiam Leodienſi, Adolpho Marcano, bello Brabantino interfuit. (5)

Status Eccleſiaſticus.

Quoad ſtatum Eccleſiaſticum, altera Margaretæ anno 1321. corpus hujus virginis a Monaſterio veteris Campi commodato accepit, illudque in Eccleſiam Clivopoleos tranſtulit, ob id autem fratres Campenſes libertate Sonsbecenſi & Orſavia donavit. Anno 1334. 15. Kal. Mart. collegium Canonicorum (6) Monrebergæ prope Calcariam fundavit, quod Walramus Julius, VVilhelmi I. Ducis frater, Archiepiſcopus Colon. inauguravit. Illud vero idem 18. Martii, anno 1341. Clivopolim ejusdem conſenſu tranſtulit, & primum novi chori lapidem ibidem poſuit, ut vere de eo Petrus Verhagius, collegii Canonicorum Clivopolitani Scholarcha, ita cecinerit:

Flos Comitum, Imperii Prorex, tibi Regibus orti
Dant Pater & ſeptem nominis omen avi.
*Alberti * ſatus es gnata, ſeu nepte Rudolphi,*
Qui primi Auſtriadum ſceptra tulere domos.
Per te Monrejugo dotata Eccleſia Clivos
Migrat, & ipſa tuis urbs viget aucta bonis.
Imperii laus ſumma fuit, domuiſſe rebelles,
Sed major dici reque fuiſſe Pium.

* Rectius *Eberhardi.*

Hujus Eccleſiæ collegiatæ ſtructura per Theodorici ex filia Margareta nepotem, Adolphum Marcanum, ultimum Clivorum Comitem, magis expolita, & per ejusdem filium, primum Clivorum Ducem, elegantiſſime conſummata eſt. Idem Theodoricus Monaſteri-

(1) Vid. infra.

(2) Anno dein 1327. Ludovicum Imper. una cum Hollandiæ & Geldriæ Comitibus in Italiam ſecutus. *Joh. Beka* p. 113.

(3) Ejus nominis III. MS. *Honſelerianum. Chron. Holl.* Diviſ. 23. c. 4. Poſt obitum nempe Caroli Pulchri, Iſabellæ ejus ſororis atque matris ſuæ jure in Regno Galliæ ſucceedere cupiebat Eduardus, cui vero defuncti Regis patruelis, Philippus Valeſius ſe opponebat, quod vi Legis Salicæ fœminæ eorumque liberi a ſucceſſione in Regno Galliæ excludantur. Vid. *Aut.* Tr. la Diſcuſſion des differents entre le Roy de France & d' Angleterre apud *Leibnitzium* in Cod. Dipl. P. 1. p. 63. Poſt diuturnum bellum, quod inter Gallos *Froſſardus* l. 4. *P. Æmilius* & *Gugvinus du Cheſne*, in Hiſt. d' Angleterre l. 15. & 16. inter Anglos *Walſingham* in Eduardo III. *Polyd. Virgil.* l. 18. deſcribunt, ita inter Carolum VI. Regem Galliæ, & Henricum V. R. A. transactum fuit, ut hic, ducta Caroli filia, Catharina, poſt mortem ſoceri in Regno Galliæ ſucederet, juxta pacta apud *Leibnizium* l. cit. p. 132. quorum vigore Henricus VI. R. A. Pariſiis coronatus, ope Ducis Burgundiæ Galliam occupavit, ſed poſt ſolutam obſidionem Aurelianenſem & infelix prælium Gallis iterum excedere coactus fuit, atque poſteris ſuis inſignia atque titulum Regum Galliæ reliquit. Quæ anno 1670. de hac controverſia componenda acta fuere, refert *Puffendorff.* de Reb. Geſt. *Frid. Wilh.* Lib. 11.

(4) Propter *quædam vaniloquia*, i. e. mala dicteria in Wilhelmum hoc bellum A. 1345. ortum, ea vero conditione compoſitum fuiſſe refert, *ut 500. cives humiliter urbem exirent, atque in tentorio prælibati Comitis veniam flexis genibus exorarent*, vel ut MS. *Honſel.* habet, *ut civitatis Conſules & Majores, injuriarum fatores, diſcalceati & ſeminudi urbem egredientes, veniam coram eo depoſcerent, in terram proſtrati.*

(5) Ipſum vero cum Walramo, Archiepiſcopo Colonienſi, circa caſtrum Stinckede bellum geſſiſſe, adjutum a Reinaldo, Geldriæ Duce, cui oppidum Sevenaer propterea oppignoraverit, poſtea tamen redemptum, referunt *Anon. Secret.* MS. *Honſel. Pont.* Hiſt. Geldr. p. 224.

(6) *Anonym. Secret.* MS. *Honſel.* quorum Decanus primus fuit Nicolaus de Cleve.

Digitized by Google

sterium fratrum Francisci minorum 40. modiis siliginis, & totidem hordei aqua maccerati, tauro item saginato & halecibus donavit.

Status Politicus.

In Politicis anno 1334. dimidiatam urbis & tractus Heusdani partem, cujus jus fiduciarium Pater anno 1290. Florentio Hollando sub prandio liberali manu concesserat, ejus filio VVilhelmo pro 2027. Turonensibus vendidit. Fratri Johanni, Præposito Colonienſi, Linnam & Orſoviam, (1) cum quadringentarum Marcarum Brabantinarum annuis reditibus ex telonio Noveſio, pro hæreditaria portione, ad vitam attribuit. Cui Walramus Julius, Archiepiſcopus Colonienſis, Henrici Vierneburgii ſucceſſor, anno 1342. 200. Reales, quos vocant, ex telonio Berckenſi adjecit. Anno 1340. craſtina B. Martini, Theodoricus hic noſter, Comes Cliviæ, & Theodorus ab Horn, Dominus in Cranenburg, Irmgardis, Theodorici VIII. ſororis, cum Gerhardo de Parwys, Comite Hornenſi, filius primogenitus, privilegia Cranenburgia confirmarunt. Anno 1343. idem Theodorus ab Horn, Craneburgi Dominus, de aggeribus diſtrictus ejus leges tulit. Clivis tandem anno 1347. 7. Julii mortuus, & in templo collegiali, a ſe fundato, conditus eſt. De quo Streithagenus:

Hinc Theodoricus ſubiens ætate ſecundus
Imperii rexit Weſtphala rura loco.
Quin contra Auſtriacum Boji Ducis agmina juvit,
Qui latius ſprevit Marte ſavente minas.

Poſt mortem ejus, etſi filii Adolphi Marcani, ex filia ſua Margareta Cliviaca nati, Engelbertus, Adolphus & Theodorus, ſucceſſionem ob matrem ſibi jam etiam deberi dicerent, (2) Reinholdo etiam Geldro, (3) ut ſuppetias ferret, oppidum Huiſſenſe offerrent; *Joannes* tamen, frater Theodorici, ejus nominis II. ſub Ludovico Bavaro, & Carolo IV. (4) Impp. Comes Clivenſis vigeſimus ſeptimus, & hujus proſapiæ ultimus, relictis dignitatibus (5) Archidiaconatus & Præpoſituræ ſummi templi Colonienſis, ſucceſſit,

(1) MS. *Honſel.* Tabulas ipſas vide in Cod. Diplom. No. XLVI. Medietatem quoque Dynaſtiæ Husdenæ acceſſiſſe refert *Anonym. Secret.*

(2) Id quidem MS. *Honſelerianum & Schurenianum* non tradunt, liquet vero, quod Theodoricus Marcanus Dynslakium occupaverit, eique Privilegia confirmaverit 1349. Prælatus tamen ipſis fuit *Johannes*, qui & anno 1347. Veſalienſibus Privilegia ſua confirmavit, atque inter alia promiſit, quod nollet in civitate Veſalienſi habitare, ne forte in controverſia de Succeſſione adhuc durante a Comitibus Marcanis obſideretur.

(3) Qui executor Teſtamenti Theodorici erat conſtitutus. Vid. Cod. Dipl. No. XLVII.

(4) A quibus de Comitatu Clivenſi inveſtitus fuit, & confirmationem Privilegiorum obtinuit. Vid. Cod. Dipl. No. XLVIII. XLIX. L.

(5) Quod procul dubio Sacerdotio nondum fuerit initiatus, hoc enim qui inaugurati ſunt, ad ſecularem ſtatum redire, ſalvo jure Pontificio, non poſſunt. Certe reliquos Principes Cliviæ, Montium, Juliæ & Marcæ, qui ſacro ordine relicto in illis ditionibus ſucceſſerunt, Sacerdotes nondum fuiſſe conſtat. De Adolpho VI. Comite Marcano, qui Monaſterienſem Epiſcopatum, poſtea Archiepiſcopatum Colonienſem nactus erat, ſed hoc poſt decem menſes relicto Johanni Clivenſi ſucceſſit, *M. Chron. Belgic.* p. 313. *Nam*, ſcribit, *cum Monaſterienſi Eccleſiæ per quinquennium præfuiſſet, nondum ad ſacrum ordinem promotus erat.* Neque poſtea enim ſacerdotem factum, *Schaten.* Annal. Paderb. P. II. p. 364. his verbis teſtatur: „Magna dehinc rerum perturbatio ex mutatione Epiſcoporum. Enimvero Adolphus, Co„lonienſis Archiepiſcopus, altero anno de abdicando munere laborare cœpit, ſeu quod ſe „inviſum ſuis intelligeret ob æs alienum contractum, & obligatas nobilitati arces quasdam, „quam ob rem apud Urbanum P. accuſatus erat: ſeu, quod Cliviam ab Avunculo ſperaret, a „quo nulla proles maſcula ſuſcepta erat, atque ipſe etiam a Sacerdotio abhorreret. Quare „miſſis ad Pontificem procuratoribus, Florentio Wevelinghovio, Subdecano, & Petro Bra„bantenſi, Canonico Leodinenſi, Archiepiſcopatum in manus P. depoſuit, ſimul ſollicitan„do, ut hunc in Engelbertum, Leodinenſem Epiſcopum, ac Patruum ſuum, transferre di„gnaretur. Quæ licet Pontifex indignante animo acciperet, edito etiam Decreto ex Cardi„nalium conſiliis, ne quisquam in poſterum ad ſacras infulas admitteretur, niſi qui Sacer„dotio initiatus eſſet, aut certa id fide præſtaret.“ De Wilhelmo quoque, Adolphi primi, Montium Ducis, fratre, qui anno 1400. Epiſcopus Paderbornenſis factus, ſed anno 1415. ſacra illa dignitate relicta, ductaque Adelheide, Comitiſſa Tecklenburgenſi, in Comitatu Ravensbergenſi ſucceſſit, *Gobelinus Perſona* Ætat. VI. cap. 93. pag. 339. apud Meibom. T. 1.

Vi-

Digitized by Google

ceſſit, qui ex Mechtilde, (1) Reinholdi, Ducis Geldriæ, filia, & Godefridi Loſſenſis an. 1342. defuncti vidua, (quæ poſtmodum Comiti de Bloys tertio nupſit, ab eoque dominia hæc ad mortem usque uſufructu poſſedit,) nullam ſuſcitavit prolem. Anno 1344. arce Clarenbeccia Theodoricum a Bentingh donavit & inveſtivit.

Anno 1348. die circumciſionis Domini, privilegia urbi Metropoli Clivorum partim nova dedit, partim priora confirmavit, qualia ſunt, de ſucceſſionis hæreditate adeunda, telonii Rheni & Vahalis, Orſavienſis, Smithuſienſis, (2) Huiſſenſis & Neomagenſis, itemque ab arreſtis & exactionibus immunitas, de juramento Prætoris, præter Principem urbi præſtando, cenſus augmentum, ſeu diminurio: Præſentibus Ottone Clivio, Præpoſito S. Gereonis Coloniæ, Theodorico de Horn, Domino de Cranenburg, conſanguineis ſuis, Arnholdo de Arckel, Eberhardo & Wilhelmo de Ulfft, Alberto de Eyll, Friderico de Hunnepel, Wilhelmo de Genth, Rolando de Hagdorn, Joanne de Oſſenbroich, Theodorico de Brynen, Henrico de Romlian, Eberhardo de VVſſel, militibus, Theodorico Lockers, Suedero de Sarbruggen, Henrico de Gruithauſs, armigeris.

Primo hoc Principatus ſui anno, Engelberto quoque Marcano, Epiſcopo Leodienſi, auxiliares copias, quibus ſibi rebelles cives (3) compeſceret, adduxit, ſicut etiam prope Haſſeltum ipſo autore 1600. ex rebellibus cæſi.

Exorta autem anno 1351. exitiali (4) inter Reinholdum & Eduardum, Geldriæ Duces, germanos fratres, ſeditione, Joannes noſter, quia Embricam (5) pro 2107. Scutatorum

„Videns igitur, *refert*, Wilhelmus, electus Paderbornenſis, æmulorum ſuorum fraudibus „non poſſe ſe reſiſtere viribus, & diſpenſationis ſuper muneris conſecrationis delatione ſi„bi, quantum ad Eccleſiam Paderbornenſem, a ſede Apoſtolica conceſſæ, tempus infra an„num exprirare, nec præſumens, ſe poſſe ad Eccleſiam Colonienſem pervenire, quamvis „Adolfus, Dux Montenſis, frater ejus, guerris graviſſimis Archiepiſcopum Colonienſem fa„tigavit, æmulorum prædictorum commenta alia quadam via cautelose diſſolvit: quoni„am cum dicto Domino Archiepiſcopo amicabiliter compoſitus ſe eidem affinitate conjunxit. „Nam filiam ſororis ſuæ Adelheiden &c. Vid. quoq; *Erdw. Erdmann.* in *Chron. Epiſcop. Oſnabr.* apud Meibom. T. 2. p. 242. atque *Theod. Niem.* apud eund. T. 1. p. 38. qui admodum propterea in Wilhelmum invectus ſimul commemorat, quod *purus Laicus fuerit, nunquam incedendo in clericalibus habitu & tonſura.* De Wilhelmo Juliacenſi Autor infra refert, quod Archiepiſcopatu Colonienſi abdicato, in Comitatu Juliacenſi ſucceſſerit; *ſed in Sacris nondum conſtitutum fuiſſe*, teſtatur *Levold. Northoff* in Chron. Marc. apud Meibom. T. 1. p. 396.

(1) *Chron. Holland.* Diviſ. 25. c. 7. *Margarethum* vocat, quo vero nomine ejus ſoror natu major fuit appellata in cœlibatu defuncta. Mechtildem autem tribus nupſiſſe maritis, Annales conſentiunt, cui vero prius vel poſterius, differunt. *Schurenius* in MS. cum Johanni, Comiti Clivenſi, nuberet, Comitis Bleſenſis viduam fuiſſe refert, atque *Anonym.* Secret. *Dominam propterea terræ de Mechlinia & Eyck ſupra Maſam, ut & uſufructuariam terræ dictæ Maxeland & Kempeland* eam vocat. MS. *Honſelerianum*, quod Autor ſecutus, primum ejus maritum Comitem Loſſenſem, ſecundum Johannem Clivenſem, tertium vero Comitem Bleſenſem fuiſſe, ſcribit, conſentiente *M. Chronic. Belgic.* p. 311. & *Pont.* Hiſt. Geldr. p. 244. Niſi primus maritus Bleſenſis quoque Comes fuerit, ultimus certe Johannes Bleſenſis jure Mechtildis iſtius, uxoris ſuæ, quæ poſt Reynoldi & Eduardi, fratrum, obitum in Ducatum Geldriæ ſuccedere volebat, Ducem Geldriæ ſe ſcripſit. *Pont.* Hiſt. Geldr. *Autor* vero des Stamm-Buchs deter Grafen und Hertzoge von Cleve, atque *Hoppius* p. 164. plane errant, quando Johannem Mechtildi ſupervixiſſe, atque illa mortua Adelheidem Marcanam duxiſſe, referunt, quem errorem evitare quidem ſtudet *Pontan.* p. 286. ſed Adelheidem priorem ejus conjugem fuiſſe fingit.

(2) Teloneum hoc ad Comites Clivenſes pertinuiſſe, conſtat ex immunitate ab illo teloneo Neuſiæ civibus conceſſa, atque muris templi Kellenſis his verbis inſcripta: *Cives Neuſiæ in Smithauſen aſcendendo unum nummum, deſcendendo nihil de teloneo perſolvunt. Hoppius* p. 94. Videtur autem Henricus IV. illud dediſſe Eccleſiæ S. Johannis Trajectenſis, cujus Præpoſitus Anshelmus; quod Comes Clivenſis ſeſe huic donationi procul dubio oppoſuit, A. 1085. Epiſcopo Trajectenſi, tanquam potentiori, illud ceſſit, juxta Diploma apud *Hedam* p. 140. Sed nec Epiſcopi videntur potuiſſe illud tueri, quod Balduinus Epiſcopus 29. ab Henrico VI. Imperatore id ſibi curaverit confirmari, cujus Diploma refert *Waſſenberg.* in Embrice p. 114.

(3) Vide de hoc bello *Lev. Northoff.* Chron. Marc. p. 404. apud Meibom. T. 1.

(4) Vide infr. P. II. *Hiſt. Geldr.*

(5) Vide ſupra p. 146.

Digitized by Google

rum pignore anno 1355. ab eo acceperat, Reinholdo primogenito patrocinatus est: sed Reinholdo in prælio apud Tielam, anno 1361. a fratre Eduardo superato, capto, & custodiæ tradito anno seq. 1362. cum Joannes noster quoque dotem uxoris, Eduardi sororis, Mechtildis expeteret, is tum ob suppetias fratri Reinholdo præstitas, inprimis ob petitam dotem, Gocha Clivensem ditionem ingressus, VVisselium, Tyllium, aliosque circa Calcariam & Grietham pagos incendit: contra Joannes per Duisliam Neomagum penetrans, vicissim Geldros clade affecit, immo parum abfuit, quin Neomagum, Ottone Lonensi, Equestris dignitatis viro, & Henrico Boeth, Eduardi Secretario, ære corruptis, & traditionem cum aliis quibusdam civibus pollicentibus, occupasset: Et licet civis quidam Gochensis, Eduardum in castro ibidem per latrinam ad Niersam sagitta interfici posse, significasset Joanni, hic tamen, pietate motus, Eduardo illud revelans, in amicitiam ejus iterum admissus est.

Ipsius quoque opera Joannes, Nassoviæ Comes, qui Margaretam Marcanam, Adolphi & Margaretæ Cliviacæ filiam, anno 1357. in aula VVerthinensi duxit, (1) Comitatum Marcanum integrum Adolphi filio, Engelberto, pro jure suo 18. aureorum millibus acceptis, reliquit, post cujus obitum eundem Adolphus frater, ex conjugio Clivorum quoque Comes factus, iterum consecutus est. Idem oppidum & arcem Griethusiam (2) struxit, inque oppido monasterium Vestalium constituit.

Dominium Rynarense, (3) consensu Imp. Caroli IV. ab Abbate Epternacensi in feudum impetravit.

Cæsaris insulæ (4) etiam atque Duisburgi arctiorem oppignorationem magno ære ab eodem Cæsare Carolo mercatus est. Obiit (5) 19. Novembr. anno 1368. Clivis juxta fratrem conditus, deque eo more suo Streithagenus:

Ultimus e fratrum numero, quin ultimus ipse
E prisci Eliæ posteritate fuit.
Namque licet templi mutasset conjuge dotes,
Ullius sobolis non tulit esse parens.

ADOLPHUS MARCANUS, Clivorum Comes 28. & ultimus.

Quia ergo in Joanne hoc stirps masculina Comitum Clivensium defit, & per conjugium Margaretæ Clivensis, cum Adolpho V. Marcano Comite, anno 1332. Dominica Reminiscere copulatæ, ad familiam hanc Imper. consensu transiit, Adolphus, filiorum ejus secundogenitus, (6) matre adhuc superstite, (nam pater antea anno scil. 1347. obierat,) tanto amore prosecutus est conjugium, ut, Monasterienfi & Colonienfi Episcopatibus relictis, Margaretam Montanam, Gerhardi Julii, ultimi Montium Comitis, filiam, & VVilhelmi, primi Montium Ducis, sororem, insigni præstantem forma virginem, ideoque sibi charissimam, in spem successionis Cliviacæ, anno 1364. duceret. Hinc idem, fratribus Engelberto primogenito, & Theodorico unitus, cum Reinholdo vero Geldro de Emmerica, Sevenahria & Limersia pactus, viduæque Joannis, avunculi, Linnæ, Or-

so-

(1) *Levold. Northof.* p. 407. ap. Meibom.

(2) MS. *Honfeler. & Schuren.* vide quoque supra p. 179.

(3) MS. *Honfeler. & Anonym.* Secret. *qui*, scribit, *Dominium Rynercn emisse, & instaurationem Oppidi Griethausen ordinasse, atque nonnulla Privilegia super ulteriori obligatione Oppidi Duysburg, nec non super telonio suo Noviomagensi, ubi & domum habitationis Teolonarii sui cum sua propria jurisdictione temporali habuisse reperitur, & quibusdam aliis theoloniis transferendis impetrasse legitur.*

(4) Ita dicta a Frider. Barbarossæ tempore, antea Insula S. Sviberti. *Ægid. Gelen.* de Magnitud. Colon. p. 63.

(5) *Schatenius* A. P. Parte II. p. 374. ad ejus obitum, *Sustulit*, ait, *hic annus præterea Johannem, hujus nominis II. Clivia Comitem, postremum ejus stirpis heredem, cum neque ex Adelheide Marcana, neque ex Mechtilde, Reinaldi, Geldriæ Ducis, filia, ullam prolem sustulisset. Mirum vero, quantum utriusque Comitis Majores, pro familia formanda augendaque, ex spoliis etiam sacrorum bonorum bellando, prædandoque contenderunt.* Sane iniquissimo in Comites Clivenses animo.

(6) De quo pluribus infra in *Comitibus Marcanis.*

Digitized by Google

ſoviæ, Budbergæ & Monrebergæ reditus (proprietate, quæ anno 1370. ad fratrem Engelbertum rediit, ſibi ſervata,) concedens, in Comitatu Clivenſi ſucceſſit.

Etſi enim Otto Herculeus, (1) Joannis filius, Eduardi, Ducis Geldriæ, opera adjutus, ob matrem, unicam Ottonis primogeniti filiam, Comitatum ſibi deberi exiſtimaret, ſaltumque ejus, ſeu cameram Clivenſem (2) ad metropolim ingreſſus, urbem & caſtrum obſidione cingeret, Theodoricus etiam, Dominus de Horn & Parwys, in aula Clivenſi apud Joannem educatus, (3) ſe tanquam ſororis filium proximiorem diceret, & poſt mortem avunculi, in campo Gallinaceo exercitu exhibito, quamprimum Clivenſem, Craneburgiam, Orſovienſem, arces, (ex quibus Craneburgiam cum oppido titulo pignoris jam dudum poſſederat,) occuparet: Adolphus tamen Marcanus, quia mater ejus adhuc ſuperſtes, Herculeorum vero exceſſerat, ad ſe ob eandem, quæ, utpote fratris filia, ſororis filio Theodorico Hornano & Parwyſchio in feudo proximior erat, ſucceſſionem devolutam, propoſuit, & Ottoni Herculeo atque Theodorico Hornano, ex reconciliatione Joannæ Brabantinæ, pecunia numerata, fratrique Engelberto integro Comitatu Marcano cum Limerſia, & medietate telonii Buiricenſis, Theodorico vero Dominio Dinslacenſi, Duisburgenſi urbe, & reditibus Rurorthenſibus aſſignatis, Provincialium, inprimis Heymriciorum favore, Comitatum Clivenſem adeptus, eoque a Carolo IV. (4) Imperatore inveſtitus eſt, factus Clivorum Comes in ordine 28. & ultimus, de quo mox in Comitibus Marcanis ante Duces Clivenſes ſex, qui ex iis originem ſuam habent.

(1) Singulorum, qui Johanne defuncto in Comitatu Cliviæ ſucceſionem prætendebant, præter *Anonym. Secret.* referunt quoque *Pontan.* Hiſt. Geldr. pag. 286. & ſeqq. *Hoppius* pag. 164. ſeqq.

(2) Alias **Clever Hamm**, cujus loco amanuenſis forte Autoris ex ignorantia legit **Clever Cammer.**

(3) Continuum Johannis Conſiliarium & familiarem Domeſticum appellat *Anonym. Secret.*

(4) Non ſpeciali gratia, ut *Lucius Veronenſis* contendit, ſed proprio Margarethæ & ejus poſterorum jure in Comitatum Clivenſem.

Unita-

Digitized by Google

Unitarum Cliviæ, Juliæ, Montium, Marchiæ & Ravensburgiæ provinciarum modernarum

MEMBRUM SECUNDUM,

Duabus Sectionibus explicatum;

In quarum prima,

De Comitatu & Comitibus Marchiæ Weſtphalicæ primis tredecim;

In ſecunda,

De Ducibus Cliviæ ſex, qui ex iis orti, & ſimul quoque totidem Comites Marcani, adeoque in univerſum 19. fuerunt.

SECTIO PRIMA,

De Comitibus Marchiæ tredecim.

Quia Duces Clivenſes ex Marcanis Comitibus originem ſuam trahunt, prius de eorum majoribus dicendum, quod antequam fiat, ante omnia Comitatus ipſe, ejusque ſitus, cum ſtatu Politico & Eccleſiaſtico, nobis exhibendus eſt.

De Comitatu Marchiæ Weſtphalicæ.

Status Politicus Comitatus Marcani.

Eſt ergo Comitatus Marchiæ Weſtphalicæ ampliſſimus ſitus, ut inter Rhenum & Albim vix parem habeat, in forma triquetra, ad Septentrionem Lippiam, ad Orientem Paderbornenſem Diœceſim & Haſſiam, ad Meridiem & Occidentem Provinciam Montanam reſpiciens.

Præfecturæ 15.

Præfecturæ ſunt in eo quindecim, ſedecim urbes & oppida, municipia octo.

Præfecturæ ſunt Hammonenſis, Unnenſis, Camenſis, Altenanenſis, Iſerlonenſis, Bochumienſis, Lunenſis, Swertenſis, Hordenſis, Wetterana, Blanckenſteinenſis, Neoſtadienſis, Neoradienſis, Plettenbergenſis, ſeu Swartzenburgica Lippienſis.

Urbes majores 8.

Urbes majores ſunt octo, totidemque minora oppida & municipia.

Inter majores principatum ſibi vindicat Suſatum, perquam vetuſta & opulenta civitas, ſuis tamen privilegiis gaudens. Lippolis etiam medietas, cujus altera pars Comitibus Lippiacis paret, ad Comitatum pertinet, tum Hammona, Unna, Camena, Iſerlona, Swerta, Luna.

Oppida minora 8.

Has ſequuntur minora oppida itidem octo, Hattnegium, Bochumium, Neoſtadium, Neoradium, Breckerfeldium, Ludenſchedium, Plettenburgium, Swelmium.

Municipia 8.

Municipia denique octo ſunt, Altenanum, Hœrdenſe, Caſtropium, Wattenſchedium, Weſthovium, Blanckenſteinium, Volmenſteinium & Wetterenum.

Urbes majores. Suſatum.

Suſatum, (1) Angariæ metropolis, ab additamento (Suſatz) quidam dictum volunt: prius enim caſtrum fuit, quod poſtea, aliis ædificiis accedentibus, in tantam molem excrevit, illuduque, ut diploma S. Annonis in Armario S. Cuniberti loquitur, Cunibertus, (2) Co-

(1) Quod nonnunquam *Soſacium*, *Zozaz* & *Socas* appellatur. Seculo jam VII. Oppidum ſatis munitum videtur fuiſſe, quippe quod, ſi fides *Furmerio* Annal. Friſ. lib. 3. habenda, Dagobertus, Rex Francorum, obſedit, ſed ſtrenue defendit ejus Præfectus Uglo Galamæus, quæ licet fabulis ſint adſperſa, non tamen cum illuſtriſſimo Epiſcopo *Monum. Paderborn.* pag. 69. omnino rejicienda videntur, quod illa obſidio Suſati a pluribus tradatur Scriptoribus. Id minimum inde certum eſt, quod Suſatum jam tum inſigne fuerit Weſtphaliæ munimentum, atque poſtea *caput Ducatus Angriæ*, & ſedes nonnunquam Wittekindi M. *Hamelmannus* Op. Gen. Hiſt. p. 39. & 42. Illuſtre inſuper tribunali ſuo & *jure*, quod a Lubecenſibus quoque poſtea fuit receptum, *Arnold. Lubec.* lib. 2. c. 40. nec non Vrygrafiatu, ſive amplo territorio ſuo, alias die Soeſtiſche Boerde, quaſi Bauerde, a fertilitate ejus tractus, qua de re vid. pluribus diſſerentem *Meibomium* in Hiſt. Bardevici T. 3. S. R. G. p. 55.

(2) Cui Dagobertus, Francorum Rex, pro fideli ſilii ſui Sigeberti inſtitutione, illud oppidum donaverit, quod *Imhoff.* quoque *in Notit. Proc.* l. 2. c. 4. §. 6. & Cl. *Buddeus* in *Lexico Germ.* ſub titulo Cölln crediderunt, merito autem *Hamelmannus* l. cit. p. 41. & *Braunius* Theatr. Urb. P. IV. ſub titulo *Suſatum*, quod Annales nec *Eberti*, nec *Monachi Corbejenſis*, vel *Kranzii*, vel *Rovelingii*, nihil iſtorum habeant, merito rejiciunt, atque poſt proſcriptum demum Henricum Leonem civitatem Suſatenſem ad Archi-Præſules Colonienſes perveniſſe ſcribunt.

Digitized by Google

Colon. Antiſtes, acquiſivit: Hermannus vero Dives, effoſſo Cuniberti corpore, & huc translato, ab injuſtis & importunis hæredibus obtinuit. Urbs ipſa ampliſſima eſt, quippe quæ complexu ſuo, præter Archidiaconale collegium, duo virorum, unumque virginum collegia, & ſex Parochias complectitur. Henrici Aucupis autoritate muro circumdatum eſt, atque opificia in pagis exerceri prohibita. Magnus Bruno, Archiepiſcopus Colon. Henrici Aucupis filius, per Eucrearum Leod. acceptis a Carcaſſonenſi in Gallia Epiſcopo S. Patrocli reliquiis, illud honoravit. Philippus Hinsbergius 12. Viros in Magiſtratum cooptavit, duosque tauros in publicum miniſtrorum uſum inſtituit mactari, atque alia præterea munera ac beneficia complurima ei contulit. Gogravius vero judicis dignitate oppidanis, circumfuſoque ad milliare territorio præeſt. Anno 1399. ab Archiepiſcopo deficere cœpit; Anno vero 1441. quod ultra privilegia & conſuetudines ſuas a Colonienſibus adhuc magis onneraretur, inita cum Adolpho primo, Cliviæ Duce, Comiteque Marcano, amicitia, plenius inclinavit; ſed interpellatis Metropolitano Capitulo, Statibusque, & nobilitate Weſtphaliæ, res per triennium agitata quodammodo compoſita fuit: attamen novis mox queremoniis ad Cæſarem Fridericum, ejus nominis III. Auſtriacum delatis, Bernhardus, Saxoniæ Dux, arbiter datus, pro Theodorico Morſano, Archiep. Colon. anno 1444. pronunciavit: in cujus arbitrio cives haud acquieſcentes, die decem millia Martyribus conſecrato, eodem a. 1444. Joannem I. Ducem Clivium, Adolphi primogenitum, cum exercitu in urbem intromiſerunt, illique ac poſteris ejus ſtricta fide clientelæ officia jurejurando ſpoponderunt, ſeu homagium præſtiterunt, unde bellum funeſtum inter Archiepiſcopum Colon. Theodoricum Morſanum, & Clivorum Duces exarſit, de quo in Joanne Bellicoſo. (1) Urbem ipſam ita celebravit Bernhardus Mollerus in deſcriptione Rheni:

Mœnia Suſati ſurgunt altiſſima, viſu
Incola prudenti, ruſticus arte ſapit.
Urbs eſt priſca ſitu, teſtatur temporis ævum,
Fœda luto, calleis ſorte platea ſecat.
Marte Boëmorum ſimul ac obſeſſa fuiſſet
Lippia per Duces quatuor atque decem.
Cæperat armato Suſatum milite cingi,
Cæperat amoto fortius eſſe metu.
Ad ſpatium menſis ſimul ac contuſa fuiſſent
Mœnia, tot ſimul hoſtibus icta forent.
Deficiunt hoſtem vires, ceſſere Bohemi,
Sanguinea Martis deſtituuntur ope.
Cæde quadraginta, totidem quoque millia triſti
Incola Suſati cedere vidit agro.
Belli cauſa fuit Suſatum, Clivia cœpit
Imperio Victrix aſſociare ſuo.

Lupiæpolis a fluvio Lupia interlabente ita dicta eſt, quam Comites, a Metropoli appellari, familia ſua illuſtri (2) nobilitarunt. Hæc anno 1150. a Bernhardo Comite condita, & anno 1376. die Margarethæ, Engelberto III. Marchiæ Comiti, a Simone Lippienſi in pignus tradita, ſed poſtmodum anno 1445. Joannes I. Dux Clivius, ejus medietatem a Bernhardo & Simone, Comitibus Lippiacis, certis conditionibus conſecutus eſt, (3) cujus *Lipſtadium.*

(1) Et apud *Hamelmann.* lib. cit. p. 529. & *Heinecc.* in Antiquit. Goslar. lib. 5. *Braun.* cit. loc.

(2) Quam ex MS. meo *Eſſendienſi*, quod nonnunquam ab *Hamelmanno* p. 391. & ſeqq. abit, atque quorundam Comitum res geſtas pluribus deſcribit, ad ſtirpes trium linearum familiæ iſtorum Comitum continuatam, *Tab. IV. Geneal.* hic adjungere operæ pretium duximus.

(3) Scilicet, cum tota civitas Comitibus Marcanis oppignorata eſſet, Johannes I. Dux Clivenſis, medietatem ejus reddidit Comitibus Lippiacis *ſine pecuniis intervenientibus, & alteram medietatem retinuit* jure proprietatis. *Chronic. Oſnabruggenſe* apud *Meibom.* T. 2. S. R. G. p. 257. *Hamelmannus* p. 398. *infra* Hiſt. Engelberti III. Comitis Marcani.

Digitized by Google

cujus filius Joannes, nominis II. eidem pedagii immunitatem ad revocationem largitus eſt. De ejus antiquitate & celebritate ita Bernhardus Mollerus in deſcriptione Rheni:

Mœnia Romani ſtatuerunt: mœnia quondam
Clade Bohemorum nobilitata gravi.

Hammona. Hammonam alii ab Hammone, Jove Lybico, alii ab Hamma pugile, qui ibi a Starcutero victus, alii a pernis, ſalitis & infumatis, ut Geropius Becanus, alii denique verius a ſaltu (1) vel nemore, ob naturam loci, dictam putant, qui ut eſt Lupiæ & Aæ fluviis conterminus, ubi rivum Dunckerum, ex Borda Sufatenſi miſſum, ad angulum hauſerunt, ab iisdem omnibus irriguus, gramen atque paſtum pecori præſtat aſpectu viridem ac jucundum: loca autem paſcua **Hammen**, lingua Teutonica, jam olim, hodieque dici, vulgo eſt notiſſimum. Anno 1216. ex ruderibus caſtri Novipontani, die Cinerum, a Ludolpho a Bœnen, Adolphi Comitis Præfecto, ædificari cœpta eſt. Anno 1287. pridie aſſumptionis Mariæ, bona ejus pars conflagravit, deinde inſtaurata, an. 1307. viciſſim ab ignis incendio, octava Pentecoſtes, pene tota abſumpta eſt. Eidem Joannes, nominis II. Dux Clivizæ, Comesque Marchiæ, piſtrinæ & cereviſiæ cenſum, dum revocetur, indulſit. Et anno 1495. de hæreditate in toto Comitatu Marcano libere adeunda privilegium dedit. Laudes ejus Joannes Murmelius Ruremundanus in Eclogis ſuis decantavit.

Unna. Unnam, quaſi Camenis vicinam nimis, (**uns to nha**) appellatam volunt, urbs Lupiam ac Ruram inter ad Aam fluvium condita, cujus Præfecturam, quam vulgo Advocatiam vocant, Conradus Hochſtedenus, Archiepiſcopus Colon. anno 1243. Adolpho Marcano tradidit, unde immunitas ejus, inprimis quod aliquando Carolus IV. Cæſar in ea coronatus eſt, (2) cereviſiam coquit etiam præſtantiſſimam, & vicinis gratiſſimam, a Joanne, ejus nominis II. Duce Clivio 3. Comiteque Marchiæ 16. piſtrinæ & cereviſiæ cenſum liberum cum Hammona accepit.

Camena. Camena vel a Chamavis, (3) vel potius, ut ſupra annotavimus, a Sicambris appellationem ſortita eſt. Anno 1278. cum Engelbertus Falckenburgius, Archiepiſcopus Col. terram Marcanam ingreſſus, contra Engelbertum, ejus Comitem, moveret, a Theodoro Vollenſpiet, ne Archiepiſcopi miles ibi hoſpitari poſſet, ſuccenſa. (4)

Iſerlona. Iſerlona a ferro, (5) quod in illa cuditur, denominata eſt.

Swerta. Swerta a gladiis (6) forte dicitur, vel potius lebetibus, aliisque inſtrumentis, & filis ferreis ſeu orichalcis, quæ ibi, quemadmodum etiam Altenanæ, Ludenſchedæ & Neoſtadii, conficiuntur.

Luna. Lunam a Planeta, (7) cognomine Lucina vel Diana, denominatam volunt, quæ ibi eo

(1) Quam rationem nominis quoque reliquis profert *Meibom.* in Notis ad *Northofii Chron. Comit. Marc.* T. 1. S. R. G. p. 417. *Hertius* in Not. Vet. Germ. pag. 76. hoc oppidum æque ac Camen a Chamavis, antiquis illorum tractuum incolis, nomina ſua acceppiſſe exiſtimat.

(2) Ita quoque *Hamelmannus* ſcribit p. 75. ſed inſigni errore & confuſione nominis *Unna* cum *Bonna*, ubi Carolus IV. quod Aquisgranum Ludovico Bavaro adhæreret, 1346. coronatus fuit. *Albert. Argent.* ad cit. a.

(3) Ita *Hamelmannus* p. 75. & *Hertius* in Notit. Vet. Germ. l. c. alii vero a rota molari, Germ. **Camradt**, quam in ſuis inſigniis gerit, dictam arbitrantur. MS. *Eſſendienſe.*

(4) *Levold. Northofius* anno 1252. *Tunc*, ſcribit, *Theodoricus miles, dictus Volerſpeit, neſcitur, quo ductus conſilio vel Spiritu, villam Camene, forſan ea intentione, quod inimici locum beſpitandi non haberent, combuſit.*

(5) MS. meum Eſſendienſe *Iſerlohne*, refert, *a ferro eſſe denominatum, ex ipſa vocabuli ratione haud obſcure innuitur. Nam & ex ferri fodinis, fornacibus, molisque præparatas ferreas maſſas, vulgo Gooſe appellant, in minora fruſta maxime elaborata redigunt, quæ Oſſenmunde nominant, deinde in fila ducunt, & loricas, aliave id genus inſtrumenta formant.*

(6) A quibus duos gladios transverſos in inſigniis gerat, ut exiſtimat quoque *Hamelmannus* p. 76. male autem Suardones apud *Tacitum* de M. G. huc trahuntur. Auctor MS. *Eſſendienſis* a Dynaſtis de Swirte, qui illam civitatem olim poſſederint, appellatam ſcribit.

(7) Luna videlicet, quam Statuæ impoſitam incolæ ejus loci usque ad S. Suiberti tempora pro Numine coluerint. Statuam iſtam anno 1292. ab Henrico quodam de Huſtene, Presbytero Eccleſiæ Luneuſis, in ripa Luppiæ inventam fuiſſe, inſuper refert MS. *Eſſendienſe.* Fabulæ! ſimiles, quæ de Luneburgi nomine vulgo circumferri ſolent, refutatæ a *Sagittario* in Memorab. Hiſt. Luneburgicæ; Uti ergo Luneburgum a Linonibus appellatum videtur, ita

eo tempore, cum Carolus M. Saxones ad fidem Chriſti amplexandam adduceret, a quodam ejus loci Dynaſta in columna depicta & culta, ſed a Nortberto converſo dejecta, & auſpiciis Theodori, Epiſc. Monaſterienſis, ſub Henrico I. Imp. an. 1018. templum in memoriam B. Virginis Mariæ, matris Domini, conſtructum eſt. Ab hac origine caſtrum paulatim eo loco, ubi Zeſacus fluvius Lupiam illabitur, ædificatum, primum Ducibus paruit Brunſwicenſibus & Lunæburgenſibus, ab iisque leonem rubrum in ſolo aurato accepit. Eadem ætate, anno ſc. 1122. Godefridus Saxo Cappenbergius caſtrum ſuum in monaſterium convertit, qui anno 1127. in Elvenſtadio mortuus eſt. Anno vero 1253. in bello Epiſcoporum Colon. Oſnabrug. Paderborn. & Ducum Saxoniæ, Leoburgenſium in pago Brectio prope Tremoniam ſuperioribus Epiſcop. pro ſalario illud Theodoro, Dynaſtæ Volmenſteinio, ceſſit. (1) Theodorus oppidum anno 1340. ob civium inobedientiam Adolpho Marcano cognato vendidit, cujus filius Engelbertus illud in locum, Bopfangh dictum, anno 1348. in bello cum Ludovico Haſſo, Epiſcopo Monaſterienſi, tranſtulit. Eccleſia vero Parochialis ibidem, conſenſu Archiepiſc. Colon. Friderici Saerwerdani, & Abbatiſſæ Eſſendienſis, anno 1366. ædificata, & privilegiis dotata fuit. Oppidum anno 1457. bis conflagrationem, anno vero 1463. inundationem aquarum paſſum; anno etiam 1512. incendio iterum ſuborto afflictum.

G. Sporenmacker, Conſul Lunenſis, in deſcriptione urbis patriæ.

Ad minora quod attinet oppida, ex iis primum, Hat-negium, quaſi Hoff-negium, ab Engelberto, Comite Marcano, contra vicinam Montium provinciam vallo cinctum, a novem villis, (2) quæ ad Ruram ſitæ, oppidoque exſtruendo occaſionem dederunt, derivatum volunt, ut proinde Novem-villanum appellare poſſis, ut vere canit Cornelius a Mewen hinc oriundus:

Oppida minora.

Hatnegium.

Urbs eſt Marchiacis certe haud incognita terris,
Hat-negum primum veteres dixere Coloni,
Quod ter trina ſuo teneat gurguſtia fundo,
Quæ Agricolæ quondam totidem coluere vetuſti,
Hanc Engelbertus fertur magis urbibus unam
Incoluiſſe aliis, κάλωσque ornaſſe ſtatutis,
Atque in Montanos vallo cinxiſſe propinquos.

Bo-

---

ita *Lunen* a *Leone*, cognomine Henrici, olim Saxoniæ Ducis, dictam malleni, quam a Luna illud nomen derivare. Certe Henricum Leonem civitati Lunenſi pro inſigniis ejus Leonem dediſſe, refert *Henricus Meibomius* in Notis *ad Andronici Imper. Bullam*, ubi p. 484. T. 1. S. R. G. *Deinde*, ſcribit, *& hoc mihi conſtat, Leonem urbi Sucrinenſi, a ſe inſtauratæ, Cathedraque Epiſcopali ornatæ, Leonem pro inſigni contuliſſe; teſtis Burchardus Hedericus in Chronico Sucrinenſi. Idem Princeps urbem* Lunenſem, *quæ eſt ad Lippiam fluvium in Comitatu Marcæ Weſtphalicæ, ac tum temporis, ut & magna pars Weſtphaliæ Ducibus Saxoniæ adhuc ſuberat, propter fidem in bellis præſtitam, eodem donavit Inſigni, referente Georgio Spormacher in Chron. Lunenſ. MS.*

(1) Statim poſt Henricum Leonem proſcriptum Dynaſtis Wolmenſteiniis illam civitatem beneficio Friderici Imperatoris, propter operam in bello adverſus Henricum Leonem præſtitam, obveniſſe, an. vero 1240. a Theodorico Wolmenſteinio Adolpho Marcano, cognato ſuo, quod cives Lunenſes eum recipere noluiſſent, vili pretio venditam fuiſſe, refertur in MS. *Eſſendienſi.*

(2) Laudatum MS. *Eſſend.* ita de hac villa commentatur: „Hattingen oppidum, etiam Hatt„negge ad Roram ſita, inter minores civitates Markenſis Comitatus recenſetur. Nomen „habet a nobili familia Hattingen, qui ibidem refederunt, & ſua bona in villa Hattnegge „Johanni Weiten, ejusque uxori Mechtildi anno Chr. 1329. vendiderunt. Villa Hattingen „curtis fuit S. Imperii tempore Ottonis III. Imperatoris A. C. 990. Verum Henricus II. „Imperator, cognomine Sanctus, hoc curtiale bonum circa A. 1005. contulit & in perpetu„um poſſidendum tradidit Rudolpho II. Abbati Tuitienſi; hiſce igitur bonis pacifice, ne„mine obloquente, uſi ſunt, donec miſerrimus caſus cum Friderico Iſenburgico accideret. „Tum villa ſæpius incendebatur, item Villani captivi abducebantur, ut nihil inde Bened„ctini Monachi Tuitienſes habere potuerint, & omnibus ita reditibus fruſtrati. Cum igi„tur in vicinia arx firmiſſima, ad compeſcendos hoſtes aptiſſima, Clyff dicta, poſſeſſorem „ejus caſtri crearunt in temporaneum, transferentes in illum omne jus & plenariam po„teſtatem, ſolummodo excepto canone, qui iis perſolvitur. Hic igitur Sculletus jurisdi„ctionem illam, quam Henricus Sanctus Imper. Abbati Tuitienſi conceſſerat donando, li-

Digitized by Google

Bochumium. Bochumium a ſagorum multitudine appellatum, quia hæ exciſæ oppido condendo nomen & locum dederunt, qui cum agro adjacente olim titulo Comitatus Kofbucheim (1) inſignitus fuit, ejusque medietatem unam, cum jure patronatus Eccleſiæ, Henr. a Molenarck, Archiepiſc. Col. ob Anteceſſoris Engelberti, Comitis Montium, parricidium, an. 1225. a Frid. Altenano, Iſenburgi & novi Pontis Domino, deſignatum, ad ſe traduxit; Conrad. vero Hochſtedenus, Archiepiſc. in Adolphum Marcanum jure feudi iterum an. 1243. tranſtulit, donec alterius medietatis præturam, cum jure patronatus Eccl. partim permutatione, partim emptione acquiſitam, in Adolphum Marcanum, Clivorum Comitem, 2. Maji an. 1392. Fridericus Saerwerdanus, itidem Col. Archipræſul, cum vico Swelmio, & Hagenio pago tranſtulit. Oppidum anno 1517. vorax flamma pene totum abſumſit.

Neoſtadium. Neoradium. Neoſtadium & Neoradium a nova ſtructura oppidorum dicta ſunt: quorum illud die S. Servatii anno 1301. a Rutgero ab Altena Præfecto (2) ædificari & muniri cœptum: hoc an. 1313. a Præfecto Gerhardo Plettenbergio (3) cum caſtro contiguo conditum, & eodem anno cum Neoſtadio perfectum atque abſolutum eſt.

Breckerfeldium. Breckerfeldium, (4) quod terra ibidem ſaxea difficulter aratro ſcindatur, vocatum exiſtimant, ubi elegantes cultri parantur.

Ludenſcheidium. Ludenſcheidium (5) ab hominum eorumque terminorum habitationis diſtinctione dictum.

Plettenbergium. Plettenbergium a familia nobili denominatum eſt, unde prognatus Hunholdus Plettenbergius, a quo Rutgerus Altenanus, Engelberti III. Comitis Marcani 2. Præfectus, in abſentia ejus, in terra Sancta oppidum emit, caſtrumque ei connexum Swartenbergium anno 1301. conſtruxit, cui Johannes, nominis II. Dux Clivia 3. Comesque Marcæ 16. jus venationis liberum, ſicut etiam Hatnegio, Neoſtadio & Ludenſchedio, oppidis jam memoratis, Altenano & Caſtropio municipiis, cum dominio Hulſchedeno, an. 1484. largitus eſt. Ipſum Plettenbergium vero in familiam eandem nobilem idem Dux Joannes an. 1504. tranſtulit, quæ illud titulo pignoris etiamnum hodie poſſidet. Swel-

„bere poſſedit & uſus eſt, donec tandem tranſigeretur anno 1243. in die Philippi & Jacobi „inter Henricum, Ducem Lymburgenſem & Comitem Montenſem, tutorem Friderici & „Theodorici, (filiorum Friderici Iſenburgici, Coloniæ rotati,) fratrum, ab una, & Adol„phum Marcanum ab altera parte, ut dicto Adolpho omnes jurisdictiones, quæ ſunt ab il„la parte Roræ ſitæ, inter alia quoque loca, in transactione deſignata, concederentur. Ex antiquiſſimis documentis.

(1) De quo MS. Eſſendienſe: *Banckum oppidum cum conjunctæ aula Principis, ab hoc oppido Præfectura vel Satrapia nomen habet, retinetque. Olim fuit Comitatus Cobbonis, hic dicitur Cobbonisheim, poſtea villa Coſſbochem, ut legitur in antiquis monumentis, poſteris temporibus Banckum nuncupatur.*

(2) Dapifero Everhardi, de cujus ſumptibus, in oppidum Nienſtadium & caſtrum Swartenberg factis, pariter ac ſingulari liberalitate, videatur *Levold. Northofius* p. 396. ap. Meibom. T. I. S. R. G.

(3) De quo cit. *Scriptor* p. 405. *Quando Comes* (Engelbertus) *ivit ultra mare, Gerhardus de Plettenberg abſente Comite incepit fundare & conſtruere Caſtrum de Rode, & oppidum, quod adjacet, & ſimiliter Caſtrum de Cluſenſtein, ſicuti hæc opera hodierno tempore cernuntur.*

(4) De quo MS. Eſſendienſe: *Oppidum Breckerfeldium inter Hanſeaticas civitates numeratur a Davide Chytræo Chronic. Saxon. Tom. III. lib. 23. Quemadmodum Labrynus campus in Italorum Regione Campaniæ exinde appellatus, quod ingens labor ſit in eo colendo, ut eſt apud Plinium lib. 17. c. 4. Sic Breckenfeldicam hanc Regionem, quod ibidem difficulter terra aratro ſcindatur, a difficili cultura dici quis non autumat, Germanicæ quidem linguæ gnarus?* Vid. quoque *Hamelmannus* p. 76.

(5) Alias nominis rationes adfert laudatum MS. verbis: *Quod ad Ludenſcheidium attinet oppidum, appellatum id fuiſſe antiquitus Ludenſcheid, dubium non fuerit ex eo, quod ibidem deciſæ olim fuerint cauſæ controverſæ inter partes coram judicio litigantes. Nam huc tanquam ad ſummam judicii totius ditionis ſedem delata fuiſſe traditur omnis appellatio ab inferioribus judiciis, ideoque Germanice vocatur* das hohe Gericht Ludenſchede, *ſic & Hamelmannus* (vid. ejus Oper. Geneal. Hiſt. p. 76.) *a dirimendis litibus appellatum contendit. Verum ſit, ut ſit, nos autem in antiquiſſimis documentis invenimus, oppidum illud a Nobilibus, dictis de* Ludenſchede, *nomen retinere.*

Digitized by Google

Swelmium, olim vicus nobilis, ferraria celebris, juxta cognominem rivulum Swelmam, inter Breckerfeldium, Lennepium, provinciæ montanæ oppidum, Hatnegium & arcem Wetterenam, profluentem, cum oppidi Bochumii medietate, & pago Hagenio, an. 1392. ut modo annotavimus, partim permutatione cum ditione Aſpelia, urbeque Reeſa cum ditione Linnenſi & telonio Cæſarinſulano, inter Frid. Saerwerdanum, Col. Archiepiſc. & Adolphum Marcanum, Comitem Clivenſem, inſtituta, partim propter 57. mille Florenorum antichreſin, Marcano Comitatui acceſſit, tandemque jure civitatis donatum. *Swelmium.*

Municipia denique 8. quæ Comitatus Marcanus numerat, ſunt: *Municipia Comitatus Marcani.*

Altenanum, a prima Comitatus Marcani appellatione, (1) & ſic ab arce illius præcipua, ad cujus radices hæret, denominatum.

Hœrdenſe (2) & Caſtropium, (3) a duabus familiis nobiliſſimis, quæ caſtra illa

(1) Imo ab Arce *Altena*, Comitum ſede, Comitatus initio *Altenanus*, poſtea vero, cum Altenani Comites Clivæ Comitatum obtinuiſſent, *Marcanus* dictus. *Hamelmann.* Oper. Geneal. Hiſtor. p. 714. Arcem vero *Altena* in Weſtphalia & Aldenbergicam juxta Rhenum a duobus fratribus ex Urſinorum familia, qui cum Ottone III. ex Italia in Germaniam venerint, conditas, atque priorem Altena, quaſi Allzu nahe, ſive dialecto inferioris Germ. Alte nae, quod Comites de Arnsberg extructioni ejus Arcis, tanquam *nimis* ſibi *prope* ſive *vicine*, contradixerint, refert *Levold. Northofius* in Chronic. Marc. apud Meibom. p. 382. qui iſtas fabulas merito in notis ibidem cum aliis rejicit. Auctor MS. *Effendienſ.* Comites Marcanos ex familia Comitum Teiſterbantinorum, communi cum Clivenſibus origine, ortos, atque in Weſtphaliam translatos, arcem ibi abs ſe conditam *Altena*, juxta Teiſterbantini Comitatus oppidum Altena, appellaſſe, exiſtimat, quod veroſimilius mihi videtur. Vide infra Hiſtoriam *ipſorum Comitum.* Ceterum meminit idem MS. fontis S. Einharti in vicino monte, quem honeſtæ Matronæ viſitaverint, heredem a Deo petituræ his precibus, quas ex antiquo Miſſali refert:

Leive Heer Sunte Peter ſluet op ſtrenge
De Hemel Parte dar toor geck genge
Hen op na dem Borne unde Sunte Einhart.

Wan nun dat hillige Ampt der Miſſen gehalden is, mœt ſey aldus bedden:

O Here Got daer toe leive Sunte Einhart
Help myeck alſe du beſſſt erhart
Der alden verwielkeden Sara er Geberh,
Daer toe der billigen Moder Eliſabeth.
So helpe oeck myeck unfruchtbaren Wive
Dat yeck moge ſwanger werden im Live
Hier toe helpe myeck nu und alle Tydt
Dat yeck aller myner Sunden werde quit.

Dan ſal ſey uth den Borne einen guden Drunck drincken, dat et de Prieſter ſehe, dey er alſo geſegenen ſal:

Proficiat, dat geſegene u Sunte Einhart openbaer
Dat y fyet fruchtbar tegent Jaer.

Darnae offert dey Frawe eere Gave, ſegget aldus:

Nemet ben duſſe Gave leive Heere,
Sunte Einhart helpe my, datt et waer were.

Dan dancket dey Prieſter, alſo ſeggende:

Deo Gratias, Gott hebbe Danck,
Sunte Einhart gebenedye u duſſen Ganck,
Twivelt daer beel nicht aene,
Sunder reget toe, toe einem niegen Kraeme.

(2) Citatum MS. *Hörde*, refert, *non longe diſtat a Tremonia a ſiniſtra parte fluminis Emeſſebarinæ, denominatum eſt & ducit nomen a Nobilibus de Hörde, qui olim illud tenuerunt, tandem cum frater fratrem occidiſſet, per confiſcationem devenit ad Comites de Marka.*

(3) De quo idem MS. *Caſtrope Municipium & juriſdictio olim hereditaria Dominis in Strunckede, ad quos olim ſichat appellatio his verbis*: Ick will dat van Torn tho Strunckede horen, *quod idem eſt, ac appello ad Cancellarium Strunckedenſem. Ceterum Gothardus a Strunckede, nunc*

cum dominiis ſubjectis poſſederunt, derivatum, poſt earum mortem Comites Marcani ceu feuda ſibi aperta acceperunt.

Wattenſcheidium, quaſi aquarum diſtinctio eſt.

Weſthovium a ſitu dictum.

Blanckenſteinium caſtrum, a figura externa appellatum, ex ruderibus caſtri Iſenburgici ad Ruram diruti die Pancratii anno 1227. a Ludolpho a Bœnen, (1) Adolphi, Comitis Marcani, Præfecto, ad confluentes Ruræ & Torrentis Muttenbeccii ſtructum eſt, cum quo municipium connectitur.

Volmenſteinium vetus, a familia, quæ illud poſſedit, nobiliſſima appellatum, anno 1324. deſtructum. (2) Engelbertus, nominis III. Comes Marcanus 2. inſtauravit, ſibique impetravit.

Wetterenum itidem ab arce illius Præfecturæ inſignis appellationem ſortitur.

Municipiis Altenano & Caſtropio libertatem venationis Joannes, nominis II. Dux Cliviæ 3. & Comes Marcanus in ordine 16. largitus eſt.

Dominia inferiora Comitat. Marcani.

Vaſalli atque inferioris ditionis Domini Comitibus Marcanis ſubjecti ſunt, Herbedenus, Stipelius, Horſtius, Mengedenus.

Dominium Herbedenum nobiliſſimis ab Erverfeld paret. Hujus enim jus Guilhelmus, Dux Cliviæ, Comesque Marcæ, a Maximiliano II. Cæſare ob deſtructum cœnobium Kaufingenſe conſecutus, illud certis conditionibus in Conradum ab Erverfeld tranſtulit.

Stipelium & Horſtium Reckiis, Mengedenum Boedelſweiniis & Burenis conjunctim ſubjecta ſunt.

In Comitatu etiam hoc ejusque tractu antiquis temporibus domicilia & ditiones ſuas Barones, five Dynaſtæ, Caſtropii, Crangii, Rurenthalii, Vitinchovii & Volmenſteinii, habuerunt, quorum familiæ a ſtirpe interierunt, caſtris eorum partim deſtructis, partim ad Comites Marcanos, feudi Dominos, aliaſque familias nobiles per conjugium, & emptionem ipſorum, Dynaſtiis delatis. Caſtropia enim Marchiæ adlegitur, Crangia ad Eickelios, Vitinchovia ad Schelios devenit.

Volmenſteinenſis Bruſchius meminit (3) in monaſteriis, quando Gerbicum nobilem de Volmenſtein ex milite monachum Siegebergenſem factum, deinde cœnobii Eremitarum, vulgo Waldtſaſſen/ circa annum Chriſti 1132. initium feciſſe narrat. Ex eadem familia quoque Henricus ortus, qui juſſu Friderici I. Imperatoris electionem Archiepiſc. Colon. Friderici an. 1099. promovit: Radbrandus denique Volmenſteinius circa annum Domini 1001. Abbas Werthinenſis fuit in ordine 16. qui 5. Idus Aprilis an. 1022. obiit.

Tria autem Volmenſteinia caſtra numerantur, quæ omnia anno 1324. in Vigilia S. Jacobi Carolus IV. Rex Bohemiæ, deſtruxit; unum autem ex tribus Engelbertus Marcanus,

unus e quatuor Nobilibus S. Imperii, ex arce ſua excurſionibus ſæpenumero factis, Præpoſito Capenbergenſi & Domino in Heſen inſeſtus, multa intulit damna, ab Imperatore igitur excommunicatus demandata executione Adolpho Clivico ſui juris fecit, & ſibi ſubjecit juriſdictionem & Dominium, relicta ſaltem arce cum aliquot bonis hereditibus de Struncked, verum hæc juriſdictio nunc incorporata Satrapiæ Buckeimenſi.

(1) Ita quoque MS. Eſſendienſ. *Iſenburgianis Caſtris per Colonienſes (Archiepiſcopi ſui a Friderico Comite occiſi,) vindices dirutis, Ludolphus a Boeken, Vir militaris, & Altenanus Satrapa, de nomine ac juſſu Adolphi Comitis ſui oppidum Blanckenſtein fundavit, eo tempore, quo Hame condita eſt.* A. C. 1226.

(2) De quo *Levold. Northof.* in Chronic. Marcano p. 399. *Comes Engelbertus Caſtrum de Wolmerſtein feria ſecunda ante Aſcenſionis Domini obſidet, & in feſto Jacobi intrat & deſtruit, in qua quidem obſidione Rex Bohemiæ & Comes Hannoniæ motu proprio venerunt, & tam ipſi, quam Comes de Monte usque in finem fideliter aſtiterunt.*

(3) In fundatione cœnobii Eremitarum, vulgo Waldſaſſen, ubi Gerbici meminit, nobilis Dynaſtæ de Wolmunſtein, qui ex milite monachus Siegebergenſis factus, deinde prædicti cœnobii Eremitarum circa annum 1133. initium fecerit. Vide quoque *Meibomium* in Notis ad *Levold. Northof.* p. 421. Ultimus ejus familiæ fuit Theodorus, Dominus in Volmerſtein, qui in bello Comitis Marcani cum Theodoro, Archiepiſcopo Colonienſi, hujus partes amplexus, Dynaſtiam ſuam amiſit, atque in iſto bello occiſus eſt, relicta unica filia, uxore Domini in Heyſſem. *Hamelmannus* p. 742.

Digitized by Google

nus, Adolphi filius, a nobili Volmenſteinio emptum, inſtauravit, reliquis duobus in Colonienſi & Montenſi terra ſolo æquatis: unde verſus:

In Jacobi feſto Volmenſtein memor eſto,
Volmenſtein gemo victum a Rege Bohemo.

In tractu Marcano Tremonia, Civitas Imperialis, (1) quoque ſita eſt, quæ etſi ad cum non ſpectet, nos tamen de illius initiis atque progreſſu pauca ex Chyträi Saxonia lib. 17. & Henrici Meibomii Witek. p. 63. indicabimus. *Tremonia.*

Trothmanna ergo (ſic enim antiquitus a Truthmanno, (2) Viro illuſtri Saxonibus præfecto, appellata,) eo loco, ubi duo olim pagi, vetus & novus, exſtiterunt, tempore Caroli Magni, Saxones ſubigentis, paulatim ob ſoli ubertatem & ſitus præſtantiam a Colonis condita, & Comiti Imperii, ſeu Vicario regio, attributa fuit, conſilio Borchmannorum, ſive Caſtrenſium, ex antiquæ nobilitatis familiis addito, adeoque Comitatus liberi atque imperialis nomine audiit, quod diploma Caroli anno 788. datum & nomina agrorum (3) regiorum & imperialium arguunt. Poſtea Caroli poſteris exſtinctis, ſub Saxonum imperio, ab Hunnis cum tota reliqua Germania an. 937. afflicta fuit, (4) quod veſtigia Hunnentrenck & Streitheit docent. Anno 938. Ottoni I. Imp. in bello contra fratres inteſtino dedita fuit. Anno 1006. comitiis Henrici II. Imp. nobilitata. Sub Henrico IV. ob Saxonum rebellionem iterum exagitata, ſed ſub Friderico Barbaroſſa conſentibus multis ibi habitis recreata, creſcente vicinorum Comitum Altenanorum, ſeu Marchiæ Weſtphalicæ potentia, diu cum illis colluctata eſt. Eadem incendio triſtiſſimo anno 1297. langueſacta, fœdus cum iisdem iniit, (5) Comitum vero ejus dignitas, quæ antiquitus a ſola Regum beneficentia pendebat, a domo Saxonica in alias familias diademate Cæſareo translata, quia earum Imperatore rarius in Weſtphalia verſabantur, hæreditaria eſſe cœpit, donec an. 1343. Conradus Comes, ut venditionis ipſius tabulæ docent, alienatione a Majoribus facta, ſub certis legibus confirmata, in Senatum tranſtulit, alteram vero

(1) Quo nomine Caroli VI. Legato, Comiti Virmondio, homagium præſtitit.

(2) Verba adſcribam *Schatenii* Hiſt. Weſtphal. p. 530. *Villa hæc Regia, cui Truthmannus Comes ac judex impoſitus eſt a Carolo M. celebris inde hominum frequentia cultuque loci in oppidum ac poſt in urbem aſſurrexit, variaque nominis ſono a Scriptoribus olim tradita; modo enim Trotimunia, modo Druthmannia & Trutmania, nunc vicus Drotomanni: rurſum urbs Trotmanni & Drotmanni: aliis etiam Trotmunda & Truthmunde ſcribitur. Prima & ſuccrior appellatio Trutmannia a Trutmanno Comite & conditore ſuo, quanquam nunc* Tremoniæ *nomen obtineat, inter primas Imperii urbes haud immerito recenſenda, quod in eo loco Carolus M. publicum & Regium Tribunal ſeu mallum, ut dixere, ſuperioris Weſtphaliæ conſtituerit, ad quod omnes graviorii momenti cauſæ & controverſiæ, tanquam ad Senatum & curiam Regiæ deferrentur, ac nihil Carolus ſollicitius habuit, quam ut juſtitiam, qua Regna & Imperia continentur, adminiſtraret Trutmannus, quod tot Caroli legibus, Comitum & Vice-Comitum, Scabinorum, ceterorumque munere tam ſancte ſeverequæ præſcriptum eſt. Idque tum princeps Comitum munus fuit, Vicariumque Regis ac Cæſaris nomine, ex quo poſtea in hæreditarias poſſeſſiones tantamque potentiam emerſere.* Vide quoque *Meibomium* T. 1. p. 689. Diploma, quo Carolus M. Trutmannum judicem conſtituit, vid. infra in Cod. Dipl. No. LI. Equidem nec Trutmanni illud nomen proprium unius hominis, ſed appellativum eſſe, atque fidelem virum, Germanice, Lieben Getreuen, denotare, nec propterea formulam memorati Diplomatis ſingularem, ſed generalem eſſe omnium Comitum, putat *Herm. Adolph. Meinders* Diſſ. de *Jud. Cent.* p. 259. Aſt quando Carolus in cit. Dipl. Trutmannum Virum illuſtrem, atque Tremoniam Villam Trutmanni vocat, ſingularem hominem, conditorem iſtius civitatis, innuere videtur, quod tamen non impedit, quo minus formula officii ipſi præſcripta communis ſit & generalis maneat.

(3) Videlicet Königskamp, Königs Hofſland, Reichs-Höfe, Burgweide, Burgholtz, &c.

(4) De qua Hungarorum in Saxoniam irruptione vid. *Wittechind.* Annal. Saxon. lib. 2. atque *Meibomius* in not. p. 686. Deſtructum quoque ab illis fuiſſe Monaſterium Hervordienſe, teſtatur Henrici I. Imper. Diploma, quod infra ad *Hiſt. Comit. Ravensb.* recenſebimus.

(5) Circa quod tempus, anno videlicet 1300. & 1301. Albertus quoque Imperator curiam ſuam Regiam cum omnibus eorum juribus in Marchiæ Comites jure pignoris tranſtulit, quod Ferdinandus I. Imper. poſtea confirmavit. Vide ejus Diploma in Cod. Diplom. No. LII. Scriptum, Warhaffte Deduction der Königl. Preußiſchen Jurium auf und an die Stadt Dortmundt ap *Lunigium* in der Grundfeſte hoher Potentaten P. 1. No. 55.

Digitized by Google

vero medietatem Joannes Steckius, (1) jure dotali (Bertius habet hæreditario) ab Linden-Horſtiorum familia acquiſitam, cum jure gladii Senatui Tremonienſi ſimiliter vendidit, adeoque totius liberi Comitatus, ſeu Vrigraviatus adminiſtratione & cura Proconſules ibidem utuntur. Anno 1381. a Friderico III. Archiepiſc. Colon. 16. omnibus vicinis Epiſcopis ac Comitibus eum juvantibus, graviſſimam & maxime diuturniam totos 22. menſes obſidionem ſuſtulit: liberatam civilis diſcordia, externo bello multo periculoſior, excepit, quæ, exacta inter cives virilim pro ſingulorum facultatibus pecunia, quæ æs alienum diſſolveretur, plebeis etiam in Senatum, qui totus ex Nobilibus antea conſtabat, lectis, anno 1400. ſedata eſt. Deinceps cum vicinis Marchiæ & Cliviæ Comitibus ac Ducibus pacem ac fœdera certa (2) hucusque ſervavit: Immediate tamen Rom. Imperatoris patrocinio ſubjecta, a Maximiliano I. anno 1504. a Carolo V. ejus nepote, anno 1520. anteceſſorum Friderici II. Ludovici Bavari & Caroli IV. privilegiorum confirmationes (3) accepit; Atque ſic Senatus per urbem & Comitatum integrum plena gladii poteſtate fruitur, Prætorem urbanum dirimendis litibus conſtituit, cæteraque diſponit, quæ liberæ civitates diſponere ſolent. Inter celebriores denique Hanſeaticas non poſtremum locum occupat.

Status Eccleſiaſticus Comitat. Marcani.

Statu Comitatus Marcani politico explicato, ad Eccleſiaſticum accedimus, qui non tantum Prælaturas duas maximas atque Imperiales diverſi ſexus: Aſſindienſem, hodie Eſſendienſem dictam, quæ Sacerdotes maximas ſive Abbatiſſas non niſi ex Principum, Comitum & Baronum filiabus admittit, & Werthinenſem Abbatum Imperialium; ſed etiam monaſteria Veſtalium nobilium, Herdickianum, Frundebergium, Kentorſium, S. Claræ Hœrdenſe & Gievelsbergium; Monachorum vero Scheidanum, Marienheidenſe & Hammonenſe; Conventum Unnenſem, Camenſem, Tremonienſem minorem, & Rynarenſem monialium; Hoſpitalia denique Nordenſe & Wattenſcheidium ſub ſe complectitur, de quibus etiam nonnulla hic annotabimus.

Abbatia Eſſendienſis.

Eſſendienſis Prælatura, (4) quemadmodum etiam Eltena, Vitimontia alias dicta, in Ducatu Clivio, Vredenſis, Norelenſis, Freckenhorſtana, Merelenſis, Borchorſtana, in Diœceſibus Colon. & Monaſterienſi, Hervordienſis in Comitatu Ravensburgio, ut diximus, & Prælatas & Collegas ex illuſtri tantum familia delegens, anno 887. ab Alfrido IV. (5) Hildes-

(1) Verba ſunt *Hamelmanni* p. 720. *Dortmunde fuit olim proprius Comitatus in Weſtphalia, ut idem Rolevingius ſcribit, & fuit is ſitus in medio ampliſſimi Comitatus de Marka. Tremonia vel Dortmunde, urbs modo Imperialis, (quæ Comiti Tremonienſi olim ex parte paruiſſe dicitur, ubi & portam & arcem habuit iſte Comes,) jam ad ſe potiorem partem Comitatus hujus transtulit civitas Tremonienſis, & Senior Conſul nomine civitatis ſolet ſcuda iſtius Comitatus ab Imperatore impetrare. Gobelinus Perſona in ſuo Coſmodromio dicit, quendam nomine Hagmannum tempore Ottonis fuiſſe Dominum in Tremonia, & fuit Comes Tremoniæ vel in Dortmunde in caſtris Conradi de Berga, Epiſcopi Monaſterienſis, contra Epiſcopum Ornabrugenſem, Ludovicum a Ravensberg Comitem anno 1306. Cum vero alii hoc nomine* Treitmont, (ut *Piermont,*) *putant, quaſi primus hic Comes venerit ex Galliis cum Carolo M. in Weſtphaliam. Tamen iſta familia horum Comitum tandem defecit, & cum unica filia poſtremo Maſculo heredi horum Comitum ſupereſſet, elocabatur uni ex Nobilibus de* Stecken, *qui ſe poſtea cum poſteris ſcripſere Comites in* Dortmunde, *& tandem duo fratres de* Stecken, *Gotwinus & Johannes, facta diviſione ita convenerunt, ut Gotwinus eſſet Tremoniæ Comes, & alter obtineret Dominium* Meyrich *prope* Dußburg, *& Satrapiam in* Boldenik *prope Aſſindiam. Ultimus ex Nobilibus de* Stecken *vendidit dimidiam Comitatus partem urbi Tremonienſi, & mortuus ſepelitur in ſua Parochia* Lindenhorſt, *& ejus unica relicta filia N. elocatur rurſum uni ex Nobilibus de* Stalen, *qui cum ea conſequitur arcem & bona* Icker, (Icker *erat Tremonienſis Comitatus Præfectura,) & ex illo Stalio unica filia ſuperſtes fuit, quæ uni ex Nobilibus de* Bolswinckel *elocata eſt. Senatus Tremonienſis adhuc ſcribit interdum* in unſerer Grafſchafft Dortmundt.

(2) Advocatiæ & Protectionis, quæ ſæpiſſime renovata. Vide infr. in Codic. Diplom. No. LIII. LIV. LV. LVI. LVII.

(3) Quarum Diplom. vid. ap. *Lunigium* Part. Spec. Cont. IV. des Reichs-Archivs, p. 441. & ſqq.

(4) Immediata, quæ ſibi civitatem quoque Aſſindiam ſubjectam eſſe, jure contendit. Vide Scripta apud *Lunigium* in *Bibliotheca curioſa Deductionum* p. 204. ſeqq.

(5) Imo anno 878. juxta Diploma fundationis in Cod. Diplom. No. LVIII. ex genuina charta in ipſo Cœnobio Eſſendienſi, ut refert *Chr. Fr. Paullini* in Hiſt. Coll. Vitbec. a *Joh. Chriſtoph.*

Digitized by Google

desheimensi Episcopo, institutа, sorore Gersuida prima ejus Antistita (1) ordinata; Hujus Alfridi reliquiis, sicut & Cosmæ, Damiani, Basilii, Quintini, Remigii, Pinnosæ, Marsi, hierothecæ aureæ inclusis, aliisque Lipsanis gloriatur. Mechtildis Præfecta, Ottonis I. Imp. filia, Ottonis II. & Theophaniæ ejus conjugis, Orientis Imp. Basilii nepotis, soror, quæ sicut Affindiensis, ita Quedlinburgensis etiam (2) in Saxonibus antistita fuit, Rellinghausanum quoque collegium fundavit. Hu-

stoph. a Bellinghausen, Abbate Corbejensi, descriptum, & in multis a *Schatenii* in Annalib. Paderborn. p. 174. & *Stangefolii* Annal. Circ. Westph. lib. II. p. 150. exemplis diversum. Fuit autem Alfriedus, s. Altfredus, ex illustri Comitum de Asnede familia ortus, atque patre *Ouone*, matre vero *Richarde* natus, Monachus primum Corbejensis, sed postea ad Hildesheimensem Episcopatum evectus. Vide *Chron. Hildersheimense* apud *Paullini* in Synt. R. G. p. 74. & *Catalog. Episc. Hildesh.* T. I. p. 772. S. R. B. *Leibnizii.*

(1) Syllabum Abbatissarum exhibet *Chr. Franc. Paullini* lib. cit. p. 13. a quo sequens *Catalogus generosarum Abbatissarum*, ex scheda *Wirici Hiltorpii*, Decani Collegiatæ Ecclesiæ Assindiensis, descriptus, & MS. meo *Essendiensi* insertus, multum differt, convenit vero cum *Stangefolii* Indice Lib. 2. p. 150.

Gerswida, soror Altfridi. *Adelun*, quæ & *Adelwig* vel *Adelwyff*, obiit A. C. - - 22. Septembr. *Witburgis*, quæ & *Wildebigis* a Vingburg, obiit A. Chr. - - 20. Decembr. *Pinnosa*, obiit 2. Decembr. *Agana*, quæ & *Agina*, obiit 17. Novembris. *Lutgardis*, Ottonis M. Ducis Saxoniæ, filia, & Henrici I. Imperatoris Aucupis soror, Anno Christi 942. *Gerberga*, 29. Augusti. *Hatmoda*, quæ & *Hadwigis*, 18. Julii. *Ida*, A. C. 971. 17. Novembr. *Mechtildis*, 7. Januar. *Sophia*, ob. A. C. 1030. 27. Januar. *Mechtildis II.* Fundatrix Ecclesiæ Rellinckhusensis, Ottonis II. Imperat. filia, 8. Januar. In Syllabo *Paullini* hæc vocatur filia Imperatoris Orientis, sed perperam. Vid. *Tolnerus* in Hist. Palat. p. 231. & 257. *Theophanu* Palatina, quæ subterraneam cryptam construxit, quæ A. C. 1051. consecrata est, ob. 5. Mart. Hæc in *Hist. Brewilerensi* ap. Leibnizium T. I. p. 316. Abbatiam restauravisse dicitur. *Albeidis*, 20. Jun. *Svenhildis*, Fundatrix Ecclesiæ Staupenberg, quæ consecrata ab Annone II. Archiepiscopo Coloniensi, A. C. 1073. 4. Calend. Febr. obiit 30. Julii. *Mechtildis* Bavarica, 4. Novembris. *Oda*, Comitissa de Calwe, 31. Augusti. *Cunigundis* de Windecke, 7. Januar. *Lutgardis*, 23. Octobris. *Ida*, quæ & *Uda* Palatina, 16. Julii. Hæc aureum crucem columnæ marmoreæ imposuit. *Imma*, 21. Decembris. *Ermentrudis*, 25. Aprilis. *Hadwigis* de Beilsteine, 4. Jul. *Hendeeundis*, quæ & *Hindeetrudis*, Abbatissa præfuit A. C. 1170. *Beatrix*, quæ & *Bata* de Lenepe, 21. Mart. *Jutta* de Milne vel Millen, 21. Januar. *Albeidis*, hujus tempore valde angustata fuit Ecclesia a Friderico, Comite de Isenberg, 23. Aprilis. *Elisa*, quæ & *Elisabeth*. Hæc confirmavit reformationem Ecclesiarum in Staupenberg & Rollinckhausen, 14. Aprilis. *Sophia* de Groeschap præfuit A. C. 1253. *Berta*, quæ & *Beatrix* de Holte. Sub hac Abbatissa Ecclesia in aula Abbatiali & magna parte civitatis secundo in cineres redacta, orto igne in pistrina. *Mechtildis*, mater pia vocata ab Hardenberg, A. C. 1264. Hæc monasterium & Abbatiam exustam restauravit, & ex residuis ruderibus Capellas S. Walburgis, quæ postea S. Johanni est consecrata, & S. Gertrudis in foro de novo extruxit. *Berta* de Arnsberg, 8. Januarii. *Cunigundis* de Monte, An. C. 1336. 26. Novemb. *Catharina* de Marka, A. C. 1360. 27. Septemb. *Irmgardis* de Brocke, A. C. 1370. 1. Martii. *Elisabeth* de Nassau. Hæc nummos quosdam, qui adhuc superfunt, excudi curavit. Extruxit quoque molam pneumaticam ex saxis quadratis, quæ & loco carceris est extra urbis cardinem Occidentalem, ubi etiamnum insignia Nassovica conspiciuntur. Ob. A. C. 1413. 18. Novembris. *Margarita*, Comitissa de Marca, obiit A. C. 1425. 26. Januarii. *Margarita*, Comitissa de Limburg. *Elisabeth* de Beeck. Inter duas hasce schisma ortum est electione, Canonissis Margaritam de Limburg, Canonicis autem Elisabetham de Beeck eligentibus, compositum denique ultro cedente Margarita, nec proinde in Catalogum Abbatissarum referenda. Obiit Elisabetha A. C. 1445. d. 5. Maj. *Sophia* ab Overstein, ob. A. C. 1447. *Elisabeth* a Saffenberg, ob. A. C. 1459. die 21. Augusti. *Sophia* de Gleichen. Hæc nummos curavit cudi & aureos & alios in arce Borbeccensi. Ob. A. C. 1489. 5. Augusti. *Mena* ab Overstein. *Margarita* a Bichlingen. *Sibylla* de Montfort. *Catharina* de Tecklenborg. *Irmgardis* de Diepholt. *Maria* a Spiegelberg. *Elisabeth* de Manderscheidt. *Margarita Elisabeth* de Manderscheidt. *Elisabeth* de Monte Comitissa, Abbatissa postulata, mortua variolis A. C. 1614. 4. Januarii. *Maria Clara* a Spoer.

(2) Perperam. Hæc enim Machtildis, altera Abbatissa Quedlinburgensis, non fuit simul Abbatissa Essendiensis, sed confunditur cum Machtilde, Ottonis II. filia, quæ apud Amitam suam Adelheidem, alteram Ottonis M. filiam, & Abbatissam Essendiensem, educata fuit, ut liquet ex MS. *Brewilerensi* apud *Tolnerum* Hist. Palat. p. 231.

Digitized by Google

Hujus Abbatiæ Comites Marcani (1) Advocati ſeu Tutores ſunt.

Primus ex hac familia tutelam ejus geſſit Arnholdus: Poſt cujus fata Frider. Iſenbergius, ipſius filius, ſucceſſit: qui cum Engelbertum Montenſem, Archiepiſc. Colon. anno 1225. necaſſet, hujus in hac dignitate ſucceſſor Henricus a Molenarck, poſt parricidam in rotam actum, tutelam ad ſe tranſtulit, quam Conradus Hochſtedenus Archiep. Adolpho Marcano anno 1247. iterum largitus eſt. (2) Unde ſequentes omnes Comites Marcani usque in hunc diem (Reinholdo Kerckholde in manuſcripto Chronico teſte,) eandem continuant. Idem Adolphus Marcanus circa annum 1227. prætorium Baldeinnew, quaſi dicas cito novum, & aliud ſtruxit, quod eſt fundus Clientelaris Eccleſiæ Eſſendienſis, eoque diuturno tempore Comites Limburgii ad Lenam, dehinc Equites Steckii, Eilii, tandem Neuhoffii donati ſunt.

Abbatia Werthinenſis.

Werthinenſem Imp. Abbatiam Ludgerus, ex nobili in Friſia progenie (3) circa annum Domini 730. natus, & Hildegrini, ex Catalonienſi Epiſcopo primi a Carolo Magno deſignati Halberſtadienſis Antiſtitis, frater, primus Mimingardenſis, (nunc Monaſterienſis) ab eodem Carolo anno 746. conſtitutus Epiſcopus, ejusdem Caroli auſpiciis, Deo revelante, in ſolitudine Weveswaldt inter duos montes Wredenbergh & Aldenbergh, arboribus fato quodam cadentibus, in loco, ob Ruræ præterlabentis, aliorumque limpidiſſimo-

(1) Atque ita nunc Potentiſſimus Rex Pruſſiæ, ut *Tölnerus* quoque in Hiſt. Palat. p. 257. recte ſcribit.

(2) Vide infra Hiſtoriam ejus belli & pacis. MS. quoque *Eſſendienſe* hac de re ita refert: *E medio ſublato Friderico Ysenburgico circa A. C. 1225. vacans fuit Advocatia Aſſindienſis facta, & hereditario jure in Comites Clivenſes & Markenſes derivata, & inde propriam ſuam domum in civitate poſſident. Hinc eſt, quod* Reinoldus Kerckrode *Tremonenſis, ante centum annos ſcribit in ſua Chronographia Weſtphalica Rithmica hiſce verbis:*

Tho Eſſen waß ein Twydracht vannen binnen,
Dey Borgers leiten ſich ein deels Parthies finden,
Dat quam van Miſkoer der Frauen.
Den koer wolde eine van Bronckhorſt benandt,
Und wolde, dat er Nichte von Deipholt allein
Solde Fraue ſyn, und nicht die von Stein,
Die doch gekoeren waß und ſath in Beſith.
Dat hinderde Bronckhorſt und lagte er pleit.
Tho Roma an des Paweſizes Gerichte,
Sey pleitede wol drey Jar vor er Nichte,
Sey verloß thone lateſten woll twee of drey Ordel,
Deſſen hadde Sey geinen Vordel.
In Banne ſtarf Sey ſonder Loff,
Man groeff Sey in een Kruidthoff,
Die Borger hielden ein deel Parthie mit ere,
Dat Leip ſich noch ſo were,
Dat der forder quaet möchte hebben uth gekomen,
Dat heft myn Here tho Cleve tho Sinne genomen,
Und rehdt tho Eſſen in die Stadt,
Und heft dat binnen ſo ſtarck beſatt,
Mit wapender Hand, und was woll ſchin,
Hedde he gewoldt die Stadt were ſyn,
Men ick gelove dat Edele Bloet, ſo niet en dachte,
Hey bleff by ſyne alden Rechte,
Vor einen Erb-Voger leith hey ſich hulden,
Darup konte niemand ſchelden,
Hey leith ſich verſeckern ſyner Rechten,
Dey ſey eme abenbarlieck belehnden.
Hir iſt dat by gebleven,
Myn Here rehet hen na Cleve.

(3) Patrem habuit *Tiatgrimum*, matrem *Liafburchem*, avum *Uurſingum*, f. *Wirſingum*, Virum nobilem in aula Radbodi, Regis Friſiæ, aviam *Adelgardam*. Vid. *Vita Ludgeri* T. 1. S. R. *Leibnitii*. MS. *Eſſendienſe*. *Schaten.* in Hiſt. Weſtphal. p. 392. ſeqq.

Digitized by Google

ſimorum fontium amœnitatem amabili, circa annum Domini 778. fundare cœpit; (1) ſed

(1) Ad oſtia primum Rheni in loco Wittmunde, ſed ob Normannorum irruptiones, mutato conſilio, poſtea in *inculto* adhuc & *ſaltuoſo* loco *Wenesvalt* ad Ruram, quem *cælesti*, ut dicitur, *indicio ſibi deſignatum ab incolis & heredibus patriæ illius comparaverat*, ut Othelgrinus & Thiedbaldus, Diſcipuli S. Ludgeri, referunt in Charta apud *Schaten*. Hiſt. Weſtphal. p. 572. Incrementa ejus Abbatiæ vide in *Chartulario* apud *Leibnizium* T. 1. S. R. Brunſvic. p. 101. Idem quoque T. III. p. 600. ſeqq. *Syllabum Abbatum Werthinenſium & Helmſtadienſium* exhibet, a quo vero cum ſeries in MS. meo *Eſſendienſi* haud parum differt, eam hic ſubjicere operæ pretium duxi. Ita vero illud habet:

Poſt mortem Rathbodi Tyranni, Regis Friſonum, Winſingus, avus S. Lutgeri, a Carolo Martello ad Friſios remittitur, ac paulo poſt moritur. Winſingi vero filius junior Thiatgrinus, pater S. Lutgeri, duxit in uxorem Liafburgim, ex qua genitus Lutgerus, Vir ſanctus, in pago Wiruno prope Doccemium circa annum Ch. 730. ſub - - - Francorum Rege XIX. Habuit præceptorem Virum doctum & ſanctum, Gregorium nomine, Epiſcopum Ultrajectinum, de cujus Vita & Albrici Sacerdotis compoſuit libellum. Scripſit etiam Vitam S. Swiberti aliaque eleganti ſtylo. Conſtruxit vero ex revelatione divina Werthinenſe cœnobium iuchoatum novem annis, ante adeptum Epiſcopatum Monaſterienſem, ubi poſtea a Carolo M. Protho-Epiſcopus Metropolis Weſtphaliæ conſtitutus eſt. A. C. 802. Carolus M. caſtrum ſuum in Ludinenhuſen Diœceſ. Monaſt. cum omni jurisdictione, fortalitiis atque pertinentiis ſuis S. Lutgero & Monaſterio Werthinenſi perpetuis temporibus poſſidendum attribuit, juxta Diploma deſuper erectum de dato anni 33. regiminis Caroli M. Imperatoris. Perſtitit hoc caſtrum ſub plenaria jurisdictione Werthinenſium Abbatum usque ad A. C. 1430. A. C. 809. in pago Billerbecke obiit S. Lutgerus, & poſt eum adminiſtrationem habuit Beatus *Hildegrinus*, Protho-Epiſcopus Halberſtadienſis, & præfuit Werthinenſi Monaſterio ſummo honore ab obitu S. Lutgeri annis fere 18. obiit A. C. 827. 19. Junii. Deinde *Gerfridus*, ſecundus Mimigardienſis Epiſcopus, præfuit VVerthinenſi Eccleſiæ annis prope 13. & obiit A. C. 839. die 12. Septembris. Huic in regimine ſucceſſit *Thiatgrinus*, Halberſtadienſis Eccleſiæ ſecundus Epiſcopus, & præfuit huic Monaſterio 14. annis; obiit A. C. 840. d. 8. Febr. Hunc ſecutus *Alfridus*, Mimigardevordenſis Eccleſiæ tertius Epiſcopus; obiit A. C. 849. die 22. Aprilis. Poſtea *Hildegrinus* ſecundus VVerthinenſi cœnobio præfuit 36. cum ſemeſtri annis & duobus menſibus; obiit A. C. 885. d. 25. Decembr. Poſt mortem hujus Epiſcopi electus eſt in primum Abbatem 1. *Arcadulphus*, quem ſecutus ſecundus Abbas 2. *Hembil*, qui obiit pridie Idus Januar. A. C. 884. 3. *Adeldagus*, tertius Abbas, obiit 8. Jul. 4. *Otto*, quartus Abbas, obiit Calendis Mart. A. C. 899. 5. *Hogerus*, quintus Abbas, obiit 7. Calend. Januar. A. C. 906. 6. *Hildebrandus*, ſextus Abbas, obiit 8. Idus Januar. A. C. 912. 7. *Adalbrandus*, ſeptimus Abbas, obiit 8. Non. Mart. A. C. 918. 8. *Wueris*, octavus Abbas, obiit Non. Novembr. A. C. 933. 9. *Wiggerus*, ob. 9. Kalend. Septembr. A. C. 943. Hic fuit Comes Friſiæ, Rathobodi filius. 10. *Wigo*, Comes Friſiæ, obiit 8. Kalend. Aprilis A. C. 945. 11. *Reinerus*, Comes Friſiæ. Hujus tempore Otto I. Imperator perpetua donatione contulit Monaſterio in Helmſtede agros cum decimis in VVarmſtede, atque alia bona, A. C. 952. juxta Regium Diploma. Capella etiam fontis, quæ nunc Parochialis eſt Eccleſia prope VVerthinam in nemore, a VViggero, nono Abbate, primum ædificari incepta, atque ab ejus ſucceſſore VVigone continuata, denique ab Reinero abſoluta, per Brunonem, Archiepiſcopum Colonienſem, Ottonis I. fratrem, A. C. 957. in die Philippi & Jacobi Apoſtolorum, in honorem S. Clementis conſecratur, hinc forte, quod fons vivus ſub ſummo Altari perpetuo ſcaturit. Obiit Kalend. Febr. A. C. 962. 12. *Engelbertus*, Comes ex Saxonia, obiit 5. Id. Aug. A. C. 971. 13. *Folckmarus*, Comes de Hennenberg. Hic ab Ottone II. Imperat. obtinuit Privilegium cudendi monetæ, & emporii ſive fori, juxta Regium Diploma. Obiit 6. Novembr. A. C. 974. 14. *Ludolphus*, Nobilis Friſo, ab eodem Ottone II. Imper. obtinuit confirmationem de cudenda moneta, non tantum in VVerthine, ſed etiam in Helmſtede atque Ludinghuſen, ſpeciali gratia, A. C. 980. Obiit 3. Non. Januar. A. C. 983. 15. *Werimbertus*, alias *Werumbracht*, Nobilis VVeſtvalus. Hic novæ Eccleſiæ prope VVerthinam Parochialis verſus plagam Aquilonarem, nunc **Nieſkirchen** dictæ, prima jecit fundamenta, quam tandem Gero, XX. Abbas, abſolvit, in honorem S. Lucii, Regis Britanniæ, uti vivus petierat, per Annonem, Archiepiſcopum Colonienſem, Kal. Octobr. A. C. 1063. dedicata. Obiit 8. Id. Octobr. A. C. 1001. 16. *Ratbaldus* de Volmoitſtein, obiit A. C. 1022. 5. Idus Aprilis. 17. *Heit Hauricus*, Comes de Aldenborg, obiit 3. Idus Novembris A. C. 1030. 18. *S. Bardo*, ex Nobili VVederoviæ familia de Opperſchoven, patre Adelberto, matre Chriſtina, & poſtea Archiepiſcopus Moguntinus A. C. 1031. Elegit Imperatorem Henricum III. cujus conjugem, D. Agnetam, Comitiſ-

mitiſſam Pictavienſem, in Reginam unxit. 19. *Geroldus*, Comes de Lymborg. Sub hoc Abbate Parochialis Eccleſia in Ludinckhuſen, ſpectans ad collationem Abbatis VVerthinenſis, dedicata eſt A. C. 1039. Hic etiam Geroldus conſtruxit Capellam S. Nicolai juxta forum VVerthinenſe, quam Hermannus ſecundus, dictus Nobilis, Archiepiſcopus Colonienſis, in honorem S. Nicolai Epiſcopi, 5. die menſis Decembr. conſecravit 1047. nunc ab omni divino officio deſolata. Altera demolita in publicum armamentarium, quo menſuræ, pondo & ſimilia, ad publicam utilitatem ſpectantia, & forum neceſſaria, & eodem contigua, reponuntur. Viluntur ibidem in gradibus ante aditum Capellæ eis forum ab utraque parte duo Leones, congeſtis quadratis ſaxeis recumbentes, collocati, ſorte ab ipſo Geroldo in perpetuam illius memoriam eo ordinati, cujus familiæ inſigne eſt Leo. Qui quoque, intercedente D. Bardone, ſuo Anteceſſore, Archiepiſcopo Moguntino & Imperii Archi-Cancellario, apud Imperat. Conradum II. ab eo multa præclara Privilegia impetravit, & in numerum Prælatorum Romani Imperii recenſitus, quæ Privilegia in præſens in eodem Monaſterio fideliter conſervantur. Obiit ante Prædeceſſorem 14. Kalend. Novembr. An. C. 1050. 20. *Gero* de Wimersheim abſolvit ſtructuram Parochialis Eccleſiæ Neukirchen, quam in honorem S. Lucii, Regis Britanniæ, per S. Annonem, II. Archiepiſcopum Colonienſem, dedicari curavit, quemadmodum in vita S. VVerimberti Abbatis mentio facta eſt. Similiter antiquam & annoſitate collapſam majoris Eccleſiæ Cryptam reſtauravit, & per eundem S. Annonem eandem cum quatuor Altaribus, quorum primum ad ſepulchrum S. Luthgeri in honorem S. Trinitatis, medium vero inter utrumque in honorem B. Mariæ Virginis, tertium ad Auſtrum S. Agnetis, quartum verſus Aquilonem S. Nicolai, conſecrari fecit A. C. 1059. Obiit Idibus Martii A. C. 1163. 21. *Gilbertus*, qui & *Giſilbertus*, Baro de familia Pleſſ, obiit 4. Id. Aug. A. C. 1066. 22. *Adalwigus*, nobilis Franco, qui oſſa S. Ludgeri e Crypta in urnam argenteam collocavit, obiit A. C. 1081. die 6. Kalend. Novembr. 23. *Otto* primus ſui nominis, Comes de Sappenheim. Hic curtim Dale cum omnibus & ſingulis ſuis pertinentiis Monaſterio acquiſivit A. C. 1093. Obiit 6. Idus Maj. A. C. 1105. 24. *Adolphus* de Marcka obiit 17. Aprilis A. C. 1106. 25. *Rodolphus*, qui & *Rottholphus* cognominatus de Tuitio, Comes de Helfenſtein, obiit A. C. 1113. 15. Maj. 26. *Lutbertus*, Comes de Iſenberg, ſub quo totum VVerthinenſe cœnobium cum ædificiis magna incendii inflammatione conflagravit A. C. 1119. obiit mœrore concepto A. C. 1120. 8. Id. Octobr. 27. *Berengosus*, ſ. *Berengosus*, Comes de VVeſtenberg, reſtauravit igne conſumtum cœnobium, & fratres per incendii ruinam diſperſos ad Monaſterium revocavit, obiit A. C. 1125. 11. Kal. Octobris. 28. *Bernhardus* de VVeffelkoſſen, f. VVeffelkhoven, fundamenta Oratorii in Bredeney jecit, & abſolvit A. C. 1136. quod ſucceſſu temporis, annoſitate collapſum, A. C. 1366. vel circiter per Venerabilem Dominum, Ottonem de Gennep, Abbatem S. Maximi Trevirenſem & Præpoſitum VVerthinenſem, denuo reſtauratum, in honorem S. Marci Evangeliſtæ, & præcipue S. Crucis, cum plateæ ac publicæ viæ ibidem in modum crucis currant, dedicatum, atque imago Chriſti crucifixi, ob memoriam humanæ recordationis, juxta viam ibidem, qua perennis ſcaturiebat fons, poſita fuit, ubi per ſolemnes indulgentias S. Crucis frequentes & publicæ ſolebant fieri peregrinorum, undique longis itineribus agminatim concurrentium, ſupplicationes, divinam opem & miſericordiam pia devotione implorantium, atque feria ſecunda atque ſolenne feſtum Aſcenſionis Domini tam ab Illuſtri Collegio generoſarum Canoniſſarum regulis Collegii Aſſindienſis cum Abbatiſſa totoque Clero, quam ab Abbate & fratribus Monaſterii Werthinenſis generalis ſuffragantium, divini Numinis cum præcipua Lethania, ad hoc devote aptata, invocantium celebris & devota conventio, divinarumque Miſſarum ſolemnis celebratio, tandem abolitis Sacris & deſtructis aris, in annuas tranſierunt nundinas, & Sabbatho poſt Cantate numeroſi populi & mercatorum annueli adhuc concurſu frequentatur. Oratorium in Emporium, ſupplicationes & ſuffragia in luxum & laſciviam commutantes. Sic fere omnia pedetentim ſeneſcente mundo in pejus degenerant &c. Obiit A. C. 1141. die 11. Kalend. Novembr. 29. *Wurimbertus*, Comes de Schoenberg, obiit 6. Octobris. 30. *Volmarus* a Bilſtein obiit A. C. 1144. die 7. Septembris. 31. *Lambertus* de Gennep Arnoldo I. Archiepiſcopo Colon. percharus fuit, qui ideirco pro remedio animæ ſuæ Abbati & fratribus ſuis curiam Vrimerſcheidt cum Decimis in Wanheim Monaſterio Werthinenſi contulit A. C. 1147. Conradus etiam III. Imper. huic Abbati valde fuit familiaris, qui in Monaſterio Werthinenſi oppidanis ſuis Duisburgenſibus gratioſe nova Privilegia conceſſit, & antiqua confirmavit, 8. Indict. A. C. 1145. Obiit Anno Chriſti 1152. die 13. Kal. Novembr. 32. *Wilhelmus* de Moers. De hoc Abbate ſcripſimus, ubi de Viris claris Weſtvaliæ docuimus. Obiit Anno Chriſti 1157. 33. *Adolphus II.* Comes de Altena, obiit An. C. 1174. die 10. Kalend. Maj. 34. *Wolffframus*, Comes de Kirberg, obiit Anno Chriſti 1183. die 7. Idus Julii. 35. *Heribertus I.* Comes de Monte. Quidam volunt, illum A. C. 1196. deſiiſſe, alii autem, adhuc A. C. 1198. præſediſſe Monaſterio. 36. *Heribertus II.* Comes de Bueren. Hic mul-

ta

ta damna perpeſſus eſt a Friderico, Comite vicino ad Roram de Iſenberg &c. Poſt obitum Henrici VI. An. C. 1200. Ottonem IV. cum ceteris Germaniæ Epiſcopis in Imper. elegit, ut in Diplom. Ego Eribertus, Abbas Werdinenſis, elegi & ſubſcripſi Cæſar. *Baronius* in Annal. Eccleſ. Obiit 10. Kal. Auguſti A. C. 1230. 37. *Gerhardus* de Graffſchafft, ſive Graffſchap, obiit A. C. 1294. 2. Id. Novembr. 38. *Albertus* de Goer Altare verſus Aquilonem Capellæ Nienkirchen in honorem S. Severini Epiſcopi dotavit, & per Fridericum Epiſcopum altera Aſcenſionis Domini A. C. 1255. conſecrare fecit, quod, quondam ſub magno Organo ejusdem Eccleſiæ ſitum, nunc eo demolito in majorem Eccleſiam S. Ludgeri A. C. 1549. translatum. Obiit Idibus Septembris A. C. 1255. vel alii multi A. C. 1257. 39. *Albertus* de Tekelenborg. Sub hoc Abbate Eccleſia Werthinenſis igne penitus conflagravit, ſed reſtituto opere A. C. 1275. per Albertum Magnum, Epiſcopum Ratisbonenſem, tunc temporis Coloniæ apud Prædicatores reſidentem, conſecrata eſt Eccleſia. Obiit 16. Kal. Julii A. C. 1277. 40. *Otto*, Nobilis Baro de Wirberg, in Helmenſtadenſi una cum ſuis Nobilibus & Miniſtralibus in tumultu & populari factione occiſus Nonis Junii 1288. 41. *Henricus* de Wildenborg obiit A. C. 1310. Nonis Martii. Sub hoc Abbate nobilis Viri Sobbonis in oppido Wertinenſi ſitum, de præſenti **die Pordt** dictum, cum foveret partes Archiepiſcopi Colonienſis Wichboldi, contra Everhardum, Comitem de Marcke, ab ipſo Comite dirutum & occupatum fuit A. C. 1300. *Northof.* 42. *Wilhelmus* de Hardenberg. Hic una cum Engelberto, Marcano Comite, mœniis civitatem Werthinenſem cinxit, partimque firmavit A. C. 1317. atque oppidanis jus civium & municipalem ordinem conceſſit. Circa hæc tempora An. Chr. 1329. Altare, ſive Vicaria S. Severini jam pridem fundata, multis cenſibus, annuis præſtationibus & pulchra habitatione locupletior redditur. Obiit 9. Kal. Maj. A. C. 1330. 43. *Johannes* de Herte. Sub hoc Abbate Capella B. Mariæ Virginis in Baldeney juris Monaſterii Werthinenſis per Theodoricum & Everhardum ejus filium de Leitene fundata & erecta eſt A. C. 1327. in Vigilia Nativitatis Johannis Baptiſtæ. 44. *Johannes* de Arſchot. Tempore hujus Abbatis, nimirum 1357. Comes Markenſis Engelbertus ſororem ſuam Iſabellam Comiti Johanni Naſſovio-Dillenburgico connubio deſpondit, & Werthinæ circa feſta Bacchanalia ſplendidas & ſumptuoſas nuptias celebravit. *Northof.* 45. *Henricus* de Wildenberge obiit A. C. 1382. 46. *Johannes*, Comes de Spiegelberg. Sub hoc Abbate A. C. 1427. magna fuit exorta ſimultas & inteſtinum bellum, non citra diſpendium Monaſterii Werthinenſis, inter Comitem Markenſem & Montenſem, ratione caſtri **Angerordt** conſtruendi, atque in A. C. 1433. perduravit. Quando Adolpho, Comite Montenſi, auxilio exercitus Archiepiſcopi Colonienſis, Theodorici a Mœrs, Markenſes & Clivenſes in campo Duisburgenſium juxta ſylvam, quæ dicitur **Antfudet**, cæſi & in fugam verſi ſunt, atque ab illo tempore Duces Montenſes & ſui hunc locum poſſederint. Cives & oppidani Helmſtadienſes factiones inter ſe foverunt & tumultuarunt, ad iſtas controverſias compeſcendas & componendas, a Magiſtratu vocatus Abbas A. C. 1436. Profectus eſt eo cum ſuis, ſuamque paternam & ſeduſam operam in componendis diſſidiis impendit, ſed parum profecit, ac neutra pars cedere voluit, ſed magis magisque ad invicem inteſtino odio flagrarunt & excanduerunt: veritus, ne a tumultuariis civibus, quos viribus compeſcere non poterat, neque authoritate prævaleret, majorum ſuorum exemplo opprimeretur, periculum effugiens itineri ſeſe cum ſuis accommodavit. Verum a ſeditioſis & eorum complicibus ſeu ſociis proſequutus eſt in via, cum ſuis Nobilibus & Miniſtralibus, ac præcipue Arnoldo Scheel in **Aldendorp** capitur, in caſtrum **Padberg** captivus deducitur, & multo tempore detinetur, donec magno perſoluto lytro, ingentique pecuniarum ſumma ſe ſuosque captivitate redimeret. In captivitate Abbatis Adolphus I. Dux Clivenſis, timens, ne hoſtili manu monaſterium invaderetur ſimul & oppidum, protectionis ergo caſtrum Werthinenſe in margine fluminis Roræ cis pontem e fundamento erexit. 49. *Johannes* Steck, ex Mollenbroicke prope oppidulum **Volte**, obiit A. C. 1454. 4. Non. Septembr. 50. *Conradus* a Gleichen, ultimus ex generoſa proſapia ſeu familia ortus. Hic degradatus & depoſitus, omnique honore ſpoliatus, conſtituit ad ſuos redire, in itinere deficiens juxta civitatem Mindenſem in villa publica & abjecto hoſpitio 14. Januar. An. C. 1476. (alii 1477.) miſere ſexagenario major fatis conceſſit, & denique in obſcuro loco ignobiliter ſepultus. 51. *Adamus*, Abbas S. Martini Colon. Hic Regalia hujus monaſterii a Maximiliano Imper. in ipſius perſonam obtinuit. Cæteræ dignitates & officia monaſterii juxta unionem Reformationis Burſfeldenſis & aliorum cœnobiorum S. Benedicti etiam mutata ſunt, & Præpoſito Prior, pro Theſaurario Cuſtos conſtituitur. Hic deſtituto Conrado tribus tantum annis præfuit huic monaſterio, & reſignavit, & facta reſignatione ſuum monaſterium S. Martini Colon. repetiit, ibidemque ad A. C. 1499. reſedit, quo diem clauſit extremum. 52. *Theodorus* Hagedorn Reſſenſis obiit Erphordiæ in generali Capitulo 25. Aug. A. C. 1484. 53. *Antbonius* Grinholdt. Sub hoc Abbate A. C. 1518. ipſo die Panthaleonis ſacro, 5. Calend. Aug. natus eſt Illuſtriſſ. *G. Wilhelmus*, Dux Clivenſis, quem ipſo die Egidii Cal. Septembr. ſacroſancto baptiſmatis fonte abluit &

ſed anno 802. perfecit (1) atque inauguravit, Benedicti regulam ſequentem. Huic collegium alterum Helmſtadienſe ejusdem Caroli adverſus Vandalos ibi belligerantis pietas adjecit, quod certis conditionibus ab Hermanno a Kellenbergh, (2) dicto Holteno, ſive Xylonio, qui ab anno 1540. usque ad annum 1572. Abbatiæ præfuit, quod cives Præſuli inobedientes, & ob longius diſſitum locum Werthinenſi inutilius eſſet, Henrico, Duci Brunſvicenſi & Lunenburgenſi, pro nominata pecuniæ ſumma venditum eſt, ejusque filius Julius Academiam ex eo effecit celeberrimam anno 1576.

Werthinenſi Abbatiæ Zwentiboldus, (3) Rex Franciæ & Lotharingiæ, dominium Freimorsheimium an. 898. donavit: quo viciſſim ab Abbatibus primo Wilhelmus Freimorsheimius, deinde Eberhardus Marcanus an. 1297. inveſtiti ſunt. Poſtrenius ad Comites Marcanos, &, qui ex iis orti, Clivorum Duces derivavit. S. Ludgerus etiam fundum habuit ad Arnapham fluvium, hodie **Erfft** vocatum, prope Noveſium patrimonialem, ad 55. Cruces (4) dictum. Eidem B. Anno, Epiſc. Colon. an. 1068. de Villis & Decimis privilegium dedit, teſte inter alios Adolpho, Hermanni filio, patre Eberhardi, Comite, & Advocato de Monte. Hujus quoque Abbatiæ Comites Marcani Advocati ſeu Tutores ſunt. (5)

Ægidius Gelenius in Staurologia.

Monaſterium Frundebergium. Ægid. Gelenius in Staurologia.

Frundebergio, (6) quaſi communi amicorum monti ſacro, ordinis Ciſtercienſis Veſtalium nobilium Monaſterio, in monte Hasleo ſecundum Ruram occidentalem in Comitatu Marcano, de quo agimus, ſito, originem dedit B. Menricus, ex Lubecenſi Canonico Anachoreta in iſto tractu factus. Cum enim is ab Henrico de Molenarck, Archiep. Colon. qui Engelberto, Montium Comiti, anno 1225. a Friderico Iſenburgio-Altenano, cogna-

intinxit. Obiit 13. Jun. A. 1519. 54. *Johannes* de Gröningen pontem Roræ fluminis, qui inſolita aquarum inundatione & ingenti vi glaciei immenſæ adductus, in Januario 1533. conciderat, magnis ſumtibus, & arculis ex quadrato lapide poſitis, quaſi duobus brachiis tranſitum claudens, conſtruxit, priori multo firmiorem & ſolidiorem, cum telonio dextra lævaque. Obiit 7. Julii A. C. 1540. 55. *Hermannus* ab Holte obiit A. C. 1572. ipſis Calend. Novembr. 56. *Henricus* Duden A. C. 1575. ab invictiſſ. Imp. Maximiliano II. Rom. & Bohem. Rege, &c. cum juribus, gratiis & privilegiis inveſtitus, Regalia quoque, ut vocant, adeptus eſt. Obiit A. C. 1601. d. 5. Aprilis. 57. *Conradus* de Clote.

(1) Quo etiam anno Carolus M. illud Monaſterium confirmavit. Vid. Dipl. ejus in Cod. Diplom. No. LIX. Ceterum eſt quoque & hæc Abbatia immediata, quod tamen non impedivit, quo minus Comites Marcani & Duces poſtea Clivenſes, horumq; Succeſſores jura Superioritatis Territorialis integra ſervaverint, atq; omni tempore in Abbatia quoque Werthinenſi, (dem Stifft Werden,) quippe in Comitatu Marcano ſita, exercuerint, ut pluribus oſtenditur in Scripto Pruſſico, adverſus Abbatem, cum is Abbatiam Jurisdictioni Territoriali ſubtrahere vellet, anno 1710. edito.

(2) Antonium potius Grimmolt civitatem Helmſtadienſem una cum Aula Abbatis, quod cives ipſi ad Comitia Imperii profecturo ſumptus ſuppeditare nollent, Brunſwicenſi Duci, Monaſterii ibidem Advocato, vendidiſſe, refertur in citato *Syllabo Abbatum VVerthinenſium & Helmſtadienſium* T. III. S. R. B. *Meibom.* Tom. I. S. R. G. p. 365. & de *Origine Helmſtadii* T. III. p. 234.

(3) Filius Arnulphi Imperatoris naturalis, atque Rex Lotharingiæ an. 895. conſtitutus. *Rheginо* ad a. cit. *Schaten.* Annal. Paderborn. p. 231. Diploma Werthinenſi cœnobio conceſſum vide in Cod. Diplom. No. LX.

(4) Rectius *ad Cruces*, prædium, quod Amulricus quidam cœnobio Werthinenſi donavit. Vide cit. *Chartularium VVerthinenſe* apud Leibnizium T. I. S. R. B. p. 113.

(5) Nempe hereditarii, ut liquet ex antiqua litera, ex ipſo Werthinenſi Tabulario producta, & commemorati Scripti Pruſſici Documentis No. 52. inſerta his verbis: *Acta ſunt hæc anno Dominicæ incarnationis 1093. Müllenheym in placito Bernhemi Comitis, ſuſcipiente traditionem Comite de Cleve, Theodorico, Vice-Advocati Adolphi, Comitis de Marca, qui tunc temporis puer erat.* Neque mireris, Territorii Dominum Advocatum ſimul eſſe cœnobii in ſuis terris ſiti. Multum enim intereſt inter Advocatiæ ejusmodi Eccleſiaſticæ, alias Koſten-Vogtey, & Superioritatis Territorialis jura, quippe cum hæc in bona tantum cœnobii Werthinenſis in Comitatu Marcano; illa vero in bona quoque extra Comitatum ſita ſeſe extendant, ut reliquos diverſos effectus nunc taceamus, de quibus legendi *Mayerus*, *Heiderus*, aliique, qui de Advocatia Eccleſiaſtica ex profeſſo ſcripſerunt.

(6) Alibi *Vrundenberg*, MS. Eſſendienſe *Frondenberg*, fundatum a Bertholdo & Menrico fratribus, quorum Vita refertur in *Actis Sanctorum* Menſis Junii T. IV.

Digitized by Google

cognato ſuo, fœde necato, ſucceſſit, & usque ad annum 1237. præfuit, facultatem, Monaſterium hoc condendi, petiiſſet; Et vero Archiepiſcopus eum examinans, ac propter nimiam ſimplicitatem rei perficiendæ inidoneum atque imparem eſſe metuens, rogaret, ut, quanta ad hujusmodi conventum amplitudo deſideretur, oſtenderet, Vir pius, ductis in locum inſtituendi cœnobii Archiepiſcopo, una cum Godefrido Arnsbergio, & Ottone Altenano, (Adolpho rectius,) Comitibus ac Ardeianis, aliisque nobilibus, coram miraculoſa B. Virginis ſtatua in genua procumbens, e cœlo ſereniſſimo lucidiſſimam precibus ac lachrymis deduxit nubem, in cujus medio aureum crucis ſignum, clariſſimis radiis fulgens, non tantum locum Monaſterii ædificandi, ſed etiam aram, crucifixo Domino in novo templo dedicandam, exſtruendi deſcripſit, quæ hactenus in multa veneratione habita ſunt.

Monaſterium vero, accedentibus aliorum, inprimis autem Marcanorum Comitum oblationibus, mire ditatum, Mauſolæum tandem eorundem evaſit. Hic enim Eberhardus II. Engelberti primi, anno 1277. defuncti, filius, anno 1308. mortuus, ejusque ſucceſſor & hæres Engelbertus II. anno 1328. defunctus, itemque hujus filius Adolphus, nominis V. qui anno 1347. obiit, ex Geldria, cujus moderamen geſſit, huc delatus, ejusque primogenitus Engelbertus III. an. 1392. extinctus, conditi ſunt.

Kentorfium. Kentorfium prope Hammonam ordinis Ciſtercienſis Veſtalium, Abbati veteris montis in Provincia Montana ſubjectum cœnobium, ſub Eberhardo Marcano Comite a. 1290. in Aprili eo translatum, anno 1293. 6. Cal. Octobr. ædificia ejus erecta, anno 1295. Eccleſia dedicata, an. 1296. occupatum, an. 1460. menſe Sept. die S. Hieronymi, a Joanne I. Duce Clivorum 2. Comiteque Marcano in ordine 15. reformatum & clauſum.

Herdenſe. S. Claræ Hœrdenſe monaſterium (1) Conradus Marcanus cum uxore an. 1340. conſtruxit, eique bonis multis proſpexit.

Gievelsbergium. Gievelsbergium ordinis Ciſtercienſis prius Sacellum ligneum, cui crux itidem lignea impoſita fuit, poſtea in cœnobium Veſtalium Ciſtercienſium tranſiit. Prope hoc (2) Engelbertus Montanus, Archiepiſcopus Colon. anno 1225. necatus, cultellum, quo peremtus, Moniales Montium Comiti, accepto ab eodem in præfectura Milenlœnenſi prædio, tradiderunt.

Scheidanum. Ex Monachorum cœnobiis præcipuum eſt Scheidanum ordinis Præmonſtratenſis, a diſtinctione finium Colon. & Marcani territorii ita dictum, an. 1170. a Philippo Heinsbergio, Archiepiſcopo Colon. inauguratum; cui an. 1173. Godefridus & Henricus, Domini de Hagen, prædia quædam donarunt. Eidem anno 1245. Decimæ in Berendorp per Hermannum Wennemerum, Arnholdum & Ehrenwerthum, fratres de Caminata, hodie Camen, vel Kemena, Lamberto, SS. Apoſtolorum Coloniæ Decano, teſte, aſſignatæ ſunt. Jus Patronatus etiam Eccleſiæ Mengedenæ illi Jonathan ab Ardea, approbante Engelberto Montano, Archiepiſcopo Colon. præſentibus Adolpho, Comite Altenano, Friderico Iſenburgio, Bertholdo Bureno, & Friderico Wittenio, anno 1216. attributi.

Marienheidanum. Marienheidano in præfectura Neoſtadienſi inſtituti Dominicani monaſterio Anachoreta illic habitans occaſionem dedit.

Hammonenſe. Hammonenſe obſervantium Franciſcanorum cœnobium anno 1461. ante obitum Gerhardus Marcano-Clivius, Adolphi primi, Clivorum Ducis, Comitisque Marcani, frater, ſtruxit.

Flumina *Comitatus Marcani.* FLUMINA Comitatus Marcani præcipua ſunt: Rura, quem Lena, Bicha, Hennæpa, Volma, Mona & Veiſtera ingrediuntur, Æmſuris & Lupia, ſive Lippia.

Rura

(1) Vid. *Schaten.* Annal. Paderb. Parte II. p. 301.

(2) Unde & fiſco addictis Friderici Iſenburgici Parricidæ bonis auctum ſcribit, atque hanc de iſta cæde ex Monaſterii illius templo refert:

ANNO. DOMINI. M CC XXV. VII. IDUS. NOVEMBRIS.
OBIIT. HOC. IN. LOCO. VENERABILIS. PATER.
ET. DOMINUS. ENGELBERTUS.
ARCHIEPISCOPUS. QUI. MAGNIS. MIRACULIS.
CLARUIT.

Digitized by Google

Rura (1) duplex eſt: Orientalis, de quo in provincia Julia, & Occidentalis, de quo hic dicendum.

Rura. Occidentalis Rura, ex montibus Abnobicis non procul a Winterberga natus, inter valles ſtrepero ſemper curſu reſonans, præclaris fluviis apud Oiſtivicum, Volma apud Meſchedam, Henna apud Vriennolam, Venna apud Bedenburgum, Honna & Lena modo dicto apud caſtrum **Spburgh** acceptis, infra arcem **Bollmenſtein** e regione montis Cæſarei, jam dirutam, ſpectrisque, ſicut etiam ſupra eam Rurendalia, (vulgo Rouwendael,) apud deſolati caſtri reliquias, multis portentis celebri, famoſam, Volmæ commiſcetur: Volma vero non procul a monaſterio Gievelsbergio Hennæpam fluvium habet, cum quo Ruram influit. Mona autem fluvius, colle quodam abſorptus arenoſo, primo quidem totus ſub terram cadere videtur, ſed tandem actis redux cuniculis, ſolitumque continuans alveum, Ruræ deditur, antea tamen fluvium Veiſteram, qui glacie nunquam indurari, ſed ſemper tepeſcere fertur, capit, & in eum Ruram conducit. Porro multa Rura hæc oppida, caſtra & pagos alluit, utpote Winterbergam, Meſchedam, Montem aquilæ, Arnsbergh, Swertinam, Sicamburgum, Hœrdicum, Cæſaris montem, Volmenſtein, Wetereniam, monaſterium, & per Tencteros Hattnegum, Catvicum, Mulheimium, Duisburgum & Rurohrtam, ubi prius Æmſurim prope Beeckium pagum hauſit, Rhenum influit, eumque flumine validiſſimo auget; prout Bernhardus Mollerus eundem ſequentem in modum deſcripſit:

Deſcriptio Ruræ metrica.

Haſſiacis fontem ſumul ac eduxit Abnobis
Altiſonis Rhenum Rura fatigat aquis.
Curvus abit flexu veluti Mæandros adunco,
Orbifluis inter ſaxo rotatur Equis.
Quam ſubito Mœdus fluxu defertur Hydaſpes,
Tam ſubito labi Rura furore ſolet.
Præcipiti ſemper ſcopulo decurrit abactus,
Præcipiti ſemper valle coactus abit.
Inſtar Pantagia vaſto dum curreret amne,
Paſſibus audiri flumina mille queunt.
Adde, ſcatet monſtris, paſſim monſtroſa relinquit
Mœnia monſtroſis nomine Rura *ſuo.*
Nobilium prima ſteterant ætate Penates,
Ad geminum ripæ tecta ſtetere latus.
Sed ſcelus excelſa Dominus punivit ab arce,
Quæ ſceleris cauſam tecta dedere, ruunt.
Nam domum poſtquam Domini ſpeleia latronum
Efficerent, poſtquam latro præeſſet aquis;
Depoſito frontem vertit Fortuna favore,
Tutus & in tuto deſit eſſe locus.
Quin etiam Ceſar multas victrice ſubegit
Clade domos, victo diruit hoſte loca:
Stirpitus eruitur veſanæ manſio gentis,
Crimine Majorum cogitur eſſe nocens.
Hinc Lemures diro ſtygii clamore vagantur,
Manibus unda fremit, manibus arva fremunt.
Agricolas Dæmon crebro prævifus abegit,
Agricolas crebro fecit abire metu.
Tertia monſtrorum coguntur cedere ſpectris
Bruta, quibus fœdi conſtat ineſſe nihil.
Quin etiam notæ viſuntur imaginis umbræ,
Poſt obitum manes Parca redire facit.
In cameris etiam choreæ peraguntur inanes,
Sæpius organicum carmina fingit opus.

Sæpi-

(1) *Rubræ* nomine hujus meminit *Geograph. Ravennatenſis* l. 4.

Sæpius horrendi ſimulant incendia fumi,
Sæpius audiri fulmina luce ſolent;
Fulmina mentito deterrent fulgure terram,
Nulla licet nubes axe minetur aquam.
Sulphur ab umbrarum cathedris afflatur, & aura
Naribus hoſtili fumida peſte cadit.
Sic adamantæo ſedes ardore ligantur,
Nemo queat fixas ut removere loco.
Tartara ſi dubites hic volvere talia præſto,
Hic tibi Ruranæ Tartara vallis erunt.
Dum non rite pilis videantur ducere nomen, non Rowenthal,
Rectius hæc Ruræ nomina vallis habet. ſed Rurenthal.
Eruta deſerti ſpectantur rudera caſtri,
Tecta latent, tecti monſtrat arena pedem.
Cella patet præbens aditum diverſa latebris,
Dira pavimentum turbat imago ſtygis.
Deſolata jacent aliis veſtigia caſtris,
Tractibus hæc etiam Dæmone plena jacent.
Viſitur horribili Volmenia Dæmone rupes,
Horrida terribili viſitur arce locus.
Monte canes degunt furvi, terrore colonos
Afficiunt, alto tecta fragore tonant.
Quisquis Cæſareo ſuſpectat vertice caſtrum,
Degenerem neſcit diſſimulare metum.
Proximus Oeſtvico Volmam prædatur, & Hennæ
Brachia, Meſchedæ proximus, ore rapit.
Venna Vrunnolæ Ruram delapſus adurget,
Henna Vredenburgæ raptus omittit aquam.
Caſtra Sicamburgi ſimul ac acceſſit eundo,
Inferius Lenam Rura furore bibit.
Præterit Hoerdicum, (dextro ſtat limite pagus,)
Ponte ſub oblongo Rura ſed arctat aquas.
Deſerit ad lævam ſalebroſi fragmina montis,
Cæſare deductum fragmina nomen habent.
Adjacet excelſo Volmenia vertice rupes,
Stirpitus everſam culmine Rura videt.
Turris adhuc quadrata ſitu munita repaglis
Surgit, adhuc tecti ſigna videre licet.
Subjacet horrendi ſcapulo Wetterenia montis,
Sæpius elabi culmina monte timet.
Flumine Tencteros ſinuato diſſecat amnis,
Amnis ad Hatnegi mœnia pene ruit.
Culmina Werdenæ fluvii ſic nomine dicta,
Culmina Ludgeri nomina clara ſubit.
Penſilis accedit Catvicum tegmine pontis,
Et valido validas ponte coarctat aquas.
Candida Mullemi fœcundat gurgite tecta,
Candida Duisburgi gurgite tecta videt.
Mœnia pulchellæ Rurordum defluit urbis,
Angulus hæc Ruræ nomina ferre poteſt.
Rura gravi tandem motu defeſſus aquarum,
Cum famulis Rheni ſceptra ſubintrat aquis.

Idem Mollerus de Lena, Bicha, Hennæpa, Volma, Mona & Veiſtera fluviis, Ruram ingredientibus, ita canit:

Deſcriptio Fluviorum Ruram ingredientium.

Lena capit Bichæ fluctus, præcelſa Siburgi,
Caſtra Sicambrorum laude notata rigat.
Præterit Altænam, Limburgi præterit arceis
Lena, ſed amiſſo protinus amne perit.
Bicha Bobænolæ ſimul ac rimatur agellos,
Saxifragis Lenæ conciliatur aquis.
Qua relevat parvo ſedeis Huſtena nitore,
Rura ſubit, Ruræ flumen amicus init.
Clauſtra Gevelsbergi ſimul ac Hennæpa reliquit,
Digerit Hennæpam robore Volma ſuo.
Qui ſimul ac nomen Volmenæ præſtitit arcis,
Perditur, in Ruræ viſcera merſus abit.
Perditus effracto terrarum viſcere Mona
Conditur, integro protinus amne redit:
Montis arenoſo quoniam ſorbetur hiatu,
Ex poſtliminio redditus inde fluit.
Oppidulum propter veniens illuſtre Nehæmi,
Rura ſtatim Monas flumen adeſſe videt.
Infra Belichium miſcetur Veiſtera Monæ,
Veiſtera durari frigore neſcit aquam.
Eſt calidus, pleno dum cærula frigore conſtant,
Dum gelido tellus marmore ſtricta riget.
Nec prius, ac Ruræ datur, frigeſcit in iſto
Flumine, perſentit tergora ſtare gelu.
Candida perplures deſpectant oſſia vici,
Culmina pro multis dicere pauca libet.
Winterberga caput Ruræ clivoſa miniſtrat,
Poſtea Meſchædam gurgite Rura venit.
Alluit Arnsbergum, Swertenæ præterit oras
Marchiados, ſtrepero cuncta fragore ſubit.

Lupia. De Lupia (1) variæ ſunt authorum ſententiæ. Joachimus Vadianus (2) in notis ad Pomponium Melam Neccarum vocat, ſive Nicrum, qui haud longe a Danubii fontibus ortus, perque Würtenbergenſem Ducatum lapſus, Heidelbergam tranſiens, mox Occaſum verſus Rhenum ad Manheimium, Archipalatinatus propugnaculum inſigne, ſenſim illabitur. Strabo longe a Mela alius, (3) Lupiam in Viſurgim deferri, ait; ſed uterque toto cœlo errat. Lupia enim, ex fonte Bullerbornio reſono ſub fruticanti quodam tumulo ad caſtrum Lipſpringam (4) in Bructeris ortus, a dextris Dalbruggas præteriens, Padam & Almonam fluvios apud Nienhuiſiam conſequitur, Lippiam ſui nominis urbem irrigat, & infra Capellam monaſterium iterum Glennam, apud Hammonam Aham fluvios accipit, Aha vero Roſonobellam & Alpham, urbe Suſatenſi miſſam, capit, cumque iſtis Lupiam intrat, quæ inde novam & veterem Lunam dirimens, ad lævam Zeſacum fluvium, apud pagum Lunerum exortum, abſorbet: Ex monte Boumberga, lapides arboresque, ſtructuris ædium accommodas, per totam Germaniam adminiſtrante, fluvium Steveram non procul ab oppidulo Halterenio adhuc excipit: Stevera autem,

(1) Simplici *P. Strabo* quoque lib. 7. *Vellejus Paterculus* lib. 2. c. 105. & *Pomponius Mela* lib. 3. c. 3. ſcribunt; geminato vero *Luppia* a *Tacito* appellatur Annal. lib. 1. c. 60. lib. 2. c. 7. alibique, & rectius juxta *Illuſtr. Epiſcop.* in Mon. Paderb. p. 13.

(2) De cujus, ut & *Irenici* & *Spidelii*, qui Luppiam cum *Lano* confundunt, vide omnino laudata *Mon. Paderb.* p. 13.

(3) Ille lib. 7. ἐπὶ ταυτὰ τῷ Ἡμασία φέρονται βισυγίς τε καὶ Λυπία ποταμὸς, *in eandem cum Amiſia partem feruntur Viſurgis & Lupia amnis*; Hic vero lib. 3. c. 3. *Amnium in alias gentes exeuntium Danubius & Rhodanus, in Rhenum Mænus & Lupia.*

(4) Uno milliari a Paderborna. Vide omnino *Mon. Paderb.* p. 14. 15. *Joh. Nic. Sellium* in Veſal. Obſequ. p. 52.

Digitized by Google

autem, ex clivo montis prædicti egreſſus, non procul a Notileno, nobilium Virginum cœnobio, ſtatim ab ortu ſui molas circumagit, villæque Steveræ nomen facit. Solis ad exortum primo labitur, poſtea, ſeſe ad Auſtrum gyrans, Ludinchuiſium alluit caſtrum, indeque Lupiæ ad dextrum latus jungitur: Lupia vero Recolinckhuſiam a ſiniſtris, a dextris Halteremum ipſum, Ranſtorpium, Harveſium, Dorſtenum oppidum præterit, Velledæ Bructericæ aulam parum ſupra Veſaliam, ubi Spelleden viculus eſt, præterfluit, ipſamque Veſaliam a ſiniſtris alluens, ſtatim Rheno conjungitur, ſicut ex hac ejus deſcriptione in Rheni perigraphe Bernhardi Molleri apparet:

Deſcriptio Lupiæ metrica.

Lippia campeſtri derivat flumina tractu
Hic, ubi Lipſpringæ nomina tractus habet.
Eminus apparent reſoni miracula fontis, (Bullerborn.)
Dicitur hoc etiam Lippia fonte dari.
Quem revocans longo recipit Lipſpringa meatu,
Sub terra ſimul ac longius egit iter.
Lubricus & celſa ſimul ac deſcivit ab arce,
Lippia dividuo redditur amne duplex.
Mox redit in ſeſe repetito lætior amne,
Inſula nec longe tenditur arcta ſitu.
Quem media genetrix peperit Paderborna ſub æde:
Lippia puniceo digerit amne Padam.
Hic Pada quadrifidi diviſus in oſtia fonte,
Currit viginti, circulat amne rotas.
Ut ſex atque decem ſtadiis defluxit ab urbe,
Maximus in minimo perditur amne Pada.
Almona fallaci concurrens perditur æſtu,
Lippiacis flumen cedit utrumque labris.
Hic ubi confluxu miſcentur flumina trino,
Caſtra domus ſurgunt nomen adepta novæ. (Nienhuiß.)
Auctior hinc gemino dum Lippia gurgite vadit,
In Zephyros ſenſim grande recurvat iter.
Hinc gemino tellus prodit concluſa fluento,
Tellus Bructericæ nomina gentis habet.
Incola vulgari Delbrugas nomine ſignat,
Incola barbarico ſævior hoſte cohors.
Inde quadraginta ſtadiis Paderborna recedit,
Mille duo paſſus hinc Detemolda fugit.
Contigua facilis regione profunditur aqua,
Roſcidus ebullit paupere rivus aqua.
Lippia Dalbruggas Vari cum ſanguine linquens,
Funeris haud Latii deſinit eſſe memor;
Teutonicumque Rheno properans inferre triumphum,
Sanguineas Vari clade miniſtrat aquas.
Fluminis adventu pagi lætantur & urbes,
Urbs ſubit, ex fluvio Lippia nomen habet.
Accipit albentis dextrorſum brachia Glennæ,
Glenna capellano dignus honore latex.
Præterit Hammonem, celeri quam verberat Aba
Flumine, quem celeri Lippia mole bibit.
Hic Roſenobellæ fluctus exantlat amœni
Aſa, nec imbibito tardior amne fluit.
Amne nec accepto melior, nec pulcrior amne,
Aſa ſed acceptis nomine cedit aquis.
Omnia concurrant fluviorum nomina, nomen
Ad Roſenobellæ cuncta ſilere, rear.

Aſam fluminibus ſubit auxiliaribus Alpha,
Alphaque Suſato miſſus ab urbe cadit.
Præterit Heidfeldum, Lipburgi præterit oras,
Lippia pagorum nomine lætus abit.
Hezenium fluctu lambens fœcundat opimum,
Alveolo vernam diffugiente videt.
Lippia deſcendit duplicis ſub culmine Lunæ:
Labitur hinc, veterem deſerit, inde novam.
Quæ jam poſterior conſurgit, Zeſacus undam
Advehit, hunc lævo Lippia fine rapit.
Zeſacus effundit pulchello cornua fonte,
Flumina Luneri devehit orta caſu.
Urbis & antiquæ retinent veſtigia dextram
Fluminis, hic nullum Lippia flumen habet.
Obviat Haltremum, dextro quod limite ſurgit,
Eminus ac ovium vellere curat opus.
Aſper Boumbergus ſequitur mons latus, ab illo
Stevera, quem ſociat Lippia dexter aquis.
Protinus ebullit Notileno flumine clauſtro,
Contiguis nomen donat ineſſe molis.
Solis ad exortum primo defertur ab ortu,
Poſtea morboſi fertur in arva nothi.
Ludinchuſiados caſtrum rimatur arenæ,
Poſtea Lippiaco totus in amne perit.
Ut Recolinchuſi terras reſpexit abiſſe,
Lippia continuo longius amne fluit.
Cominus Oſtdorpum, Ransdorpia cominus aſtant;
Fluctibus Haltremi Lippia radit agros.
Inclyta Dorſteni metitur gurgite tecta,
Pontibus urgetur, Carboſa nave vehit.
Rheno proximior Velledæ præterit aulam,
Nomine jam dubio virginis aula latet.
Velledæ Spelleda quadrat mutata prioris,
Arguit hoc radix nominis atque loci.
Deferat ulterius, Veſalia fluctibus inſtat
Lippiacis, Rheno Lippia perdit aquas.

Amaſis. Amaſis (1) vel Amaſus a fonte Lupiæ 40. ſtadiis verſus Septentrionem diſtat, ubi arces Teutoburgenſis, hodie Tecklenburgh, & Iburgenſis, campus victoriosus, rivus roſeus, aliaque Varianæ cladis veſtigia etiamnum proſtant. De quo ita Fiedlerus Poëta:

Profluit Haſſiacis Amaſus de fontibus ortus,
Et per Weſtphalicam cærulus errat humum.
Has ubi cæruleo peragravit flumine terras,
Hicque coloratum gramine tinxit humum.
Uda rebellantis Friſii ſecat ora, rigatque
Embda tuos fluvio proximiore domos.
Inde via feſſus cumuloque gravatus aquarum,
Ingerit Oceano pondera vaſta patri.

Alius igitur hic eſt Amaſus ab Æmſuri, qui Ruram prope pagum Beeckium incurrit, & cum eo Rhenum intrat, ut jam dictum eſt.

Invenies quoque in Marchia fontes limpidiſſimos, ſylvas amœniſſimas, paſcua & prata

(1) De ejus nomine, quod a *Tacito*, *Strabone*, *Mela* & *Ptolomæo*, varie ſcribitur, itemque fontibus & decurſu, vide *Mon. Paderb.* p. 47. 48. & ſeqq.

Digitized by Google

prata florida, ut lumen Weſtphaliæ non immerito dici, nomenque ipſum a Medulla (1) promanaſſe credi poſſit.

Sed ad ipſos hujus Marcæ Weſtphalicæ Comites jam porro Sectione prima accedamus. Deinde Ducum Cliviæ 6. qui ex iis orti, hiſtoriam Sectione ſecunda explicemus. Additis Viri cujusdam in Clivia nobilis verſibus poëticis, quibus Comites Marcanos panegyrice proſecutus eſt.

Sectio Prima,

De Comitibus, qui Marcæ Weſtphalicæ præfuerunt, primis 13.

Comites Marcani ex Altenanis, & hi ex Montanis, (2) ut in iis indicabimus, progreſſi ſunt. Nam non tantum utramque provinciam conjunctim poſſederunt, ſed etiam

(1) Ita quoque *Meibomius* in Notis ad Lev. Northofii Chron. p. 411. *Solum in hoc Comitatu frugum, fructuumque feraciſſimum eſt, piſcoſiſque fluminibus, Lippia, Rhura, Lena, aliisque irrigatur. Invenies ibi fontes limpidiſſimos, ſylvas amœniſſimas, paſcua & prata florida, ut lumen Weſtphaliæ non immerito dici, nomenque ipſum* a Medulla *promanaſſe credi poſſit*; quæ verba omnia in Annales ſuos *Circ. Weſtphal.* transcripſit *Stangefolius* cap. 1. Præf. ad lib. 3. *Hamelmannus* p. 480. *Marckam* cum *Marchiæ* & *Marchionatus* nominibus confundit. *Baudrand* a *caſtello prope Hamum oppidum, atque medio inter Lippiam & Tvemoniam, ac quinque milliaribus Germanicis utrimque diſtanti*, nomen habere putat, & rectius, quippe quod caſtrum hoc, cujus *Lev. Northof.* p. 379. meminit, hodieque rudera adhuc conſpiciuntur, altera fuerit Comitum ſedes, a quo Adolphus IV. ejus nominis, quintus vero in ordine Comitum Altenanorum, quod Fridericus parricida Altenanum nomen ſuo crimine contaminaſſet, ut Auctor paulo infra, & MS. *Honſelerian.* referunt; vid. quoque *Stangefol.* lib. 3. p. 347. ſe primum Comitem Marcanum ſcripſit.

(2) Utrosque vero ab Advocatis monaſterii Tuitienſis derivat Autor infra in *Hiſt. Provinciæ Montanæ.* MS. *Scburenianum & Honſelarianum*, itemque *Henricus de Hervordia* in Chron. M. Belg. p. 180. *Lev. Northofius* in Chronic. Marc. *Joh.* a *Leydis* in Chronic. Belg. *Sebaſt. Münſterus*, *Bartholdus Akerlaken* aliique ex Italia, familiaque Urſinorum eos acceſſunt, cujus duo fratres, Adolphus & Eberhardus, cum Ottone III. in Germaniam profecti, alter condito caſtro Altenano, *Comitibus Altenanis & Marcanis*, alter vero extructa arce Aldenbergica, *Comitibus Montinm* dederit originem, eo tamen diſcrimine, ut alii ad Henrici, alii Henrici Sancti, alii Lotharii Imperatorum tempora conditores illarum arcium & familiarum referant; alii quoque non ipſos, Adolphum & Eberhardum, ex Italia veniſſe, ſed eorum, qui cum Ottone inde venerint, nepotes fuiſſe, aſſerunt, luculento indicio, fabuloſa eſſe, quæ de iſta origine ex Urſinorum proſapia vulgo narrantur. *Ægidius Gelenius* de Magnit. Colon. l. 2. Sect. 33. duos fratres Ubios tempore belli inter Ottonem, cui faverint, & Vitellium, cum hic Coloniæ Agrippinæ Imperator eſſet declaratus, trans Rhenum ſe recepiſſe, atque Comitibus Altenanis & Lippienſibus originem dediſſe, ſcribit: quæ ſententia non ſolum *Spenero* Op. Herald. lib. 1. c. 54. erudita & elegans, ſed & *Imhoffio* Not. Proc. lib. 9. c. 3. a veritate haud abſona habetur. Verum enim vero duas factiones, quarum altera Ottoni, altera Vitellio adhæſerit, Coloniæ extitiſſe, nullibi traditur. Ex *Tacito* vero Hiſt. lib. 1. c. 61. - 70. & 84. conſtat, quod Germani Vitellii amici fuerint, ad quos propterea, utpote hoſtes ſuos, duos illos fratres ſecuritatis cauſa ſe recepiſſe, quis crederet? præſertim cum Ubiis ideo quoque infeſti fuerint Germani, quod gens Germanica, ejurata patria, Romanorum nomine vocaretur. *Tacit.* Hiſt. lib. 4. c. 28. *Autor* MS. Eſſendienſis, e Comitibus Teiſterbantiæ, communi cum Principibus Cliviæ origine, atque a Roberto, Balduini I. Comitis Cliviæ & Teiſterbantiæ, filio, Comite Altenano, juxta adjectam *Tab. Geneal.* ortos fuiſſe, ſcribit, quod veroſimilius mihi videtur, cum ita appareat ratio, cur caſtrum, quod Adolphus condidit, Altenanum appellatum, atque is cum fratre dicti fuerint orti ex Urſinorum Romanorum proſapia. Videlicet caſtrum *Altenanum* fuit appellatum juxta nomen aviti caſtri in Comitatu Teiſterbantiæ, ipſos vero, tum illius, tum Aldenbergicæ arcis conditores, eadem ratione *Urſinos* crediderunt, qua *Theodoricum* Teiſterbantiæ & Cliviæ Comitem *Urſinæ* originis habitum fuiſſe, ſupra diximus in Diſſert. de *Comit. Teiſterbant.* Cum vero in eo conveniant omnes, Adolphum & Eberhardum, fratres, originem dediſſe Comitatibus Altenano & Montano, ſub Henrico V. atque Lothario Imperatoribus eos vixiſſe, primosque fuiſſe, crediderim, qui Comitatus illos hereditario jure in poſteros ſuos transmiſerunt, cum antea, ut ceteri quoque omnes, a temporariis Comitibus regerentur. Ceterum Eberhardus ille, poſtquam cum fratre res in bello inter Ducem Lymburgenſem & Comitem Lovanienſem fortiter geſſiſſet, vitam monaſticam amplexus, caſtrum ſuum Aldenburgenſe in cœnobium con-

Digitized by Google

iam tum ante, tum poſt ejus diviſionem factam, propagarunt. Primus Montium & Altenæ Comes fuit *Adolphus*, qui iterum *Adolphum II.* & hic *Adolphum III.* ſucceſſive genuerunt. Adolphus III. filiis inter alios duobus, Engelberto & Eberhardo, Comitatus binos diviſit, Montanum Engelberto, Altenanum Eberhardo tribuendo. *Eberhardus* autem, ejus nominis primus, Altenanus Comes in ordine 3. frater Engelberti, Comitis Montenſis, ex uxore Margaretha Julia Arnholdum, Fridericum & Adolphum, poſt patruum Brunonem III. Colon. Archiepiſcopum (1) genuit. Ex quibus Adolphus caſtrum Iſenburgium ad Ruram, oppidumque Rudenium conſtruxit: & cum anno 1197. II. Kal. Oct. die Michaëlis, Henricus, Barbaroſſæ filius, Rom. Imp. in Apulia ſatis ceſſiſſet, ejus mortem graviſſimum ſchiſma, cui Adolphus hic quoque noſter implicatus fuit, in imperio ſecutum eſt. Aliis, (2) inter quos Siegfridus Epſteinius, Archiep. Mogunt. & Adolphus jam nominatus, Ottonem IV. Henrici Leonis, Bavariæ quondam Saxoniæque Ducis, filium, (3) Andernaci (Mutius Coloniæ) (4) Germaniæ Regem proclamantibus: aliis Philippo, Suevorum Duci, Henrici fratri, alteri Barbaroſſæ filio, Erphurdiæ (5) coronam deferentibus: Ille apud aquas Graneas (6) 4. Nonas Julii, hic in vangionibus Wormatiæ Dominica in Albis (alii Moguntiæ) (7) in aſſumptione Mariæ, an. 1198. diademate cum benedictione ſolenni accepto, uncti & coronati. Philippus ergo, Moſellæ ripis obſeſſis, inde in Colon. diœceſim excurrit, Regiomagium, Bonnam, aliaque loca, in reditu etiam Andernacum exuſſit, multaque damna intulit. Anno 1200. Innocentius III. Pontifex Romanus, Ottoni imperium prorogavit, Philippo abrogavit. Otto igitur, ut Adolphum hunc Altenanum, Colonienſem Archiepiſcopum, de quo ſermo, ſuo obſequio arctius illigaret, jura nonnulla Eccleſiæ Colonienſi confirmavit, conſuetudinem vero & uſum ſiſci regii, de hæreditate Eccleſiaſticorum relicta, a proximis agnatis adeunda, ſuſtulit, & Ducatus Angariæ atque Weſtphaliæ, Philippo Heinsbergio a Barbaroſſa, devicto Henrico Leone, Duce Saxoniæ, an. 1180. donatos, ſtabilivit, (8) præſentibus Epiſcopis Argentinenſi, Theodoro Traject. Dietlm. Mind. Bernhardo Paderb. Heriberto, Abbate Werthunenſi, Ludolpho, majoris templi Colon. Udone Dec. Brunone Bonnenſi, Theod. Gereonis, Gerhard. Santenſi, Theod. SS. Apoſtolorum, Engelbert. S. Georgii Præpoſitis, Herman. Chori Epiſcopo, Rudolpho Scholaſtico, ſæcularibus vero Principibus, Mechtilde Brabant. Henrico Luneb. Ducibus, Bald. Flandriæ, Ottone Geldriæ, Arnholdo Cliviæ, Wilhelmo Juliæ, Theodor. Holland. Godefrido Arnsberg. Herm. Lipp. Godefr. de Epſtein, Herm. Waldeccіæ, Godefr. Pyrmontis, Henr. Seinæ, Simone Tecklenb. Walfrid. Rheni, Henrico Cuickio, Alb. Eberſt, Henr. Keſſel, Arnholdo Alten. & Adolpho Montium Comitibus, Gerh. Volmenſt. Henr. Hœckeswagio, aliisque Dynaſtis, quos in Arnholdo III. Comite Clivio, recenſuimus.

Con-

convertit. *Laudata MSta. Levold. Northofius* p. 383. 384. Ceterum Comitum Marcanorum, & ex his ortorum Ducum Clivenſium ſeriem vide in *Tab. Geneal. VI.*

(1) Qui vero altero, ex quo electus erat, anno Archiepiſcopatu ſe iterum abdicavit, atque in monaſterium Montis veteris abiit. *Schaten.* A. P. l. 9. p. 895. MS. *Schuren. Magn. Chron. Belgic.* p. 205. *Lev. Northof.* p. 385. apud *Meibom.* T. 1.

(2) Qui alterutri factioni adhæſerint. Vide in Epiſtolis ad Pontificem apud *Schat.* A. P. p. 917.

(3) Atque jure matris, Machtildis, Comitem Pictavienſem, ad quem propterea in Galliam a ſua factione, ut Imperium ipſi offerrent, miſſi fuerunt Emicho Leiningenſis atque Albertus Dachsburgenſis Comites. Vide *Innocentii III.* Epiſtolas p. 689. & 709. edit. Baluz. *Meibomii* Apologia Ottonis IV. p. 116.

(4) Andernacum comitia Electionis indicta, Coloniæ vero habita fuiſſe, refert *Urſpergenſis* p. 392.

(5) In campis Erfurtenſibus ſcribit *Autor* Chron. Montis Sereni.

(6) Poſtquam magnis ſumptibus illam urbem, quam Philippi factio occupaverat, in ſuam poteſtatem redegerat. *Arnoldus* Lubec. lib. 6. c. 1. cit. *Apologia* p. 117.

(7) Autor Vitæ Innocentii III. c. 22. *Poſt modicum autem idem Philippus fecit ſe inungi & coronari, non Aquisgrani, ſed Moguntiæ*, &c. Conf. *Arnold.* Lubec. lib. 6. c. 2. *Godefridus* autem ad annum 1198. *Prædictus itaque Dux* (Philippus) *cauſam ſuam agens, & ut neceſſitas eum compulit, ab omnibus auxilium petens, omnes pene Principes muneribus ſibi conciliat, urbes regias ſuſcipit, fidem ſibi fieri ab omnibus jubet, nomen Regium ſibi adſcribit, & apud civitatem Vangionum in albis Paſchalibus coronatus progreditur.*

(8) Diploma vide apud *Schatenium* A. P. pag. 915.

Digitized by Google

VENSIUM,

c.

TUS, vid. *pag. præced.*

LPHUS II. le Marca, ob. 7. Ux. MARRETHA, fi- Theodorici, om. Cliv.

Irmgardis, Ux. Com. Ottonis de Lippia.

Alheidis, Ux. Johannis, C. Cliviæ.

Engelbertus junior.

EVERHARDUS, Dynasta Aræbergensis.

LPHUS, Archiepisc. onienſi abdicato Com. enſis, ob. 1394. Uxor RGARETHA Montenſis.

Theodoricus, Dynast. in Dinslaken.

Margaritha, Ux. Johannis, C. Nassaviæ.

Margaritha, Uxor Johannis Arculei.

I. r.

Theodoricus, Dynast. in Dinslaken.

Gerhardus, C. Marc.

Margaretha, Ux. Alberti, Com. Hollandiæ. *Elisabetha*, Ux. (1) Reinaldi de Valckenb. (2) Stephani, D. Bavar. *Engelberta*, Uxor Frider. Com. de Mörse. *Catharina* cœlebs.

ADOLG· Alten. fratris

NES I. Dux Cliv. n. Marc. ob. 1483. *Elisabetha* de evers.

Elisabetha, Ux. Henrici, C. Schwartzb.

Agnes, Ux. Caroli.

Helena, Ux. Henrici, D. Brunsu.

Adolphus, Dyn. Ravenstein. | *Philippus.*

Maria, Ux. D. Aurel. *Anna.* *Engelbert.*

Bruno, Archiepisc. Colon. ejus nominis II. ob. 1137.

Adolphus, ob. improlis 1498.

Engelbertus, D. Nivers. | *Carolus*, D. de Nevers.

Didericus, C. de Valvis, improlis.

Maria, Sponsa ob.

Philippus, Episc. Rhem. & Nevers.

Anna, Ux. Philippi, Com. de Waldeck.

Franciscus, D. Nevers.

Franciscus, improlis.

Henrietta, Ux. Ludovici Gonzagæ, D. Mont. | *Carolus I.* Dux Mont. & Nevers.

LMUS, 2. 6. Jan. *aria*, filia andi I.

Amelia, ob. cœlebs.

Magdalena, Ux. Johannis, D. Bipontini. | oh. Casimir.

Carolus Fridericus ob. Romæ 1575. *Elisabetha* obiit cœlebs.

Sybilla, Ux. 1. Philippi, March. Bad. 2. Carol. March. Burgov.

JOHANNES WILHELMUS, ob. 1609. improlis. Ux. (1) *Jacobæa* Badensis. (2) *Antonia* Lotharingica.

ENG

arol. Guſtav. Rex Suec.

arolus XI. Rex Suec.

arolus XII. Rex Suec.

vid

Digitized by Google

Contra Suevus (1) anno 1201. transmiſſo Moſella in ditionem Col. validiſſima movit manu, Col. Agrippinam obſedit quidem, ſed non cœpit, graviter tamen eam afflixit, quod Adolpho huic noſtro, Epiſcopo, aliisque Principibus rumpendæ Ottoni fidei non minimam occaſionem præbuit, an. 1204. ſubſecutæ. Cum autem Otto juramentum fidi Apoſtolicæ Noveſii præſtaret, Philippus an. 1203. ab eodem excommunicatus eſt; nihilominus tamen an. 1204. Saxoniam ingreſſus, ſed ab Ottone obvio repulſus, Thuringiam vaſtare cœpit: in qua & Bohemum, ſuppetias ferentem, in fugam conjecit, & Hermannum Landgr. ſibi ſupplicem fecit, tandem fortunam creſcentem proſecutus, Col. diœceſim invaſit, Præſulemque Adolphum Altenanum ferro auroque expugnavit; Noveſium ante occupatum eidem reddidit. Hic igitur ipſum, invitis Colonienſibus, in feſto Epiphaniæ Domini, anno 1205. ægro Agrippinæ Ottone, apud aquas Graneas cum conjuge coronavit, ob id ab Innocentio III. Pontifice, in ipſius locum Brunone nepote ſubſtituto, exauthoratus, (2) ſed a Philippo, Noveſio capto, reſtitutus, Ottone denique auxilio Henrici Limburgii apud caſtrum Waſſenbergenſe triumphato, & Brunone capto, multi Magnates ſchiſmatis ſopiendi ſtudio eo rem deduxerunt, ut amico colloquio (3) controverſia definiretur: quo factum, ut reliquo, quo Suevus ſuperſtes fuit, biennio, prior quidem crudelitas deſævierit, pax tamen haud confirmata fuerit. Nam Otto in Angliam ad Regem avunculum, Henricum II. profectus, Colonienſes vero a Philippo, intercedente Brabantino, Bopardiæ recepti ſunt: Adolpho autem Altenano & Brunone Seinenſi ſimul Epiſcopatu Col. exutis, & animi corporisque vinculis ſordeſcentibus, Eccleſia Col. gubernatore ſuo deſtitura, incertis fluctibus ferebatur, nec annus ſubſequens 1207. huic malo remedium attulit. Nam Philippus in Sinzigienſi Imperii oppido, ſupra Regiomagium ad Rhenum ſito, Comitia quidem celebravit, precibusque invitatus Colonienſium, in pervigilio Paſchatos Agrippinam venit, & novem ibidem dies commoratus, immodicis vectigalium exactionibus & injuſta moneta Imperii ordinibus interdixit, nuper etiam ab eo data fidem Colon. conſtabilivit, verum in negotio Adolphi & Brunonis nihil actum, niſi quod Pontifex pro Brunone pronuntiavit, qui in commemoratione animarum in caſtro Blanckenbergenſi mortuus, Coloniæ in Eccleſia metropolitana inhumatus eſt.

Eidem Theodoricus, non Montanus, ut communiter ab omnibus ferme appellatur, ſed Heinsbergius, (4) Godefridi I. filius, Henrici frater, anno 1208. ſucceſſit, ab Ottone confirmatus, (5) vetera cum Brabanto amicitiæ fœdera renovavit.

Idem Otto Imp. magno cum apparatu Italiam ingreſſus, 3. Non. Octobris ab Innocentio III. Papa conſecratus eſt, (6) non longe poſt tamen, ob regnum Siciliæ, (7) quod

(1) Hiſtoriam belli hujus civilis, quod duravit ab anno 1198. ad 1208. vide apud *Godefridum* Monach. ad illos annos, *Arnold.* Lubec. l. 6. & 7. *Conr. Urſperg. Schaten.* A. P. ad cit. annos.

(2) Bullam exauctorationis referunt *Arnoldus* Lubec. lib. 7. c. 4. *Adel. Erich.* in Chr. Jul. p. 240.

(3) Juxta Coloniam habito, ſed re infecta. *Otto* Blaſ. c. 48. *Arnold.* Lubec. lib. 6. c. 7. *Denique de Adolpho diſpenſatum fuerat, ut CC. Marcas de telonio Ducenſi* (Duitienſi) *perciperet, & totidem de Colonienſi, & Otto ſtipendia in ipſa civitate, & his contentus, Brunonem Archiepiſcopum non inquietaret.*

(4) *Ægidius Gelenius* de Admir. Magn. Colon. p. 47.

Heinsperga genitus mox Theodoricus *ab aris*
Pulſus iit, ſtruxit Mercuriale jugum.

(5) Vide *Godefridum* ad ann. 1208.

(6) Præſtito prius jurejurando his inter alia, ut in Regeſtis Innocentii III. & apud *Schatenſ* A. P. p. 956. verbis: *Poſſeſſiones etiam, quas Eccleſia Romana recuperavit ab Anteceſſoribus noſtris, ſeu quibuslibet aliis, ante detentas, liberas & quictas ſibi dimittimus, & ipſam ad eas retinendas bona fide promittimus adjuvare, quas vero nondum recuperavit, ad recuperandum pro viribus crimus adjutores, & quæcunque ad manus noſtras devenerint, ſine difficultate ei reſtituere ſatagemus. Ad has pertinet tota terra, quæ eſt in Radicafano usque Ceperanum, Marchia Anconitana, Ducatus Spoletanus, terra Comitiſſæ Machtildis, Comitatus Britenorii, Exarchatus Ravennæ, Pentapolis cum aliis adjacentibus terris, expreſſis in multis privilegiis Imperatorum & Regum a tempore Ludovici, ut eas habeat Romana Eccleſia in perpetuum eum omni juriſdictioni & honore ſuo.*

(7) Rectius Apuliam, quam Fridericus, Rex Siciliæ, Feudum Pontificis eſſe contendebat. Maxime vero, quod Machtildianas terras repeteret. *Matth. Pariſ.* an. 1211. *Meibomii* Apolog.

Digitized by Google

quod patrimonium Petri vocant, anno 1212. ab eodem excommunicatus, (1) & cum illo Theodoricus (2) hic Heinsbergius, quod sibi adhæreret, cui an. 1214. mortuo post controversiam multam an. 1216. Engelbertus Montanus, & isti a Friderico Isenburgio summo scelere, ut dicemus, interempto, an. 1225. Henricus a Molenarck successerunt.

Sed ab Archiepiscopis Colon. ad Comites Marcanos revertamur, ex quibus *Arnholdus* (3) solus familiam illustrem fæcunde propagavit, Altenanus Comes, ejus nominis I. in ordine vero 4. Nam ducta Margaretha, Henrici, Limburgensis Ducis, filia, Eberhardum & Fridericum, præter Episcopos Theodor. Monasteriensem, Præpositum Colon. Engelbertum, Osnabrug. Præpositum S. Georgii ibidem, Philippum, Can. & Thesaurarium Colon. Brunonem, designatum Præpositum Traject. Godefridum & Wilhelmum genuit. Ipsius anno 1198. cum Adolpho, Montium Comite, Henrico, Duce Limburgio, Henrico Hueckeswagio, Henrico Kesselio, in fœderis tabulis, inter Adolphum Marcanum, Archipræsulem Col. & Windekindum, Abbatem Corbejensem, initis, mentio. Eberhardus, (4) ejus nominis II. patriam arcem Altenanam accepit, Comes ejus factus in ordine 5. & ex Elisabetha Hannonia Adolphum genuit, de quo postea. Fridericus, (5) demisso Clericatu, & filia Walrami, Ducis Limburgensis, uxore ducta, castrorum Novipontis, Nieuwbrugh, ad Lupiam, & Isenburgici ad Ruram, Dominium a patre accepit.

Ubi tamen notandum, Isenburgicum hoc castrum aliud esse ab Isenburgico ad Loganum, vulgo Lanum sito: Illius enim conditor est Adolphus Marcanus, Episcopus Colon. ut supra annotavimus, qui illud infra Hatnegam in vertice montis juxta Ruram fluvium ædificavit, inque feudum fratri Arnholdo (6) concessit. Hoc vero florentissimæ Isenburgiorum & Budingensium Comitum familiæ circa Francofurtum, superioris Germaniæ Emporium ad Mœnum, domicilium est; Novipontis autem castrum in parochia

(1) Tanquam perjurus, a qua labe & aliis injuriis *Meibomius* cit. Apologia eum merito vindicare studet, quod jurejurando suo, ad quod erat inductus, Imperii juribus nihil derogare potuerit.

(2) Vid. *Chronic. Magn. Belgic.* p. 217.

(3) MS. *Schurenianum* & *Honselerianum*, ut & *Levold. Northof.* nullam hujus Arnholdi mentionem faciunt, sed ejus loco *Fridericum* memorant, qui Comites Marcanos, atque *Everhardum*, qui Isenburgicos Comites propagaverint, hoc Schemate:

EVERHARDUS.

Fridericus, Comes Alten.	*Adolphus*, Archiepisc. Colon.	*Everhardus*, Com. Isenberg.
Adolphus, Com. Alten.		*Fridericus*, Parricida. — *Theodoricus*, Episc. Monast.

MS. e contrario *Essendiense* duorum Arnholdorum meminit, unius, a quo Comites Isenbergici orti fuerint, & alterius, filii Friderici, cum duobus aliis Everhardi filiis, hoc Schemate:

EVERHARDUS.

Adolphus, Archiep. Colon.	*Henricus* & *Godefridus*.	*Arnoldus*, Com. Alten. Isenb.	*Fridericus*.
		Everhardus.	*Arnoldus*. — *Adolphus*, Com. Alten.
		Fridericus, Parricida.	

Everhardum habuisse filium Arnoldi nomine, patet ex Tabulis fundati cœnobii Bredelariensis, quibus *Everhardum*, Comitem de Altena, & *Arnoldum*, filium ejus, subscripsisse refert *Schatenius* A. P. p. 834. Idem Arnoldus testis adhibitus legitur in multis Tabulis apud eundem Scriptorem, utpote Hermanni, Episcopi Monasteriensis, anno 1185. p. 870. Ottonis IV. Imperatoris anno 1198. p. 915. & 922. Bernhardi, Paderbornensis Episcopi, anno 1204. p. 943. Hic itaque Arnoldus Everhardo in Comitatu Altenano successit, pater Adolphi Comitis. Vid. *Tab. Geneal. V.*

(4) Frater potius Arnoldi, atque Stirps Comitum Isenbergicorum. Vid. *cit. Tab.*

(5) Everhardi filius, parricida. Vid. *Tab.* Comitum *Isenbergicorum*, *Limburgicorum*, &c. infra.

(6) Rectius *Everhardo*.

Digitized by Google

rochia Heringenſi, in præfectura Hammonenſi, ad amnem Lupiam excitatum fuit; utrumque vero ob parricidium Friderici dejectum, eorumque loco Limburgium ad Lenam, itemque Altuni, ut a Limburgio, ad Lanum ſive Loganum in Weſterwaldia ſito, diſtinguatur, ab Henrico, Duce Limburgio, ad Moſam cum Prætorio Baldeinnew, quaſi dicas cito novum, & aliud anno 1227. ſtructum: unde Comitibus Limburgiis, Bronchorſtanis, Stirumiis, Bruchiis, familiæ origo, de qua in Principibus Montanis. Ex radicibus (1) vero caſtri Novipontani an. 1226. Hammona condita. Ex Iſenburgico Blanckenſteinium anno 1227. ad confluentes Ruræ & Torrentis Muttenbeccii ſurrexit.

Cæterum omnes hos Altenanos Comites, quia ex Montanis prognati ſunt, Odis in ipſorum hiſtoria proſecutus eſt Petrus Streithagenus, quo lectorem remittimus, adeoque hic ab Adolpho Altenano, primo Marcano Comite dicto, ordimur.

Antequam vero de ipſo, tanquam Eberhardi II. filio, (2) hiſtoriam texamus, prius hic de bello, ob parricidium (3) jam memoratum geſto, aliquid dicendum eſt.

Cum enim Heinricus a Molenarck Archiepiſcopus, Engelberti Montani, Archiepiſcopi Colonienſis, anno 1225. ſucceſſor, parricidam Fridericum Herburgium, poſt ſcelus admiſſum profugum, coram Friderico Imperatore, tum in comitiis Noricis agente, accuſaſſet, capitalemque in ipſum ſententiam, cujus executio ſibi demandata, impetraſſet, fratribus ejus binis Monaſterienſi & Oſnabruggenſi Epiſcopatibus privatis, quibus tamen poſtea reſtituti ſunt, ditionem Marcanam ingreſſus, (4) caſtra Friderici Novipontanum & Iſenburgium diruit, filios Theodor. & Fridericum ditione privavit, patrem ex fuga retractum anno ſeq. 1226. Coloniæ in rotam agi juſſit. Huic Heinricus, Limburgi ad Moſam Dux, Comesque Montenſis, affinis Friderici, (nam uxor ejus Margaretha ſoror ſua erat,) ſe oppoſuit, caſtro alio ad Lenam pro nepotibus ſtructo, ut modo indigitavimus; militeque ſcripto cum eo, ſicut etiam Steinfurtenſis & Lippienſis Comitum auxilio, apud Sieſeke in Hedinchuſen caſtra fixit, pagosque Edinchovium, Flederichium & Bœnenium ad Tycoſam fluvium vaſtavit. Cum vero Comitatum Altenanum Adolphi Comitis transmiſſa Rura invadere tentaret, ab ipſo, conſilio Ludolphi a Bœnen Præfecti, prohibitus eſt. Poſtmodum iterum Ruram transgreſſus, ut ad Lupiam, apud Hammonam pagos, Haſene, vel Heze, Heidtfeld, Daesbeck, depopulatus eſt. Cui iterum Adolphus militem ſuum, in duas acies diviſum, oppoſuit: quarum una in Wredenbrugh fæliciter cum Limburgiis eorumque ſociis conflixit, & Vretoriam obtinuit; altera Steinfurtum verſus & Oſnabruggam cum iisdem decertavit. Eosdem Limburgios, tertio Comitatum Marcanum invadentes, idem quoque Adolphus, in nemore Lure latitantes, & Arnholdi Knop venatoris, & poſtmodum janitoris Altenani proditione detectos, cum fratribus Arnholdo, Hermanno & Theodorico, conſilio jam nominati Ludolphi a Bœnen, in vado fluvii Ruræ ſuperavit: Idem denique Adolphus Limburgicos, nec dum ceſſantes, & Swertam ſuccendentes, ad Ruram in Bielgeiſt debellavit, atque ſic ditionem Friderici occupavit, ſuique juris fecit, inque ea Ludolphi a Bœnen, Præfecti ſui fidelis, opera usque, ut ſupra diximus, Hammonam inter duos fluvios, Lupiam & Aham, ex ruderibus caſtri Novipontani deſtructi die cinerum anno 1226. ædificari cœpit: Caſtrum etiam Blanckenſteinium (5) ex Iſenburgio diruto die Pancratii anno

(1) Poſtquam nimirum ab Henrico Molenarkio, Epiſc. Colon. deſtructum fuit caſtrum Nienburgicum.

(2) Rectius *Arnoldi* filio.

(3) Occiſi Engelberti, Archi-Epiſc. Colon. propinqui ſui, de quo vid. infr. Hiſtoriam Engelberti in *Provincia Montana*.

(4) Henrico Brabantiæ, Gerhardo Geldriæ Ducibus, Theodorico Cliviæ, Adolpho Marchiæ Comitibus, aliisque ejus ſociis. Vide Hiſtoriam iſtius belli in *Chronico M. Belgico* p. 226. 227. apud *Schaten*. A. P. lib. 10. p. 1011. aliosque, ad cædem Engelberti & ſupplicium a parricida ſumptum infra in *Hiſt. Provinciæ Montanæ* citatos.

(5) De utroque *Levold. Northof.* p. 386. *Oppidum, quod* Hamme *vocant, conſtruxit & firmavit, ut ibi gentes diſperſas de caſtro Nienbrugge & oppido noviter deſtructo, qui locus abinde parum diſtat, revocaret. Incepta autem fuit dicti oppidi conſtructio Anno Domini 1226. in die Cinerum. Poſthæc, prout circa partes Lippiæ, erat ejus intentio ſollicita, ut congregaret diſperſos, ſicut dictum eſt: ſic in partibus ſuper fluvium Rure, ubi caſtrum Iſenberg dirutum erat, non*

no 1227. ſtruxit. Ad quæ loca Friderici, ſupplicio affecti, ſubditi exules perfugium habuerunt. Idem Bœnenius Domino ſuo caſtrum de Marck, a quodam Rabodone de Marc emptum, acquiſivit; unde Comites etiam non Altenani amplius, (quod nomen Fridericus parricidio ſuo contaminaverat,) ſed Marcani Comites deinceps appellati, iisdemque cum familia hac nobiliſſima armis gentilitiis, trabibus nempe duabus, bicoloribus teſſeris diſtinctis, uſi ſunt. Exemplum vero, inquit Levoldus a Northoff, hic Ludolphus a Bœnen omnibus fidelibus miniſtris reliquit, ut non tam ſuum, quam Dominorum ſuorum emolumentum & commodum quærant, ſicut ille totis 25. annis, quibus Comitatum Altenanum adminiſtravit, deque omnibus rationem accuratam reddidit, nil niſi arcem in alden Medelar ſibi poſterisque ſuis, Comiti vero Adolpho omnia acquiſivit. Quia vero bellum hoc civile Altenanum ſæpius recruduit, illud tandem Conrad. Hochſtedenus, qui in Archiepiſcopatu Colon. Henricum a Molenarck ſecutus eſt, anno 1247. ita compoſuit, (1) ut Henricus Limburgius, ejusque nepos Theodoricus, Drone, Swerre villas, Advocatiamque Unnenſem, unde immunitas hujus oppidi, quaſi dicas unſ/ id eſt, Camenis tho nahe/ nec non jurisdictionem & villam Koffouchelm/ temploque ejus collationem, itemque medietatem in Halveren & Kirſpen / aliaque bona cum Burgmannis in Altena & Blanckenſtein, atque Advocatia Eſſendienſi, ab Archiepiſcopo in feudum recognita, Adolpho Marcano cederent, ſibi vero Comitatum Limburgium ad Lenam retinerent, qui ob id provinciæ Montanæ feudum hodieque eſt.

Adolphus Marcanus. Adolphus igitur Marcanus, ſub Friderico II. Philippi filio, Barbaroſſæ nepote, Comes Marcæ Weſtphalicæ in ordine 6. ejus nominis vero quartus, ut ad illum redeamus, bello hoc Comitatum ſuum egregie auxit. Idem apud Herſchedenum pagum in monte Görſenbrugh contra Dominum de Wildenbergh/ & plures alios Nobiles, qui Comitatum ejus invaſerant, (2) fortiter pugnando de iis victoriam reportavit. Ex Margaretha vero Geldra, Ottonis filia, Gerhardi ſorore, 4. filios Eberhardum, Engelbertum, Gerhardum & Ottonem (3) genuit.

Conjugium ejus.

Liberi. Eberhardus major natu in Ludo equeſtri Noveſienſi an. 1243. occubuit, qui ideirco, parente Adolpho an. 1249. (4) in Vigilia S.S. Petri & Pauli 28. Junii defuncto, fratri Engelberto Comitatum reliquit. Gerhardus, Dominus de Reecken, ad Epiſcopatum Monaſterienſem promotus, & in ordine Epiſcoporum 31. factus, diœceſim laudabiliter (5) ad-

Gerhardus Marcanus, Epiſcop. Monaſterienſis.

minore ſollicitudine per Ludolfum de Boynen militem, dapiferum ejus, caſtrum, quod Blanckenſtein vocabant, anno ſequenti in die Pancratii conſtruxerunt, ut haberent refugium hi, qui erant diſperſi & deviantes.

(1) In *Chronic. Klenſorgii* apud *Stangefol.* lib. 3. p. 360. anno 1243. hoc factum fuiſſe refertur: In dieſem Jahr (1243.) haben Engelbertus, Biſchoff zu Oſnabrück, und Heinrich, Herzog zu Lümburg und Berge, ſich des Streits halben, welcher zwiſchen ihnen eins, und Adolphen, Graffen von der Marck, andern Theils ſich derowegen zugetragen, daß ihr Blutsverwandter Theodoricus von Iſenberg ſeines Vaters Güther, welche der Graff von der Marck von dem Ertz-Biſchoff zu Cölln Henrico und Conrado zu Lehen empfangen, und in Beſitz gehabt, wieder gefordert, mit gemeldtem Graff von der Marck verglichen; Alſo daß mit ihrem Recht und guten Willen ihr Verwandter Theodoricus von Iſenberg etlicher Güther friedlichen Beſitz dem Graffen von der Marck zu laſſen bewilliget, nehmlich die Köbe, Drene und Schwerte, und die Advocatey der Kirchen, und das Gerichte des Dorffs Unna, item die Gerichte auf der Seiten der Ruhr, da Hamecke gelegen, item das Gericht Kobbuchim, und etliche andere Güther und Burgmanner zu der Marck Altena und Blanckenſtein, und dagegen ſoll Theodoricus von Iſenberg haben die Burgmanns des neuen Hauſes Limburg auf der Kenne, und andere Lehen, und alle Frey-Güther, welche Graff Friedrich beſeſſen, daraußen leichtlich zu verſtehen, daß Graff Adolph von der Marck die nachgelaſſenen Güther des Todtſchlägers Friderici von Altena und Iſenberg, die er eingenommen, und beſeſſen, von dem Ertz-Biſchoff von Cölln Henrico und Conrado zu Lehen empfangen.

(2) *Levold. Northof.* p. 388.

(3) Quorum tres poſteriores literatos fuiſſe, refert *cit. Scr.* l. c. MS. *Eſſend.* illis *Widekindum* addit.

(4) Cum anno præcedenti adhuc ſubſcripſiſſet tabulis Engelberti, Epiſc. Oſnabruggenſis, apud *Schaten.* Annal. Paderb. P. 2. p. 61. Vide quoque eundem p. 64.

(5) *Cranzius* Metropol. lib. 8. 55. *Poſt Wilhelmum ſit* Gerhardus de Marka, *Vir illo Sacerdotio & majori dignus, religionis amator & propagator, qui fundavit & dotavit collegium in Borcken, & multa contulit Eccleſiæ ſuæ.* Vid. quoque *Levold. Northof.* p. 388. *Stangef.* l. 3. p. 370.

Digitized by Google

adminiſtravit, Collegium Borckenſe fundavit, & Eccleſiæ ſuæ Dynaſtiam Horſtmarienſem, (1) tribus a Metropoli milliaribus ſitam, acquiſivit, cum Bernhardus, ejus Dominus, in bello Imperatorum Ottonis IV. & Friderici II. cum Gerhardo Randeradio, anno 1214. captus eſſet. Gerhardus Epiſcopus anno 1277. altera Laurentii obiit, in choro ante majus altare in Eccleſia Metropolitana conditus. Otto Eccleſiæ Metropolitanæ Leodienſis Canonicus, & collegii S. Mariæ Ultrajecti Præpoſitus fuit, ſed his beneficiis abdicatis, & ducta uxore Irmgarde ab Holt, Rudolphi, Meinhœveliæ Dynaſtiæ Weſtphalicæ, non procul ab oppidulo Wolbeccio ſitæ, Domini, vidua, a fratre Engelberto partem hæreditatis *Otto Marcanus conjugatur.*

(1) De qua *Stangefol.* in Præfat. ad lib. 2. „Caſtrum, *inquit*, Horſtmarienſe, cum oppido „montis clivio incumbens, ſedes olim fuit inſignium Heroum, qui appellati fuere **die Juſten von Horſtmar**, quo autem jure ab Epiſcopo Monaſterienſi hodie poſſideatur, non habeo compertum, niſi quod Gerhardum, in ordine Epiſcoporum 31. id ſibi comparaſſe, in „exemplari MS. verbis omnino præciſis aſſignetur, & quidem conjicere liceat, impenſa pecuniarum ſumma fuiſſe coëmtum circa annum Domini 1270. Dominorum autem ejus „ultimus fuiſſe putatur is, cujus extat in templo Horſtmarienſi iſtud Epitaphium:

Anno bis denis ſeptenis mille ducenis
Ad vada vaccina patuit miſeranda ruina
Bernhardi Tyronis in feſto Panthaleonis.

Vide de hoc Bernhardo *Meibomium* in Notis ad *Northof.* p. 417. Ab Eccleſia Monaſterienſi feudi jure cum Mareſchallatus munere illam Dynaſtiam jam diu poſſedit illuſtris familia *Moriana*, de cujus antiquitate non poſſum, quin adſcribam *Stangefolii* verba l. c. c. 9. ubi „Perantiqua, *ait*; præ reliquis hæc cenſetur Familia. Nam & ante annos 600. viguiſſe ferunt „bitur *Theoborgh Morien* in arce Nortkergiana, qui una cum Epiſcopo Colonienſi, Sancto „Heriberto & Hermanno de Virneburg, pluribusque aliis proceribus, apud Imperatorem „Henricum II. interceſſit pro Meinwerci, Paderbornenſis Epiſcopi, matre, Comitiſſa a Teiſterbandt, ob necem filiorum alteri procuratam ſupplicii capitis rea, ea propter in publico imperii conventu, apud Tremonienſes habito, capitis ſupplicio liberata, a quo ipſo tempore poſt elapſi unius ſeculi intervallo, in eadem Arce Nortkergen viguit *Bernardus Morien* „eques, ab Henrico V. Tremoniam miſſus, ut ibidem una cum Godefrido, Comite de Cappenberg, ipſius vices in publicis Comitiis ageret, ad componendas controverſias, quæ „erant inter Marcanos & Comitem Arnsburgicum, nec non ipſos Tremonienſes, ubi tum „etiam præſto fuere Archiepiſcopus Colonienſis, Marchio Foro Julienſis, Henricus, Epiſcopus Paderbornenſis, plurimique alii proceres, anno 1120. Vide annales meos latinos ad „h. a. ubi de hoc fuſius egi. In Annalibus quoque Monaſterienſium legitur, tempore „Schiſmatis in Electione duorum Epiſcoporum, Walrami & Erici, pugnæ illi ad cœnobium Warlerianum, pro cauſa electi Walrami feliciter commiſſæ, contra Fridericum, Brunſwicenſem adverſæ partis Ducem, a Monaſterienſibus conductum, interfuiſſe etiam Dominum *Bernhardum Morien*, qui heroicis ſuis factis ibidem promeruerit, ut inter ceteros „militaris ordinis Viros creatus fuerit in Equitem Auratum Ao. 1454. Præfert autem in Inſigniis ſuis hæc familia trabem dentatam nigram, & poſitu transverſam, cum addita rubentis ſtellæ ſpecie, & caſſidi inſidente Æthiopis figura, qualis etiam in Inſigniis Comitum „de Benthem videtur. In Diplomate, quo *Leopoldus* Imp. anno 1670. huic familiæ *Baronum* honores confirmavit, vocatur **das Uhralte Adeliche Geſchlecht**, atque origo ejus ad Caroli M. tempora pariter ac merita referuntur, verbis: **Welches abſonderlich angerühmet worden, und glaublich vorkommen, daß es noch vor 800. und mehr Jahren, in Zeiten der glorwürdigſten Regierung Käyſer** Caroli M. **unter deſſen Kriegs-Heer** *Sanderus Morrien* **gedienet wider die heydniſche Sachſen, in Weſtphalen gekommen, und deſſen dabey geleiſteten treuen Ritterlichen tapfferen Dienſten dann derſelbige mit einigen Gütern begabet, ſo obgedacht uhralt Adeliches Geſchlecht von** Morrien **zu Nortkirchen, den Stamm und Nahmen von obberührten** Sandero **geführet, auch würcklich beſitzet, auch mit dem Erb-Marſchallen-Ambt des Stiffts Münſter von Alters und etliche hundert Jahren belehnet iſt, und in ſolcher Qualität bey Land-Tagen und andern** Publicis **das** Directorium **der Münſteriſchen Ritterſchafft geführet, in derer Nahmen die Land-Tags-**Receſſe **und andere** Publica ſigilliret, **nicht weniger die gute, tapffere und Ritterliche, auch anſehnliche Dienſte, ſo daſſelbige Geſchlecht weyland unſern Hochlöbl. Vorfahren am Heil. Römiſchen Reich, Römiſchen Käyſern in fürnehmen Geſandſchafften erwieſen,** &c. Superſunt hodie ex illuſtri illa familia Fratres gemelli, *Wolterus Didericus*, Regi Pruſſiæ in Ducatu Clivenſi a conſiliis juſtitiæ, & *Ferdinandus Bernhardus*, Cubicularius Regius.

Digitized by Google

tis paternæ (1) petiit, quos ob id diſſidentes Theodoricus Clivius, & Adolphus Waldecianus, ita reconciliarunt, ut Ottoni Altenana & Blanckenſteinia præfecturis relictis, Engelbertus reſiduam Comitatus partem integram obtineret, quæ duæ tamen præfecturæ, Ottone ex vidua hac nullos hæredes relinquente, & anno 1262. in vigilia aſſumptionis Mariæ vivis excedente, ad Engelbertum cum integro Comitatu redierunt. (2) Notandum vero hic, Ludolphum Holtenum, Epiſcopum Monaſterienſem, Dynaſtas hos Meinhœvelios (3) ob ablata pauperculis armenta ditione ſua ejeciſſe, adeoque Dynaſtiam hanc familiæ nobiliſſimæ a Munſter ita dictæ ceſſiſſe, qui Tylliam arcem in ſaltu Clivio eidem poſtea adjecerunt. Adolpho Vir ille nobilis (4) in Clivia ita muſa ſua parentavit:

Altena qui quondam, navis nunc Marca vocari,
Et quæ cauſa fuit nominis æqua patet.
Præſulis occiſi meruit ſcelus Engelberti
Et ſecum exſtinctus totum abolere nepos.
Multa tibi Authoris pugnat proſcripta catena,
Sed nex immeritam fœda momordit bumum.
Blanckenſteinia & Hamma vagis exſtructa Colonis
Relliquias muris paſſa coire tuis.

Engelberti conjugium duplex. 1.

Engelbertus, Comes Marcanus ſub Conrado, Henrico VI. multisque aliis Imperii Rivalibus, in ordine 7. ex fortitudine, juſtitia & miſericordia (5) celebris, duas uxores habuit: Primam Cunegundem, filiam Comitis Schawenburgici, quæ illi Eberhardum III. in Comitatu ſucceſſorem, & tres filias, Agnetam, matrem Adolphi, Montium Comitis, Henrici vero montani, Windeccіæ Domini, uxorem; Comites item Tecklaburgenſes (6) & Zegenhainenſes procreavit. Mortua hac Cunegunde, quia tutor erat (7) Comitatus Tecklaburgici, ſede Oſnabruggenſis Eccleſiæ vacante, Epiſcopus poſtulatur, (8) quam dignitatem recuſavit. Præfectus ejus Bernhardus Bitter, qui prius Gerwini Rinkradii equitis filiam rapuerat, & fratri Engelberti tradiderat, cum oppidanos etiam quosdam Suſatenſes cœpiſſet, Engelbertus Falckenburgius, Archiepiſcopus Colonienſis, bellum ei indixit, & terram Marckenſem ingreſſus, militibusque Eſſendiæ & Iſenburgi collocatis, oppidum Hatnegum incendit, ſed a Blanckenſteiniis præſidiariis in Capella, multis ſuorum deſideratis, repreſſus eſt, Engelberto victoriam ad Cattorum usque vicum (Kettwigh) pro-

(1) Integram hereditatem paternam petiiſſe, refert MS. *Honſel.* quod nimirum *ſenior Engelberti frater* fuerit. *Lev. Northof.* p. 389. MS. quoque *Schuren.* Alsdan dieſe Greve Engelbrecht die Graffſchap van der Marcke wat langh allein regiert hadde, ſo wolde Ott ſyn alſte Bröder die Praſt tho Lüdich und Canonyck tot Sanct Marien T'Utrecht waß den werliche ſtect annemen &c.

(2) *Nic. Schatenius* Annal. Paderb. P. 2. p. 64. *Lev. Northof.* l. c.

(3) Vid. *Schaten.* Annal. Paderb. P. 2. p. 56.

(4) *Petrus* quoque *Verhagh* in *Clione Menapia* p. 52.

Sextus Adolphus ego, ſed primus Symbola Marcæ
Emptæ cum titulis a Rabadone tuli.
Nam ſcelus agnati Clypeum, nomenque, genusque,
Quin etiam noſtros collutulavit avos.
Hinc quoque caſtra duo primaria diruta: & inde
Oppida bina meo ſtructa fuere ſolo.
Venerat ad thalamum tæda ſociata jugali
Margaris, hæc quatuor dat mihi Geldra mares.

(5) *Lev. Northof.* p. 389. MS. Honſel. *Princeps ingenio & armis clariſſimus, juſtitiæ cultor, deſidum & inertium hominum oſor, laborantium vero amicus promotor.*

(6) Altera nempe filia Margaretha Comiti Tecklaburgenſi, *tertia* vero Comiti Zegenhagenſi nupſit. *Lev. Northof.* p. 391. MS. *Honſel.* & *Eſſend.* tertiæ loco *Aleidem* memorant, C. Cliviæ uxorem, atque Comitiſſam Zegenhagenſem inter liberos poſterioris matrimonii referunt.

(7) *Lev. Northof.* p. 389. *Manburnum* vocat Comitatus de Tecklenborg, quaſi *Mundiburdium*, quo nomine, ex voce Gothica *munto* tueri, & *burde* onus, compoſito, denotatur, cui onus alios tuendi incumbit, *Protector*, *Advocatus*, cujusmodi Advocati inter turbas Germaniæ adverſus Potentiorum injurias vel in perpetuum, vel certum tempus aſſumpti fuere. *Du Freſnius* & *Lindebroggius* in Gloſſariis. *Mayerus* de Advocatia armata.

(8) *Lev. Northof.* p. 389.

Digitized by Google

proſequente; contra Archiepiſcopus recollectis viribus Unnam oppugnat, capit & comburit, Bernhardum quoque Bitterum Præfectum in agro Suſatenſi intercipit & occidit, ut Theodoricus Vollenſpeit idcirco Camenam incendere & conflagrare, ne hoſtis ibi hoſpitari poſſet, coactus fuerit. Tandem per Theodoricum Clivium, & Gerhardum Julium, pace inita, (1) Engelberto Eliſabetha Falckenburgia, neptis Archiepiſcopi, an. 1262. deſponſatur, ex qua Gerhardum & uxorem (2) Florentii, Mechliniæ Domini, Sophiæ, primi Geldriæ Ducis Reinholdi uxoris, matrem, genuit. Ut vero hoc addamus, in bello civili (3) Colonienſi, inter Archiepiſcopum Engelbertum Falckenburgium & civitatem ab anno 1262. modo dicto geſto, cum Wilhelmus, Juliæ Comes, urbi, Epiſcopo frater Theodoricus Falckenburgius, Walramus Limburgius, Theodoricus Clivius & Theodoricus Heinsbergius patrocinarentur, eodemque anno 1262. per domum muro adhærentem civitatem ſcalis admotis occupare niterentur, a civibus & Wilhelmo Julio, aditu prohibito, Theodoricus Falckenburgius occiſus, Walramus Limburgicus captus eſt, Theodoricus Clivenſis retroceſſit: tandem novo prælio anno 1267. inito, Archiepiſcopus in poteſtatem Wilhelmi Julii cum Theodorico Clivio pervenit, qui eum Nideccam abductum in carcere tantisper detinuit, dum morte ex illo liberaretur; (4) Theodoricum vero Clivium, nata ſua Eliſabetha filiorum tertio, Gerhardo, in matrimonium promiſſa, dimiſit. Porro Engelbertus noſter, ut res ipſius geſtas perſequamur, municipium Mengedenum (5) munitum obſedit & deſtruxit. Tandemque anno 1277. circa feſtum omnium SS. in Comitatum Tecklaburgicum negotiorum cauſa iterum tendens, ab Hermanno de Loen (6) cum complicibus ex inſidiis invaſus, inflictis multis vulneribus ad caſtrum **Bredevoort** deductus eſt, dum non tam ex vulnerum atrocitate, quam animi dolore, ipſa B. Othmari, ſeu 5. poſt feſtum S. Martini die, anno eodem 1277. exſpiraret, Cappenbergi conditus, cui idcirco Muſa recte acclamat:

Armis ingenioque patens zelator & æqui,
Vis & deſidiæ tumba, laboris bonos,
Difficiles ſuperas lites, uxorius Otto
Prima tibi frater, bella ſecunda vota.
Et Falckenbergo Præſul de ſanguine cretus
In Marcam duxit percutiente pede.
Felix enſe thoroque domas, prædonum infælix
Præda peris! Eheu, quæ ſine nube dies!

2.

Eberhardus, ejus nominis III. Comes Marcanus in ordine 8. patris Engelberti ſucceſſor, in juventute, ob egregias animi corporisque dotes, a Rudolpho I. Habsburgico Imperatore, ſub quo, ſicut etiam Adolpho Naſſovio, & Alberto Auſtrio, Rudolphi filio, Marcæ Weſtphalicæ præfuit, in aulam aſſumptus, (7) vivente adhuc patre Irmgardem, Adolphi, Comitis Montium, filiam, & Henrici atque Walrami, Ducum Limburgenſium, *Eberhardi conjugium.*

(1) MS. Honſeler. *Tandem guerra iſta pernitioſa per Theodoricum Clivie & Gerhardum Julie Comites ſedata fuit per matrimonii ligam contractam inter Engelbertum, Comitem de Marka, & Eliſabeth de Valckenborg, Epiſcopi Colonienſis conſanguineam. Levold. Northof.* p. 390. MS. *Schuren.* cujus verba excerpſit *Stangefol.* lib. 3. p. 374.

(2) *Lev. Northof.* p. 390. MS. *Honſel.* addit MS. *Eſſend.* N. uxorem Conradi, Domini de Altern.

(3) Quod Engelbertus, ut ejus prædeceſſor quoque Conradus Hoenſtadenſis fecerat, civitatem Colonienſem ſibi ſubjicere vellet, duabus propterea turribus, ut cives cogere poſſet, extructis. De qua controverſia & bello vid. *Chron. M. Belgic.* pag. 238. & 260. *Stangefol.* pag. 368. lib. 3.

(4) Quamvis duriſſime Engelbertus in carcere haberetur, nequicquam tamen de prætenſo ſuo jure remittere voluit, atque Alberto tandem Magno, Epiſcopo Ratisbonenſi, ſeſe interponente, liberatus fuit. MS. *Honſeler. Stangefol.* p. cit.

(5) Mendenam vocat *Lev. Northof.* p. 389. errore forte amanuenſis.

(6) MS. *Schuren.* appellat eum **ein Strückrover**, prædatorem. Vid. quoque *Chron. Kleinſ.* apud *Stangef.* p. 391.

(7) Atque Imperatori Rudolpho gratiſſimus. *Iſte Everhardus ad curiam Rudolphi Regis aſſumptus eſt, cui non mediocriter carus erat. Dicebant namque quidam ipſius Regis familiares, Regem non poſſe eſſe triſtem, quamdiu iſte adoleſcens Comes in ejus verſaretur conſpectu.* **Lev. Northof.** p. 391. MS. *Schuren.* & *Honſeler.*

Digitized by Google

neptem, Adolphi vero & Wilhelmi, Comitum Montium, nec non Conradi, Epiſcopi Monaſterienſis, & Henrici Windeccii, fratrum, ſororem, auſpicato conjugio ſibi copulavit: Ex qua natus Engelbertus, patris in Comitatu Marcano ſucceſſor: deinde Adolphus anno 1288. in lucem editus, qui primum ſatis juvenis, anno nirairum Chriſti 1298. ætatis decimo, Præpoſitus S. Martini Wormacienſis; deinde anno 1310. ætatis vigeſimo ſecundo, ſummæ ædis Metropolitanæ Colon. Canonicus; demum anno 1312. Theobaldo Barenſi Romæ in conſpiratione adverſus Henricum VII. Lutzenburgicum Imperatorem 17. Kal. Junii interempto, (1) Leodienſis Epiſcopus; (2) de quo Joannes Placentinus (3) Trudonenſis in Catalogo Antiſtitum Leodienſium ſcribit, quod licet Vir fuerit ad optima natus, horrenda tamen ſemper ſeque indigna a civibus ſuſtinere debuerit, cui idcirco frater Engelbertus Marchiæ, Adolphus Montium, & Reinholdus Geldriæ Comites patrocinati, victoria inſigni adverſus rebelles cives an. 1328. potiti ſunt. Hic Claremonti anno 1344. mortuus, Leodii in æde S. Lamberti ſive ſummo templo conditus jacet.

Ex eadem Irmgarde Montana quoque prodierunt Catharina, Veſtalis Frundenbergica, Conradus atque Cunegundis gemelli, (4) quibus circa feſtum purificationis Mariæ anno 1193. editis, mater paulo poſt, nempe feria ante Paſcha tertia, exſpiravit, Frondenbergæ ipſa Vigilia ejusdem feſti tumulata.

Conrado Dynaſtia Hœrdenſis attributa eſt, qui ducta uxore, quia ſterilis nullos liberos ei genuit, ibidem Monaſterium Veſtalium S. Claræ anno 1340. conſtituit, in quo ambo conjuges inhumati ſunt.

Cunegundis Theodorico III. Heinsbergæ & Blanckenbergæ Domino, & poſt mortem Ludovici, ejus avunculi, ipſa nocte S. Vincentii an. 1336. defuncti, refragante tamen Eccleſia Leodienſi, Comiti Loſſenſi anno 1320. nupſit.

Res geſta. Vindicia necis paternæ.

Porro Eberhardus Marcanus, poſt obitum patris, anno ſequente caſtrum Brede-vort/ in quo corpus ejus exanime aromatibus conditum aſſervabatur, obſedit, & reddidit tum in Cappenbergh honorifice ſepelivit; obſidionem vero tam diu continuavit, donec præſidiarii, caſtro nocturni temporis ſilentio relicto, clam effugerunt, atque ita captum tandem conſenſu Ottonis Rietterbergici, Epiſcopi Monaſterienſis, ſibi retinuit. (5)

Bellum Recklinkhuſium.

Cum ſororio (6) Adolpho Montano adverſus Colonienſes, imprimis Theodoricum Rigge/ Recklinkhuſium in Ahuiß Præfectum, anno 1287. Dominica, feſtum Nicolai præcedente, Camena movens pugnavit, caſtrumque expugnavit, Raffenbergam arcem vicinam, ſed ſibi infeſtam, pridie aſſumptionis Mariæ anno 1287. quando Hammonæ quoque bona pars conflagravit, ſuperavit.

Bellum Worringenſe.

Bello etiam Worringenſi, quod Archiepiſcopus Colonienſis, Siegfridus de Weſterborgh/ contra Alberti (7) Imperatoris edictum de abrogandis teloniis, & immunitatem civi-

(1) Vid. *Chron. Magn. Belg.* p. 281.

(2) Idem *Chron.* p. 288.

(3) Vide quoque de eo *Theodori de Rhay* Animas illuſtres Cliv. p. 46. ubi Comiti Flandriæ Mechliniam in feudum venditam, Comitatum vero Loſſenſem ab eo Epiſcopatui adjectum fuiſſe, refert. Vid. quoque *M. Chron. Belgic.* p. 289.

(4) Ita quoque *Lev. Northof.* p. 393. MS. vero *Honſel.* & *Eſſend.* Catharinam & Irmgardim uno partu, in quo & ipſa mater defecerit, editos fuiſſe referunt.

(5) Deſtruxiſſe tamen ait *Lev. Northof.* p. 391. & MS. *Honſeler.*

(6) Multis videlicet injuriis Archiepiſcopi Colonienſis Præfecti eum laceſſiverant, Archiepiſcopo connivente. *Lev. Northof.* p. 391. 392. *Stangefol.* p. 386.

(7) Imo is anno demum 1298. Adolpho Naſſavico mortuo, Imperator factus fuit, bellum vero propter telonia non cum Sigfrido Weſterburgio, Archiepiſcopo Colonienſi, ſed Wickboldo, ejus Succeſſore, anno 1300. geſſit, de quo vid. *Chronic. M. Belgicum* p. 277. *Annal. Colmar.* ad ann. 1301. *Aventin.* Annal. Bojor. l. 7. c. 13. Bellum vero, cui nunc implicitus fuit Sigfridus, ex controverſia Adolphi VI. Com. Montani, cum Reinoldo I. Geldriæ Duce, circa ſucceſſionem in Ducatu Limburgenſi, ortum fuit, ut rectius ipſe Autor ſcribit infra in *Provincia Montana* ſub Adolpho VI. Cum enim Walramus IV. Dux Limburgenſis, anno 1282. obiiſſet, Rainaldus, quod Walrami filiam Irmgardim in matrimonio, licet ſterili, habuiſſet, in Ducatu Limburgico ſuccedere cupiebat, quem vero ſibi competere potiori jure contendebat Montium Comes Adolphus VI. utpote Walrami ex fratre nepos, Ducatu iſto Johanni

civium Colonienſium, telonio indebite impoſito, Worringam inſtauraſſet, cum Joanne, Duce Brabantiæ, Adolpho, Comite Montano, qui Limburgenſem Ducatum Brabantiæ vendiderat, (Reinholdus licet Geldrus eum ob matrem, unicam Ducis poſtremi filiam, ſibi deberi exiſtimaret,) & Comites Lutzelburgios, Henricum, Walramum & Balduinum, aſſeclas habebat, interfuit, in quo bello anno 1288. in die S. Boniſacii, pugna prope **Beuwyler** inita, tres modo dicti Comites Lutzelburgii, & frater Archiepiſcopi, Henricus de **Weſterborgh**/ Equeſtris dignitatis Vir præcipuus, cum multis aliis militibus, inter quos etiam Rutgerus **Vretel**/ Swanebolius dictus, Marchicus nobilis, occubuerunt, caſtrum Worringenſe deditum, Dux Brabantiæ Reinholdum Geldrum, Comes Montanus Archiepiſcopum cœpere: quorum ille, in aree **Balterſen** detentus, pro liberatione caſtrum & Ducatum Limburgenſem Brabantino ceſſit; hic vero, in caſtrum Novimontium, (1) **Newenbergh**/ ab Adolpho Montano abductus, pro *λύτρῳ* **Waldenberg**/ **Rodenberg**/ **Wendell**/ **Aſpel**/ **Wiedt**/ arcibus & oppidis oppignoratis, dimiſſus eſt, ſed Adolphum dolo iterum intercepit. Eodem anno Eberhardus Marcanus urbem Werlam obſedit, & ad deditionem compulit, caſtra etiam Volmenſteinium & Iſenburgium expugnavit & diruit. (2) Anno 1291. Ottoni Tecklenburgio nepoti contra Ludovicum Ravensburgium, Epiſcopum Oſnabruggenſem in ordine 33. Colonienſis, Paderbornenſis, Mindenſis Epiſcoporum auxiliis ſubnixum, ſuppetias tulit. (3) Anno 1292. cum Walramo Julio, capto in pugna Worringenſi, Præſule Colon. Angrivariam & Weſtphaliam vaſtavit. Anno 1293. cum Adolpho Naſſovio (4) Imperatore Miſniam ingreſſus, ab eo Præſes iſtius provinciæ conſtitutus eſt, patriam Marcanam interea Simone, Comite Lippienſi, ſub quo Lemgoviæ Neapolis condita, Bernhardi filio, & Hermanni nepote, regente & defendente. Redux e Miſnia Eberhardus anno 1295. Johannis Brabant. Johannis, in ludo equeſtri Barrenſi anno eodem, die inventionis S. Crucis, mortui, filii, auxilio, oppidum Recklinkhuſium (5) iterata obſidione cinxit, & poſtquam deditum eſſet, muros & foſſas æquavit. Cum eodem Brabantinus Waſſenburgium caſtrum anno eodem inter Paſcha & Pentecoſten occupavit. Eberhardus vero Bernhardum Bitterum equitem, filiæ Gerwini Rinkradii, fratri ſuo adductæ, raptorem, ſevere cum complicibus facinoris hujus ultus eſt, (6) omnibus ditione ſua exactis eodem anno 1295. Anno 1296. per Rutgerum de Altena, Dapiferum, caſtrum Wildenbergicum (7) ab Hunoldo de **Plettenbergh** emit, commeatu inſtruxit, & ut illud ab incurſionibus Colonienſium in **Attendorn** & **Schnellenbergh**/ imprimis adverſus Joannem de **Plettenbergh**/ Weſtphaliæ Mareſchalcum, defenderet, præfidiarios cum Domino in **Bielſtein**/ numerata iis pecunia, in ſuas partes per-

Expugnatio Werlæ. Volmenſteinii. Iſenburgii. Bellum Oſnabruggenſe. Eberhardus, Proprinceps Miſniæ. Simon Lippienſis gubernator Marcanus. Expugnatio Recklinkhuſii.

Emtio caſtri Wildenbergici.

---

hanni I. Duci Brabantiæ, quod Reinaldi potentiam metueret, vendito; Bello itaque inde orto, Sigfridus, Archiepiſcopus Colonienſis, Reinaldi partes cum aliis amplexus fuit, dum cives Colonienſes, Johanni, Duci Brabantiæ, adhærerent, irritati, quod Archiepiſcopus caſtrum Woringen contra fidem datam repararet. Vid. *Stangefol.* p. 387. 388. & pluribus infra Diſſertatio de *Origine Ducum Limburgenſium*, Hiſtoriæ Provinciæ Montanæ inſerta, §. 12. & 13. *Chronic. M. Belgic.* p. 257.

(1) Vid. *Levold. Northof.* p. 393.

(2) Animoſior factus, ut refertur in MS. *Honſeler.* quod Sigfridus Archiepiſcopus Adolphum dolo cepiſſet.

(3) *Levold. Northof.* p. 393. MS. *Honſel.* & *Schurcn.* cujus vide excerpta apud *Stangefol.* pag. 390. quod forte ægre tulerit, arcem Teckleburgenſem pro 900. Marcis Epiſcopo oppignoratam fuiſſe. *Schaten.* A. P. Parte 2. p. 171. inſuper, cum Conrado Ritbergenſi, prædeceſſore Ludovici, fratre Epiſcopi Paderbornenſis, illud bellum geſtum, ſcribit.

(4) MS. Honſeler. *Anno 1242. Adolpho de Naſſaw, Romanorum Rege, Aquigrani coronato, in Turingos & Myſienſes rebelles movente, Everhardus Comes auxilia impendit, quo abſente Siffridus, Epiſcopus Colonienſis, Marchiæ Comitatus terras magna in parte demolitus eſt, quod ubi comperit Eberhardus, ilico regiis caſtris relictis, ad propria revertitur, & ope Brabantiæ Ducis oppidum Recklinchuſen Epiſcopi captum ad inſtar Werler in villam redegit, vallo & fortalitio complanatis. Caſtrum hinc Waſſenborch, longa attritum obſidione, cum eodem Duce obtinuit, cui & mox reſignavit anno 1295. Lev. North.* p. 393.

(5) *Schaten.* Annal. Paderb. Parte 2. p. 180.

(6) *Lev. Northof.* p. 394. *Schaten.* l. c. p. 181.

(7) *Lev. Northof.* p. 393. in fin. *Stangefol.* p. 391.

Digitized by Google

pertraxit. Anno 1297. poſt Siegfridum Weſterburgium, Archiepiſcopum Colonienſem, (qui ſalvo conductu, a Rutgero ab Altena impetrato, prius conſanguineam ſuam, filiam de Rittbergh Wilhelmo Arensbergico, Ludovici Comitis primogenito, uxorem tradiderat,) defunctum & Bonnæ ſepultum, Eberhardus Marcanus Wiegboldum de Holte, Oſnabruggenſem Dynaſtam, (cujus caſtrum vix quinto lapide ab urbe metropoli, in qua ipſi quoque diu noctuque porta, lignea dicta, patuit, diſtat, ab Epiſcopo poſtea Oſnabrugenſi, ob mercatores Francofurtenſes, ab Egberto & Engelberto fratribus interceptos, dirutum,) cum Walramo Juliacenſi, Noveſii, Colonia adhuc excommunicata, in Archiepiſcopum promovit; (1) & eodem quoque anno Regi Angliæ Eduardo, & Guidoni, Comiti Flandriæ, contra Regem Galliæ, (2) cum Comite Waldecciano, ſuppetias tulit. Eodem anno 1297. Dominium Freimorsheimium ab Henrico VVildenbergio, Abbate VVerthinenſe, in feudum conſecutus eſt. Anno 1298. ipſa converſionis Pauli, nuptias (3) exquiſitiſſimas filio primogenito Engelberto, cum Mechtilde Araeburgia copulato, magna pompa Hammonæ celebravit. Eodem anno 1298. præpoſituram VVormatienſem filio Adolpho impetravit. (4) Anno 1299. Dom. Reminiſcere, in Eberhardum a Dieſt, Epiſcopum Monaſterienſem, ob cognatum ſuum Ottonem, Comitem Tecklaburgenſem, movit, ubi urbs Dulmona, (5) ne comburereturr, pecunia ab oppidanis redempta eſt. Anno 1300. ob ſuppetias, a Sobbone (6) Archiepiſcopo Colonienſi in caſtro Limburgenſi præſtitas, turrim ejus in VVerdena ſuper Ruram fluvium deſtruxit, & caſtro Limburgenſi aliud in monte, Eck dicto, oppoſuit, quod tamen, Limburgenſi Marcanis tradito, poſtea dirutum eſt. Eodem anno, menſe Auguſto Comes Lutzenburgenſis Henricus Treverim oppugnat, cui filius Eberhardi primogenitus Engelbertus, patre Coloniæ ægrotante, ſuppetias tulit, Albertumque Auſtrium Imperatorem, VVilhelmo Hollando (7) interfecto, in acquirendo Comitatu Neomagum usque progreſſum, adjuvit, qui tamen, renitente VVilhelmo Hannonio, retrocedere coactus eſt. Et cum Archiepiſcopis Moguntino, Trevero & Colonienſi, Comiti Palatino, Ducique Bavariæ, idem Imp. Albertus ob telonia Rheni (8) litem moveret, Eberhardus VValramum, Comitem Juliacenſem, & Colonienſes cives ad ſuas partes pertraxit; pace vero cum Archiepiſcopo Colonienſi & Sobbone facta, illis caſtri VValdenbergici redemptionem pro 3000. Marcis indulſit. Anno 1301. ante Philippi & Jacobi feſtum feria 6. mortuo Eberhar-

Wiegboldus Holtenus, Archipræſul Colon.

Bellum Gallicanum.

Eberhardi filiorum Engelberti nuptiæ.

Adolphi Status Eccleſiaſt.

Bellum Monaſterienſe.

Suppetiæ Henrico Lutzenburgio præſtitæ.

Iterumque Alberto Auſtrio Imp.

(1) *Chron. M. Belgicum*, p. 277. *Lev. Northof.* p. 394.

(2) Philippum pulchrum, qui ægre ferebat, Guidonem, Flandriæ Comitem, filiam ſuam Eduardo, Angliæ Regi, ſe invito in matrimonium collocaſſe. Vide ſupra in *Provincia Clivenſi* ſub *Theodorico VIII.* MS. *Honſeler. Levold. Northof.* p. 394.

(3) *Levold. Northof.* p. 394.

(4) *Levold. Northof.* p. cit.

(5) *Lev. Northof.* p. cit. *Schaten.* Annal. Paderb. P. 2. p. 189.

(6) *Lev. Northof.* p. 394. MS. Honſeler. *Verum his guerris* (cum Epiſcopo Monaſterienſi) *vix terminatis, nova ſuſcitantur Everhardo litium fomenta cum Wichboldo, Colonienſi Archiepiſcopo, ratione caſtri Limborch, ex quo Sobbo miles & Epiſcopi Officialis Markenſibus damna inferebat & injurias quam plures: Quamobrem Everhardus ope Walrami, Comitis Julie, & Engelberti, filii ſui, Domini de Arenborch, caſtrum Sobbonis in Werde evertens, arcem locavit in appoſito caſtri Limborch, ne liberum deinceps iter in ſuos haberent.*

(7) Imo Johanne potius, Florentii V. occiſi filio, Wilhelmi vero Imperatoris nepote, mortuo, Albertus Imperator Hollandiæ Comitatum, utpote feudum Imperii apertum, Johanne Reneſſio, nobili quodam Selando incitante, vindicare ſibi volebat, Johannes vero, Comes Hannoniæ, Florentii IV. ex filia Adelheide nepos, ad ſe eum Comitatum, utpote feudum promiſcuum, pertinere contendebat, atque retinuit. *Joh. Beka* in Chron. Epiſc. Ultraj. pag. 98. 99. *Wilh. Heda* p. 227. *Chronic. M. Belgic.* p. 278. *Albert. Argent.* ad ann. 1298. *Anton. Matthæus* de Nobilitate lib. 1. cap. 32. 33. & in Notis ad *Chron. Egmond.* p. 186. *Joh.* a *Leydis* in Chron. Belgico lib. 26. c. 2.

(8) Quæ tempore turbarum inter Ottonem IV. & Philippum Imperatores uſurpaverant Archiepiſcopi, atque illis confirmaverat Fridericus II. juxta Diploma apud *Schilterum* J. P. p. 110. nunc vero Albertus vindicabat, infenſus illis, quod ad occupandum Hollandiæ Comitatum nullas ipſi ſuppetias tuliſſent. *Annales Rebdorf.* ad ann. 1300. *Chronic. M. Belgic.* p. 275. *Avent.* lib. 7. c. 13. *Annales Colmarienſes* ad ann. 1301. *Lev. Northof.* p. 395. Jure an injuria egerit, inquirit *Schurzfleiſch.* Oper. Hiſtor. Polit. p. 1059. 1060.

Digitized by Google

hardo, Epiſcopo Monaſteriense, etſi Henricum (1) domo VVildenbergium, VVerthinenſem Abbatem in ordine 41. Eberhardus noſter ſucceſſorem in defuncti locum eligendum commendaſſet, Otto tamen (2) Rietbergius ei præfertur; quo eodem an. 1301. die S. Servatii, Rutgerus de Altena non tantum caſtrum **Woldenbergh**/ ſua pecunia, nempe 100. Marcis, ab Hunoldo de **Plettenbergh** redemptum, munivit, ſed etiam oppidum Neoſtadium (3) ædificare & muris cingere cœpit, & poſtmodum pridie Reminiſcere caſtrum Swartzenburgicum conſtruxit, & turri forti educta firmavit, & de omnibus his an. 1307. rationem (4) Comiti Eberhardo reddidit, quæ poſtea Gerhardus de **Plettenbergh** an. 1313. continuavit & perfecit, arce Comitis novali, Raedia dicta, cum oppido ei contiguo, & caſtro Cluſenſteinio adjectis. Anno eodem 1301. (5) in Julio, cum caſtrum Rodenbergium Eberhardus noſter, Lechnichium vero Comes Julius VValramus obſiderent, Eberhardi primogenitus filius Engelbertus VValramo adſuit, ſicut etiam in pugna nemoris villani victoriam pater & filius contra Archiepiſcopum obtinuerunt, filius vero ſolus, cum Præfecto Hammonenſi, Bertholdo Tuelio prope Hoveſtadium caſtrum contra Hunoldum Plettenbergium, ejus Præfectum, pugnans, eodem anno victor receſſit. Porro quia Eberhardus Comes caſtrum **Bredevort** captum, conſenſu Ottonis Ritterbergici, Epiſcopi Monaſterienſis, ut ſupra diximus, ſibi retinebat, anno 1303. poſt feſtum Remigii Wiegboldus de **Holte**/ Archiepiſcopus Colonienſis, anno 1298. ex Decano Colonienſi & Præpoſito Aquisgranenſi electus, cujus ſoror Hermanni de **Lock**/ Bredevordæ Domini, uxor erat, exercitum colligit, (6) & Dorſtam usque progreſſus, tandem inducias cum Eberhardo paciſcitur, qui deinde arcem Hoeveſtadienſem poſt Epiphaniam obſedit & occupavit: ob id Archiepiſcopus, Landgravio Haſſiæ & Henrico Naſſovio ſociis, per Ludolphum de **Dycke**/ Canonicum Colonienſem, ſuumque in partibus trans-Rhenanis Vicarium, opera Suſatenſium, oppidum Unnenſe ſuccendit, caſtrum Hoeveſtadium recuperavit ac inſtauravit, contra Eberhardus Suſatum obſedit. Mortuo autem Suſati anno 1303. ibidemque condito Wiegboldo Holteno Archiepiſcopo, & Henrico Vierneburgico anno 1304. ſuffecto, bellum redintegrat Eberhardus, & Dulmonam capit, qua capta Hermannus de **Lüdinckhuſen**/ qui ditione illa, cujus metropolis Dulmona, potiebatur, in feudum ei totam tradit. Anno 1305. Eberhardus, a Reinholdo ſeniore, Geldriæ Comite, ad tutelam (7) Comitatus vocatus, eam adminiſtravit, & anno 1308. die B. Odiliæ mortuus, (8) in **Frundenbergh** tumulatus eſt, cui Parnaſſus ita aſſurgit:

Otto Ritterbergius, Epiſcop. Monaſt. Munitio caſtri Woldenburgici. Structura Neoſtadii oppidi. Schwartzenburgici caſtri. Suppetiæ Walramo Julio præſtitæ. Ob caſtrum Bredevordenſe bellum cum Archipræſule Col.

Jam patrios ultus cineres, patrem omnia ſpirans,
Et formoſa toga eſt, & tibi forte ſagum.
Te monaſterium, te Antiſtes, & Agrippinas
Ne ſpoliis tentent, in ſpolio eſſe velint.
Fœnore non defecta ſuo quæ uſura malorum eſt,
Caſtrorum urbana & multa ruina monet.
Cæſariis cum armis contraria in arma reſiſtis,
Naſſovioque jubes ſubdere colla jugo.
Interea ex Ubiis vis rurſum averſaque rurſum,
Atque monaſterio inviſa quiete quies. *Illi*

(1) *Lev. Northof.* p. 395. *Otto de Rethberge in Epiſcopum Monaſteriensem ex inſperato eligitur: ibi intererat Comes de Marka cum magna militum & militarium comitiva, qui illuc venerat, ſperans, Henricum, Abbatem Werdenenſem, ut poſtularent in Epiſcopum, ſed ſua ſpe fruſtratur.*

(2) De quo *Tympius* apud Stangefolium p. 397. ſcribit, *quod fuerit Comitis de Marka terror ac Victor, expugnator Bredevordiæ, Loen & Hoveſtat.* Vide quoque *Hamelmannum* p. 555.

(3) *Levold. Northof.* p. 395. *Stangefol.* p. 396.

(4) Ea fide, ut Rutgerum omnibus Principum miniſtris in exemplum proponat. *Lev. Northof.* p. 396. 397.

(5) Vide de his expeditionibus adverſus Epiſcopum Colonienſ. *Levold. Northof.* p. 395. *Stangefol.* p. 397. MS. *Honſelar.*

(6) Pluribus has turbas refert *Lev. Northof.* p. 295. in fin. *Stangefol.* p. 398. *Schaten.* Annal. Paderb. P. II. p. 199.

(7) *Lev. Northof.* p. 396.

(8) *Schatenius* A. P. Part. II. p. 189. *Epiſcoporum flagellum* eum fuiſſe ait, nimis propterea ab ipſo quandoque alienus.

Digitized by Google

Illi iterum inſultant cæſi, dum colligit arma,
Diſſipat & funus Præſulis ira perit.

Engelbert. II.

Engelbertus, nominis II. ſub Henrico VII. Lutzenburgico, & Ludovico Bavaro, ejusque rivali Friderico Auſtriaco Impp. Comes Marcanus in ordine nonus, patre adhuc vivo, nempe an. 1298. die converſionis Pauli, cum Mechtilde, Joannis Aræburgii filia, & Gerhardi filii ex ſorore nepte, Hammonæ magna ſolennitate nuptiis celebratis, ex ea liberos, Adolphum ſucceſſorem, Engelbertum, (1) poſt patruum Adolphum an. 1344. Leodienſem Epiſcopum, deinde poſt reſignationem Adolphi nepotis, an. 1364. Sabbathi poſt Bartholomæi feſtum Colonienſem Archiepiſcopum, & Eberhardum, Colonienſem & Leodienſem Canonicum, ſuſtulit. Hic Engelbertus Archiepiſcopus, multa ab Andernacenſibus, quod oppidum in Ubiis ſitum, & Ammiano Antenacum dictum, anno Chriſtii 1120. muris cinctum, perpeſſus, telonium inde Lintzium tranſtulit, & ad coërcendos ſubditos, arcem Andernacenſem (2) conſtruxit, Zulpetum a Juliæ Duce redemit, & ætate atque laboribus fractus, Cunonem Falcoſteinium, Archipræſulem Trevirenſem, Vicarium (3) conſtituit. Ei, 21. Auguſt. an. 1368. Sabbathi poſt Bartholomæi defuncto, Fridericus Saerwerdanus, Cunonis ex ſorore nepos, ſucceſſit, cum prius tamen usque ad annum 1371. Cuno Trevir Colonienſem diœceſin adminiſtraſſet. Engelberti hujus, Archiepiſcopi, frater Eberhardus, Colonienſi & Leodienſi canonicatibus relictis, Mariam, Ludovici, Comitis Loſſenſis, & novi caſtelli in Ardenna Domini, filiam unicam & hæredem, uxorem duxit, & cum ea proſapiam Aræburgicam (4) per Eberhardum filium, Ducatus Lutzenburgenſis gubernatorem, propagavit, obiit anno 1387. Eberhardus autem a Marcka, Aræburgi Dominus, ex Maria Francimontana Johannem a Marcka, Aræburgi & Lumengani Dominum, genuit, obiit an. 1440. Johannes viciſſim ex Anna Viernceburgica tres filios reliquit, Guilielmum, Eberhardum & Robertum, a quibus Comites Aræburgici, Lumengani & Sedanenſes recta ſerie deſcendunt: obiit anno 1469. Quia vero maſculina ſtirps in Roberto interiit, & ad filiam ejus Margaretham ſucceſſio devoluta eſt, Lumengana ſubiit, in qua Wilhelmus, qui anno 1485. obiit, ex Johanna Arſchotana Johannem genuit, qui an. 1526. vivis exceſſit, relicto ex Margaretha Wiedana & Ronckelienſi Johanne, an. 1553. mortuo, qui viciſſim ex filia Johannis Baronis Waſſenarienſis Philippum, & iſte denique ex Catharina, Theodorici, Comitis Manderſcheidii, ſorore & hærede, Erneſtum hodie ſuperſtitem produxit.

Ejus liberi: Adolphus. Engelbertus Epiſcopus.

Eberhardus, unde familia Comitum Aræburgenſium.

Res geſtæ Engelberti II. cum Ludovico Ravensburgico, Epiſcopo Oſnabrug.

Ad Engelbertum, Marchiæ Comitem, revertendo; Is cum Ludovico Ravensburgio, Epiſcopo Oſnabruggenſi, (quem corpore Zachæum, animo Judam Macchabæum Ertwinus in Chronico (5) vocat,) anno 1308. ſuppetiis Tecklenburgii, Julii, Arnsburgii, Waldecciani, Lonenſis, Ritbergici, Tremonienſis Comitum, & Epiſcopi Monaſterienſis, bellum

(1) Quem multis laudat *Theod. Rhoy* Anim. illuſtr. p. 80. 81. de bello ejus civili cum ſubditis ſuis *Hæreus* Annal. Brabant. T. I. p. 324. *Diveus* Rer. Brab. lib. 14. *Chronic. M. Belg.* p. 302. 303. *Lev. Northof.* p. 404.

(2) *M. Chron. Belgic.* p. 314.

(3) Alias Coadjutorem. *ibid.*

(4) Alias Arembergenſem, cujus Genealogiam deſcripſerunt *Imhoffius* in Notit. Proc. lib. 9. c. 5. & lib. 4. c. 12. & *Pontus Heuterus* Rer. Burgund. lib. 6. p. 245. in eo errans, quod Everhardi primi, Domini Arembergenſis, patrem Adolphum appellat.

(5) Pag. 224. apud *Meibom.* T. II. his verſibus, quos & *Schatenius* refert Annal. Paderb. P. II. p. 216. commemoratis:

Corpore Zachæus, animo Judas Machabæus,
Alter & iſte David, Marckenſem cuſpide ſtravit.
Ter C. milleno bis quarto tempore pleno
Virginei partus & eum tenet hic locus artus,
Ut vacet a pœnis, pie Judex ſis ſibi lenis,
Marcka, Monaſterium, Tekenenborg, Juliacum,
Arnsberg, Waltegge, Loen, Retborch, deſuper Abus,
Tremoniæque Comes Petrus vos terruit omnes,
Vosque lupi vel fugiſtis, vel cecidiſtis.

Digitized by Google

lum geſſit, (1) in quo, Comite hoc Engelberto Marchico ab equo dejecto, cum ei Epiſcopi miles incumberet, per proprium miniſtrum (2) lethaliter vulneratus Epiſcopus, victoriam obtinuit, ſed ex accepto vulnere triduo poſt occubuit. Engelbertus vero, ubi crure, ex lapſu equi divulſo, iterumque conſolidato, convaluiſſet, diœceſin Oſnabruggenſem denuo ingreſſus eſt. Ejus quoque tempore, nempe an. 1315. magna annonæ caritas (3) fuit, quæ ex ſequenti verſu dignoſcitur:

Ut nullum lateat tempus famis, ecce CVCVLLVM.

Porro Engelbertus caſtrum Furſtenbergium (4) anno 1311. obſedit, expugnavit & deſtruxit. Ideo anno 1312. Ludovicus Haſſus, Epiſcopus Monaſterienſis, Comitatum Marcanum depopulatus, Furſtenbergium reſtauravit, & anno 1320. caſtrum Porceſſerinum obſedit, ſed ab Archiepiſcopo Colonienſi, & Comitibus Marcano, Montano & Viernebergio, obſidio ſoluta eſt. Cumque idem Ludovicus Haſſus, Monaſterienſis Epiſcopus, Hammonam tentaſſet, eique Engelbertus, Geldriæ, Montis, Flandriæ, Hollandiæ & Arteſiæ Comitum, ac Epiſcoporum Leodienſis & Trajectenſis, ſuppetiis ſubnixus, armis reſiſteret, præfatus Epiſcopus Monaſterienſis an. 1323. in porta tractili cum 75. equitibus a civibus captus, (5) neque ab Engelberto dimiſſus eſt, donec debita ſibi ſumma ſe eximeret. Ab ipſis Monaſterienſibus vero idem Engelbertus in limitaneis Provinciæ ſuæ, & Diœceſis Monaſterienſis, ipſa Petri & Pauli, victoriam obtinuit: ipſa Margaretha Epiſcopales, qui Metelenam incenderant, multis eorum captis, proſtravit: Mauritio Oldenburgio, (6) contra cives Bremenſes belligeranti, eosque ſuperanti, opem tulit.

Cum Ludovico Haſſo, Epiſcopo Monaſterienſi.

Anno 1317. caſtrum Strunckedenum obſedit, quod cum Theodoricus Clivius liberare non poſſet, auxilio a Ludovico (7) Haſſo, Epiſcopo Monaſterienſi, poſtulato, obſidionem continuavit: ſed hic ab Engelberto non acie, ſed ſuorum infidelitate, & ob penuriam commeatus, fugatus, aliud propugnaculum, ponte per Lippiam ſtrato, Marcanis oppoſuit. Ad Hammonam tamen cum 75. armatis, ut ſupra diximus, captus eſt, & Engelbertus captivitatis ejus tempore Halterenum & Sedenhorſtanum oppida cœpit ac deſtruxit. (8) Dimiſſus Comiti Geldriæ Reinholdo iterum bellum movit Ludovicus Epiſcopus, qui ſuppetiis Theodorici Clivii Bredevordam aliaque caſtra occupavit, diœceſin Monaſterienſem depopulatus eſt. Ludovicus Epiſcopi Oſnabruggenſis, Godefridi Arnsburgii auxilium imploravit, tandem controverſia (9) per Epiſcopum Ultrajectenſem definita, diœceſis Monaſter. Epiſcopo, arx Bredevordt Reinholdo, Comiti Geldriæ, ipſa Ægidii anno 1324. aſſignata eſt. Poſtea inſtigante Walramo Julio, Archiepiſcopo Colon. Ludovicus Haſſus, Monaſterienſis Epiſcopus, novam cum Engelberto hoc noſtro, Marcano Comite, habuit controverſiam, ob quam Adolphus, filius ejus primogenitus, bellum cum ipſo continuavit, quod tandem Adolphus, Montium Comes, cum Wilhelmo, Juliæ Marchione, fratre Archiepiſcopi, anno 1343. compoſuere.

Continuatio belli Monaſterienſis.

Adolphus, frater Engelberti, Epiſcopus Leodienſis, ipſo interim caſtrum Strunckedenum infeſtante, Ducatum Lutzenburgium invaſit, & cum Theodorico Cliviæ, Reinhol-

(1) De quo vid. *Lev. Northof.* p. 397. *Ertmanni* Chronic. Osnabrug. p. 223. *Stangefol.* p. 400. *Schatenius* Annal. Paderb. P. II. p. 215. Conradum, Pſeud-Epiſcopum Monaſterienſem, illas turbas excitaſſe ſcribit.

(2) Qui credebat, Comitem Marcanum ſe ferire. *Ertmannus* ibid.

(3) *Levold. Northof.* cariſtiam vocat p. 398. de qua vid. quoque *M. Chronic. Belgic.* p. 281. & 290. *Stangefol.* p. 408.

(4) *Schaten.* Annal. Paderb. Parte II. p. 224.

(5) Vide de hoc bello *Ertmanni* Chronic. Osnabrug. p. 226.

(6) Qui Decanus erat Capituli Bremenſis, atque in Archiepiſcopum ab illo electus, vi ſe tueri voluit adverſus Godfridum Arnsbergenſem, qui a Pontifice erat Epiſcopus conſtitutus. Vid. *Johann. Schiphoveri* Chronic. Oldenburgic. ap. *Meibom.* T. II. p. 154.

(7) *Schatenius* Annal. Paderb. Parte II. p. 236.

(8) *Idem* p. 252. ubi pacis conditiones referuntur, videlicet, ut Ludovicus pro ſe & captivis ceteris 7000. Marcas penderet; Marcano fas eſſet, Lunenſe oppidum, Lippiæ impoſitum, munire.

(9) De qua vid. *Iſaac. Pontanus* Hiſt. Geldriæ ad annos 1324. 1326. 1330. & Autor infra in *Provincia Geldriæ* ſub Reinaldo I. Duce.

Digitized by Google

holdo Geldriæ, Adolpho Montium, Wilhelmo Juliæ Comitibus, civibusque Hoyenſibus, anno 1324. Tongrim obſedit, & de rebellibus civibus ter triumphavit: donec anno 1318. Gallorum Regis moderatione, (1) pace facta, & Engelberto Claremontii anno 1344. mortuo, eidem, favore Clementis VI. Pontificis Romani, & Franciæ Regis interceſſione, Engelbertus, ex fratre Adolpho nepos, ſucceſſit, & ipſe tandem Archiepiſcopus Colonienſis an. 1364. factus.

Volmenſteinii expugnatio.

Porro Engelbertus, de quo agimus, anno 1324. auſpiciis Caroli IV. (2) Bohemiæ Regis, Volmenſteinium obſidione cinxit, illudque captum, ejusdem liberalitate Marchiæ ſuæ adjecit. Tandem anno 1326. cum Levoldo a Northof, ſuo & filiorum Ephoro, authore Chronici Marcani, Romam profectus, (3) pro Engelberto, filio ſecundogenito, præpoſituram Bopardienſem, pro Eberhardo, tertio filio, in Colonienſi & Leodienſi Eccleſiis Canonicatus ampliſſimos impetravit. Obiit menſe Julio, die Arnulpho ſacra, an. 1328. in Frundenberg Vigilia S. Jacobi Apoſtoli inhumatus, de quo Muſa (4) Poëtica Viri ejusdem nobilis Clivii ita canit:

Finitimæ hoſtiles mitræ Mimengardum Oſnabruga,
Illa Hamonam captans, ſed tibi capta prius.
Et Ludovicæas Ubiam contemnere juſte
Succenſes Aquilas, diruta caſtra dolent.

Adolphi V. vita. Conjugium.

Adolphus V. ſub Ludovico Bavaro, ejusque rivali (5) Friderico Auſtrio, Impp. Comes Marchiæ 10. patri Engelberto tanquam primogenitus ſuccedens, anno 1331. terram Sanctam adiit, redux Margaretham, unicam Theodorici IX. Clivorum Comitis, filiam & hæredem, Dom. Reminiſcere an. 1332. uxorem duxit: Ex qua cum filia Margaretha prodierunt Engelbertus, (6) Adolphus & Theodoricus, germani fratres, quorum Engelbertus & Theodoricus patri & ſibi ipſis in Comitatu Marcano; Adolphus vero primo Monaſter. dehinc Col. Epiſcopus factus; Dignitatibus his abdicatis, & Margaretha Montana, Gerhardi Julio-Montani filia, uxore ducta, avunculo Joanni, Clivorum Comiti iſtius proſapiæ 27. & ultimo, an. 1368. in iſta Provincia, frarribus quin etiam filius & nepotes, Clivorum Duces, in Comitatu Marcano ſucceſſerunt, adeoque is auſpicato hoc conjugio Cliviam & Marcanam Provincias copulavit.

Res geſtæ.

Anno 1343. & 44. bello inter VValramum Julium, Archiepiſcopum Colon. & Godefridum, Comitem Arnsbergium, exorto, aliquorum ſuorum peſſimo uſus conſilio, in gratiam Arnsbergii huic adhæſit, (7) & Mendenam occupare tentavit, primo quidem irrito conatu, deinde ſecunda vice muros tranſcendens, oppidum cœpit & depopulatus eſt.

Anno eodem 1344. Colonienſes (8) ditionem Reklinghuſiam, Comitibus Marcanis vi ereptam, ſibi vendicarunt. Contra eos ergo anno 1345. movit, (9) & Rheno transgreſ-

(1) MS. *Honſelerianum* p. m. 149.

(2) Regem Bohemiæ cum Comite Hannoniæ motu proprio ad illam obſidionem veniſſe, & cum Comite de Monte ad finem affiliſſe, refert *Levold. Northof.* p. 399. *Stangefol.* p. 412. Erant nempe præter alios confœderati Engelberti adverſus Henricum Virneburgium, Archiepiſcopum Colonienſem. *M. Chron. Belgic.* pag. 285. quod vero Johannem, non ejus filium Carolum IV. memorat, ut quoque in MS. *Honſeler.* p. m. 149. habetur.

(3) Ut ipſe *Lev. Northof.* refert p. 399.

(4) Laudat quoque eundem *Petrus Verbagh* in *Clione Menapia* p. 54. ſed acerbius de eo æque ac patre ſcribit *Nic. Schatenius* A. P. Part. II. p. 267. ſtudio abreptus in ordinem ſuum & Epiſcopos, a quibus Comites Marcani haud impune ſe laceſſiri paſſi fuerunt.

(5) Cui quoque adhæſit Engelbertus, quare a Ludovico Comitatu fuit privatus. Vide ſupra in *Provincia Clivenſi* ſub *Theodorico VIII.*

(6) Schurenius *Everhardum*; MS. *Hertelinum* primum Academiæ Colonienſis Rectorem, *Johannem*, Dinslakii Dominum, & *Conradum* addunt.

(7) Inconſulte & invitis amicis ſuis. *Lev. Northof.* p. 403. *M. Chron. Belgic.* p. 296. *Stangefol.* pag. 423. MS. *Honſeler.* p. m. 155. *Schaten.* A. P. Part. II. p. 307.

(8) Qui in *Chron. Colon.* ap. *Stangefolium* p. 424. vocantur die Peterlingen, a S. Petro, Eccleſiæ Colonienſis Patrono.

(9) Ludovico Bavaro, qui Walramo, Archiepiſcopo Colonienſi, quod Carolo IV. adhæreret, infen-

Digitized by Google

greſſo, Marchiam petituros prohibuit, multis eorum cæſis, ſimul & captis, donec conſilio Joannis Brabantiæ, & Wilhelmi primi Juliæ Ducum, atque Adolphi, Montium Comitis, pace inita, a captivis copioſum λύτρον extorſit. In Geldria, quemadmodum etiam avus Eberhardus, nomine Reinholdi, ultimi Comitis, ſic ille hujus filii, Reinholdi primi Ducis natorum tutor fuit, ibidemque ante feſtum Severi an. 1347. defunctus, (1) inde Frundebergam ad majorum tumulum delatus eſt: cui Muſa Clivio-Marcana ita aſſurgit:

Margretam priſco Clivorum ſanguine cretam
Accipis, & natis poſthuma regna paras.
Filius Adolphus ſuſcepit Clivica rura,
Cæſaris & populi voce probante Comes.

Engelbertus III. ſub Carolo IV. & VVenceslao, ejus filio, Impp. Comes Marchiæ Weſtphalicæ in ordine II. primogenitus Adolphi filius, anno Chriſti 1333. Dom. Reminiſcere natus, ætatis 17. Chriſti 1348. regnare cœpit, (2) inter reliquos Weſtphaliæ Comites ut potentiſſimus, ita glorioſiſſimus, ideoque ejus Mareſchalcus a Carolo Imp. (3) conſtitutus. Annis præfluit 45. ſed ex Richarde Julia, Wilhelmi I. Juliaci Marchionis & Ducis, nata, filiam tantum unicam genuit, Margaretham dictam, Philippo, Comiti Falckenſteinio, anno 1369. matrimonio, eoque ſterili, copulatam, feſtivitate nuptiali magna pompa Duisburgi celebrata. *Engelb. III. vita.* *Conjugium.*

Ipſe vero ætatis 18. adeoque reginiminis initio, Chriſti 1349. ludum Equeſtrem (4) inſignem Hammonæ extra portam orientalem inſtituit, quo ad res domi forisque fortiter geſtas, ceu proaulio quodam, ſe præparavit. Nam an. 1350. quo lues Epidemia (5) quoque in eadem Hammona cives pene omnes, vix decem familiis relictis, abſumpſit, Godefrido Arnsbergio, Epiſcopo Bremenſi, contra Mauritium Aldenburgium, ibidem ſummæ ædis Decanum, patrocinatus, (6) victoriam ejus adjuvit. Sed & contra Godefridum *Res geſtæ.* *In bello Bremenſi.* *Tremonienſi.*

infenſus erat, cum aliosque ad bellum iſtud incitante. *M. Chron. Belgic.* p. 296. *Lev. Northof.* p. 403. *Ertwinus* in Chron. Osnabruggenſi p. 228. *Stangefol.* p. 424. *Schatenius* l. c. pag. 308. ſed iniquior paulo in Adolphum.

(1) Ex vulneribus acceptis in conflictu cum Walramo, Archiepiſcopo Col. *Ertmannus* l. c.

(2) Quod eodem anno, ad bellum cum Ludovico, Epiſcopo Monaſterienſi, laceſſitus, Lunam novam condidit. *Schatenius* Annal. Paderb. Part. II. p. 315.

(3) Idem munus jam ante a Walramo, Colonienſi Archiepiſcopo, Godfrido, Comiti Arnsbergenſi, conceſſum fuiſſe, ipſe Autor paulo infra, & *Stangefolius* pag. 421. referunt, ſcilicet ratione Ducatus Weſtphaliæ, cujus titulo a tempore proſcripti Henrici Leonis Archiepiſcopi uſi fuerunt. Poſtea illud munus Archiepiſcoporum Colonienſium auctoritate obierunt *Henricus*, Paderborn. Epiſcopus, *Stangefol.* p. 449. *Schatenius* Annal. Pad. P. II. p. 377. & *Bernhardus*, Comes Lippiæ. *Joh. Pideritius* in Chron. Com. Lippiæ p. 478. aliique.

(4) *Schurenius*: **In ſonen andern Jaye, als hie ein Greve van der Marcke geworden waß, herlep hie einen heirlichen Hoff und Steetſpyll thom Ham buiten der Oſterportten up den Sande, dair ſeer ville herrlicke Menne und keiſteler Frauwen und Jouffrauwen tho geladen waren, und die Hoff duyrde biß an den denden Dach.**

(5) Sive Peſtilentia, de qua *Ertmannus* in Chronic. Osnabrug. p. 228. *Anno Domini 1353. in universo mundo maxima fuit Peſtilentia & mortalitas hominum, quæ etiam Epidemia appellatur: ita intenſa, quod vix homo hominem potuit ſepelire. Quæ quidem mortalitas in civitate Oſnabruggenſi adhuc in hodiernum diem* **de groote Doet** *ſolet nominari: & de ea in quibusdam pactum inter venerabilem Clerum Oſnabruggenſem & civitatem eandem eſt neceſſario factum. Etiam tunc multæ hereditates relictæ, hodie in Dioeceſi iſta manſerunt incultæ. Prædicta mortalitas per certos impingebatur aliquantulum Judæi, ex eo etiam, quod aliqui ex iiidem apprehenſi confeſſi fuerant, quod fontes & puteos intoxicarunt, quare per totam Alemanniam fuerunt combuſti.* Vide quoque *Lev. Northof.* qui p. 404. *Comitem de Marcka multam pecuniam de bonis Judæorum Tremoniæ & alibi habuiſſe, ſed totam ad ejus utilitatem non perveniſſe* refert. *Stangefolius* p. 425. *Chron. M. Belgicum* p. 300. & 301. ubi cauſam iſtius Peſtilentiæ Judæis attributam eſſe dicitur, *quia eorum divitiæ fuerint deſiderata.* Certe fieri non potuit, ut Judæi per univerſam Germaniam, imo & totum orbem, quem iſta Peſtilentia pervagabatur, fontes & puteos veneno infecerint.

(6) *Schatenius* Annal. Paderb. Part. 2. pag. 326.

Digitized by Google

Arnsbergium, (1) Epiſcopi nepotem, & Wilhelmi filium, Weſtphaliæ Mareſchalcum quidem ante ipſum præfectum, verum eandem vaſtantem, unaque contra civitatem Tremonienſem Lamberti conſilio Arnsbergio ſuffragantem, anno 1352. pugnavit, militibusque Comitis ſuſis & captis, dominium Vredenburgium, pro multo ære ipſis extorto, ſibi comparavit.

Comitatus Arnsbergicus Eccleſiæ Col. venditus.

Godefridus autem hic Arnsbergius, ut illud hic quoque addamus, quod ex uxore Anna Clivia nullas haberet proles, & familiæ ſuæ ultimus eſſet, integrum Comitatum Arnsbergicum cum omni jurisdictione & reditibus 25. Auguſt. an. 1368. Cononi Trevirо, Engelberti Marcani, Archiepiſc. Colonienſis, ob ſenectutem ſummam in Colonienſi Vicario, ſibi arce Broel, ejusque proventibus, cum 10. aureorum millibus ad dies vitæ conceſſis, in uſum Eccleſiæ Colon. partim vendidit, partim donavit, (2) qui, cum Coloniæ anno 1371. diem ſuum obiiſſet, ibidem quoque in Mariano ſummæ ædis ſacello conditus eſt. (3)

Engelberti iter ſacrum.

Anno 1363. Engelbertus noſter terram Sanctam adiit, (4) & ipſa vinculorum Petri an. 1364. redux in Prutenos (5) profectus eſt. In ejus vero abſentia Gerhardus Plettenbergius Præfectus Rhadenſe, Cluſenſteinium & Swartzenbergium caſtra, cum oppido Neoſtadienſi, conſtruxit, & a Rutgero ab Altena cœpta perfecit.

Promotio fratris Adolphi ad Epiſcopatum.

Anno 1357. cum Ludovicus Haſſus, Epiſcopus Monaſterienſis, e vivis exceſſiſſet, Adolphum, fratrem, (6) in conſequendo Epiſcopatu gnaviter adjuvit: qui eo potitus, Archiepiſcopatum Colonienſem etiam non longe poſt adeptus eſt: quam utramque dignitatem tamen, ducta Margaretha Montana, ut in illo porro explicabimus, reſignavit.

Proſapia Naſſovica Marcanæ juncta. Joh. Textor in Chronico Naſſov. an. 1617. Germ. edito.

Anno jam memorato 1357. etiam Engelbertus noſter ſororis Margarethæ, cum Joanne Naſſovio Dillenburgenſi, Ottonis ex Adelheide Vianenſi filio, deſponſatæ, ſolennitatem nuptialem in aula VVerthinenſi celebravit: Cæterum ex hac Joannes Adolphum & Engelbertum, ejus in Comitatu Naſſovio ſucceſſores, genuit; Engelbertus vero, ducta Joanna, Joannis Bredaenſis & Leccani filia, Joannis Polani, qui anno 1351. a Joanne, Brabantiæ Duce, Baronarum Bredaenſem pro 43. Hallingis emit, nepte, omnes has Dynaſtias familiæ Naſſovicæ intulit. Pater Joannes ob uxorem in Comitatum Marcanum non nihil juris prætendit, eo tamen vivus uſus eſt nunquam, ſed tantum, opera Joannis, Comitis

(1) Quod ſubditi Comitis Arensbergenſis rapinas agerent, eosque ea de cauſa haud puniret Godefridus. *Lev. Northof.* p. 405. & MS. *Honſeler. Stangefol.* p. 432. *Gerh. Schurenius*, qui ita ea de re ſcribit: Greve Engelbrecht waß tot einer Tyd Land-Marſchalck over Weſtphalen, alvo geſchieden und reiſden die Unterſaten des Greven van Arnsbergh die gemeine Strate, und en wolden daß nyt wedergeven nach reychten, hyrumb ſtunde Kreich und Orloch up tuſchen Greven Engelbrecht und Greve van Arnsbergh, und Biſchoff Henrich van Paderborn, geheiten Spiegel, ward Greve Engelbrecht Hulper; Alſo dat Greve Engelbrecht ein Soyne tot ſynen Will kreich, und die Greve von Arensburgh möſt all dat wederrychten, dat die ſyne up der Straten geroifft und genommen hadden, und die Greve van Arnsburgh möſt tot handen Greve Engelbrecht ſtellen und overgeven Schlott und Stadt thoe Bredeborch mit all oeren Rechten und Thobehöre. Vid. quoque *Schatenius* Annal. Pad. P. 2. p. 328.

(2) Vide *Hiſt. Comitum Cliviæ* ſub *Theodorico VIII. Ægid. Gelen.* de Magnitud. Colon. p. 250. *Ditionem ſuam*, ſcribit, *quæ intra Weſtphalici Ducatus limites aliut etiam continebatur, cum univerſis Clientibus, Armamentario, Archivis, jurisdictionibus & juribus vendidit Cunoni Adminiſtratori, & S. Colonienſi Eccleſiæ ipſam etiam dignitatem, officium ſeu prærogativam juris Primipilariatus ſ. Antebellatoris inter Viſurgim & Rhenum, atque ex eo tempore Archiepiſcopi Colonienſes unicipitem Aquilam inſignibus ſuis addiderunt, & jus habent Archiſtrategi & Generalatus bellorum inter Rhenum & Viſurgim, cum poteſtate dandi conductum, & mandare, ne absque Archiepiſcopi conſenſu in eo inter annes Rhenum & Viſurgim tractu Arcet aut munimenta quisquam moliatur, quibus aut ducendi exercitus officium, aut cæteri conductus libertas impediantur. Supplem.* ad *Lev. Northof.* p. 409. *Schaten.* Ann. Pad. P. II. p. 373.

(3) *Ægidius Gelenius* loc. cit.

(4) Comitatus Marcani gubernatione interim relicta Gerhardo Plettenbergio, Dapifero ſuo. *Schatenius* l. c. p. 330. *Lev. Northof.* p. 405.

(5) Splendidi convivii, quo Regiomonti ſexcentos equites ſimul exceperit, meminit *Gerhardus Schurenius*, & ex eo *Stangefol.* p. 430.

(6) Corpore elegantem, moribus & vita ornatum, Baccalaureum juris Canonici. *Lev. Northof.* p. 405. *Schatenius* l. c. p. 340.

Digitized by Google

TAB. VII. GENEALOGICA

PRINCIPUM NASSAVIO-ARAUSIONENSIUM.



mitis Clivenſis, pro jure 18. aureorum millia accepit. Melior enim eſt, ut habet conjugalis Mappæ Naſſoviceæ iſtius matrimonii ἐπιγραφή, certa pax, quam ſperata victoria. Obiit Dillenburgi anno 1390. Engelbertus, ejus filius, ex hac Joanna Bredaenſi Joannem & Henricum viciſſim ſuſtulit. Anno 1442. Bredæ mortuus. Joannes ex Maria Hinsbergia inter cæteros Engelbertum novum, virum ſtrenuum, & primum in familia Naſſovia aurei velleris Equitem, Belgicarum Dynaſtiarum, itemque Joannem, Naſſovii Comitatus in Germania ſuperiori hæredes, reliquit, itidem Bredæ anno 1475. defunctus & conditus. Engelbertus, rebus multis præclare cum Carolo Burgundo & Maximiliano primo Auſtrio Imp. ejus genero, geſtis, clariſſimus, relicto fratre Joanne ſucceſſore an. 1504. etiam Bredæ deceſſit. Joannes ex Anna Haſſa, Henrici Landgravii filia, Mechtildis, Joanni, Duci Clivenſi, nuptæ, ſorore, Henricum, qui in Belgicis, & Wilhelmum, qui in ſuperioribus Germanicis ditionibus hæreditatem ab ipſo relictam adierunt, edidit. Henrici filium, Renatum, Philibertus Chalonius, Princeps Arauſionenſis, quia ſororem ſuam Claudiam duxerat (1) 1530. in obſidione Florentina ſine hæredibus occumbens, poſt patrem a. 1536. mortuum, Principatus Arauſionenſis hæredem dixit. Renatus, ubi in obſidione Landreſiana an. 1544. periiſſet, iterum Wilhelmum Naſſovium, Wilhelmi filium, patruelem, Philippi, Mauritii & Friderici Henrici (2) patrem, ejusdem Principatus hæredem inſtituit, ipſius vero frater Joannes ſuperioris Germaniæ Dynaſtias omnes retinuit, & ad filios atque nepotes magno numero derivavit.

Sed a familia Naſſovia ad Marcanam, unde digreſſi, revertamur. In hac porro Engelbertus noſter, in bello civili (3) Geldro, inter fratres Reinholdum & Eduardum anno 1361. exorto, huic patrocinatus, ab eodem Limarſiam in 5800. Scutatorum pignus anno eodem accepit, quod Wilhelmus, fratrum ex ſorore Maria nepos, Juliæ ac Geldriæ Dux, anno 1382. iterum redemit, Reinholdus vero, ejus frater, Adolpho, primo Clivorum Duci, in pugna ſaltus Clivii anno 1397. captus, pro 10. Scutatorum millibus viciſſim anno 1406. in pignus tradidit. *Bellum Geldricum fratrum.*

Idem, cum frater ipſius, Theodoricus Marcanus, Dinslacenſis Dynaſta, & Diœceſios Oſnabruggenſis bis, ut dicemus, (4) fidelis adminiſtrator, a Gerhardo Hoyæo, Epiſcopo Mindenſi, cum Theodorico & Eberwieno Volmenſteiniis, in prælio ſuperati & capti eſſent, Mindam obſedit, nec diſceſſit, donec fratre cum ſuis reſtituto, (5) pax iniretur. *Theodoricus Marcanus, frater Engelberti ſecundus.*

Anno 1369. contra Fridericum Saerwerdanum, Morſenſem Comitem, qui in Archiepiſcopatu Colon. Engelberto, ejus patruo, (6) ſucceſſit, pro civitate Colon. belligeravit. Et *Bellum Colonienſe.*

(1) Imo hæc mater ejus fuit, Henrici II. conjux ſecunda.

(2) Cujus ex filio Wilhelmo nepote, *Wilhelmo Henrico*, Rege Angliæ, anno 1702. absque liberis mortuo, *Friderici I.* Rex Pruſſiæ, matris *Luiſæ*, Friderici Henrici filiæ primogenitæ, jure, integram hereditatem Arauſionenſem ſibi vindicavit, qua vero de cauſa cum reliquis Naſſaviæ Principibus, a Johanne ortis, maxime Diezenſis lineæ, adhuc contenditur. Vide adjectam *Genealog. Tab. VII.* Scripta *Pruſſica:* Summariſcher Beweiß des unwiderſprechlichen Rechtens Sr. Königl. Majeſt. in Preuſſen auf die Succeſſion ſeines Herrn Groß-Vaters, des Printzen Friedrich Henrich von Oranien, & *Succinctæ Elucidationes*, oppoſitæ den Korten Remarques, quibus Reg. Maj. Bor. jus ſuccedendi ex Teſtamentis Renati, Wilhelmi I. Annæ Egmundæ & Friderici Henrici, porro aſſeritur, & ad dubia reſpondetur. *Naſſavica:* Korte Remarques, dienende tot Wederlegginge van de alſo genaemde Sommaire Informatie &c. item Deduction des Droits inconteſtable pour lesquels Son Alt. Seren. Guillaume IV. Succede a S. M. Britannique, aliaque utriusque partis a *Joh. Chriſtoph. Lunigio* commemorata in *Bibliotheca curioſa Deductionum*, ſub Titulis Preuſſen & Naſſau, atque partim impreſſa in ejusdem Grundfeſte Europäiſcher Potentzen Gerechtſame. Momenta rationum utrinque ſummatim exhibet *Chriſtoph. Hermann. Schweder* in Theatr. Hiſt. Prætenſ. & Controv. illuſtr. p. 234. ſeqq.

(3) De quo vide infra *Hiſt. Geldriæ. Schaten.* l. c. pag. 358. 359.

(4) Altera abhinc pagina.

(5) *Ertmannus* in Chron. Osnabrugg. p. 231.

(6) Ita quoque in *Supplemento* ad *Lev. Northof.* p. 410. ſcribitur. Sed Engelberto 1368. defuncto, Cuno, Archiepiſcopus Trevirenſis, Engelberti Coadjutor, cum Archiepiſcopatum Colonienſem recuſaret, *Commendatarius* primum Eccleſiæ Colonienſis, poſtea *Vicarius Generalis* Pontificis in eadem Eccleſia, atque tandem *Adminiſtrator* conſtitutus fuit, aſſumto Coadjutore

Digitized by Google

Et licet auxiliatores Archiepiſcopos Moguntinum & Trevirum, Henricum Wolfium, Monaſt. Theodoricum ab Horn, Oſnabrug. Epiſcopos, haberet, Werlam tamen cœpit, & pagis Lechenichio & Gimnichio incenſis, Botzelarium inſedit, & captum cum locis vicinis Henrici a Munſter, arce Tillana excepta, diruit.

Oppugnatio Droſtiorum.

Contra Hermannum etiam atque Bernhardum, Droſtios Equites, pugnavit. Quibus cum ſuffragati eſſent Steinfurtenſis, Solmæus & Meerveldicus Dynaſtæ, Ludinchuſius ipſe, ex improviſo ab iisdem obſeſſus, fuga elapſus, pugnam inſtauravit, pacemque ſibi favorabilem (1) hoſtibus extorſit.

Bellum Monaſterienſe.

Cum vero anno 1370. Ludinchuſium Engelbertus noſter iterum occupaſſet, Florentius Wevelinchovius, Monaſt. & Theodoricus ab Horn, Oſnabr. Epiſcopi, Comitatum Marcanum Weſthovium usque vaſtarunt, quibus cum reconciliatus, Burggravium Strombergium, (2) ob tyrannidem excommunicatum, oppugnavit.

Simonis Lippienſis vindicatus.

Simoni, Comiti Lippienſi, arcem Rhedanam obſidenti, contra Nicolaum Tecklenburgium, Rhedæ Dynaſtam, adjumento fuit, qui cum Lippienſem cœpiſſet, Theodorumque Volmæſteinium & Bertholdum Bredenolium, Equeſtris dignitatis viros, Engelberto noſtro militantes, occidiſſet, ipſius tandem conſilio, pace inita, pro Simonis Comitis

Lippolis medietas Marcæ accidit.

λύτρῳ octo mille Marcas argenti puri, five 600000. florenos exſolvit: Quorum loco arx Lipperadia, ipſumque oppidum Lippienſe, die Margarethæ anno 1376. ſibi obligata: (3) quod antea quoque, anno nimirum 1366. ob dotem Margarethæ, Engelberti Falckenburgii, Epiſcopi Colonienſ. neptis, Domino Cranendonckio nuptæ, numeratam, pro 3000. florenis ſibi oppignoratum (4) erat. Anno 1399. Adolphus, Engelberti nepos, primus Clivix Dux, eadem pignora continuavit, anno 1433. medietatem ejus ſibi comparando; (5) Joannes vero, Adolphi primogenitus & ſucceſſor, cum Bernhardo & Simone, Comitibus Lippiacis, die Mercurii poſt Dominicam Lætare an. 1445. ex voluntate patris, de eadem mediæ urbis proprietate ſibi tradenda, plene transegit. (6)

Anno 1379. porro Engelbertus noſter, cum Florentio Wevelinchovio, Monaſt. Theodorico ab Horn, Oſnabr. Henrico Spiegell, Paderborn. Epiſcopis, arcem Rhedanam, in quam Otto Teckleb. & Burggravius Strombergius confugerant, obſedit. (7)

An-

---

tore cognato ſuo, Friderico Saarwerdano, qui demum anno 1370. Archiepiſcopatum Colonienſem accepit. *M. Chron. Belgic.* p. 316. *Ægid. Gelenius* de Magnit. Colon. p. 50. De turbis eo tempore inter civitatem & Capitulum ortis, vid. cit. *Supplementum & M. Chron. Belgic.* p. 317. *Schatenius* Ann. Pad. P. II. p. 372.

(1) *Schatenius* Ann. Pad. Part. II. p. 381. utramque partem in multam 4000. Scutatorum, ob fractam pacem, condemnatam fuiſſe judicio Epiſcopi Paderbornenſis, utpote Mareſchalli Weſtphaliæ.

(2) *Burchardum*, quo Burggraviatu a Carolo IV. proſcripto, Burggraviatus ad Monaſterienſem Epiſcopatum translatus fuit. Vid. *Stangefol.* p. 453. *Ertwini* Chron. Osnabruggenſe p. 235.

(3) *Gerhard. Schurenius* in MS. Hyruth wardt tuſchen den Partheien ein Soyn gemackt bey alſülchen Furtworden, dat Joncker Symon Edell Herr thoe Lippe, den die Greve van Teickenbergh der Tyt gefangen hadt, die Stadt van der Lippe verpanden und verbynern ſolde thot Handen Greve Engelbrecht van der Marck vurß voe acht duiſent Marck pupts Sylvers für ſyne Gefangniſſe, und dat geſchient waß, doe wart Joncker Symon van der Lippe ſyner Gefencknis loß und ledig. Vero non tam in lytrum Simonis, quam militarium Engelberti, qui ſimul capti erant, illam pecuniam expoſitam fuiſſe, refertur in MS. *Honſeler.* & rectius. Etenim cum Comite Tecklenburgico hac conditione pax facta, & Simon dimiſſus fuit, ut illius filio Ottoni *Eilika*, Simonis, Comitis Lippienſis, filia, nuberet, atque Dominium Rhedanum dotis loco, jureque hereditario, ſi liberos cum Eilika nancifceretur, poſſidendum daretur. *Joh. Pideritius* in Chronic. Comit. Lippiæ p. 529. *Hamelmannus* p. 396. *Schaten.* Annal. Paderb. P. II. pag. 385.

(4) Ut charta teſtatur apud *Stangefolium* p. 443.

(5) Vide notas ſupra ad *Urbes* Comit. Marcani.

(6) Ut liquet ex Tabulis apud *Johannem Pideritium* l. c. p. 560. *Schatenius* quoque Ann. Pad. Part. II. p. 370. ea de re ſcribit, ſed injuriose in præſentes Lipſtadii poſſeſſores.

(7) Pace facta Comes Tecklenburgenſis Burggravium dimittere, atque alias conditiones duras inire debuit, caſtro Strombergenſi Epiſcopo Monaſterienſi relicto. *Chron. Kleinſ.* apud *Stangefol.* p. 453. *Ertwinus* in Chron. Osnabrug. p. 235. 236. *Schatenius* Annal. Paderb. P. II. p. 397. 406. & 407.

Digitized by Google

Anno 1387. cum Friderico Saerwerdano, Colon. Florentio Wevelinchovio, Monaſt. Henrico Spiegell, Paderb. Epiſcopis, Tremoniam oppugnavit, & prius agros civium, ne egrederentur, infeſtos tenuit: donec controverſia tota compoſita, ipſi cives, propugnaculis ante urbem eorum demolitis, reſiduam pro tutela pecuniam exſolverent, 10. vero aureorum (1) millia Engelberto Comiti mutuo darent, quæ non ipſe, ſed ejus hæredes reddere tenerentur. In cujus rei fidem vicinæ urbes, Suſatum, Hammona, Unna, quod omnes pacti conditiones a civibus impleri debeant, fidejuſſerunt. *Tremoniæ oppugnatio.*

Anno 1391. die Martis poſt Barthol. feſtum, ob Adolphum fratrem, Clivenſem Comitem, in bello, cum Archiepiſcopo Colon. Friderico Saerwerdano, ob telonium Cæſarinſulanum, & ditionem Linnenſem geſto, a Reeſenſibus, qui tum adhuc Archiepiſcopo parebant, Rheno deſcendentem captum, aſſumpto filio ejus adhuc impubere, Adolpho cognomine, Orſoviæque, Rheno trajecto, diœceſin Colon. ingreſſus, novem noctibus totidemque diebus in ea graſſatus eſt: Et prima quidem ad Ordingam, ſecunda ad Zonſam, tertia & quarta inter urbem Colon. & arcem Broel, quinta ad Bruiwielerium monaſterium, ſexta inter Vrechenium, Lechenium & Gelbium pagos, octava ad Freimorsdorpium prope caſtrum Reiſerſcheidium, nona vero ad Orſoviam, ditionis Clivenſis oppidum, conſedit, atque ſic domum rediit, controverſia 2. Maji an. 1392. ut mox in Adolpho dicetur, compoſita. *Bellum Colonienſe.*

Anno 1390. contra ipſum nobilitas Provinciæ Marcanæ inſurrexit, quod vix tandem ante obitum ab ipſo compoſitum. Wetteræ enim æger, cum medici de vita ejus deſperarent, condito teſtamento, ætatis 62. in feſto S. Thomæ ſacro anno 1392. extinctus, die S. Stephani in feriis Paſchalibus armata manu Frundebergæ conditus eſt. De quo Vir nobilis in Clivia ita in Elegia ſua:

Tremoniam Anſpergiumque premis: componitur ære,
(Ære auro quovis utiliore magis.)
Bremenſemque facis fratri conſtare thiaram,
Aldenburgiacam nec rapere invidiam.
Tum cum Lippiaco tibi Dinslacioque Dynaſtis,
In Mindam it bellum, pax properata redit.
Ad Solimæa vocans melius divortia, Martem
Prutenum afflictæ relligionis opem.
Geldrorum in fratrum rediens certamina mœſta
Incidis, & victor per Te Eduardus ovat.
Infeſtos Montenſem, Ubios compeſcis inanes,
Anſpergum & ſpoliis cogis habere vias.
Weſtphaliæ Marſchalcus, & in mala publica vindex,
Vult ſimiles multos Marca videre Patres.

Theodoricus, fratris Engelberti ſucceſſor, Comes Marchiæ factus eſt in ordine 12. cui frater Adolphus, de quo mox, Dominium Dinslacenſe cum Duisburgo & Rurortha antea conceſſerat, Engelbertus vero Comitatum Marcanum cum medietate telonii Bouricenſis & Limarſiæ pignore ad ipſum derivavit. Ad adminiſtrationem (2) vero ditionis Oſnabrugg. quam Joannes Hœdius, Juris canonici Doct. Epiſcopus ejus, ære alieno preſſerat, vocatus, per 12. annos adminiſtratione ſuſcepta, ab eodem illam liberavit. Caſtrum Iburgium ex manu Tecklenburgiorum eripuit, Gronebergium redemit, & in utroque, ſicut etiam Vaſtennauvico, portas ſuis inſignibus conſpicuas conſtruxit, ſed bello cum Gerhardo Hoyæo, Epiſcopo Mindenſi, opera fratris Ottonis, Comitis Hoyenſis, adjuto, implicitus, ipſe anno 1363. vulneratus, & multis ſuorum cæſis, cum Eberwino & Theodorico Volmæſteiniis captus, & tantiſper detentus fuit, dum fratrum, Engelberti *Theodoricus.*

(1) *Schatenius* 16. fuiſſe memorat, propter jus, quod Comes Marcanus in illam urbem obtenderit. Ann. Paderb. Part. II. p. 427.

(2) Sive Vicariatum, quem ſumma cum laude bis geſſit, caſtris & oppidis, quæ Epiſcopi Johannes Hoet & Melchior Brunſuicenſis alienaverant, redemptis, novisque ſuis ſumptibus inſuper conditis. *Erdw. Ertmannus* in Chronic. Osnabruggenſ. p. 230. 231. 232. *Schatenius* Annal. Pad. P. II. p. 363. 388. 395.

Digitized by Google

berti Marcani, & Adolphi Clivii, armis in libertatem reſtitueretur. Reſtitutus, & Præpoſitus Colonienſis factus, iterum revocatur, ut pro Melchiore, Duce Brunſwicenſi & Lunenburgenſi, Grubenhagio, Epiſcopo Oſnabruggenſi, Joannis Hœdii (cum Lubbertus Craſſenſteinius electus in ſtatu religioſo permaneret,) ſucceſſore, qui ſe & ditionem novis iterum difficultatibus intricarat, adminiſtraret: ubi iterum omnia oppignorata redemit, & Melchiorem ex captivitate Comitis Hoyenſis adſeruit: Sed, etſi de Eccleſia & ditione Oſnabruggenſi bene meritus eſſet, translato tamen Melchiori, ipſo præterito, (1) Theodoricus ab Horn ſuffectus eſt. Anno 1370. ob controverſiam fratris Adolphi cum Friderico Saerwerdano, Archiepiſc. Colonienſi, diœceſin hanc, qua Comitatui ſuo adjacet, ingreſſus, eandem Bremam usque devaſtavit. Obiit ipſo Urbani die an. 1406. Weſaliæ in monaſterio Dominicanorum ſeu Prædicatorum ante majus altare conditus, ut verſus habent (2) tumbæ inſcripti:

Diederich de Marca, vir nobilis, hac jaret arca,
Natus Gelrenſis, Arberch, Marcaque Clivenſis,
Anno Milleno quadrinteno quoque ſeno
Urbani feſto diſceſſit, Rex memor eſto:
Atque Maria pia ſis ſibi propitia. Amen.

Adolphus VI. Adolphus ſextus, Adolphi quinti, Marchiæ Comitis, ex Margaretha Clivia filius ſecundogenitus, Juris utriusque Licentiatus, quia frater Engelbertus primogenitus erat, poſt Ludovicum Haſſum, ex Canonico Colonienſi primum anno 1357. Epiſcopus Monaſterienſis factus eſt: Deinde, etſi Joannes Vierneburgius, Decanus Eccleſiæ Colon. Cathedralis, multorum ſuffragia haberet, ille tamen, Monaſterienſi Epiſcopatu Comiti Vierneburgio viciſſim reſignato, Urbani V. Pontificis aſſenſu anno 1363. in Archiepiſcopum Colonienſem electus. Cum vix novem menſibus præfuiſſet, tanto amore proſecutus eſt conjugium, ut relicto, (3) ac Engelberto patruo, Epiſcopo Leodienſi, Archiepiſcopatu Colonienſi oblato, & ab illo urbis, caſtri & telonii Berckenſis pignore pro 55. millibus Scutatorum per quinquennium, conſenſu Gumberti, Præfecti Colonienſis, Domini Alpenſis, & Sobbonis, fratris ejus, accepto, an. 1364. uxorem duceret Margaretham, Gerhardi, Comitis Julii & Montani, filiam, quam habebat chariſſimam, quæ antea a parentibus Canonicatui ad S. Cœciliam Coloniæ deſtinata fuerat. Deinde, vacante anno 1368. Comitatu Clivenſi, patruo materno, Joanni Clivio, poſt multam controverſiam, (4) ſub Ca-

(1) Epiſcopatum vero Leodienſem, ad quem poſtea electus erat, recuſavit. *M. Chr. Belg.* p. 333.

(2) *Petrus Verbagh* in *Clione Menapia* ita de eo canit:

Bis denus Comitum Theodorus & inclytus Heros
Brumas bis ſeptem Marchica rura tenet.
Hunc captum Mindam capiendo fortiter urbem,
Aſſeruit fratrem frater uterque ſuum.
Osnabruga gravi bis ære gravata gubernat
Jugera: bis eadem liberat ære gravi.
Clivica dat vivens fratri, niſi parte retenta,
Sic moriens cælebs Marchica ceſſit ei.

(3) Vide Not. ſupra ad *Johannem*, ultimum Comitem Clivenſem.

(4) De qua trium præcipuorum MS. *Hiſtoriæ Cliviæ* verba, cum apud Scriptores impreſſos pauca admodum de hac controverſia legantur, adſcribere operæ pretium erit:

Secretarius Clivenſis *Anonymus*, quem ſupra jam citavimus, "Anno, *ſcribit*, Domini 1368. „die Menſis - - Novembris, decedente dicto Domino *Johanne* Comite ſine prole legitima ab„eo relicta, magna oriebatur controverſia inter nepotes dicti Domini Johannis ſuper ſuc„ceſſione hæreditaria ad Comitatum Clivenſem, videlicet inter Dominum *Theodoricum*, Do„minum de Hoirne & Perwiſch, primogenitum Dominæ Irmgardis, Dominæ de Hoirne, „ſororis Domini Johannis ante dicti, qui & habuit poſſeſſionem caſtri, oppidi & Dominii „de Cranenburgh titulo pignoris, ex una parte, & Dominum *Ottonem* de Erkel ex alia par„te, atque Dominum *Adolphum* ſecundo genitum de Marka, tunc poſſeſſorem caſtri, oppidi „ac thelonii de Berka titulo pignoris, iterum ex alia parte, qui & duos adhuc fratres habuit, „ſcilicet *Engelbertum* ſeniorem & *Theodoricum* juniorem, natos de Domino *Adolpho*, Comite „de Marka, & Domina *Margaretha*, ſeniore filia quondam Domini Theodorici, Comitis Cliven-

Carolo IV. ejusque filio Wenceslao, Impp. succedit, Comes Cliviæ factus 28. & ultimus, Mar-

„venſis germani, & Anteceſſoris dicti Domini Johannis Comitis, poſt cujus obitum præfa-
„tus Dominus de Hoirne, qui ipſius Domini Johannis continuus Conſiliarius & familiaris
„domeſticus extiterat, cepit in manus ſuas caſtrum Clivenſe, requirens ulterius ab oppido
„Clivenſi pro Comite admitti, & ſibi fidelitatem præſtari. Oppidum autem renuebat, ſic-
„que caſtrum & oppidum fuerunt ſimili modo contraria. Dominus vero de Arkel *Otto*,
„Arnoldi, Ducis Geldriæ, abavus, cum magna Comitiva armatorum, cui Dominus Eduar-
„dus Gelriæ perſonaliter affuiſſe aſſeritur, locavit ſe in campo inferiore prope Clivis, pe-
„tens & requirens ab oppido Clivenſi pro hærede intromitti & acceptari. Cui quidem re-
„quiſitioni oppidum etiam non paruit. Tandem ſupervenit Adolphus de Marka cum Co-
„mitiva ſua ad ſuperiorem campum prope Clivis, ſimiliter petens, ut ſupra, qui ab oppido
„cum ſuis fuit intromiſſus, & pro Domino hæreditario receptus. Quo facto aliæ duæ par-
„tes in caſtro & campo inferiori reſidentes receſſerunt, moventes dicto Domino Adolpho
„guerram, in qua Dominus Eduardus Dux, in favorem Ottonis, Domini de Arkel, ſe etiam
„dicto Comiti oppoſuit. Idem Dominus Adolphus, recepta ulterius fidelitate ab aliis ca-
„ſtris & oppidis terræ Clivenſis, aſſignataque Domino *Engelberto*, fratri ſuo, medietate the-
„lonii in *Buderick*, cum caſtro & diſtrictu *Lymersth*, & Domicello *Theodorico*, fratri ſuo,
„terra de *Dinslaken*, juxta compoſitionem inter eos factam, dictis partibus animoſe reſiſte-
„bat, cum adjutorio Domini Engelberti, fratris ſui, qui propter certos defectus ſuos Domi-
„num Eduardum præfatum etiam citaverat.

MS. *Honſelerianum*“ Moritur, *ſcribit*, Johannes virtute plenus & gratia anno 1368. legi-
„tima prole carens. Eapropter graviſſima cepit inter nonnullos Principes guerra, quorum
„quilibet hereditatis jure præſtantiore militare videbatur. Nam *Theodoricus* de *Perwiſch*,
„Johannis ex ſorore nepos, Conſul & Commenſalis, arcem Clivenſem, Orſoy & Cranen-
„borch occupavit. *Otto* quoque de *Arkel*, ipſius ex fratre Ottone, Clivenſi Comite, nepos,
„ope Eduardi, Geldriæ Ducis, in convallibus caſtri Clivenſis caſtra metatur, petens a civi-
„tate in Dominum aſſumi, quæ cum Theodorico non favebat, ſed caſtrenſibus contrarie-
„batur, & a civibus & militaribus, ibi congregatis, utrisque Principatus denegabatur. Quip-
„pe *Adolphus* de *Marka*, Colonienſis Archiepiſcopus electus & confirmatus, ad Laicatum
„aſpirans, qui & Johannis erat e fratre Theodorico, Clivenſi Comite, pronepos, a civibus
„& militaribus terræ in Comitem aſſumptus eſt, ceteris poſthabitis, cui mox Otto de Arkel
„adhærens, Theodorico de Perwiſch, pro juris ſui reſignatione, certa pecuniarum quota
„conceſſa eſt, moderante id Johanna, Brabantiæ Duxiſſa. Quibus ita compoſitis Adolphus
„reſignavit Colonienſem Eccleſiam, Capitulo & Papa conſentientibus, Engelberto de Mar-
„ka, Leodienſi Epiſcopo, quique eadem autoritate uſus Eccleſiam Leodienſem contribuit
„Johanni de Arkel, Trajectenſi Præſuli, Ottonis germano, ex Ottonis, Cliviæ Comitis, filia
„progenitis Anno Domini 1364. Reſignaverat quidem Adolphus Epiſcopatum annis ferme
„quatuor ante ſuſceptum Comitatum, retentis ſibi ex fructibus Eccleſiaſticis reditibus certis
„ad vitam ipſius, talique modo Clivenſis Comitatus veterrimus a linea defecit maſculina ad
„Marchiæ Comites.

Gerhardus Schurenius in MS. Dieſe ſelve Johan van Cleve, als uith viele ſyne nahgelate-
ne Schrypſten befindt, was eyn gnedet-thycen Man, wyſe und beſcheiden, armen Luyden
den dede hie gröte Behulpe, up lychte of klein Myßdaet of Bröcken en was hie nyt ſarende, mar
tegen ſyn Vianden was hie ſtreng und menlick; hie ſtarf in den Jayr 1368. und lieth
Soen, noch Dochter, noch Bröder achter, und hierumb ſoe ſtunde eyn gröte Twydracht
up, ſoe oere vyer begonden tho wercken, um dat Land van Cleve, als nemlick Herr Derick,
Herr van Horn und van Parwyß, Herr Ott, Herr van Arckel, Greve Engelbrecht van der
Marcke, und Adolff Elect tho Colne; & poſtquam de hac Adolphi electione in Archiepiſco-
pum Colonienſem ejusque abdicatione egerat, Alsdan die guede Greve Johan van Cleve
vurtz ſonder Soen, ſonder Dochter, ſonder Bröder geſtorffen was, und die Burgl. vier
Herren, als Ider van oen gern Greve tho Cleve geweſt hadde, und Herr Derick, Herr van
Horne und van Parwyß, eyn van denſelben Vieren des Burgl. Greven Johans, doe die noch
leefde Räth und deglichs Huißgeſinde in dem Hueße tho Cleve was, ſo nam hie Irſtmals
tot ſynen handen die Borch tho Cleve ſyn tho ſeggen Herr tot den Lande van Cleve hadde
und Frauwe Johanna van Brabant bedingden, darnha tuſchen vurtz Greve Adolff van Cle-
ve, und tuſchen den van Parwyß, alſo dat oick ein Summa an Gelde kreich, dair hie over-
gaff tot Behoiff Greven Adolphs Burgl. und ſyner Erven allen ſyn Recht oen tot den Lande
van Cleve gebören möchte, und alſuß wardt dieſe Greve Adolff vurtz ein geweldig und fre-
dich Herr und Beſitter des Landts van Cleve ꝛc. Convenit quoque cum his *Barthold. Akerla-
ken* in *Genealog. Ducum Clivenſ. Juliacenſ.* &c.

Marchiæ vero Weſtphalicæ in ordine 13. quam tamen frater Theodoricus ad usque mortem poſſedit, & tum nepoti Adolpho, patris cognomini, anno 1406. ut jam diximus, reliquit. Anno igitur ſupra dicto 1368. ubi Clivenſibus oppidis omnibus avi Theodorici noni privilegia ipſa B. Thomæ Apoſtoli confirmaſſet, in integro Comitatu inauguratus eſt: præſentibus Conr. Saffenbergio, Gumprechto Alpeno, Præfecto Colon. Henrico de Offte, Theodoro de Montforth, Wilhelmo **in den Haede**/ Joanne Budel de **Dorrenwalt**/ Joanne de Linſcoten, Theodoro de Limburgh, & Theodoro ut en Venne, equeſtris dignitatis Viris. Ut vero civium Clivenſis Metropolis animos tanto magis ſibi devinciret, iisdem Mercurii poſt Matthæi Apoſtoli feſtum, anno 1370. partem nemoris prope urbem ſiti contribuit: Calcarienſibus etiam privilegia ſua an. 1368. partim auxit, partim confirmavit, quæ ſupra (1) annotavimus.

Conjugium. Liberi.

Uxor Margaretha Montana Cæſaris Inſulæ pignore ipſum dotavit, ob quod magnum poſtea bellum exarſit. Ex ea vero liberos ſuſtulit 16. (2) filios ſeptem, Adolphum in Comitatu Clivio, Theodoricum & Gerhardum in Marcano ſucceſſores, Henricum, Gwalterum, Joannem & Wilhelmum primo juventutis flore exſtinctos; filias itidem novem, Margarethan, Alberti Bavari, 26. Hollandiæ Comitis, & Ludovici Imp. filii, Wilhelmi fratris, uxorem ſecundam (3) improlem, Conventus Prædicatorum Hagæ-Comitis in aula fundatricem, cui an. 1394. arcem Cliviam prope Harlemum Albertus ſtruxit, apud Jacobinos Hagæ-Comitis conditam: Myntam, Carolo, Bohemiæ Regis filio, vel potius Ottoni Haſſo, dicto Sagittario, junctam: Wendeliam, Philippo, Comiti Niverſio: Eliſabetham, Reinhero (4) Falckenburgio, Bornæ, Sittardi, Brugæ ac Ravenſteinii Domino, & poſtmodum an. 1400. in coronatione Roberti Palatini, Romanorum Regis, Coloniæ facta, Friderico Palatino Rheni, Duci Bavariæ & Bipontis, copulatam: Engelbertam, (5) Friderico, Comiti Mœrſano, conjunctam, quæ cum marito anno 1446. in oppido Mœrſano cœnobium Carmelitis erexit, inque eo 7. Decembr. an. 1458. Coloniæ ad S. Panthaleonem mortua, inhumata: Juttam, Wilhelmo, Juliæ Duci, poſt primæ conjugis obitum, ut quidam volunt, deſponſatam: Joannam, an. 1401. Abbatiſſam S. Claræ Hœrdenſem, & Catharinam denique anno 1459. Bouricæ in virginitate defunctam, & in vicina Carthuſia Gravienſi apud fratrem, primum Clivorum Ducem, ejus fundatorem, tumulatam.

Wilhel. Dillichius in Chron. Haſſiaco an. 1617. Germ. edito.

In hujus Adolphi, Clivorum Comitis, aulam Otto ex Landtgraviis Haſſiacis, Sagittarius dictus, hac occaſione (6) venit: Pater ejus Henricus, Adelheidis Ravensburgicæ maritus, Henrici Haſſiæ infantis nepos, Henrici Ferrei & Eliſabethæ Miſnicæ filius, ut alteri primogenito, Henrico cognomini, Provincia integra cederet ſtatui Eccleſiaſtico, eumque in finem Pariſios ad ſtudia Ottonem deſtinavit, verum is, a ſtatu hoc abhorrens, Coloniam cum tribus Miniſtris, indeque Clivopolim perrexit, Sagittarii munere aliquamdiu defunctus, donec ab Henrico ab Homburgh, ad Aquenſia Lipſana tendente, illucque tranſeunte, agnitus, Adolpho Comiti poſt longam tergiverſationem revelatus eſt. Hinc fratre natu majore, peſte per totam Germaniam ſæviente, extincto, a patre ſene revocatus eſt. Cumque ex filiabus Adolphi unam, ſic ipſo volente, in matrimonium

(1) De Urbibus *Provinciæ Clivenſis*.

(2) Ut quoque teſtatur hoc Adolphi in Eccleſia cathedrali Clivenſi Epitaphium:

In den Jare onſers Heren 1394. op onſere lieve Vrouuen avont Geboorte ſtarſt Alef van den Marck, die Biſchop was te Munſter en te Ceulen, wert daer naer Greve te Cleve, en name ten Wyve Margaretha, een Dochter van den Berge, die badden te ſamen XVI. Kindere, en de alſte van deſe Kinderen wert Greve naer den Vader, ende het Aleph.

(3) *Joh.* a *Leydis* Chronic. Holl. lib. 31. c. 37. *Poſt ejus* (concubinæ, quam defuncta priori conjuge habuerat, Aleidis) *occiſionem Dux præfatus accepit in uxorem* Margarethan, *juvenculam filiam Adolphi, Comitis Clivenſis, de qua non genuit.*

(4) Sive Rainaldo, ut patet ex pactis dotalibus inter ipſos, & Eliſabethæ renunciatione in Comitatum Clivenſem. Vid. infr. Cod. Diplomat. No. LXI. LXII.

(5) *Catharina* vocatur in pactis dotalibus, quæ vide infra in Cod. Dipl. No. LXIII.

(6) Ut quoque refert *Adelarius Erichius* Chronic. Juliac. p. 261. 262. Nullam vero neque ejus Ottonis, neque matrimonii cum Adolphi filia mentionem faciunt *Chr.* MS. *Schurenium* & *Honſelerianum*.

Digitized by Google

um accepiſſet, ipſe Spangebergium caſtrum, uxor Francobergam in dotem acceperunt: Ita honori reſtitutus atque familiæ illuſtri, Otto non diu eidem ſuperſtes vixit; veneno enim, ut volunt, intoxicatus periit, poſt cujus fata uxor Clivenſis adhuc duodecim in viduitate annos tranſegit.

Adolphus autem noſter, Clivorum Comes, regiminis initio cum Mechtilde Geldra, Joannis avunculi magni & anteceſſoris relicta vidua, ob Dominia Linnenſe & Orſovium controverſiam habuit, quæ ob ſucceſſionem, quam in Ducatu Geldrico poſt obitum fratrum, Eduardi & Reinholdi, anno 1371. defunctorum, prætendebat, ita compoſita eſt, ut ditio Linnenſis & oppidum Orſavium cum telonio Mechtildi ad dies vitæ in uſufructum manerent, (1) Adolpho vero civitatis Emmericenſis ipſâ Matthiæ anno 1372. pro 38. mill. antiqu. Scutorum, Mechlinienſis item dominii pro 17. mill. ſimilium Scutorum, cum Inſulis Tielenſi & Bomelienſi, oppignoratio concederetur. (2) Ita reconciliatus in conſequenda (3) Provincia Geldrica, Mechtildem anno 1372. Joanni Caſtilioni, Comiti Bleſenſi, tertio nuptam, armis ſuis egregie adjuvit, civesque Neomagos 350. in valle Scalsdael fudit. Cum vero Mechtildis hæc Geldra an. 1388. diem ſuum Huſſenæ Batavicæ obiiſſet, & idcirco Orſaviam ſibi reſtitui, ut par erat, Adolphus poſtularet, Henricus Strunckedenus, qui Stephano a Duiven in adminiſtratione hujus præfecturæ ſurrogatus, ſibi Mechtildem pro 18000. Scutatis eandem obligaſſe, ante reſtitutionem reddendis, prætendit; contra Adolphus, (4) ipſam oppidum tanquam uſufructuariam tantum poſſediſſe, adeoque illud ære alieno gravare, neutiquam potuiſſe, imo uſufructum ſine onere proprietati conſolidatum, affirmavit. *Res geſtæ.*

Fridericus Saerwerdanus, Archiepiſcopus Colon. huic ſe controverſiæ, ob telonium Cæſaris-inſulanum, ad quod territorium Linnenſe commode ſitum erat, miſcuit. (5) Quia enim Civitates omnes diœceſis Colonenſis pro debito Adolphi in telonio hoc oppignorato, nempe 13. mill. antiq. Scut. ſemel dandis, & duobus millibus eorundem, cum duobus vini plauſtris, quotannis ex reditibus telonii ad vitam ſibi exſolvendis, an. 1372. fidejuſſerant: & præterea anno inſeq. 1373. de 39. mill. corundem Scutorum, Engelberto Marcano, patruo Adolphi, debitorum, hic apocham Friderico dederat, ejus caſtrum denique Diekium an. 1383. Epiſcopus invaſerat, inprimis cum Henr. Strunckedeno an. 1388. clam tractatu inito, ditionem Linnenſem & Orſaviam occuparat, diſſidium auctum in bellum tandem apertum deſiit. In quo Engelbertus, frater Adolphi, Nicolai Tecklenburgici & Ritterbergici Comitum atque Ludovici Ludinchuſii auxilio ſtipatus, Friderici

(1) *Secretarius Anon.* in *Chron. MS. Cliviæ* hac de re, *Ante dicto*, ſcribit, *Adolpho poſſeſſionem Comitatus Clivenſis adipiſcente, Domina Mechtildis de Gelre relicta, quondam Domini Johannis, Comitis Clivenſis, uſufructuaria caſtrorum, oppidorum & Dominiorum de Lynne & Orſoye, ſibi ab eodem Domino Johanne aſſignatorum, dicto Adolpho in hujusmodi ſucceſſione nimis favebat in principio, ſed ei impedimentum in aliquibus caſtris faciebat, inde inter eos rancor fovebatur & diſſenſio, tandem vero amicabiliter componebatur, ſic, quod dicta Domina de quibusdam Summis & bonis ſibi a marito aſſignatis quietavit, reſervante ſibi uſumfructum in dictis caſtris & Dominiis Orſoye & Lynne. Gerhardus Schuren.* in MS. *Chron.* ſub *Adolpho.*

(2) Ut opem Mechtildi præſtaret ad acquirendum Geldriæ Ducatum. d. l.

(3) Poſt obitum nempe Eduardi I. de Succeſſione in Ducatum Geldriæ contendebant hæc *Mechtildis* atque *Maria*, Wilhelmi I. Ducis Juliaci, uxor, Eduardi ſoror, de qua controverſia vide *M. Chronic. Belgic.* p. 311. *Aquilium* in Chron. Geldr. p. 34. *Iſaac. Pont.* Hiſt. Geldr. lib. 8. p. 299. & Autor infra in *Provincia Geldriæ.*

(4) Qui illud oppidum, vivente adhuc Mechtilde, facta cum Wenceslao Luxemburgenſi, Wilhelmo Juliacenſi, Geldriæ Ducibus, aliisque ſocietate, & Linnenſe caſtrum, quod ex illo mercatores eſſent ſpoliati, obſidere atque in ſuam poteſtatem redigere voluit. *Secret. Anon.*

(5) Simultati jam atque diſſidio inter Archiepiſcopum Colonienſ. & Adolphum cauſam dederat, quod Adolphus in nupero civili bello Colonienſi civium partes amplexus fuerat; Archiepiſcopus e contrario caſtrum Diekium prætextu injuriarum, quibus ab ejus Præfecto, connivente Adolpho, eſſet affectus, ſimul ac caſtrum Vienhoviun diruerat. *Schaten.* A. P. P. II. p. 420. Controverſiæ autem cum Henrico Strunckedeno ex ſola cupiditate habendi ſeſe immiſcuit Archiepiſcopus, atque reddita Strunckedeno creditæ pecuniæ Summa, caſtra Orſovienſe & Linnenſe occupavit, quod, ut & bellum inde ortum pluribus referunt *Chron. Schuren.* & *Honſeler.*

Digitized by Google

Archiepiſcopi ſuffragatores, Henricum Wolfium, Monaſter. & Theodoricum ab Horn, Oſnabrug. Henric. Spiegelium, Paderborn. Epiſcopos, aggreſſus, vicit, & Sulatum atque Werlam captas diripuit: Quo in bello etiam Rutgerus a Boetzelaer Eques, hoſtis Adolphi, Coloniæ a militibus ejus captus, induciis a Wilhelmo, Montium Duce, anno 1389. conſtitutis, dimiſſus eſt. Cum vero Adolphus, ſcapha Rhenum deſcendens, a Reeſenſibus piſcatoribus, qui tum adhuc Archiepiſcopo Colon. parebant, dum non ſatis caveret, an. 1390. comprehenſus & detentus eſſet, armis ejusdem Engelberti, communisque fratris Theodorici, Dynaſtæ Dinslacenſis, cum ſubditis Clivenſibus conjunctis, iterum aſſertus, inprimis vero an. 1391. in eodem bello Engelbertus Marcanus terram Ubiam ingreſſus, depopulatus eſt, ſicuti in ipſius Hiſtoria ſupra annotavimus. Contra Reeſenſes eodem anno, mane nebuloſo aëre Calcariam aggreſſi, & deprædando ingreſſi, a civibus ad arma provolantibus urbe iterum exacti ſunt. Tandem 2. Maji anno 1392. inter partes diſſidentes pax his conditionibus (1) coiit: Ut pro 70000. Rhenanis Linnenſem tractum Archiepiſcopus, & Adolphus Clivius, præter Orſoviam, ditionem Aſpeliam cum oppido Reeſenſi, medietate judicii Koſbucheimenſis, vico Swelmio, & Hagenio pago, pro 57000. florenis perpetuo poſſiderent; Ex 70000. Rhenanis vero Archiepiſcopus 13000. in paratâ pecunia, pro dote Engelbertæ, Adolphi filiæ, quæ Friderico Mœrlano, Archiepiſcopi nepoti, nupſerat, reliquæ ſummæ pignore manente, numeraret; medietatem denique oppidi Santenſis, quod ante totum quoque ditionis Colon. fuerat, pro reſidua pecunia in pignus adderet: In hujus oppidi medietate, poſt confirmata ejus privilegia, Adolphus Theodoricum de Monumento, vulgo **Moermpter**; in altera Fridericus Archiepiſcopus Joannem ab Horreo, **von der Schuyren**/ Præfectos conſtituerunt. Eidem Adolpho anno 1371. Wilhelmus, Montium I. Dux, pro 20000. Scut. antiq. pignore Blanckenbergiam obligavit, quo etiam tempore Fridericus Archiepiſc. ope Adolphi noſtri, caſtra Neunaricum, Garsdorpium, Rodesbergium, Mertzenichium & Bickendorphium, deſtruxit.

Opera publica politica. Opera Adolphi Marcani, Clivorum Comitis 28. & ultimi, ſunt, quod anno 1388. in Provinciæ Clivenſis munimentum, caſtrum Craneburgium ſtruxit: Oppidum vero filius, Adolphus I. Clivorum Dux, anno 1414. muris cinxit.

Anno 1391. pacem provincialem (2) ad certos annos cum Friderico Saerwerdano, Archiepiſc. Colon. VVenceslao, Brabantiæ, & VVilhelmo, Juliæ Geldriæque Ducibus, Rebuspublicis Colon. & Aquenſi conſtituit. Cum Adolpho vero (3) & Theodorico, filiis,

(1) De qua pace *Chronic. Honſel.* "Tandem anno 1393. partibus undique fatigatis, burſisque „evacuatis, & litigantium ira deferbuit, pacis conflato fœdere, ita quod Fridericus ad uſum „ſuæ Eccleſiæ reſervaret *Lyn* & *Orſoy*, quorum loco Clivenſes perciperent *Comitatum de „Aſpel* & *Rees*, quem tamen Colonienſis in tempore Epiſcopus ſeptuaginta Scutorum mil„libus redimere poſſet. *Xantenſis* quoque oppidi medietas Clevitis aſſignata eſt, ubi Comes „Vicarium ſtatuit Theodoricum de Moempter, militem viciniorem. Inſuper Præſul de„ſponſaret ſuis impenſis Engelbertam, Adolphi filiam, Friderico nepoti, Comiti Moerſenſi. „*Secret. Anonym.* Tandem, *ſcribit*, devenit ad contractus inter dictos Dominum Archie„piſcopum & Comitem Clivenſem, & ſequebatur concordia, ano videlicet 1392. ſic, quod „dictus Dominus Archiepiſcopus retinuit dicta caſtra, oppidum & Dominium de Lynne, „& in recompenſam tradidit Domino Comiti caſtrum & Dominium de Aspel & oppidum „Rees pro certa nominata pecuniæ ſumma, titulo pignoris poſſidenda. Expoſuit etiam in „promptis certam ſummam, quam Dominus Fridericus, tunc filius Comitis de Moerſa, „cum filia dicti Domini Adolphi Comitis recepit in dotem, ut literæ deſuper confectæ cla„rius docent. Ita quoque *Chron. Schuren.* Nomina inſuper Satraparum, qui has conditiones ratas habuerint, vide apud *Schaten.* A. P. Part. II. p. 440.

(2) Sive fœdus publicum adverſus perturbatores pacis publicæ & prædones, qui Wilhelmum, Montium Comitem, captivum abduxerant, nec prius dimiſerant, quam 40000. veterum Scutorum ipſis ſolviſſet. *Schaten.* Annal. Paderborn. Part. II. p. 381. ſive ad annum 1370. quo illud fœdus initum, ut adeo erret Autor, quando ad annum 1391. illud refert. Anno vero 1392. in conventu Hammonæ habito pax illa publica juxta alios ab Adolpho quoque, Cliviæ Comite, (*Schaten.* ad cit. a. jam *Ducem* appellat, ſed errore,) confirmata fuit.

(3) De utraque illa Societate Roſaria, **van Roſenkrantz & Roſkame**, hæc ſcribit *Gerhard. Schureniur* in Chr. MS. **Hyrnha in den neeſten Jare macten dieſe ſelve Greve Adolff van Cleve und Greve Derick van der Marcke, ſyn Bröder, Adolffs alſte Soen, Greve Adolf vurg**

Digitized by Google

filiis, Theodorico, Dinslacenſi Dynaſta, fratre, Friderico Moerſano & Reinhero Falckenburgio, generis, Godefrido Dalenbroichio, Loſſenſi & Heinsbergæ Dynaſta, nec non Friderico Saerwerdano, Colon. Ottone Hoyæo, Monaſter. Roberto Montano, Paderb. Epiſcopis, ſocietatem roſariam anno 1393. inſtituit, qua, ut Roſarium aureum, vel argenteum, ſub certa pœna ſemper de collo ſuſpenſum, ab unoquoque geſtaretur, cautum eſt; cum aliis quoque Principibus ſocietatem equeſtrem (Roſſkamp) iniit.

Uxorem Margaretham Montanam trina vice dotavit: Primo Craneburgio, deinde Blanckenburgio, demum an. 1378. Monrebergio Dominiis, Decimis Hantzlerianis & Honnepelenſibus, 20. villis ibidem, ac 1600. floren. annuis, ex teloniis Orſovio & Bouricenſi adjectis.

Hæc Margaretha Domus Antoninæ in ſylva Cliviæ, cædua (op gen Hatv) dicta, prope Clivopolim, prima fundamenta an. 1378. jecit.

Tandem Adolphus, hora 4. pomeridiana, 7. Sept. an. 1394. in arce Clivenſi mortuus, in Eccleſia ibidem collegiata ante majus altare ſolenni funeris pompa tumulatus eſt, quem uxor Margaretha Montana annis 31. anno ſcil. 1425. ſecuta, in caſtro Monrebergio vivis exceſſit, Clivopoli apud maritum inhumata. Adolpho ſequens Tetraſtichon occinuit Petr. Streithagenus in Comitibus Clivenſibus:

Dum conſanguineos inter lis maxima fervet,
Quis regeret mutu Clivica jura ſuo?
Immiſſus vacui ſuſcepi munera regni,
Cæſaris, & Populi voce probante, nepos.

Sectio Secunda.

Duces Clivenſes VI. qui totidem quoque ſunt Marcæ Weſtphalicæ Comites.

ADOLPHUS, primus Clivorum Dux, dictus Prudens, itemque Victorioſus, Comes Marcæ Weſtphalicæ 14.

Adolphus primogenitus, patre Adolpho Marcano, Clivorum Comite, & Margaretha Montana anno 1371. natus, anno 1394. in profeſto nativitatis Mariæ, ſeu 4. Sept. in provincia Clivia privilegiis confirmatis, ſub Roberto Palatino & Sigiſmundo Impp. patri ſucceſſit. In aula Brabantina apud Joannam, (1) Wenceslai viduam, aliquamdiu verſatus, eidem gratiſſimus Comes, omnibusque proceribus acceptiſſimus fuit; ex ea ad patrem reduci ditio Aſpelia (2) attributa eſt. *Adolphi, primi Clivorum Ducis, natitvitas.*

Primas auxiliares copias Wilhelmo, Juliæ & Geldriæ Duci, adduxit. Hinc an. 1395. eum Theodoro, Cattorum Comite, (3) gubernatore Ducatus Lutzenburgenſis, & fratre Gerhardo, in Comitem ſani S. Pauli movit, & elatum atque præſumptuoſum Comitem re- *Res geſtæ in cælibatu.*

---

vurß die Greve van Moyrtie, die Herr van Bonn und die Herr van Hyntzeburg, ein frundlicke und frölicke Geſelſchap under oen, dait ſich malck van oeren Frunden immengen möchten, und die Geſelſchap was geheiten die Geſelſchap van den Roſenkranz, alſoe dat ein Jgelick in derſelver Geſelſchap weſende ſiede wyße des Daghs an ſynen Hals dragen möſt einen gulden und ſylver Roſenkranz, malck nha ſynen ſtüde up eine Peene, die darup geſett was, und dieſe Geſelſchap was under oen verſchreven, beſegelt und belaiſſt tyn Jar langk buyrende. Greve Adolff vurß had öck mit etlichen Herren ein gröte Geſellſchap gemacket, dat hiet die Geſellſchap van den Roßkame. De *Roſaria* Societate vide quoque *Schatenium* A. P. Part. II. pag. 443. Præter vero illas Societates aliam quoque cum 35. Comitibus & Equitibus iniit, quæ dicta fuit *de Gecken Geſellſchap*, cujus leges vide infra in Cod. Diplom. No. LXIV.

(1) Servitorem menſæ illuſtriſſimæ Dominæ Johannæ, Duciſſæ Brabantinæ, fuiſſe ſcribit *Secret. Anonym.*

(2) Cum aliis reditibus, *quibus ipſe contentus notabilem Comitivam Virorum, ad exercendam militiam aptiſſimorum, prout ipſe aptiſſimus fuerat, ſecum retinuit, ac Dominis & Amicis ſuis hinc inde in præſtandis obſequiis paratiſſimum ſe exhibuit.* d. Secret.

(3) Vulgo Catzenelnbogen, qui Imperatori Carolo IV. acceptiſſimus fuit, atque ejus Aureæ Bullæ quoque ſubſcripſit, a Jodoco, Moraviæ Marchione, Gubernator conſtitutus Ducatus Luxenburgenſis. *Gerhard. Schurenius & Secret. Anonym. Chron. Honſeler.*

Digitized by Google

repreſſit. Anno 1397. 7. Junii, ob Cæſaris-inſulani telonii duorum millium & quadringentorum aureorum pignus, quod matri a patre Wilhelmo Montano in dotem conceſſum erat, ſed jam fratri Theodorico (1) aſſignatum, denegabatur, bellum geſſit. Cum enim ille Reinholdi, Geldriæ & Juliæ Ducis, Joannis Hinsbergii, Simonis Salmenſis, Novarienſis, Seynenſis, Comitum, Helpenſteinii, Rieſerſchedii, Weſterburgii & Somerefii Dynaſtarum ſuppetiis ſaltum Clivenſem, (vulgo **Clever Hamm**) ingreſſus eſſet, his Adolphus cum fratris Theodorici, Friderici Mœrſani, ejusque trium fratrum, Domini Alpenſis, aliorumque, & ſuorum manu ſelecta occurrit, & matre Margaretha, Guilielmi ſorore, in cygnea turri inſpectante, pugna inita, Clivenſes ferme fugati eſſent, niſi Weſalienſes opportune ſuccurriſſent, quorum auxilio victoriam 7. Junii, (2) qui tum dies Jovis ante Pentecoſten fuit, divina benedictione obtinuit, Principes duos, Guilielmum, Montenſium Ducem, belli auctorem, Reinholdum, Wilhelmi, Geldriæ & Juliæ Ducis, fratrem, Comites quatuor, nobiles vero ſexcentos cœpit, equis bis mille & præda ingenti potitus, eam ſub corona vendere juſſit, bellica adverſariorum inſignia in templo Clivio ſuſpendit, & a Guilielmo Montenſi, præter renunciationem telonii Cæſaris-inſulani, etiam ſubditorum ſuorum in omnibus Rheni & Ruræ teloniis immunitatem, a Wenceslao Cæſare confirmatam, Zintzigium denique & Regiomagum: a Reinholdo Geldro oppidi Emmericenſis, inſularumque adjacentium, Limarſiæ item & Hetteriæ dominium: a Joanne Heinsbergio Gennepæ pignus, per Margaretham conjugem acquiſitum, cujus apocha anno 1411. data eſt: a Simone Salmenſe Ravenſteinium cum 4000. Scuratis; a reliquis multam æris ſummam extorſit. (3) Ejus victoriæ fama (4) magnum potentiæ encomium, ac dignitatis Adolpho & Cliviæ Principibus attulit incrementum.

De Cæſaris-Inſulæ pignore.

Ut vero de hac controverſia tota conſtet, notandum, quod an. 1293. Adolphus Naſſovius Imp. Archiepiſc. Col. Siegfrido Weſterburgio Cæſaris-inſulanum & Bonnenſe-telonium 15. annis pro 27500. Marcis oppignoravit, hac tamen conditione, ne Berkæ amplius telonium exigeret, & Joanni, Comiti Spanheimenſi, pro redemptione 2000. Marcas continuo numeravit, Albertus vero Auſtrius Imperator an. 1298. Wiegboldo Holteno Archiepiſc. eandem præfecturam ad dies vitæ pro 8000. Marcis conceſſit: hujus filius Fridericus Imp. an. 1312. Henrico Vierneburgio Archiepiſcopo, ſe cum Gerhardo Julio, niſi redditis caſtro Cæſaris-inſulano, Marcoduro & Zintzigio, non transacturum, illaque ſibi oppignoraturum, promiſit: Wilhelmo tamen Montano anno 1368. cum Anna Bavara conjuge, ex Margaretha matre, Rubertus Palatinus ſocer illud 57500. flor. oppignoravit, quod Carolus IV. Imperator anno 1370. confirmavit, & idcirco Wilhelmus Montanus Comiti Marcano Engelberto, qui 24. mille floren. Margarethæ filiæ, cum Philippo Falckenſteinio copulatæ, ex ejus reditibus in dotem dederat, nullum in Cæſaris-inſu-

(1) Inde videlicet usque a tempore Rudolphi Imperatoris Comites Juliacenſes telonium Cæſaris-Inſulanum pignoris jure ab Imperatoribus tenuerant, ex quo propterea Wilhelmus Marchio-Juliacenſis filiæ ſuæ Richardæ, uxori Engelberti, Comitis Marcani, dotem dederat 2400. millium florenorum, quam pecuniam, utpote ad Comitatum Marcanum pertinentem, ſibi nunc ſolvendam eſſe Theodoricus contendebat. Wilhelmus autem, Dux Montium, a Philippo de Valckenſtein, Genero defuncti Engelberti, ſe redemiſſe ajebat, qua de re *Secret.* Anonym. *Dein, ſcribit, proceſſu temporis ſuborta fuit guerra inter Dominum Wilhelmum, tunc Ducem de Monte, avunculum ſuum, ex una parte, & Domicellum Theodoricum, Comitem de Marka, fratrem ſuum, prætextu Summæ 2400. florenorum perpetuorum redituum olim ex theolonio Kayſerswerdæ, cum Domina Rickarda de Juliaco quondam Domino* Engelberto, *Comiti de Marka, in dotem aſſignatorum, quos reditus Dux Wilhelmus detinuit, Domicello* Theodorico *præfato, qui ipſos tanquam hereditatem ad terram Markenſem ſpectantes petiit, ſolvere recuſavit, allegans, ſe illos reditus a Domino Philippo de Valckenſtein & Domina Margaretha, filia Domini* Engelberti & Rikardæ, *conjugum prædictorum, tanquam veris Dominis, & ab ipſorum heredibus redemiſſe.* Vide quoque *Schaten.* A. P. Part. II. p. 455.

(2) De qua vide pluribus *Joh. Nicol. Sellium* in Veſal. Obſequ. p. 12. 13. *Iſ. Pont.* Hiſt. Geldriæ lib. 8. p. 336. 337.

(3) Theodoricus vero cum aliis retinuit, juxta pactum cum Adolpho, de quo vid. Tabulas in Cod. Diplom. No. LXV.

(4) Verba ſunt *Steph. Vin. Pighii* in Herc. Prodicio p. 63. *Chronic. Honſeler.* quod captivorum illuſtrium judicem exhibet.

Digitized by Google

inſulano jus reliquum eſſe declaravit. Anno 1399. Agnetem, Ruberti Palatini, poſtea Cæſaris, filiam, Adolphus Clivius uxorem, & cum illa medietatem Cæſaris-inſulani pro 25593fl. flor. in dotem, & pro totidem quoque florenis in pignus alteram partem accepit, prout Wilhelmi Montani filii, Adolphus & Wilhelmus anno 1399. fatentur: ſed reſiduos 8000. flor. ſibi reſervarunt, & ex ſingulis vini doliis Turonenſi accepto poſſederunt aliquamdiu, poſtea tamen Joanni Loſſenſi, Hinsbergio & Lewenbergio Dynaſtæ, vendiderunt. An. 1403. Rubertus Cæſar Adolpho Clivio genero pignus 15. mill. flor. auxit, & tandem an. 1405. integram præfecturam cum caſtro, telonio & reditibus omnibus vendidit. (1)

De fratribus Adolphi Ducis.

De Theodorico.

Theodoricus, frater Adolphi, cum patre contra Bernhardum a Strunckede, Comite Waldeccio & Suſato unitus, Præfectus Eſſendienſis, & totius Weſtphaliæ Mareſchalcus declaratus, & Tremoniæ Archiepiſc. Colonienſi, Conrado Moguntino, Ruberto Montano, Paderbornenſi, Balthazaro, Thuringiæ Landgravio, & Marchione Miſniæ, Ottone Brunſwicenſi, & Hermanno Haſſo erectis atque obſignatis tabulis, fœdere anno 1393. (2) & 94. junctus fuit; idem dictoria Clivia animatus terram Montenſem denuo invaſit, Mullenhemium prope Coloniam diripuit, & caſtrum Ewerſeldenſe (3) obſedit, ſed tormento bellico ibidem a milite Saxonico ictus, 14. Martii anno 1398. cœlebs interiit, (4) filio tantum naturali Theodorico (5) relicto, qui anno 1482. Weſaliæ obiit. Huic Theodorico pater Adolphus, poſt obitum fratris Engelberti, Comitatum Marchicum cum Fridenburgo, oppidi Lippienſis medietate, & 2400. flor. annuis ex telonio Cæſaris-inſulano tribuerat, quos reditus antea, Philippo Falckenſteinio cum Margaretha, Engelberti Marcani filia, in dotem conceſſos, ſed ab illo Wilhelmo, Montium Duci, an. 1395. venditos, ab eodemque in pugna ſaltus Cliviaci capto, viciſſim Adolphus noſter extorſerat. Hæc omnia poſt obitum ejus cum dominio Dinslacenſi, Duisburgo & Rurortha, ad fratrem Adolphum hunc noſtrum redierunt, qui in Comitatu Marchico Joannem Steckium & Hermannum Reckium adminiſtratores conſtituit. Sed cum alter ejus frater ſuperſtes Gerhardus, an. 1411. Pariſiis rediens, aſtu in Comitatum Marchicum ſe ingeſſiſſet, huic primo Sevenarienſe caſtrum & dominium, deinde totam illam a fratre Theodorico relictam hæreditatem, Comitatu Marchico excepto, aſſignavit, qua tamen portione non acquievit, ſed an. 1412. oppido Huiſſenſi capto, fratrem Adolphum ad aliam tractationem adegit, itaque diviſio nova (6) an. 1413. hoc modo inita eſt, ut Gerhardus frater, præter reditus Cæſaris-inſulanos, & Zintzigienſis atque Regionagenſis pignoris, Roberto, Comiti Vierneburgio, traditi, poſt mortem ejus redemptionem, tractum quoque Suiderlandiæ, Plettenbergiam, Swartzenburgiam, Ludenſchediam, Neoſtadiam, Breckerfeldiam, Neoradiam præfecturas, Altenana quæſtura, reditibus Wiblingwerdenſibus, Iſerlona, Blanckenſteinia, Hatnega, Werdena, Wettera, præfecturis, & oppidis exceptis, hac tamen conditione haberet, & Eliſabethæ Spanheimenſi, Comitum Mar-

(1) Rudolphus I. Henricus VII. & Ludovicus V. f. Bavarus, teloneum Cæſaris Inſulanum oppignoraverant Juliæ Comitibus, qui illud eodem jure tranſtulerunt in Rupertum juniorem, Comitem Palatinum & Ducem Bavariæ, cujus Ruperti filius, ejusdem nominis, Cæſar electus, Adolpho, Comiti Clivenſi, cum ſua filia Agnete, partim dotis ei promiſſæ, partim pecuniæ, ab Adolpho ſibi creditæ, nomine in pignus dedit, qui vero, reditibus ad dies vitæ ſibi retentis, Ruperti liberis illud reddidit, inter quos *Otto* tandem circa annum 1440. Archiepiſcopo Colonienſi illud oppignoraverit, reſervato poſteris ſuis reluendi jure, quo Wilhelmus, Dux Juliacenſis, an. 1569. Cæſaris Inſulam cum teloneo ſibi reſtitui poſtulavit, & Philippus Wilhelmus, tandem Electior Palatinus, 1702. illam occupaverat. Pace autem Badenſi reſtitutam Electori Colonienſi. Vid. Scriptum an. 1708. editum: *Juſtitia poſſeſſionis Palatinæ ſuper Cæſaris Inſula, vulgo* **Käyſerswerht,** *& appertinentiis.* Wezlariæ 1708.

(2) Vid. *Nic. Schaten.* A. P. Part. II pag. 442.

(3) *Secret. Anonym.* habet *Bickerfelde.*

(4) *Gerhard. Schuren.* l. c. *Chronic. Honſeler. Nic. Schaten.* A. P. Part. II. p. 457. ubi hic Theodoricus *Morſanus* appellatus, loco *Marcanus*, vitio procul dubio amanuenſis.

(5) Qui Veſaliæ habitavit in ædibus juxta templum Auguſtinianorum, atque ſe ſcripſit **Ambtmann zu Iſſelburg und Scheffen zu Weſel.** Uxorem habuit ex familia Rinſchiorum.

(6) Vide Tab. in Cod. Diplom. No. LXVI.

Digitized by Google

Marchiæ fratrum amitæ, ex telonio Cæſaris-inſulano quotannis mille floren. exſolveret, Gerhardus quoque frater non alienaret, ſed poſt ejus mortem ad Apolphum ejusque hæredes rediret. Verum cum primum natis filiabus, Dux Adolphus, ut deficiente prole maſcula primogenita ſuccederet, ab ordinibus utriusque Comitatus, reclamantibus tamen præcipue Marcanis, impetraſſet, ubi anno 1419. filius Joannes primogenitus editus eſſet, Gerhardus anno 1420. (1) litem novam fratri movit, ob quam integrum Comitatum Marcanum, ex ſententia Ludovici Cæſaris, anno 1421. conſecutus eſt: de quo infra ſuo loco plura.

Adolphi Ducis conjugium primum.

Sed a fratribus ad Adolphum revertamur, is anno 1399. uxorem primam duxit Agnetem, Ruberti, Comitis Palatini, Ducis Bavariæ, Electoris, & poſtea, Imperii decoctore & Sardanapalo VVenceslao depoſito, an. 1400. (2) Coloniæ proclamati Rom. Imperatoris, filiam, cum qua nuptias Heidelbergæ, in multorum Principum, Comitum, Baronum, & nobilium frequentia, in qua ille cum 1500. equitibus uniformiter veſtitis atque inſigniter ornatis comparuit, cum multis ludis equeſtribus celebravit. Hæc telonii Cæſaris-inſulani medietatem, (quia altera medietas antea ipſi oppignorata erat,) a VVilhelmo Montenſi redemptam, in dotem attulit, (3) ſed non diu ſuperſtes fuit, nam anno 1401. poſt biennium in balneis mortua, & in templo S. Johan. ſacro Coloniæ condita eſt.

Secundum.

Secundam ergo accepit Mariam, Joannis intrepidi, Burgundiæ Ducis, filiam, quæ illi, præter ingentem pecuniæ ſummam, (4) nempe 6. mill. coronatorum ex Sylvæ Ducis, & duo mill. coronatorum ex Flandriæ orientalis reditibus, Dominium etiam VVinnendalium (5) in dotem attulit. Adeoque duplici hoc conjugio Adolphus non tantum Cæſareo, ſed regio quoque ſanguine Francico, ſtemma Cliviacum nobilitavit.

Liberi.

Cum Maria hac fœcundum admodum illi conjugium fuit, non tantum enim tres filios, Joannem, Adolphum & Engelbertum, ſed etiam ſeptem filias, Margaretham, Catharinam, Eliſabetham, Agnetem, Helenam, Mariam & Annam, ei procreavit: ideoque eandem quoque bis dotavit, an. 1420. Huiſſenia & Limerſia, an. 1425. poſt mortem matris Margarethæ Montanæ, Monrebergo. Primogenita Margaretha nata an. 1416. veſpera Matthiæ. Inter hanc & Ludov. II. dictum Magnanimum, Ludovici primi, dicti Pacifici, filium, Landgravium Haſſiæ, an. 1424. tabulæ matrimoniales futuri conjugii confectæ ſunt: in quibus Adolphus noſter filiæ 10000. aureorum a ſuis in monetis propriis cuſa in dotem promiſit, contra Landgravius Ludovicus pater, quia Margaretha Clivia tum temporis minorennis, & octennis tantum erat, Marpurgum patri Margarethæ Adolpho pro hac ſumma viciſſim, hac tamen lege, oppignoravit, ut ſin minus conjugium ſuccederet, de pecunia ſibi reddenda certus eſſet; prout etiam contigit: irrito enim poſtmodum hoc conjugio, Adolpho pecunia, Ludovico pignus reddita ſunt, Margaretha vero, VVilhelmo Bavaro, Protectori Concilii Baſilienſis, (6) auſpicato, eoque primo conjugio, an. 1431. Baſilææ nuptiis celebratis, copulata, binos filios eidem edidit: marito hoc mortuo, Ulrico VVürtenbergio ſecundo thoro ſociata, cumque eo vix duobus annis vita traducta, ubi tantum unica filia ipſum beaſſet, exceſſit. Catharina nata die Urbani an. 1417. in Majo, & Arnholdo Egmundano, (7) Geldriæ Duci, an. 1423. promiſ-

ſa,

(1) Quo eodem anno pactum inierat cum Adolpho, quod vide infra in Cod. Dipl. No. LXVII.

(2) Qua de re vide acta depoſitionis Wenceslai & electionis Ruperti, a *Schiltero* edita in *Apparatu Juris publici.*

(3) Secretar. *Anonym. Poſthæc*, ſcribit, *Adolphus duxit in uxorem illuſtriſſimam Dominam* Agnetem, *filiam Sereniſſimi Roberti, tunc Bavariæ Ducis Comitisque Palatini, Principis Electorum, poſtea vero Romanorum Regis, qui dicto Domino Adolpho cum ea partem caſtri, oppidi & theolonii Keyſerswerde pro certa ſtorcuorum ſumma nomine dotis tradidit & aſſignavit, reliqua parte ſibi reſervata, quam poſtea eidem Domino Adolpho pro magna pecuniæ ſumma, ab eo recepta, titulo pignoris obligavit, prout literæ deſuper confectæ clarius oſtendunt.*

(4) De qua vide pacta dotalia infra in Cod. Diplom. No. LXVIII. ut & *Pont. Heuter.* Rer. Burg. lib. 3. *Olivar. Vred* Tab. XVIII. pag. 347.

(5) De qua vide infra *Appendicem tertiam.*

(6) Vide *Addreiteri* Annales Boicæ Gentis P. II. lib. 7. p. 158.

(7) Vide pacta dotalia, quorum ſummam exhibet *Pont.* Hiſt. Geldriæ p. 461. ut & Renunciationem Catharinæ in Ducatum Cliviæ infra in Cod. Diplom. No. LXIX. LXX. LXXI.

Digitized by Google

ſa, ſed anno demum 1430. ducta, & an. 1476. 10. Febr. mortua, inque Carthuſia Gravienſi prope VVeſaliam apud parentes condita.

Joannes, patris ſucceſſor, die S. Julianæ, ſive 16. Jan. an. 1419. magno patris omniumque ſubditorum gaudio natus, campanis idcirco per omnem ditionem pulſatis, & gratiis Deo publice actis. Hanc tamen lætitiam luctus inopini nuncium, de puerperæ Mariæ Burgundicæ patre, immaniter (1) a Ludovico Delphino Galliæ circa idem tempus occiſo, Clivos allatum, iterum interturbavit.

Hic Joannes primum Wienendaliæ Flandricæ Toparcha a patre anno 1439. conſtitutus, eidemque anno 1440. Philippus Burgundus Dynaſtiam Ravenſteiniam, a patre in feudum acceptam, adjecit: poſtmodum totius Ducatus Clivenſis & Comitatus Marcani hæres factus, illam fratri Adolpho iterum conſignavit.

Eliſabetha, die Remigii anno 1420. nata, Heinrico, Comiti Swartzenburgio (2) & Arnſteinio, nupſit, qui ex ea inter cæteros Heinricum, Epiſcopum Monaſterienſem, ſuſtulit; Agnes, die S. Matthiæ anno 1422. nata, Caroli Vindocinæi, Navarræ Regis, uxor ſterilis, anno 1479. mortua; Helena, anno 1423. die S. Helenæ nata, Henrico, Duci Brunſwicenſi, (3) copulata fuit.

Adolphus, (4) veſpera SS. Petri & Pauli anno 1425. natus, primum caſtris Vredenburgio & Bielſteinio anno 1444. a patre inveſtitus, poſtmodum Ravenſteinii Dynaſta factus eſt. Maria, pridie Matthæi Apoſtoli, ſeu 9. Sept. anno 1426. nata, auſpiciis Philippi Burgundi, avunculi, Carolo Valeſio, Duci Aurelianenſi, juncta, mater fuit Ludovici XII. Galliarum Regis, nuptiarum feſtivitate ad S. Audomarum ejusdem Philippi impenſis celebratis, quique idem in Carolum hunc, e captivitate Anglicana, in qua 25. annis detentus fuerat, aſſerendum, quatuor auri milliones impenderat. Mejerus in Annalib. Flandricis ad annum 1440. Engelbertus denique, anno 1433. poſt SS. Petri & Pauli diem natus, iterumque nocte nativitatem inſequente denatus.

Porro pater omnium horum liberorum Adolphus, in Concilio Conſtantienſi (5) ipſo Vitalis, ſeu 3. Majum anteced. die an. 1417. cum Amadæo Sabaudo, (6) a Sigiſmundo Imp. novis ornamentis inſignitus, ac juribus amplioribus donatus, inque ordinem ſublimiorem Ducum Imperii Romani traductus, ſplendidum Imperatori, Electoribus, reliquisque Principibus, Comitibus, Baronibus, Eccleſiaſticis & Politicis convivium apparavit: ut vere de eo Streithagenus:

Adolphi Ducis inauguratio.

Majorum titulos primum transgreſſus Adolphus,
Illuſtris meruit nomen habere Ducis.
Cauſa, quod & bellis geſtis clariſſimus eſſet,
Et ſancta totus notus in orbe fide.

In hac feſtivitate de Adolpho hoc memoria dignum narrat Arnholdus Heymricius Clivenſis, Decanus Santenſis, in libris ſuis ſex Sophiologicis manuſcriptis, in Bibliotheca collegii extantibus, & Philippo Clivio, Joannis, Adolphi hujus primi Ducis filii, gnato natu minori, 5. Non. Aprilis anno 1484. inſcriptis, lib. 1. cap. 1. de virtute: quod a Sigismundo Imperatore rogatus, *quem bonum virum judicaret?* reſponderit: *qui ſeſe recta ratione gubernans, aliis præeſſe conſulereque novit.* Deinde, cum inter convivandum inter omnes Imperii Principes & Proceres viliori veſte indutum Cæſar conſpiceret, quæ-

(1) De quo parricidio & bello hinc orto inter Delphinum, parricidam, poſtea Regem Galliæ, *Carolum VII.* (quem Autor perperam appellat *Ludovicum*,) & Johannis intrepidi occiſi filium, Philippum Bonum, Ducem Burgundiæ, vid. *Pont. Heuter.* Rer. Burg. lib. 3. c. 9. & lib. 4. *Haræus* Annal. Brabant. T. 1. p. 390. *Mejerus* Annal. Flandr. ad ann. 1419. *Mezeræus* in Abregé Chronol. T. 3. p. 398.

(2) Vide Tabulas pactorum dotalium & renunciationis in Ducatum Cliviæ in Cod. Diplom. No. LXXII. LXXIII. LXXIV.

(3) Vide pacta dotalia & renunciationem in Cod. Diplom. No. LXXV. LXXVI.

(4) De quo pluribus infra poſt *Johannem I.*

(5) Diploma vide infra in Cod. Diplom. No. LXXVII.

(6) Imo is jam ante in itinere Sigismundi in Galliam Dux creatus fuit. Diplomata exhibent *Guichenon* in Hiſt. Sabaud. *Leibnizius* in Cod. Dipl. p. 309. 312. *Lunigius* Reichs-Archiv Part. Spec. II.

Digitized by Google

fiiſſe: *Annon ex Comite Ducem factum dignior deceret toga, vel veſtitus luculentior?* reſpondiſſe: *ſi quidem veſtem, o maxime Imperator, quam mores prius mutavero, non Ducem, ſed ſtragulum ſubditi colere incipient, atque infinitos tales tu quidem Duces facile creaveris, ſi veſtium cultui dignitatem adjeceris.* Tritiſſimum enim ante hanc dignitatem Adolphi adhuc Comitis dictum fuit: *Primum magiſque neceſſarium cujusvis Præfecti officium ſibi videri, ſcire in conſentaneos mores communeque bonum ſubditos componere, reducere, conſervare, ſolique virtuti omnia, exeniis vero his & quisquiliis nihil indulgere: cum illud, quod virtute vacat, bonum non ſit, nec hac quicquam melius.* De juſtitia vero lib. 1. cap. 2. *Malle ſe juſtum ſubulcum eſſe, quam ampliſſimo regno injuſte præeſſe, aut juſtum Regem falſo videri.*

In eodem concilio Conſtantienſi, ut hoc addamus, Fridericus VI. Friderici IV. Comitis Zollerii, qui a Rudolpho I. Habsburgio (1) Imp. dignitate Burggraviatus Norici anno 1273. donatus fuit, nepos, Friderici vero V. Burggravii Norici, filius, Marchiam Brandeburgiam cum dignitate Electorali 18. Aprilis anno 1417. a Sigiſmundo Imp. conſecutus eſt. (2)

Res geſtæ Ducis Adolphi conjugati.

Porro, quod res geſtas hujus noſtri Adolphi, primi Clivorum Ducis, attinet, præter illam inſignem victoriam, quam de Wilhelmo, Montium Duce, an. 1397. in Saltu Clivio, ut ſupra dictum eſt, reportavit, etiam anno 1399. Suſatum in tutelam ſuam ſuſcepit, pacemque, inter patruum Theodoricum Mareanum, Ottonem Monaſterienſem, & Joannem Paderbornenſem Epiſcopos, fratres & Comites Hoyæos, initam, confirmavit. Eodemque tempore ſimul Advocatia Eſſendienſi, fratre Theodorico mortuo, inauguratus eſt. Tum partim aliis in bellis juſtis patrocinando, partim ſua neceſſaria & honeſta fortiter gerendo, merito Victorioſi nomen obtinuit.

Inter illos, quibus patrocinatus, anno 1403. Wilhelmum primum, Montium Ducem, a filio Adolpho in caſtro Novimontio, præter naturam & legem divinam, captum & detentum, cum Wilhelmo, fratre Adolphi, qui Joannem Hoyæum, utriusque fratrem, Robertum, in Epiſcopatu Paderbornenſi anno 1394. hic vero anno 1399. (3) ſecuti ſunt, iterum aſſeruit. (4)

Anno 1405. cum filio Alberti Bavari, Hollandiæ Comitis, ſui affinis, VVilhelmo, patre Jacobæ, & civitate Ultrajectina, adverſus Joannem Herculenum Gorcumium obſedit, obſidionemque per 22. ſeptimanas, donec oppidum dederetur, continuavit, de qua re plura in Reinholdo, ejus nominis IV. Juliæ & Geldriæ Duce.

An-

(1) Fuit Fridericus Burggrafius *conſobrinus*, atque ſua præcipue autoritate, qua apud Imperii Proceres valebat, effecit, ut Imperator fuerit electus. *Albert. Argent.* ad an. 1273. Non autem Burggrafiatum Friderico primum contulit Rudolphus, ſed in eo munere ipſum confirmavit, atque in Principum numerum retulit, juxta Diploma apud *Limnæum* lib. 5. cap. 7. *Wagenſeil.* de Civit. Noribergenſi, & *Lunigium* Parte Spec. Continuat. I. Sect. 3. p. 299. Primum vero Burggrafiatum in familiam Hohenzolleranam intulit Conradus, Comes Hohenzolleranus, matrimonio cum Theobaldi, ultimi Comitis Vohburgenſis & Burggrafii Noribergenſis, filia inito. Certe Conradus iſte titulo Burggrafii Noribergenſis inter ceteros teſtes anno 1180. Tabulis Pactorum inter Henricum Leonem & Epiſcopum Friſingenſem ſubſcripſiſſe legitur apud *Wigalejum Hundium* in Metropoli.

(2) Imo jam anno 1415. 30. Aprilis Marchiam Brandenburgenſem Friderico vendidit Sigismundus, anno vero 1417. 18. Aprilis ſolenni ritu in Concilio Conſtantienſi eum inveſtivit, qua de re vide Cl. *Hardtii* Acta Concilii Conſtantienſis T. IV. *Nauclerum* Vol. II. Generat. 48. & Cl. Virum *Jac. Paul. Gundlingium* in vita *Friderici I.* cap. 6. & 7. qui ut ſumptus impendendos ferre poſſet, Palatium Burggrafii cum nonnullis ejus juribus Noribergenſibus tum vendidit. Vide Tabulas venditionis illius apud *Wagenſeilium* l. c. & *Lunigium* Parte Spec. Continuat. I. Sect. 3. p. 301. 302. 303. & 306.

(3) Poſtquam Bertrandus Italus uno menſe Epiſcopus fuerat, a Capitulo, Nobilitate & Civibus rejectus, atque in Italiam reverti coactus. *Schaten.* Annal. Pad. Part. II. p. 463. *Gobelinus* pag. 319. apud *Meibomium.*

(4) Nempe prætextu, quod Ducatui male proſpiceret Wilhelmus, filius Adolphus eum in cuſtodiam dederat, re autem vera, quod pater diutius, quam vellet, viveret. Opera autem præcipue Henrici de Oer, qui & ipſe Wilhelmum, Epiſcopum Paderbornenſem, Adolphi fratrem, in cuſtodia tenuerat, patrem liberatum fuiſſe ſcribit *Schatenius* l. c. p. 480. 481. vid. quoque *Gobelinus* pag. 319. & *Stangefol.* lib. 3. p. 477.

Digitized by Google

Anno 1406. pro Joanne Bavaro, Hollandiæ Comite, Epiſcopo Leodienſi, Alberti filio, VVilhelmi fratre, contra rebelles cives (1) itidem belligeravit. Eodem anno, (2) cum Otto Hoyæus, Epiſcopus Monaſterienſis, Comitem Solmæum captum Steinfurti cuſtodiæ tradidiſſet, & caſtrum quoque ejus Ottenſteinium obſidione cinxiſſet, Adolphus noſter commeatu adducto eadem illud liberavit, quod poſtea tamen occupatum, hodie Diœceſi adlegitur. An. denique hoc 1406. 11. Decembr. Theod. de Nyem in Nemore unionis cap. 3. teſte, in ſchiſmate, papali Angelus decorario, qui Gregorius XII. Pontifex Rom. inter alios Principes Adolpho quoque noſtro ſcripſit, ſe ob pacem Eccleſiæ papatui renunciaturum, modo idem Petrus Luna, (3) qui Benedictus XIII. in ſua obedientia quoque faciat.

Anno 1410. cum Friderico Saerwerdano, Archiepiſcopo Col. in Delbrugios, (4) iisque faventem Wilhelmum Ravensburgium, Epiſcopum Paderb. profectus, id effecit, ut tandem controverſia componeretur.

Anno 1424. Rudolphum a Diephold, contra Walramum, Comitem Morſenſem, æmulum, opera ſua ad Epiſcopatum Trajectenſem (5) promovit, Friderici Blanckenheimii ſucceſſorem: quo eodem anno mortuo Ottone Hoyæo, fratri etiam VValrami Henrico Epiſcopatum Monaſterienſem procuravit; anno denique eodem ſocero Joanni Burgundo (6) contra Gallorum Regem auxilia ſubmiſit, qui poſtmodum immaniter a filio ejus Delphino trucidatus eſt.

Inter bella, quæ pro ſe neceſſaria geſſit, recenſentur, quod caſtrum Henrici Struncedeni anno 1418. obſedit, & captum hæredibus viciſſim in feudum tradidit. (7)

Deinde Joannem, Baronem de Ghemen & Bredevorth, qui ducta VVilhelmi VVevelinchovii filia & hærede, hanc quoque Dynaſtiam prioribus adjecit, quod ob Ghemenſe licet Dominium Vaſallus ejus eſſet, multa tamen ſibi, feudi Domino, damna intuliſſet, etiam in ordinem redegit: a quo animoſo heroe, Adolphum rogante, *quo animo captivitatem ferret? non immoderatiori, quam ſi ipſe Ducem Adolphum cæpiſſet*, reſponſum tuliſſe, refert Arnholdus Heymricius; & quia in expeditionibus omnibus Joannis a Bruchuſen equitis dexteritate & fortitudine multum uſus eſt, hic apopthegma ejus, quod ibidem Heymricius citat, indicare operæ pretium duximus, quo rogatus ab Adolpho, *quem virum fortem judicaret?* reſpondit, *qui non tam ante periculum velox, quam in eodem intrepidus eſt.* *Lib. 1. Sophologico c. 3.*

Inprimis cum fratre Gerhardo (8) Adolphus noſter controverſiam gravem habuit.

(1) *Chron. M. Belgicum* p. 335. *Honſelerianum.*

(2) *Gerb. Schuren.* in Chron. MS. *Erdw. Ertmannus* in Chronic. Osnabruggenſi p. 241. apud *Meibom.* T. II. *Stangefol.* p. 478. non vero, ut Autor ſcribit, Adolphus obſidione liberavit Solmenſem, ſed cæſus fuit. *Schatenius* Annal. Pad. Part. II. p. 490. 491.

(3) De quo Schismate Papali vid. *M. Chron. Belgic.* p. 344. ſeqq. *Gobelinus Perſona* p. 323. ſeqq.

(4) Quod bellum incertum, qua de cauſa ab Archiepiſcopo ſuſceptum, pluribus deſcribunt *Gobelinus Perſona*, Scriptor æqualis Ætat. 6. c. 91. p. 331. *Schaten.* Annal. Pad. Part. II. p. 500. ſeqq. *Illuſtr. Epiſc.* Mon. Paderb. p. 57. *Erdw. Ertmannus* Chron. Osnabrugg. p. 242.

(5) *Wilhelmus Heda* in Hiſt. Epiſcop. Ultraject. p. 284. *Ertmannus* in Chron. Osnabrugg. p. 246.

(6) Imo Philippo potius, qui Johannis patris cædem ulciſci voluit, bello ſuſcepto adverſus Delphinum Carolum, parricidam. Vid. Not. paulo ante.

(7) *Gerb. Schuren.* in Chron. MS. *Stangefol.* p. 485.

(8) De bello hoc inter Adolphum & Gerhardum redintegrato *Secret. Anonym.* qui eodem tempore vixit, "Qua, *ait*, diviſione *(ſcilicet anno 1413. & 1420. facta,)* ſic inter cæteros annos „ſtante, Dominus Adolphus, qui ad illa tempora contraxerat cum illuſtriſſima Domina *Ma*„*ria*, Domini Johannis, Ducis Burgundiæ, filia, de qua & tunc tres *(Autor* duas *memorat,)* „filias genuit. Medio tempore requiſivit a Clivenſibus & Markenſibus Patritiis & Militari„bus promiſſione & fidelitate in caſum & eventum, ſi ipſum ſine prole legitima maſculina „decedere contingeret, quod tunc filia ſua ſenior ad dictos Comitatus ſuccederet, & a Pa„tritiis & ſubditis hinc inde, tanquam vera eorum Domina hereditaria, admitti & recipi de„beret, quod quædam oppida Terræ Markenſis facere renuebant, unde inter illa oppida „& etiam inter Domicellum *Gerardum*, qui propterea ſe opponebat, ex una, & Dominum „Adolphum præfatum ex altera partibus, gravis ſuboriebatur diſcordia & guerra, in qua Domi-

Cum enim is urbium Clivenſium & Marckenſium unioni, anno 1418. initæ, (de qua infra in ſtatu urbium,) Theodorico Morſano, Archiepiſcopo Colon. (ut ſuperius dicere cœpimus,) ſubnixus, ſe opponeret, fœdere cum eo, ne filiæ (quas tantum binas Adolphus frater tum temporis adhuc habebat, Margaretham & Catharinam,) patri ſuccederent, anno 1422. inito, cum Gerhardo, Capituli cathedralis Colon. conſenſu, Zonſia, Linna & Ordinga traditæ eſſent, ille viciſſim Cæſaris inſulam cum caſtro, telonio & integro territorio Archiepiſcopo pro 100000. Aureis, quorum una medietate numerata, pro altera oppida Archiepiſcopatus jam memorata in pignus poſſideret, vendidit.

Hoc iniquo animo ferens Adolphus, Gerhardum, cui Duisburgenſes & Hammonenſes ſuffragabantur, bello adortus eſt, quod tamen Ludovicus Palatinus Elector, ab Imp. Sigiſmundo delegatus, hac conditione compoſuit, ut oppido Breckerfeldio & parochia Dalia in Comitatu Marcano Adolpho redditis, Gerhardus Duisburgum & Hammonam ad annos 20. retineret. Anno 1424. lis hæc iterum recruduit: Gerhardus enim eidem Archiepiſcopo Theodorico Morſano conſiſus, ſe pacem cum fratre Adolpho Duce initam non ſervaturum dixit, niſi vel integrum Comitatum Marcanum, vel totam Dinslacenſem Dynaſtiam, a patruo Theodorico anno 1406. ad ſe derivatam, ſibi concederet. Ludovicus igitur, Elector Palatinus, iterum arbiter conſtitutus, anno 1425. pro Gerhardo pronuntiavit: Quod propter Adolphus ad ſummum Pontificem Martinum provocans, Commiſſarium Epiſcopum Cameracenſem impetravit, qui facta inhibitione, Dognenſem ſubdelegatum conſtituit, & is pro Adolpho ſententiam tulit. Anno 1427. igitur Gerhardus cum Archiepiſcopo contra ipſum bellum inſtaurarunt. Negotio autem alteri arbitro Philippo Burgundo commiſſo, hic utraque parte Gorcumii audita, ſententiam tamen nondum pronuntiavit.

Anno 1428. fratrem Gerhardum coram Theodorico Colon. Henrico Monaſterienſi Epiſcopis, Adolpho & Roberto Montium, Arnholdo Geldriæ Ducibus, Engelberto & Joanne Naſſoviæ, Friderico Morſæ & Saerwerdæ, Roberto Vierneburgi, Ottone Teckleburg. & Simone Lippienſe Comitibus, iterum accuſavit. Donec tandem anno 1435. aliis 1437. per decem, aliis viginti Adolphi Ducis, ejusque fratris Gerhardi, atque Archiepiſc. Colon. Conſiliarios, Joanne, Adolphi primogenito, præſente, inter utrumque fratrem pax perpetua ſtabilita fuit. Gerhardo vero Hammonæ, ubi prius Franciſcanorum obſervantium collegium fundaſſet, pridie exultationis S. Crucis, ſeu 14. Septembr. anno 1461. ſine legitimis hæredibus mortuo, omnia, quæ poſſederat, cum aula Spiegeliana Colonienſi, ad Joannem, Adolphi filium, Clivorum Ducem, & Marcæ Weſtphalicæ Comitem, redierunt.

Quia vero Catharina, ſoror quoque Adolphi noſtri communis, fratris Gerhardi partes ſecuta, anno 1421. intereſſione litterarum Martini Papæ, dotem etiam ſuam petiit, hanc ob cauſam eandem aliquandiu Adolphus negavit: tandem tamen ex teloniis Orſavienſi & Bouricenſi 1500. flor. annuos, Bouricia vero in arce habitationem eidem anno 1426. aſſignavit, ubi an. 1459. vivis excedens, in Carthuſia Gravienſi apud fratrem inhumata eſt.

Anno 1430. cum Adolpho Duce Elbertus ab Alpen, atque Joannes ab Aſwin, cum tribus aliis regulis ſuis aulicis, Coloniam ingreſſi, ubi in hoſpitio Hunnorum dicto relicti, nocte quieſcentes a Joanne Stael, Bernhardo Buirick & Joanne Pieck, Montenſibus nobilibus, capti eſſent, Magiſtratus urbis hac rei inſolentia commotus, captoribus per muros

„Dominus Theodoricus de Moirſa, Archiepiſcopus Colonienſis, tanquam ad hoc a dicto „Domicello *Gerardo*, mediante Keyſerswerde, quod eidem Archiepiſcopo tradiderat, ſtipen„diatus, præfatum Domicellum contra dictum Dominum Adolphum aſſiſtentiam fecit, & „plures Principes, Electores & alios terrarum Dominos & alios nobiles in magno numero „in auxilium ſuum concitavit. Quæ guerra tandem per ſubmiſſionem partium, in Domi„num Ludovicum, Ducem Bavariæ, factam, ſopita fuit & terminata. Poſt cujus tamen „pronuntiationem iterum rediit ad guerram, ſic quod tam ante, quam poſt major pars „terræ tenebat partem Domicelli *Gerardi*, demum vero per Treugas iterum pacificata, quæ „Treugæ tandem de conſenſu fratrum & Patriæ Markenſis prolongabantur & firmabantur, „quam diu dicti fratres perſiſterent in humanis, prout adhuc in ſuo robore perſeverat. Vide quoque *Schaten.* Annal. Pad. Part. II. p. 544. 555. 606.

Digitized by Google

muros delapſis, captos triennium, ne fidem prædonibus datam ſervare neceſſe haberent, ſub honeſta cuſtodia detinuit.

Anno 1432. Theodoricus Limburgius, Bruchii Dynaſta, caſtrum Bruichium Adolpho noſtro vendidit, iterumque in feudum ab eo accepit. Anno autem inſequente, cum Theodoricus Adolpho juratam fidelitatem minus fideliter ſervaret, & præterea Theodoricus de Rechteren civium Colon. liberos in hoc caſtro detineret; Theodoricus Morſanus, Archiepiſcopus Colon. illud obſedit, ſed conſilio Gerhardi Clivii, fratris Adolphi, Friderici, Comitis Mœrſani, Goſwini Steekii & Weſſeli a Loe pax inita, & Ducis Montenſi Wilhelmo ab Adolpho venditum, inde Ducatus illius feudum eſt.

Maxime vero ſub finem ætatis belli, cum Theodorico Morſano, Archiepiſcopo Col. ob Suſatum geſti, (1) initia direxit, adminiſtratione & continuatione Joanni, filio primogenito, tradita. Nam cum hanc urbem anno 1399. in tutelam atque protectionem ſuam recepiſſet, (2) ut ſupra (3) dictum eſt, ea anno 1444. ab Archiepiſcopatu Col. (quem Philippus Heinsbergius, devicto a Friderico Brab. Henrico Leone, Saxoniæ & Angariæ Duce, provinciisque pulſo, cum titulo Ducatus VVeſtphalici acquiſiverat,) (4) quod contra antiquas immunitates ab Archiepiſcopo Theodorico premeretur, defectione inclinavit, & controverſiæ arbitro, Bernhardo, Saxoniæ atque Angariæ Duce, pro Archiepiſcopo in diremptione controverſiæ pronunciante, anno 1444. plene deſcivit. Quia vero Respublica tantis viribus belli indubitato ſibi expectandi, & cum tam potente hoſte gerendi impar, ad Adolphi, tutoris ſui atque protectoris, auxilia fugit, is vero non tantum, ob reditus Cæſarinſulanos & ditionem Linnenſem, verum etiam Nanetenſis anno 1424. & Reſenſis anno 1435. pignorum reluitionem intentatam, ſed ab Adolpho, ob

(1) De cauſis hujus belli & defectione Suſatenſium ad Duces Clivenſes *Schaten.* Annal. Pad. Part. II. p. 606. *Non*, ſcribit, *perinde quietus Theodoricus, Colonienſi Archiepiſcopus, immenſum tributum ab univerſis Diœceſis ſuæ incolis exigit. Quem in cenſum venere ſingulorum equi, boves, porci, oves & domus ipſa: non Sacerdotum capita, non Religioſorum cœnobia, non ullus ordo ſexus exceptus. Qua vectigalium acerbitate multis querelis repleta Diœceſis. Sed offenſi cumprimis Weſtphaliæ Ducatus, oppida & ordines priſtinam majorum libertatem violari proteſtantur. Auſi inter ceteros palam reclamare* Suſatenſes, *& ad alterius imperium reſpirare. Atque hæc prima ſemina Suſatenſis belli tum jacta, quod tantis calamitatibus poſt erupit. Mirati non pauci, quæ vel opium cupiditas, vel pecuniæ indigentia Archiepiſcopum ad tam inſuetum tributum compulerit. Verum, ut cum* Donawero *ceteri Scriptores memorant, Aulæ magnificentia & bello Bohemico ita exhauſtus erat, ut pleraque caſtra & oppida Eccleſiæ oppignorare neceſſe habuerit. Igitur ad erarii lacunas implendas, & caſtra redimenda, & Aulæ magnificentiam continuandam, ſubjectorum loculi exhauſti.* De immenſis theſauris, a Friderico Saerwerdano, Archiepiſcopo Colonienſi, relictis, ſed ab ejus ſucceſſore Theodorico Mörſano in temeraria bella, majoremque, quam neceſſe fuiſſet, Aulæ ſplendorem profuſis, vide inſuper *M. Chronic. Belgicum* p. 407. *Chron. Honſelerianum* ea de re *Anno*, memorat, *1441. cepit Theodoricus, Colonienſis Archipræſul, Zuſatum, Angariæ Ducatus civitatem præpotentem, a diu ſe infenſam, jamque Clivenſibus conſideratam, multifarie infeſtare, ultra privilegia Civium Imperialia, a priſcis Præſulibus roborata & Imperatoribus. Lit primum & injuriarum fomenta coram militaribus & Civitatibus Diœceſis Colonienſis ventilabantur, ſed incaſſum, inde coram Friderico Imperatore Zuzatenſes citavit Epiſcopus, qui cauſam examinandam & terminandam commiſit Bernhardo, Saxoniæ Duci, qui auditis partibus, examinatisque quæſtionibus, decrevit, Zuzatenſes injuſte fore ab Epiſcopo oppreſſos, eosque non teneri ad ſolvenda, quæ conſumptuoſe exegerat, nec non & licite ligas cum Adolpho, Clivenſi Duce, confeciſſe.* Unde liquet, *Schatenium* l. c. p. 628. immerito Suſatenſes pertinaciæ arguere, propter quam nihil coram arbitro, a Cæſare miſſo, effectum tunc fuerit, e contrario vero illa Ducis Saxoniæ ſententia injuſtitiam, qua Archiepiſcopus in Suſatenſes egerit, manifeſte teſtatur.

(2) Quibus Suſatenſium precibus id fecerit, ipſe *Schatenius*, alias in Clivenſes & Marcanos Comites iniquior, reticere non potuit, qui lib. cit. p. 627. *Suſatenſes*, ait, *exacerbati in Colonienſem non deſtitere Adolphum, Cliviæ Ducem & Marchiæ Comitem, exorare, ut armatum urbis ſuæ patrocinium ſuſciperet, quam in rem alios poſt alios miſere Legatos, qui provoluti etiam ad pedes Ducis, tandem ad arma flexere.* Qua fronte itaque idem paulo ante ſcribere potuit, *Suſatenſes ab Adolpho, Duce Clivenſi, fuiſſe inflammatos, atque in rebellione ſua confirmatos?*

(3) De *Urbibus Marcanis.*

(4) Quæ enim de Dagoberti, Regis Francorum, donatione *Schatenius* p. 628. aliique ſcribunt, conficta ſunt. Vide Not. ſupra ad *Suſatum* in *Urbibus Marcanis.*

Digitized by Google

ob pretium juſto tempore non numeratum, recuſatam, nunc vero repetitam, & a Gumbrechto Nuenário, legato Cæſaris Friderici III. cui eodem tempore, nempe anno 1444. de ditionibus ſuis omnibus homagium præſtitit, (1) ſibi revelatam, ab Archiepiſcopo alienior eſſet, inprimis quod Advocatias Eſſendienſem & VVerthinenſem ad ſe etiam derivare cogitaret, Suſatenſium patrocinio ſuſcepto feciali die Veneris poſt Viti miſſo, anno 1444. apertum Theodorico Archiepiſcopo denuntiavit bellum, deinde cum ipſe per valetudinem, inprimis ob dolores podagricos, quibus infeſtabatur, eidem præeſſe non poſſet, Joannem, filium primogenitum, 25. annorum juvenem, ex aula Burgundica revocatum, præfecit, qui Suſatum miſſus, & a civibus, abdicato Archiepiſcopo, cum gaudio exceptus, & homagio inauguratus eſt. Hic vero, ubi omnia ad bellum neceſſaria in urbe diſpoſuiſſet, ad patrem reverſus, in Ducatu Clivio militem ſcripſit, & Clivenſes & Calcarienſes maxime ſibi addictos invenit.

Anno 1445. Adolphus noſter Theodoricum Archiepiſcopum apud Papam Eugenium accuſavit, tantumque effecit, ut illo exauthorato, filiorum ſecundus Adolphus ſubſtituendus nominaretur, ſed cum is renueret, Papa nihilominus Adolphum Ducem cum omnibus ſuis ſubditis a Theodorici obedientia (2) abſolvit, eique in ditione ſua peculiarem Epiſcopum, titulo Corcagenſem, & ſuffraganeum Ultrajectinum præfecit, qui Calcariæ aliquamdiu ſedit. Contra Theodoricus Archiepiſcopus Gerhardo, fratri Adolphi, perſuaſit, ut Swartzenburgium, Plettenbergium, Herſchedenum, Altenanum, Hurdenſe, Ludenſcheidium & Neoradium caſtra, oppida & dominia Comitatus Marcani, a fratre illi aſſignata, ſibi traderet, (3) aliisque, de quibus in Joanne filio plura, unitus, Adolpho animoſe ſe oppoſuit: qui viciſſim filio primogenito Joanni habenas belli tradens, eidem veſpera Pentecoſtali, anno 1448. in nervum rei gerendæ multos ex diverſis oppidis, teloniis, caſtris & præfecturis reditus aſſignavit.

His igitur rebus, ab Adolpho noſtro geſtis, finitis, ad acquiſita accedimus, quibus provinciam Clivenſem egregie auxit atque locupletavit.

Acquiſita Ducis Adolphi.

Inter hæc numerantur præter Suſatum, de quo modo dictum, quod anno 1406. a Reinholdo, Juliæ & Geldriæ Duce, Limarſiam pro 10. millibus Scutatorum pignore obtinuit.

Præterea anno 1418. ab eodem Reinholdo caſtrum Middelerium & Imperiale nemus pro 16667. Scutatis in pignus accepit.

Pignora Sintzigium & Regiomagum, a VVilhelmo, Montium Duce, avunculo, anno 1397. capto, acquiſita, quæ Roberto Vierneburgio Comiti anno 1411. in pignus tradita, anno 1424. Adolphus Montanus, VVilhelmi filius, redemit.

Anno 1420. Theodoricus Morſanus, Archiepiſcopus Col. ſummi Capituli conſenſu, caſtrum & oppidum Berckenſe, cum telonii medietate, Adolpho noſtro oppignoravit; qui civibus iſtis ita ſe benevolum præſtitit, ut de tali novo Principe ſibi gratularentur.

Anno 1423. Arnholdo Egmundano, poſt defunctum ejus avunculum, Reinholdum, Juliæ & Geldriæ Ducem, in iſtis provinciis ſucceſſori, filia ſecundo genita Catharina promiſſa, non tantum cum eo pactus eſt, ſed etiam Imperialis nemoris, antea ſibi obligati, tabulas, anno 1436. ab eo renovatas, accepit: eidemque pro eodem pignore 6. mill. florenorum Rhenenſium porro anno 1440. mutuo dedit, ſuper caſtro & ditione VVachtenduncana 18. florenorum millia numeravit: Duiffliam denique anno 1445. & 49. in pignus obtinuit. De quo poſtremo pignore, ut ſpeciatim quædam hic tradamus, notan-

(1) Inveſtituræ literas vide infra in Cod. Diplom. No. LXXVIII.

(2) Diploma Pontificis & Epiſtolam ejus, qua ſubditos Clivenſes & Marcanos a juramento Theodorico præſtito abſolvit, juxta *Leibnizii* exemplum in Mantiſſa ad Cod. Diplom. vide infra in Cod. Dipl. No. LXXIX. & LXXX. *Schatenius* Pontificis Diploma Annal. Pad. Part. II. p. 629. quoque refert, ſed in quibusdam a priori diverſum. Illa vero Ducis Cliviæ & ejus ſubditorum exemptione a Diœceſi Colonienſi procul dubio factum, ut Duces Clivenſes *Papæ* in ſuo territorio dicti fuerint, atque primas preces ipſi ſoli in ſuis ditionibus ad hæc usque tempora contulerint.

(3) Nihil de hac ceſſione Gerhardi habent *Secretar. Anonym.* neque alii, quare clam factam fuiſſe oportet, omni effectu deſtitutam, cum illa loca in poteſtate Ducum Clivenſium manſerint.

Digitized by Google

tandum, anno 1432. eundem Arnholdum Egmundanum Elberto Alpenſi, Hunnepeliæ Domino, pro 784. aureis eandem Duiffliam obligaſſe; idem vero Adolpho noſtro anno 1445. cum Dominii Calbeecenſis feudo, & pago Loenenſi in Dynaſtia Ravenſteinia, omnique trium harum partium ſuperioritate, Dominio & cenſu, pro 6000. aureis hac conditione tradidiſſe, ut cum ea ſimul Wachtenduncïæ pignus pro 24000. aureis redimeretur. Quia vero Elbertus Alpenſis, Duiffliæ adhuc proventibus gaudens, Joannem, Adolphi filium, ſecundum Clivorum Ducem, in fructu ejus percipiendo impediebat, an. 1463. novo cum affine contractu inito, hunc 1440. aureos in reluitione promiſiſſe.

Cæterum omnia hæc Geldriæ pignora, nempe Duiffliam cum Wachtenduncia, atque præfectura, urbe & territorio Gochenſi, caſtro denique Norgenawio, anno 1473. Carolus Burgundus, tum ejusdem Dux, Joanni, Clivorum Duci 2. Adolphi filio, pro ſumptibus in bellum ab ipſo impenſis, & fidelis obſequii ſibi præſtiti compenſatione, perpetuo poſſidenda confirmavit. Quam donationem Maria Burgunda, ejus filia, in Majo anno 1477. eodemq; an. in Octobri Maximilianus Auſtrius, poſt Imp. factus, illius maritus Philippus, denique eorum filius, Hiſpaniarum Rex, anno 1505. ratam habuerunt, nec Carolus V. hujus gnatus, Cæſar, victo anno 1543. Wilhelmo, Cliviæ, Juliæ, Montium Duce, inter conditiones, quas ei præſcripſit, revocavit.

Præter Geldricas has partes adhuc Adolphus noſter alia acquiſivit. Nam urbem Emmericenſem an. 1402. veſpera Ciciliæ emit, Santenſis & Reeſenſis oppidorum pignorum, a patre acquiſitorum, illius quidem anno 1424. hujus vero anno 1435. a Theodorico, Archiepiſcopo Colon. propoſitam reluitionem, ob pretium juſto tempore non ſolutum, recuſavit.

Anno 1433. medietatem urbis Lippienſis a Comitibus ejus conſecutus eſt, quam filiorum primogenitus Joannes, cum Bernhardo & Simone, Comitibus Lippiacis, an. 1445. plenarie pactus, confirmavit.

Anno 1436. a Joanne Heinsbergio Gennepiæ medietate pro 10400. Scutatis accepta, anno 1441. a Geisberto & Reinhero, Brederodiis, eorundem jus reliquum, quod in eandem habebant, pro 7000. floren. emit.

Ad Cliviæ vero ſuæ nobilitatem quod attinet, Dux ejus primus, ut diximus, in concilio Conſtantienſi a Sigiſmundo Imp. inauguratus, anno 1418. Archipræfecturam Ducatus Arnholdo ab Heſſen, Viro equeſtris ordinis præcipuo, attribuit: cujus filius Otto eandem dignitatem in Theodoricum a Wylich nepotem ipſius conſenſu, anni novi 1446. ineuntis feſtivitate, tranſtulit: cui Adolphi nepos, Joannes II. tertius Clivorum Dux, Theodorici filio Adolpho anno 1498. arcis Disfortianæ Dominium & cunicularios Flurinenſes adjecit. Idem Adolphus dignitate Archicamerariatus Ducatus Clivenſis nobiliſſimos Eylios inſignivit, quibus mortuis in Huchtenbruchios derivata eſt. *Status nobilitatis.*

Anno 1438. Joannem filium, natura, non lege, (1) a ſe genitum, arce Clarenbecia donavit.

Anno 1447. Wilhelmo, ejus nominis II. Montium Dynaſtæ 13. & Oſwaldi, primi eorundem Comitis, patri, pagum Beekium pro certa pecuniæ ſumma in pignus conceſſit.

Ur-

(1) Habuit præterea Adolphus adhuc alios liberos naturales, quos ſchedula quædam *Archivi Clivenſ.* ita recenſet:

ADOLPHUS, Dux Cliviæ,
ex Concubina

Margaretha, nupta *Hermanno* van Loith to Gotterswyck.	*Maria*, nupta *Zegero* de Groisbeck.	*Johann* de Blanckenſtein, cujus uxor fuit *Margaretha* van Appeldoorn.

Adolphus de Blanckenſtein, qui inſuper villam Elſen obtinuit.

Margaretha, ux. Theodorici Schmulling.	*Maria*, uxor Adelardi ab Eyll, *anno*.

Digitized by Google

Status urbium. Urbes provinciæ Clivenſis quod attinet, iis omnibus, nempe Clivopoli, Veſaliæ, Emmericæ, Calcariæ, Reeſæ, Bourichiæ, Sonsbecæ, Udenæ, Dinslaciæ, Sherenbecæ, Holtenæ, Orſaviæ, Griethuſiæ, Cranenburgiæ, Huſſenæ & Griethæ, cunctis, quibus gaudebant, privilegiis confirmatis, ubi poſt exceſſum ſuum ex hac vita hæredes vel maſculos, vel iis deficientibus, fœmineos a ſe relictos, pro ſucceſſoribus ſe agnituras, filios autem, vel filias plures, præter hæredem ſucceſſorem, (1) ex aliis ad Cliviam non ſpectantibus bonis dotaturas promiſiſſent, Adolphus viciſſim ſe eas neque oppignoraturum, neque venditurum, neve alio modo alienaturum recepit: ſpecialiter vero Reeſam, recenter a patre acquiſitam, ubi ab Archiepiſcopo Colon. redimeretur, ab hac unione hæreditaria exemit.

Anno 1419. ipſa Petri Apoſtoli, omnibus his oppidis immunitatem atque exemptionem a judicii Eccleſiaſtici onere largitus, Eccleſiaſticis ipſis quoque mortificationi ulteriori bonorum ſæcularium in iisdem ſucceſſione introduxit.

Cum vicinis Principibus & Rebuspubl. in ſequentem modum pactus & unitus eſt:

Anno 1398. cum Colonienſibus induciis ſexennalibus.

Anno 1412. cum Monaſterienſibus: cum iisdem anno 1437. de Dominio Ringelbergio, Brunenſi, Dingdenſi, Aſchenburgenſi pagis, controverſia ab Adolpho noſtro & Henrico Morſano, Epiſcopo Monaſterienſi, Philippo Burgundo compromiſſa, hic pronuntiavit, ut in Brunenſi pago Adolphus utramque jurisdictionem, temporalem & Eccleſiaſticam, in Dingdenſi vero Epiſcopus Eccleſiaſticam tantum exerceret.

Anno 1418. cum Tremonienſibus de Mengedeno & Brakelio pagis.

Anno 1420. cum Adolpho, Montium & Juliæ Duce, convenit.

Anno 1429. cum Engelberto & Henrico Naſſoviis, Roberto item atque VVilhelmo Vierneburgiis, de Dynaſtia Ravenſteinienſi compoſuit.

Opera Ducis Adolphi. Opera, quæ rei præclare geſtæ monumenta inſignia Adolphus noſter in provincia ſua Clivia ſtruxit, ſunt partim politica, partim Eccleſiaſtica.

Politica. Politica ſunt: Turrium altæ Clivenſis, cygneæ dictæ, & alterius, ubi κειμήλια Principum aſſervantur, caſtrorum atque arcium Griethuſienſis, Huiſſenſis, Sevenariensis, Iſelburgenſis, Veſalienſis, Dinslacenſis, Sherenbecenſis, Rurorthenſis, Orſavienſis, Bouricenſis, Wienendalenſis, Sonsbecenſis, Kervenheimenſis, Schraevelenſis, Udenheimenſis atque Calcarienſis, in Comitatu Marcano Altenani & Werthinenſis conſtructiones atque expoſitiones uberiores.

Idem Udenheimium anno 1414. Craneburgium anno 1417. non longe poſt Sherenbeciam, anno 1441. Iſſelburgium oppida munivit.

Totam denique provinciam foſſis & aggeribus in Rheni ripa & mediterraneis, vulgo Landwehren: in limitaneis vero oris, receptibus & propugnaculis circumſcripſit.

Opera Eccleſiaſtica. Opera Eccleſiaſtica Ducis Adolphi ſunt: Monaſterium Carthuſianorum in inſula Mariæ, vulgo Gravienſi, hoc eſt, Comitis appellata, prope Weſaliam, anno 1419. ipſa purificationis Mariæ, ſive ſecunda Februarii, ſui ſolius ſumptibus, ſine aliorum Principum collatione, aut ſubditorum onere, ab ipſo cœptum, eodemque anno 19. Martii, Indict. 13. a Theodorico Morſano, Archiepiſcopo Colon. inauguratum, reditibus etiam atque immunitatibus, utpote executione juris debiti & teloniorum libertate, dotatum. Cumque in eum uſum primo Dux Adolphus innumeram laterum & lignorum congeriem, nec non calcis magnam copiam initio ſtructuræ coacervaſſet, Conſiliariis, propoſiti Monaſterii ædificandi ignaris, *cui fini hæc a ſe præparentur*, rogantibus, *ſe paraſitorum, lenonum, adulterorum, & omnis generis impoſtorum carcerem, ergaſtulis diſtinctum, ibidem conditurum*, reſpondit: hos vero poſtmodum Carthuſianorum cellulas aptari videntes, & hos immenſos ſumptus nihil, vel parum emolumenti, Principi ſubditisque allaturos regerentes, ita affatus eſt: *Si vos, o amici, panum & carnium micas pauperibus, ſpe mercedis a Deo conſequendæ, lubentes porrigitis, cur non ego quoque longe meliori ratione ſan-*

Arnholdus Heymricius in libb. 6. Sophiologicis.

(1) Pacto enim anno 1418. cum equeſtri ordine & civitatibus inito, conſtitutum fuit, ne Ducatus Cliviæ & Marcanus Comitatus unquam inter liberos dividerentur, ſed ut vel primogenitus vel primogenita in iis ſoli ſuccederent. Vid. Diplomata in Cod. Diplom. No. LXXXI. LXXXII. LXXXIII.

Digitized by Google

ſanctas religioſorum animas, pro me & toto hoc Ducatu meo aſſidue apud Deum interpellaturas, offerrem? In hoc clauſtro Carthuſienſi Adolphus primo 12. quas vocant, cellas pro totidem Monachorum habitationibus conſtruxit, quibus Catharina filia, ejusque maritus Arnholdus Egmundanus, Geldriæ Dux, Caſparus Cuilenburgius, Joannes Alpenius, & Joannes a Loen, aliique, ſinguli ſuas usque ad 24. cum reditibus poſtmodum addiderunt, ut omnium cellarum numerus litteras Alphabeti exæquaret.

Idem Adolphus Præceptoratum, quem vocant Antoninum, in ſylva Cliviæ cædua, (op gen Haw) a matre Margaretha Montana anno 1378. inchoatum, presbyteris certis conſtitutis, & domo lapidea majori ob ſocietatem, quæ collyriorum dicitur, ædificata, conſummavit.

Collegiatam quoque Eccleſiam Zephlicenſem, a majoribus Clivorum comitatibus fundatam, conſenſu Eugenii IV. Pontificis Romani, anno 1436. Craneburgum tranſtulit, jure patronatus omnium beneficiorum ſibi retento.

Præpoſituram Clivenſem illius Collegii, quod ex Monreberga anno 1341. a Theodorico IX. Clivorum Comite, huc deductum eſt, erexit, Henrico Neuhuſio primo Præpoſito conſtituto, cui poſtea Hermannus a Braeckel Aquenſis ſucceſſit, Ducis Joannis, Adolphi filii, quoque factus Cancellarius, & iſti Theodoricus a Riſwich Reeſenſis.

Monaſterium Auguſtinianorum regularium prope Ringelbergum in valle pacis anno 1438. conſtituit, quod ubi regulares hi deſeruiſſent, Crucigeri conſenſu ejus anno 1444. occuparunt.

Sacella multa in Parochiales Eccleſias commutavit, & in omnibus fere Ducatus Clivii oppidis, ubi nulli erant conventus ſororum paupercularum, ſeu Monialium, cum Noſocomio & Miniſtrorum ſedis Ducalis Cliviæ decrepitorum domo, in urbe Clivopoli, ſede Ducatus, ordinavit.

Fuit ergo Princeps (1) omnium virtutum, pietatis, juſtitiæ, fortitudinis, prudentiæ, authoritatis atque fidelitatis, numeris abſolutus. *Laus Ducis Adolphi.*

De pietate ejus ſequens recitat Apophtegma Arnholdus Heymricius in libb. Sophiologicis, quod *poſt natum Chriſtum nullæ Chriſtianos præſtigiæ, maleficia, vel aſtrorum interpretamenta, deceant.*

Juſtitiam ejus docet reſponſum, Arnholdo Egmundano, Geldriæ Duci, genero, de odio ſubditorum apud ſe conquerenti, datum, quo illud inde ortum dixit, *quia prius metui magis, quam amari, a ſubditis voluerit:* ideoque vice verſa amorem in odium degeneraſſe.

Idem, nihil tam reipublicæ exitioſum, quam impunitatem ſcelerum, affirmavit, nullumque genus hominum magis, quam Adulatores, abominatus eſt.

Nobilitati vero domeſticæ hoc crebro ſuggeſſit, *ad Virtutem non tam eundum, quam curſu contendendum eſſe.*

Humilitatem vero & modeſtiam Principis teſtatur, quod aulæ apparatus & ſuperbos luxus vehementer deteſtatus, iisque ex ſua proſcriptis, ſimplicem ac modeſtam vivendi rationem, tam a Joanne filio, quam ab aulicis, ſervari voluit. *Balth. Exneurus in Valerio Maximo Chriſtiano.*

Joannes autem, cum in Galliis aliquot annis vivens, patrium morem dedidiciſſet, ac ſuperbiorem externæ gentis conſuetudinem aſſumpſiſſet, ex Aula Burgundica in patriam revocatus, apparatu & equitatu gallico inſtructus rediit. Adolphus, adventantem filium, & peregrino luxu tumidum, videns, adhæc plurimorum inſuetas campanellas atque tintinnabula mulorum audiens, excanduit, ſua dialecto inquiens: (Da ſompt Johenneken mit den bellen;) *Hic filius meus Joannes venit cum tintinnabulis;* quo dicto illi peregrini, quem affectaverat, luxus vanitatem exprobravit. Filius vero, hoc ipſo ſenis patris dicto, ut proverbio celeberrimo, ſæpenumero uſus, ac ſecum jocatus, confeſſus eſt, patrem vera dixiſſe: Nempe *ridiculum eſſe, ſi quis Principum frugalitatem patriæ cum luxu peregrino non erubuerit permutare.*

Tanta denique hujus Principis ubique fuit authoritas & fides, ut nudo ejus dicto plus,

(1) Ut *Theodorus Rhay* Anim. illuſtr. p. 168. 169. eum quoque deſcribit. Multus quoque in ejus encomiis eſt *Gerhardus Schurenius* in Chron. MS.

plus, quam aliorum ſignatis literis tribueretur. Hinc rythmi de ipſo Germanici vulgo jactati:

Sein nein waß nein gerechtigh,
Sein jha waß jha volmechtigh,
Er was ſeins Worts gedechtigh,
Sein Mundt, ſein Grundt eindrechtigh,
Ein Prinß aller Princen Spigel,
Sein Wort daß war ſein Sigel,
Seins Mudts gar unverzagt,
Wer hat ihn auß dem Feldt gejagth?

Quibus omnibus, ad Ducatus Clivii augmentum & ornamentum, geſtis & peractis, anno ætatis 77. imperii 50. Dux Adolphus, annis ingravescens & curis, arthritide laborare cœpit, quapropter mature, condito Teſtamento, & ſepultura in Gravienſi Carthuſia ſibi aſſignata, hæreditatem filiis ſuperſtitibus, Joanni Ducatum Clivium, Adolpho vero Dynaſtiam Ravenſteinenſem & Wienendaliam, cum reditibus Sylvæ-Ducenſibus & Flandricis, per uxorem in dotem acceptis, nempe 600. Coronarum Francicarum, ex Flandria quotannis numerandarum, poſt ejus mortem aſſignando, diviſit. Ab Helmichio Gadesduncano & Arnh. Herenhovio Carthuſiano, Prioribus, in morbo, ut conſolationis aliquid impartirentur, ſubinde viſitatus, annorum ſatur, quippe 77. major, in filiorum, ſicut etiam conjugis chariſſimæ Mariæ Burgundicæ, aliorumque Comitum, Baronum & Nobilium, tantum Heroëm abeuntem lugentium, præſentia, ipſa Teclæ Virginis, ſeu 19. Septembr. anno 1448. ubi prius ad Euchariſtiam digne ſumendam, neque ob nauſeam iterum egerendam, jejunaſſet, placide & pie obdormivit, cujus corpus ſequentibus diebus, Nobilium & ſubditorum ingenti numero comitante, in Carthuſiam Gravienſem delatum, ibidemque conditum eſt.

Uxor Maria Burgunda maritum in caſtro Monrebergio, poſt annos 15. in viduitate exactos, 30. Octobris anno 1463. inſecuta, (1) ibidem quoque tumulata, vigilia omnium Sanctorum funere per oppidum Santenſe trans Rhenum in clauſtrum illud, præſentibus filio Joanne Duce, ejusque conjuge Elizabetha Niverſia, ſorore Catharina Geldra, cujus maritus Arnholdus Egmundanus ſe excuſârat, cum primaria procerum & totius nobilitatis caterva, deducto, Exequiis vero Dominica prima Adventus in Eccleſia collegiata Santenſi ritu ſolenni celebratis.

Cæterum anno 1590. 28. Octobr. ex hac Carthuſia Inſulæ Reginæ cœli, ob belli belgici motus deſtructa, Adolphus hic, primus Cliviæ Dux, Maria Burgunda, ejus conjux, Catharina ſoror, & Catharina filia, Maria denique, Wilhelmi Principis mater, ut monumentum habet, in templum Dominicanorum Veſalienſis urbis translati ſunt: Ex Pſalmo XXV. verſ. 12. & 13. hac inſcriptione addita:

Quis eſt homo, qui timet Dominum? Legem ſtatuit ei in via, quam elegit. Anima ejus in bonis demorabitur, & ſemen ejus hæreditabit terram.

JOHANNES PRIMUS, ſub Alberto II. Auſtrio, ejusque ex fratre Erneſto nepote, Friderico III. Impp. Dux Cliviæ ſecundus, Marcæ vero Weſtphalicæ Comes 15. ſive a pulchritudine faciei & totius corporis ſtructura egregia, Bellus dictus, ſive ab habitu peregrino, quo inſtructus ex Galliis ad patrem rediit, & quod in præliis libenter feroci equo, phaleris tinnientibus conſpicuo, uteretur, cum tintinnabulis, Bellicoſus appellatus.

Nativitas. Natus 16. Januar. (2) 1419. in Cliviæ Metropolis arce antiquiſſima, & a Theodorico Moerſano, Archiepiſcopo Col. ſacro fonte lavatus, ut ex clauſula hac memoriali apparet:

LaVs eIVs In ECCLesIa SanCtorVM.

Educatio. Puer novem annorum ad aulam Burgundicam Philippi avunculi miſſus, Gandavi cum ſex aliis nobilibus in lingua Latina & Gallica educatus eſt, dictus puer Gandavenſis.

An-

(1) In laudem ejus vide *Theodorum Rhay* Anim. illuſtr. p. 181. 182.

(2) Quæ de nativitate, educatione, itineribus *Johannis*, ejusdemque inveſtitura de Ducatu Cliviæ & Comitatu Marcano referuntur, fide nituntur *Chron. Schuren.* & *Honſcleriani.*

Digitized by Google

Annorum vero 16. cum Philippo avunculo, ejusque fratribus, ad debellandum Ludovicum Borbonium, Ducem Aurelianenſem, affinem ejus poſtea factum, profectus eſt; ſed bello confecto ad ſcholam rediit. Deinde cum eodem iterum Caleti expugnationi & bello Lutzenburgenſi interfuit. *Iter Navarrenum.*

Anno ætatis 18. a Philippo ex ludo Gandavenſi in aulam aſſumptus, & ſtudiis Equeſtribus adhibitus, ſequenti anno Agnetem ſororem, Carolo, Regi Navarreno, deſponſatam, eo duxit: Et Sluſæ Flandrorum navi cum 70. aliis Viris nobilibus & præcipuis conſcenſa, inde ſolvens Biſcaiam appulit: Ex qua, pedeſtri itinere in regnum Navarrenum pergens, in urbem Valleſoletanam ſedemque regiam devenit, ibique feſtivitate nuptiali magna pompa celebrata, Compoſtellam Hiſpaniæ, reliquias S. Jacobi viſurus, petiit, inque itinere Caſtiliæ Rege ſalutato, ad regnum Navarrenum ſororemque rediit: quæ anno 1479. ſterilis vita defuncta eſt. Huic vero cum tum temporis extremum vale dixiſſet, per Arragoniæ & Catalauniæ regna Barcelonam perrexit, ibique navi rurſus adſcenſa, Avinionem, indeque per Montem Peſſulanum in Burgundiam contendit.

Ubi poſtquam dies 14. ex longinquo itinere reſpiraſſet, quod reliquum ex eo erat perficiens apud S. Audomarum, ad Philippum avunculum rediit.

Aum hoc autem in aula ibidem tantiſper moratus, dum expleto anno ætatis 25. ab Adolpho patre revocaretur, qui ab illo tempore, nempe ab anno 1444. illum bello Colonienſi, cum Theodorico Mœrſano, Archiepiſcopo Col. ob Suſatum geſto, adhibuit, cui ante & poſt mortem patris optimi fortiter præfuit: Mortuo autem an. 1448. in Ducatu Clivio, poſtmodum etiam Gerhardo patruo an. 1461. in Comitatu Marcano ſucceſſit, utraque provincia cum tutela Eſſendienſi & Werthinenſi a Friderico III. Imp. inveſtitus, inque agri Suſatenſis villis 14. per Cratonem Steckium homagium accepit.

Hinc igitur multa præclare geſſit, qualia ſunt Bella Colonienſia duo, Geldrica tria, Gandavenſe & Trajectenſe; Accedunt iter ſacrum Hieroſolymitanum, multaque opera Eccleſiaſtica & politica, de quibus omnibus jam ex ordine Hiſtoria texenda eſt.

Bellum Colonienſe primum, tum vivo adhuc patre Adolpho, tum poſt ejus quoque obitum, perfecit.

Nam ut Heymricius, Decanus Santenſis, in libris ſuis ſex Sophiologicis ſcribit: Cum oppreſſi Suſatenſes ſubmiſſis poplicibus, (1) ut ſuppetias pater Adolphus ipſis præſtaret, ſupplicarent, extrema clementia permotus, ſe, Deo bene favente, injuriam patientibus opem ferre paratum, reſpondit. Fortitudinis autem Joannes filius in hoc bello admirabilis inſigne edidit ſpecimen.

Cum enim tam a ſuis gentilibus, quam ab urbis Suſatenſis optimatibus plurimum interpellatus, ne ſe ipſum, omnium ſpem ſalutemque, inſtanti urbis obſidioni, a Theodorico, Archiep. Col. inſtituendæ, ceu præcipitio ſubmitteret, ſed relictis propugnatoribus, urbe excederet; Ille ſuaſoribus indignatus, Deo volente, ſe glorioſam potius mortem, quam ingloriam fugam expetere, ipſumque periculum juſtitiam cauſæ patefacturum, dixit.

De eadem fortitudine hujus noſtri Principis in eadem obſidione illud quoque teſtatur, quod cuidam referenti, urbis muros tantæ potentiæ imbecilliores ſibi videri: Non muros, ſed viros oppugnandos, reſpondit. Et cum ex oppugnatoribus quidam altera tibia mutilatus ei oſtenderetur: Et hunc fuga nulla ſalvabit, ait. Denique cum ex obſidentibus quidam Equeſtris dignitatis vir cum ſuis ad Joannem tranſire, nocereque hoſtibus obtuliſſet: Abſit, inquit, ut victoria fraudis vel impoſturæ nomen fortiatur.

In bello autem hoc Colonienſi primo Archiepiſcopo Theodorico frater Henricus, Monaſterienſis, Paderbornenſis, Hildeshemienſis & Mindenſis Epiſcopi; Ludovicus, Palatinus Elector; Wilhelmus & Fridericus, Saxones, Miſnici & Thuringi, Fridericus Brandenburgicus, & Wilhelmus Brunſwicenſis, Duces; Johannes Naſſovius, Gerhardus Seynius, Philippus Naſſovius, Johannes Zegenhainius, Walramus Waldeccianus, Bernhardus Solmæus, Reinherus Hannovius, Conradus Rietbergius, Henricus & Mauritius Pyrmontani, Henr. Spiegelbergius, Comites; Reinherus Weſterburgius, Theodorus Renckelius, *Bellum Colonienſe primum.*

(1) Vide Not. ad belli hujus initium ſub *Adolpho*.

Digitized by Google

Joannes & Henricus, Gemenſes Dynaſtæ; cum civitate Tremonienſi ſuffragati ſunt: (1) A Johannis Clivii partibus vero tantum Philippus Burgundus, Rudolphus Diepholtius, Trajectenſis Epiſcopus, Simon & Bernhardus, Comites Lippienſes, Joannes Schœnbarnius, cum Galeno Swaneburgio, Bohemo, Goſwino, Cratone & Conrado Streckiis, Clammero Buſchopio, Ottone Willichio, Goſwino Kettelero, Luberto Turco, Roberto Stackeno, Elberto & Joanne Alpenis, Equeſtris dignitatis viris, fuerunt. Ut vero nervus belli ei ſuppeteret, pater Adolphus oppida, caſtra, præfecturas & telonia in Provincia Clivenſi, Orſavienſe, Bouricenſe, Wienendalium, Santenſe, Wachtendoncium, Reeſium, Aſpelium, Hetterium, cum Roſſawico & Ilſelburgico, Sevenarico & Limerſia, veſpera Pentecoſtali anno 1448. certis conditionibus, literis publicis incluſis, ei tradidit: In Comitatu etiam Marcano Wetteram, Volmæſteiniam, Blanckenſteiniam, Hatnegam, Werdenam, Beckhumiam, Eſſendiam, aliaque oppida cum Bielſteinio & Vredenburgo, eorumque reditibus aſſignavit, ſubinde etiam magnam pecuniæ ſummam filio Johanni ſubmiſit: qui etiam cum Comitibus Lippiacis ob urbem eorum, quam Engelbertus Marcanus in pignus acceperat, non tantum transegit, ſibi medietate ejus hæreditarie ſervata, (2) ſed cum Gerhardo quoque Montenſi trium annorum inducias pactus eſt, ut cum ipſis conjunctus bellum hoc tanto expeditius gerere poſſet.

Theodoricus igitur Archiepiſcopus ſibi confœderatorum ſuppetiis primo caſtrum Friedenburgum (3) ſatis munitum circa Johan. Baptiſtæ feſtum an. 1445. obſedit, & die omnibus Sanctis ſacro cœpit; in qua expeditione Godefridus ab Hontzelaer, caſtri Capitaneus præfidiarius, jactu machinæ diſploſæ periit. Deinde Duisburgum civitatem, Gerhardo, patruo Joannis Ducis, addictam, nocte Gregorii Papæ feſtivitatem præcedente anno 1445. aſtu intercipere tentavit, ſed a civibus, campanarum clangore ad arma proruentibus, repreſſus eſt. Præterea Clivenſem ingreſſus Ducatum, cum eum undique præſidiis Burgundis munitum vidit, Suſatum regreſſus, 15. Equites in **Meinersh ſen** cœpit, & ex iis ſeptem ſuſpendit, ob quod facinus Suſatenſes ſex viciſſim nobiles Archiepiſcopi in crucem egerunt. Non multo poſt Colonienſes aliquos ex copiis Clivenſibus circa Dorſtam urbem aggreſſi, ſex quidem nobiles, utpote Lubertum Turckum, Ottonem ab Heſſen, Johannem Kell, Anthonium a **Mldachten** / & Joh. a **Schoenenburgh** / in deditionem acceperunt, ſed eos Clivenſes viciſſim vindicarunt. Berckenſes etiam crumpentes multam ex Cliviæ pago Elverichio prædam abduxerunt. Contra Joannes, Dux Clivius, Tuitium incendit, Judæorum opulentiorum ædes diripuit, & Werthinam abduxit, ibidemque Rheno transmiſſo diœceſin Colon. longe lateque depopulatus eſt. Archiepiſcopus vero Gerhardum, Marchiæ Comitem, Joannis patruum, in ſuas partes pellexit, qui caſtra Swartzenburgium, Plettenburgium, Herſchedenum, Altenanum, Hœrdenſe & Nienradium, ſibi a fratre tributa, Eccleſiæ Colonienſi pro damnis perpeſſis reſignavit: Et quia ob Suſatum urbem Hanſeaticam ab Hanſæ deputatis Ordingæ anno 1445. tractatio pacis propoſita non ſucceſſit, Archiepiſcopus Bielſteinium inſedit, & obtinuit; Imo ſeles, facibus ignitis caudis earum alligatis, portarum foraminibus Suſato ad horrea civium incendenda immiſit, quod ſtratagema alio remedio cives quamprimum eluſerunt.

Joannes vero, Clivorum Dux, eodem anno armenta ante Geſekium oppidum a præſidiariis ſuis Suſatenſibus pro commeatu abduci juſſit, quod cives avertere tentantes, eorum 230. trucidati ſunt. Quapropter Archiepiſcopus ira accenſus majori, cum 1500. equitibus, calcatis ante Suſatum frugibus, Comitatum Dinslacenſem invaſit, & Hyſveldium pagum cum aliis exuſſit. Joannes vero Clivius contra terram Kempenſem vaſtavit, caſtrumque **Pelant** Joannis, Domini a **Bemen** / inexpugnabile viſum, in dedi-

(1) Fœderatorum utriusque partis nomina recenſentur in Tabulis transactionis, infra ad annum 1449. commemorandis.

(2) Ut quoque refert *Nic. Schatenius* Annal. Pad. Part. II. p. 631. *Joh. Pidcritius* in Chron. Lippiaco p. 560. Conf. Not. Lipſtadium *in urbibus Marcanis*.

(3) Belli hujus ab anno 1445. ad ann. 1450. maxima utrinque acerbitate, majori autem Archiepiſcopi detrimento geſti, ſæpiusq; tentatæ pacis hiſtoriam referunt *Erdw. Ertmannus* in Chr. Osnab. p. 257. & ſeqq. *Nicol. Schaten.* Annal. Pad. Part. II. ad citatos annos, & *Johann. Pidcritius* in Chronic. Lippiac. inde a pag. 560. ad 580. aliique.

Digitized by Google

deditionem acceptum, ſolo æquavit, qui idcirco Cliviis infeſtus, per captivum Clivium Weſaliam traditione occupare tentavit, ſed dolo per eundem pateſacto, 30. equites Colonienſes intercepti, eorumque commutatione Joannes ab Alpen, dudum cum 26. equitibus captus, liberatus eſt. Anno 1446. Clivenſes cum Suſatenſibus oppidum Nyhemium direptum conflagrarunt. Colonienſes vero caſtrum **Vollenſpiet** occupatum, ob commeatum Suſatenſibus avertendum, munierunt, ſed Clivenſes poſt diſceſſum Colonienſium cum ipſo Arnholdo **Vollenſpiet** illud cœperunt. Altera deinde Simonis & Judæ, eodem anno 1446. cum Colonienſes agrum Suſatenſem deprædandi animo ingreſſi eſſent, a Suſatenſibus, Wernhero, Comite a Seyn, Domino Wittikindenſteinio, Præpoſito S. Gereonis, Philippo Naſſovio, & Stephano a Laer trucidatis, 33. præterea nobiles, & milites 150. capti ſunt, qui ſe 32. aureorum millibus numeratis redemerunt. Nobiles capti ſunt: Bernhardus a Bueren, Theod. a Burtſcheid, Henricus Wulf, ſenior, Joh. a Scheidungen, Herm. a Furſtenburgh, ſenior, Frider. ab Hoerde, Herm. a Laer, Henr. a Werninchuſen, Alb. a Mengede, Rembertus a Quernheim, Godſchalc. a Padbergh, Joh. a Breidtbach, Henningus ab Heyger, Joh. Freitagh, Theod. Dimanwe, Reinherus Claitz, Joh. Suverke, Oſwald. a Wenckhuſen, Wynrich. a Bollinck, Ludolph. a Kerſenbruch, Henric. a Weydenkamp, Herm. ab Endorph, Henr. Kerſenbruch, Joh. ab Irenbach, Wilhelm. a Plettenbergh, Rovediſch, Joh. Culinck, & Herm. ab Hoingen.

Et quia eodem an. 1446. novæ pacis conditiones a Philippo Burgundo Maſieræ, & a Ludovico Bavaro Moerſæ propoſitæ, ab utraque belligerantium parte neutiquam ratæ habitæ ſunt, Joannes noſter Mindenſe oppidum cum integra diœceſi occupavit & depopulatus eſt: & fruſtra per Brabantiæ Mareſchalcum totius exercitus conflictu Theodorico Epiſcopo oblato, hic illum detrectans, Bohemos in ſocietatem belli an. 1447. evocavit. Contra quos, etſi Bernhardus, Comes Lippienſis, quia Viſurgi trajecto Comitatum ejus tranſire animus erat, eundem mature firmaſſet, illi tamen Blomenbergam deſtruxerunt, Lemgoviam in deditionem acceperunt, Dethmoldiam deleverunt, Hervordiam ære mulctarunt, totumque Lippienſem Comitatum, Lippoli fruſtra 13. diebus obſeſſa, arcibusque Valckenburgia & Steinebergia exceptis, occuparunt, Monaſterienſes etiam atque Oſnabrugenſes tanto exercitu territi, illi quidem Johanni Clivio Epiſcopum ſuum, Henricum Moerſanum, Colonienſis Archiepiſcopi fratrem, hi vero Joannem, Hoyenſem Comitem, ſex annis captivum detentum, dimiſſum, Archiepiſcopo tradiderunt. Joannem autem Clivium, qui tum Unnæ erat Archiepiſcopus, hoc exercitu ita percellere non potuit, quin Suſatum cum ſuis ingrederetur, decemque ejus portis munitis, ſingulisque milite præſidiario & capitaneo impoſitis, ſibi vero turri Buddæa retenta, animoſe defenderet. Archiepiſcopi autem exercitus, Monaſterio Walburgis portæ vicino intercepto, machinisque & bombardis applicatis, lapidum ac globorum jaculis muros, mœnia, turres, portasque aliquamdiu lacerarunt, ignemque ſagittis in civitatem ejaculati ſunt, ſed commeatu tanto exercitui alendo non ſuppetente, conſilio cum ſuis inito, violentam civitatis oppugnationem ſcalis adhibitis tentavit; Joannes, Dux Clivius, adverſus eam torques pice circumlitas, & per mulieres calcem vivam aquamque ferv idam præparavit, quibus hoſtes, quatuor locis urbem oppugnantes, ita excepit, ut 1200. cæſis, multisque vulneratis, reliquis cum Archiepiſcopo, cujus galæ, a Rege Galliæ dono acceptæ, tres ſagittæ infixæ fuerunt, ob ſtipendia non ſoluta, in fugam verſis, Joannes Clivius inſigni & memorabili victoria obſeſſam urbem aſſeruerit, qui Bohemis reconciliatis, ita rogantibus, cum 2200. equitibus ſe viſendum exhibuit. Et quia ex Ducibus belli Gawinus, Comes Swanenburgius, Bohemus, in aula Gerhardi, Juliæ & Montium Ducis, ignominia, tanquam ſutoris filius, galea & armis luto immerſis, affectus fuerat, Comitatus Ravensburgius ab iis in reditu invaſus, a Joanne vero Clivio arx Hoveſtadia in deditionem accepta fuit.

Anno 1448. Archiepiſcopus Theodoricus, frugibus in agro Suſatenſi per dies 15. conculcatis, monomachiam Joanni Clivio obtulit, quam, qua Epiſcopi arma preces & lachrymæ eſſe debent, utpote injuſtam, recuſavit: & ſimiliter ante oppida Tremonienſe & Werlenum, agris vaſtatis, Secretarioque urbis, quod Archiepiſcopo arcana ejus prodidiſſet, in crucem acto, Callenhardium oppidulum cœpit, & inter Hoerdam atque Capel-

Digitized by Google

Capellam, milite in inſidiis collocato, Tremonienſes ad egreſſum pertentavit, quos, Duce Philippo Naſſovio, Præpoſito Bonnenſi, erumpentes, Joannes Clivius, fugam ſimulans, adortus, 400. ex civibus cum eorum capitaneo comprehendit. Quia vero nova, eaque tertia, a Gerhardo, Juliæ & Montium Duce, Duſſeldorpii propoſita tractatio non ſucceſſit, Theodoricus Archiepiſcopus Unnæ & Iſerlonæ ignem immiſit, Joannes Clivius in Bocholtio oppido & vicinis ſimilia deſignavit. Tandem mortuo an. 1448. Adolpho, patre Joannis, a Philippo Burgundo induciæ a feſto Martini usque ad octavam Paſchatis anno 1449. propoſitæ ſunt, quibus exſpirantibus, Cuſanus, Cardinalis S. Angeli, Pontificis Nicolai legatus, eas ad Dominicam Jubilate prolongavit: & poſtmodum, ad publicandum Jubilæum in Germaniam miſſus, utraque parte Trajectum ſuperius ad Moſam citata, & ut cauſam cum commodis & damnis utrique datis & acceptis, ſcripto unius anni tempore comprehenſam, ad Abbatem Pantaleonis, & hic viciſſim ad Nicolaum Papam, deferrent, injuncto, Principes diu inimici hoc modo reconciliati, captivis utrimque dimiſſis, convexis brachiis ſeſe deduxerunt, & ſententiam a Pontifice exſpectarunt: Sed Nicolao Pontifice anno 1449. mortuo, Calixtus ſucceſſor pro Colonienſi ſententiam pronunciare voluit, contra quam Joannes excepit. Et eodem tempore, nempe anno 1448. Gerhardo Marcano patruo unitus, Ikeram expugnavit, & primam monetam, Rhenanæ æquivalentem, Weſaliæ cudit.

Tandem etiam 27. Aprilis an. 1449. captis utrimque dimiſſis, offenſisque remiſſis, cum Theodorico plene reconciliatus eſt. (1) Eodem anno Philippus Burgundus, inter Joannem & Adolphum, ejus fratrem, diviſione inſtituta, (2) ipſi Ducatum Clivenſem cum Marcano Comitatu, Adolpho Ravenſteiniam & Wienendaliam Flandriæ aſſignavit. Joanni igitur, utraque Provincia ab Imp. Friderico III. inveſtito, (3) ſubditi homagium ubique præſtiterunt. Nomine autem Philippi Burgundi hanc diviſionem Joannes, Bergæ prætextæ Dynaſta, & Simon Lalainius, Montignii Dominus, 10. Martii anno 1450. in arce Clivorum approbarunt, & ſigillis ſuis munierunt.

Joannis iter ſacrum.

Poſt hæc Joannes noſter, in Jubilæo Paſchali feſtivitate exacta, anno 1450. iter ſacrum Hieroſolymitanum, (4) ſingularis ſeculi iſtius pietatis documento, inſcia matre, & ſorore Catharina Geldrica, tanquam avunculum Philippum Burgundum inviſurus, ingreſſus eſt: Et in **Groeßbeck** affini Arnholdo Egmondano locutus, itineris ſocios Johannem ab Alpen, Goſwinum Ketlerum, Johannem a Loe, Matthiam ab Eill, præter Helmichium Bentingium, Bernhardum a Beeck, cubicularios, Henricum, præceptoratus Hauwenſis alumnum Sacellanum, Joannem Reineri, ſartorem, M. Gysbertum, chirurgum, aſſumpſit: Fridericus a **Witthen** in Brabantia acceſſit. Bruxellis ubi tres dies ſubſtitiſſet, Hannoniam, Campaniam, Burgundiam, Sabaudiam, Lombardiam tranſiens, Venetias pervenit, ubi, conſenſu a Papa impetrato, Gerhardum & Ottonem a **Wylich** fratres, Comitem Hornenſem, Theodorum Batenburgium, Anholtiæ Dominum, Anthonium ab Eill Equitem, Wilhelmum a **Flodorpff** Præfectum Ruremundanum, Wilhelmum a Goer, Adrianum ab Herler, & Joannem ab Hemmerden offendit, & a Duce Senatuque Veneto hono-

(1) Qua de re *Erdw. Ertmannus* in Chron. Osnabrug. p. 260. *Hic Papa* (Nicolaus V.) *Legatum ad partes Almaniæ, pro pace tractanda inter Dominum Archiepiſcopum Colonienſem, Ducem Clivenſem, Sofatienſes & complures partium prædictarum, miſit. Qui Legatus indixit dietam ad Trajectum ſuperius, ubi invocata Spiritus S. gratia, Dominica, quæ in Eccleſia Dei cantatur Miſericordia Domini, pax affutura per Domini Papæ Legatum pronunciata eſt, ac poſt ſolennæ Compromiſſum laudatum in hunc, ut dicebatur, modum: Quod Archiepiſcopus Colonienſi caſtræ Byllſtein & Fredeborg, quæ gladio ceperat, retinere poſſet. Joh. Pideritius* in Chron. Lippiac. p. 580. **Der Geſandte, als eine hochverſtändige Perſon, hat ſich bedacht, und darauf endlich ſich alſo reſolviret, daß nun hinfernet die** Poſſeſſio & adminiſtratio **der Stadt Soeſt dem Fürſten von Cleve erblich und ewig ſoll** cedi*r*et **und übergeben ſeyn, und ſoll auch dabey** manuteniret **und erhalten werden.** Vide quoque *Stangefol.* p. 505. Ipſas vero tabulas pacis, e *Schatenio* deſcriptas, vide infra in Cod. Diplom. No. LXXXIV.

(2) Vide infra in *rebus Adolphi.*

(3) Miſſis ad Imperatorem Ambaſiatoribus ſolennibus, ut refertur in *Chron. Honſeler.* Ipſum inveſtituræ Diploma vide infra in Cod. Diplom. No. LXXXV.

(4) Multas paginas deſcriptioni hujus itineris impendit *Gerb. Schuren.* in MS. Chron. quod paucis memorant *Schaten.* p. 652. *Stangefol.* p. 508.

Digitized by Google

honorifice exceptus, circa Pentecostes festum mare ingressus, cum modo dictis sociis, intra mensis spatium secundis velis trajecit, & Joppen appulit, indeque per 60. milliaria loca sacra peragravit: & ubi per 12. dies in Palæstina mansisset, & a Domino de Cricqui eques renunciatus esset, eodem equestri gladio itineris socios ipse inauguravit. Hoc feliciter itinere sacro expedito, per Cyprum, Rhodum, Candiam, ubi Joannis ab Alpen pater cum Joanne Hinsbergio, idem iter ingressus, mortuus, & honorifice apud minores, & ante annos aliquot humatus fuerat, regressus, Anconem permeans, Venetias rediit, in cœnobium S. Georgii a Duce & Senatu introductus. Unde Romam ad Jubilæum perrexit, sed in itinere in morbum incidens, ex illo post tres quatuorve dies Dei beneficio restitutus, Romæ Pontifice Nicolao salutato, Neapolim ad Regem Alphonsum contendit. A quo 16. equis donatus, 14. apud illum diebus rogatus substitit: inde vicissim Romam redux in ædibus magnificis Cardinalis Morinensis divertit, ibique Arnholdum Egmondanum & Henricum Schwarzenburgium, affines, similiter terram sanctam visitaturos, invenit. Roma Florentiam, exinde Pedemontium, super S. Bernhardi montem pergens, Bruxellas ad avunculum tandem regressus, & ab illo anno plus minus detentus, tandem in Cliviam suam delatus, a matre, fratribus & sororibus, proceribus omnibus & subditis, læta acclamatione, legatis obviam missis, ambabus, quod dicitur, ulnis exceptus est.

Bellum Monasterienſe.

Quia vero interea temporis, anno scil. 1450. Henrico, Episcopo Monasteriensi, defuncto, de successione Henricus Hoyensis, & Walravius Mœrsensis, (1) Theodorici, Archiep. Colon. frater, contenderunt, anno 1451. Joannes Clivius redux, ex petitione matris & consiliariorum, ob priores adversus patrem Adolphum Theodorici Archiepiscopi inimicitias, partes Henrici Hoyensis, adversus Theodoricum, ejusque fratrem Walravium, Adolphum, Montium & Juliæ Ducem, & Gerhardum, Marcanum Comitem, patruum, defendit. Etsi autem Papa VValravium Mœrsensem, rejecto Hoyensi, confirmasset, Dux Joannes tamen huic suppetias tulit, & una æstate Ranstorpiense, Vredense, Halterense, Iselborgense castra expugnavit, Walravius Nahuysium tantum obtinuit; quod cum Monasterienses, Duce Joanne Clivio domum dimisso, expugnare tentassent, post ancipitem & variam fortunam Hoyenses fusi sunt: ob hanc fidelem Episcopo Monasteriensi præstitam operam, castrum Strombergense & Dulmonense Johanni oppignoratum est, propter quod pignus, papali licet banno gravatus, a Walravio etiam Episcopo sæpius citatus, ab Episcopo tamen Eysteteusi, Imperatoris præside & vicario, absolutus est.

Rebellio Gandavenſis prima.

Anno 1452. contra rebelles Gandavenses, (2) cum Adolpho fratre, Philippo Burgundo avunculo insigni equitatu, ipso S. Viti die, suppetias tulit; Nam ad hostium usque suburbana grassatus, cum hi Philippi arma longius adhuc abesse cernerent, furiosa, ut populus solet, celeritate in eum ducentes, in ejus gladium irruunt; Horum vero impetum, plus quam bis mille civium cæsis, tantisper sustinuit Joannes, dum rapidissimo cursu avunculus advolans, reliquam partem penitus deleviſſet.

Dominium Gemenſe.

Eodem anno Monasterienſibus contra Arnholdum, Comitem Benthemium, & Joannem, Gemensem Dominum, auxilio fuit, & huic sibi reconciliato dominium Gemense,

(1) Quorum contentione Diœcesis in miserrimum statum redacta, & civitas Monasteriensis, quod Hojano adhæreret, ex fœdere Hanseatico anno 1454. ejecta fuit, turbis nihilominus durantibus usque ad annum 1456. quo Walramus obiit. *Nic. Schaten.* Annal. Pad. Part. II. inde a pag. 653. ad 673. *Erdw. Ertmannus* in Chron. Osnabrug. quod belli hujus descriptione finitur. *Gerh. Schuren.* Chron. MS. quod itidem illo tempore desinit. *Wilhelm. Heda* de Episc. Ultraj. p. 287.

(2) Turbæ ortæ fuerunt ex novis tributis, atque inprimis vectigali XVIII. solidorum, quod de singulis saccis Salis postulabat Philippus, *imitatus*, ut ait *Mejerus* Annal. Flandr. p. 344. *Philippum Valesium, qui apud Gallos ejusmodi Legem Salicam introduxerat*, Gandenses autem solvere detrectabant, utpote libertati suæ adversum. Magna animorum acerbitate, ut solent bella civilia, motus illi agitati fuerunt, anno demum 1453. sopiti, quibus conditionibus vid. ap. *Mejerum* l. cit. p. 359. *Haræum* Annal. Brabant. T. I. p. 422. Johannes vero, Cliviæ Dux, ab avunculo suo in ordinem Equitum Aurei Velleris juxta alios tum receptus fuit. *Mejerus* pag. 347. *Joh. Turckius* in Supplemento, quod nunc incipit. *Chronic. Schuren. P. Heuterus* Rer. Burgund. lib. 4.

Digitized by Google

ſe, quod anno 1280. Godefridus & Goſwinus, pater & filius, a majoribus Comitibus Cliviis, & anno 1444. ab Adolpho, primo Duce, ſucceſſores eorum in feudum acceperant, anno 1464. confirmavit, hac tamen lege, (1) ne contra dominum feudi ſub 2000. florenorum aureorum pœna amplius militarent.

Præfectura Santenſis. Sub hoc tempus etiam controverſia cum Epiſcopo Colon. antea, ut diximus, ſopita, iterum reſuſcitata eſt. Cum enim Santenſem urbem, cujus præfecturam integram Joannes noſter anno 1449. Joanni Spycker commiſerat, capitulo privilegia anno 1450. confirmarat, & civibus ratione liberæ electionis & cenſus vinarii nova conceſſerat, hoc anno 1452. armata manu ingreſſus, Eccleſiaſticis jurisdictionem Eccleſiaſticam, imprimis excommunicationem papalem Colonienſem, & decimarum exſolutionem, edicto publico, ex tractatu Cardinalis S. Angeli, abrogaſſet, & collegiis ſex Ducatus Clivenſis, Santenſi, Emmericenſi, Reeſenſi, Wiſſelenſi, Craneburgio & Clivenſi, defenſionem ſcriptis literis pollicitus eſſet, Archiepiſcopus Colonienſis, Theodoricus Mœrſanus, nondum acquieſcens, Suſatenſibus, qui etiam ad Joannem Clivium, ut modo dictum, acceſſerant, victualium uſum liberum negavit: eodemque viciſſim in Ducatu Clivio, & Comitatu Marcano, Colonienſibus Joannes anno 1455. & 57. interdixit. Archiepiſcopus ergo Santenſes, tanquam perjurii reos, coram Pio II. accuſavit, accuſatos etiam Cardinalis Zamorenſis non auditos anno 1459. 14. Julii damnavit; ſed illi ad ſedem Romanam appellantes, eodem anno bullam abſolutoriam (2) impetrarunt. Tandem Archiepiſcopo Theodorico anno 1461. in ſchiſmate remoto, Adolpho, Joannis fratri, Archiepiſcopatus oblatus eſt; ſed cum recuſaret, Joannes Carcagenſis ordinis Prædicatorum eum adeptus, Theodorico ad Concilium appellante, Calcariæ aliquamdiu munus Epiſcopale adminiſtravit. Imo Eugenius ab omni cenſura Archiepiſcopi Clivos abſolvit, & immunitate Eccleſiaſtica donavit.

Comitatus Bergenſis. Idem Johannes anno 1452. arcem Diedemenſem expugnavit, quæ antea, anno ſcil. 1447. ab Adolpho patre cum pago Beckio Dynaſtæ Bergenſi, Guilielmo Leccano, oppignorata fuerat, a Johanne vero filio Vincentio Mœrſano in pignus tradita, ideoque anno 1568. novus contractus inter Ducem Wilhelmum Clivæ, & Wilhelmum, Montium Comitem, initus eſt, de quo infra plura. Atque hæc Ducis Joannis geſta ante conjugium ſunt.

Conjugium Joannis. Anno 1455. 27. Martii conjugium ejus cum Eliſabetha, Joannis Burgundi, Niverſii & Eſtampii Ducis, & Jacobæ d'Aillii, filia unica (3) & hærede, hac pactorum conditione (4) concluſum eſt, ut ſin minus ſocer ejus cum hac Jacoba d'Aillii, filia Vidami d'Amiens, nullos hæredes maſculos amplius progeneraret, Joannes in omnibus ditionibus ſuccederet. Atque ſic Eliſabetha quarta Maji Clivopoli appulit, a matre mariti Maria Monrebergæ & Bouricæ, a Catharina ſorore, & urbibus Clivia, Calcaria, Santena, Weſalia,

(1) *Joh. Turckii* Supplem.
(2) Ibidem.
(3) Sanguine quoque Johanni Duci hoc modo conjuncta:



(4) Tabulas vide infra in Cod. Diplom. No. LXXXVI. LXXXVII.

Digitized by Google

ſalia, Reeſa, Emmerica, ſummo gaudio & honore excepta. Ex hac geniti (1) in ſede Ducali Clivenſi:

Joannes ſecundus, ſucceſſor patris, anno 1458. 13. Aprilis, die Jovis, hora 11. antemeridiana, ab Henrico a Rhay, Abbate Campenſi, fidejubentibus pro ipſo, nomine Philippi Burgundi, Simone Lalainio, Gerhardo Marcano, patruo magno, & Maria Burgunda avia, baptizatus. *Liberi.*

Adolphus anno 1461. 18. Aprilis, die Martis, hora 10. antemeridiana, ſine hæredibus anno 1498. 4. Aprilis denatus, prius tamen Canonicus ſumnii Templi Leodienſis factus, cui Roſarium explicatum Cal. Febr. an. 1482. Arnholdus Heymricius, Decanus Santenſis, inſcripſit.

Engelbertus anno 1462. 26. Septembr. hora 2. pomeridiana, poſtmodum, ut dicemus, Dux Nivernenſis.

Theodoricus anno 1464. 29. Junii, hora 1. pomeridiana, Comes Valeſius, itidem ſine hæredibus mortuus.

Maria anno 1465. 8. Auguſti, die Veneris, inter 5. & 6. pomeridianas, Juveni Adolpho, Gerhardi & Sophiæ Saxonico-Leoburgicæ filio, Montium & Juliæ Duci, deſponſata, (2) ſed hoc in cœlibatu ante conjugii conſummationem anno 1470. in expugnatione caſtri Thomburgici mortuo, ipſa quoque virgo deceſſit.

Philippus anno 1467. 1. Jan. inter 7. & 8. antemeridianas, Archiepiſcopus Rhemenſis & Nivernenſis, qui an. 1503. 3. Maji vivis exceſſit. Ei libros ſex Sophiologicos 5. Non. Aprilis an. 1484. Arnholdus Heymricius, Decanus Santenſis, dicavit.

Anno 1455. cum Rudolphus Diepholtius, Epiſcopus Trajectenſis, conſenſu Pontificis tributum (3) a civibus exigeret, exorto in urbe tumultu, Epiſcopus Vollenhoviam conceſſit, inque ejus locum Gisberto Brederodio, Præpoſito ſummi templi, competitore Stephano Bavaro, Theſaurario Colon. unanimi capituli totius voto electo, Calixtus Papa ejus electionem abrogavit, & in favorem Philippi Burgundi, filium ejus nothum, Davidem Epiſcopum (4) renunciavit, quem Joannes Clivius, cum Adolpho Ravenſteinio, fratre, Comitibus Niverſio, ejusque filio Carolo & Cricquio, Ultrajecti introduxit. Brederodius vero, cum his omnibus reſiſtere impar eſſet, a Joanne, Duce Clivio, (5) perſuaſus, præpoſituris Metropolitana, & S. Salvatoris Ultrajecti, & Donati Brugis, cum 4. millibus leoninis aureis annuis acceptis, & 5. eorundem millibus pro ſumptibus retentis, totum Epiſcopatum in Davidem reſignavit. Sed cum civitates Trans-Iſſulanæ, utpote nothum, recuſarent, Philippus Burgundus Daventriam 8. ſeptimanis obſedit, quam cum reliquis, Davide filio recepto, idem Joannes, Dux Clivius, cum patre anno 1457. reconciliavit. *Res geſtæ & bella Ducis Johannis conjugati. Bellum Ultrajectum.*

Anno eodem, nempe 1457. contra Gandavenſes, de novo rebelles, (6) eidem Philippo ſubſidio fuit, adeo ut in prælio 16. millibus eorum cæſis, veniam ſupplices peterent, Philippum magno cum triumpho Ducem ſuum ſuſciperent, cui Joannes quoque noſter interfuit. *Rebellio Gandavenſis ſecunda.*

Anno 1459. Dux Johannes, Legatus ad Æneam Sylvium, (7) Pium II. dictum, Pontificem maximum, nomine Philippi Burgundi Mantuam profectus, eum, quod bello Gal- *Iter Romanum.*

(1) Vide *Tab. Genealog.* Præter vero liberos hos legitimos, naturales quoque habuit *Adolphum*, Dominum de Grondſtein, cujus liberi fuerunt Johann de Grondſtein, Eliſabeth, uxor Ottonis de Wylich, *Engelbertum*, cujus filia Mechtelt van Cleve, & *Mariam*.

(2) Ut liquet ex pactis dotalibus in Cod. Diplom. No. LXXXVIII.

(3) Prædiale, vulgo Margengelt, ut æs alienum, bellis ſuis contractum, ſolveret. *Wilhelm. Heda* p. 286.

(4) *Saffridus Petri* in appendice ad Bekam p. 160. *Wilh. Heda* p. 291.

(5) Arbitro ejus controverſiæ electo. Cit. Scriptores, *Pontan.* Hiſt. Geldr. p. 505. *Schaten.* Annal. Pad. Part. II. pag. 1455. *Pont. Heut.* R. Burgund. lib. 4. c. 16. & *Chron. Honſeler.*

(6) Ita refert *Turckius* Suppl. cit. *Pont.* vero *Heut.* & *Mejerus* pace nuper facta lætos ac tranquillos fuiſſe memorant, Philippo Duce ſummis gaudiis anno 1458. in urbem recepto.

(7) *Turckius* l. c.

Digitized by Google

Gallicano impeditus, contra Turckas, (1) anno 1452. Conſtantinopolin expugnantes, ſubſidia ſua non ſubmiſiſſet, excuſavit.

Bellum Geldricum primum civile patris & filii.

Anno eodem 1459. contra Adolphum, Geldriæ Ducem, impie patrem Arnholdum Egmondanum perſequentem, & Principatu privare conantem, militem inſtruxit. Nam cum pater Arnholdus, Comitiis Arnhemii celebratis, tributum a provinciæ Geldriæ & Zutphaniæ ſubditis, ob æs alienum contractum diſſolvendum, & ſtatum dignitatis Principis conſervandum, exigeret, civitates inter ſe diſtractæ, Ruremunda, Venlona, Geldria & Gravia, Arnholdo adhæſerunt, Neomagium vero, quod Arnholdus, Republica male adminiſtrata, ſubditos onerare vellet, imprimis ob vini portum ſibi ablatum, & Dorderacenſibus pro certa pecuniæ ſumma conceſſum, Adolphi partes ſecutum eſt. Tandem tamen anno 1460. damnis multis utrimque datis & acceptis, per Joannem Clivium (2) reconciliatione facta, iter Hieroſolymitanum Adolphus ſuſcepit: ſed redux, cum pater iterum Wennemarum & Arnholdum (3) fratres Prangios, Adolpho filio charos, ob homicidium, in Niell commiſſum, capitis ſupplicio affeciſſet, & præterea nepoti, Friderico Iſſelſteinio, cum Gerhardi Cuilenburgii unica filia & hærede copulato, dominium Buranum & Bonſichomenſe conceſſiſſet, Adolphus Graviæ, feſto trium Regum cum patre celebrato, quarta nocte nudum e lecto extractum, & equo impoſitum, ope Friderici Iſſelſteinii primum Lobithum abduxit, & ibidem per annum integrum captivum detentum, inde Buram contra Deum & naturam traduxit, & homagio a ſubditis accepto, gubernacula Ducatus ad ſe rapuit, cujus nefandi facinoris memoriale tempus in hoc dicto:

PeCCaVI In ConſpeCtV aLtIſIMI.

& altero:

1465. *CaptVs CVM Lepore CoCVs.*

continetur; ob id vero a Paulo II. Papa, Friderico III. Cæſare, Philippo Burgundo, & Joanne Clivio avunculo, admonitus, (4) cum eos audire nollet, armis eorum, cum Joannis & Wilhelmi Egmondanorum atque Gerhardi Cuilenburgici viribus conjunctis, oppugnatus eſt. Joannes enim noſter die 11. Febr. an. 1466. omni fœderi & amicitiæ, cum Geldris hucusque cultæ, ob Arnholdum affinem, tam nefande a filio captum, conſiliariis licet diſſuadentibus, renuntians Wilhelmo Egmondano, Arnhemium occupante, ipſe municipium Wezanum expugnavit, Neomagenſes vero, præcipuos Adolphi fautores, menſe Majo ad certamen evocans, tria ovium millia ex agris eorum abigi juſſit. Et cum cives, portis erumpentes, ſine ordine militari Clivenſes inſequerentur, hi 400. ex iis Clivopolim captivos abduxere; ſicut in dicto memoriali chronico: *ConCVLCatI CognoVerVnt Me*, Joannes noſter loquens a quodam introducitur.

Præter hæc 9. Februarii Gochia a Joanne obſeſſa, ſed ob Arnholdi, Comitis Bentheimii & Steinfurtenſis Domini, ſibi militantis & chariſſimi, mortem iterum deſerta.

Hic Arnholdus Bentheimius in obſidione iſta globo trajectus, ubi occubuiſſet, inde Clivopolim ductus, & in choro Eccleſiæ collegiatæ 16. Febr an. 1466. inhumatus eſt.

Deinde 18. Martii ejusdem anni Clivii 70. cives Dotecumienſes ex Embricenſe urbe ſtratagemate doliorum, aqua oppletorum, & Weelam Limerſiæ abductorum, aggreſſi, multos occiderunt, reliquos coëperunt.

Contra Geldri in Auguſto Craneburgum iterum tentarunt, irrito licet conatu: Neomagenſium etiam civium præcipuorum filii, ab Adolpho Duce ad Wilhelmi, Iſelſteinii Domi-

(1) Adverſus quos claſſicum canebat Pius II. miſſo ad Imperatorem pileo & gladio conſecrato, novumque ordinem militarem *Mariæ Bethlehemiticæ* moliebatur, qua de re vide Diplomata apud *Leibnizium* in Codice Diplom. p. 418. 419. 420.

(2) Qui una cum Arnoldo filium hujus Adolphum Neomago obſeſſo in ſummas anguſtias redegerat, promiſitque tum Adolphus, quod, *quamdiu pater vivoret, ſe non intrudere aut intromittere quovis modo vellet in terras, homines, ſubditos, regimenque ejus.* Vide ejus literas ad arbitros apud *Pontan.* Hiſt. Geldr. p. 516. & Autorem infra in *Hiſt. Geldriæ.*

(3) Aulicos fuiſſe, quos Arnhemium miſſos Adolphus filius interceperit, atque capite truncari juſſerit, referunt *Pontanus* p. 521. & *Schlichtenhorſt.* p. 253.

(4) Vide literas ipſorum apud *Pontanum* p. 525. & 535.

Digitized by Google

Domini, patrui ſui, ditionem vaſtandam ſubmiſſi, & Gorcumii cum præda intercepti, Hagamque perducti, capitis ſupplicio affecti ſunt.

Joannes autem noſter, Clivorum Dux, eorundem Neomagenſium propugnaculum, **Puttup** dictum, cœpit & incendit, ubi Arnholdus **Portman** / Adolphi conſiliarius intimus, quoque periit.

Ideoque viciſſim Equites Geldrici ex præſidio Gochienſi villas aliquot in campis Udenis, injecto igne armentisque abductis, depopulati ſunt.

Quia vero bellum hoc cum utriusque Geldrici & Cliviaci Ducatus maximo detrimento quotidie ingraveſcebat, quatuor Electores Imperii ad Rhenum, Palatinus, Moguntinus, Trevir & Colonienſis, Heerenberge, metropoli Montium in Ducatu Geldrico, ad peculiares ejus Dynaſtas ſpectante, pridie exaltationis crucis per legatos conveniunt, & trium menſium induciis, inter utrumque patrem & filium, pactis his exſpirantibus, ita reconciliandos ſtatuerunt, ut Arnholdo patre, a filio Adolpho ex cuſtodia dimiſſo, eidem vel Buerenæ, vel Lobithi libere cum conjuge vivere, reditibusque Ducatus Geldrici uti frui liceret. Cum autem Adolphus his conditionibus non aſſentiretur, (1) 16. Octobris Rhenobercæ novus conventus, in quo plene cum patre reconciliaretur, ab iisdem legatis indictus, ſucceſſum exoptatum non habuit.

Hic igitur Bellum Geldricum tantiſper relinquentes, ad ſola Clivenſia reflectimus.

Legatio Romam deſtinata.

Anno 1460. Joannes noſter, qui prius, nempe anno 1459. ipſius ad Pontificem Æneam Sylvium, Pium dictum ſecundum, Philippi Burgundi Legatus Romam iverat, hoc anno ad eundem Arnholdum Heymricium, Decanum Santenſem, ablegavit, itineris ſociis ſtipatum, Petro Elſtenſis, & Ludovico Confluentinæ Eccleſiarum Canonicis, una cum Joanne Staertio, Secretario ſuo, qui Idibus Octobris Bruxellis iter ingreſſi, 7. Kal. Decembr. Romam appulerunt.

Clauſtrum Arboris Marianæ.

Eodem anno 1460. mater Joannis, Maria Burgunda, Adolphi patris relicta vidua, ex uſufructu ſuo clauſtrum Ordinis S. Brigittæ, (2) quod antea tantum ſacellum fuit, Treppenbomium (a gradibus, quibus arbor querna altior, cui imago B. Mariæ virginis impoſita, conſcendenda erat, appellatum,) condidit: 27. Julii primum virginibus octo velatis in illud impoſitis, Monachisque, qui divino officio præeſſent, virginumque confeſſiones exciperent, additis.

Arnh. Heymricius in libris Sophiol.

Cum vero fundatrix Arnholdum Boltium, paſtorem Santenſem, ſuumque ſacellanum, quem habebat chariſſimum, quomodo fundatio hæc ſibi arrideret? interrogaſſet, illeque, multo magis monaſterium hoc, quam mariti defuncti Adolphi Ducis, quod Carthuſianis tantum viris in Gravia prope Veſaliam deſtinaſſet, Deo, qui Adamo Evam in Paradyſo adjunxiſſet, placiturum, reſpondiſſet: Vah, inquit, divini mandati prævaricatores cum nunquam peccaturis comparat. Cui iterum Boltius: contubernium hoc Paradyſo præſtantius fore non exiſtimo. Imo niſi arctius monachi & moniales ſeparentur atque cuſtodiantur, cum Adamo quoque & Eva in peccatum lapſuros vereor, quod eventus (3) poſtea in multis Monaſteriis re ipſa comprobavit.

Obitus Mariæ Burgundicæ & Gerhardi Marcani.

Cæterum poſt fundatum Monaſterium anno tertio, Chriſti 1463. 30. Octobris, Maria hæc rebus humanis exempta, apud maritum in Carthuſia Gravienſi inhumata eſt: quam eodem anno, 12. Februarii, Theodoricus Morſanus, Archiepiſcopus Colonienſis, anteceſſerat.

Anno 1461. 13. Septembris, Gerhardus, Marchiæ Comes, Joannis noſtri patruus, de

(1) Erant jam capita pacis conſcripta, atque promiſerat Adolphus, quod patrem Arnoldum in inſula Rheni **Hovelſpitz** e regione Lobethani caſtri ſiſtere, ibique cum eo & Johanne Duce de pacis conditionibus colloqui vellet; ſed promiſſis haud ſtetit. *Pontan.* p. 530.

(2) *Turckius* in Suppl.

(3) Perverſe igitur *Teſchenmacheri* teſtimonium adverſus *Boltium* provocat *Theodorus Rhay*; quando *Anim. illuſtr.* p. 189. *Sed*, ſcribit, *Boltii ſagittam a ſcopo aberraſſe*, *Wernerus Peravius*, *vulgo Teſchenmacher Montanus*, *recens Annalium Cliviæ collector*, *a Catholica fide*, *loco & Religione licet alienus*, *veritate cogente agnoſcit*, *ob ſtrictam eo in monaſterio ad noſtram usque ætatem regularum pietatis caſtimoniaque obſervantiam*. *Boltii* enim augurium haud vanum fuiſſe, aſſerit *Teſchenmacherus*.

Digitized by Google

quo ſupra, Swertæ Marcanæ etiam obiit: (1) poſt cujus diſceſſum Marchia cum aula Spiegeliana, Coloniæ ſita, ad Cliviam rediit, hypotheca Cæſar-inſulana, quæ Adolpho avo & patri Joannis ex dote Margarethæ Montanæ aviæ debebatur, excepta; hanc enim Colonienſes emptionis prætextu, ut ſupra quoque annotatum, ad ſe rapuerunt: ſed cum Comes quoque Moerſenſis aliique Domini jus quoque ſuum in idem pignus prætenderent, anno 1463. Dux Joannes Clivius cum Vincentio, Comite Moerſenſi, ut hic tertiam, ille duas partes haberet, & de 18. mill. aureis, pro quibus Comiti Gerhardo dimidiata Dynaſtiæ urbis & telonii Zonſiæ pars anno 1454. oppignorata, 8. mill. item aureis atque 500. cum 15. mill. quæ ei aſſignata, & a Johanne Clivio Vincentio, Comiti Moerſenſi, a Gerhardo vero Marcano Duci Lotharingiæ delata erant, ita tranſegit, (2) ut Comes Moerſenſis de ſua portione, renunciatione facta, Dux Joannes, pignore Zonſio remiſſo, 20. mille aureos reliquos in pignus ſibi ſoli retineret. Ex eodem Comitis Gerhardi obitu Eberhardo a Marcka domus **Bielgeiſt** donata, & cœnobio quoque Hoerdenſi, quia & Gerhardus, & Dux Joannes naturalem in id filiam collocarant, villa Schurena ex teſtamento Gerhardi obtigit. Idem Gerhardus ante obitum anno 1461. monaſterium minorum obſervantium condidit Hammonæ.

Pax cum Epiſcopo Col. inita.

Anno 1464. tota controverſia inter Archiepiſcopum Colonienſem, Robertum Palatinum (3) Bavariæ, & Joannem Clivorum, Duces, quæ aliquot annis hactenus continuata fuit, poſt mortem Theodorici Moerſani, anno, ut diximus, 1463. 12. Febr. defuncti, ita compoſita, (4) ut Colonienſis, Cæſaris inſula cum Bielſteinio & Vredenburgio retentis, Suſatum & Santenum integras civitates Cliviæ relinqueret.

Anno eodem 1464. die S. Bernhardi, ſive 20. Auguſti, deportationi S. Victoris cum tribus filiis, Joanne, Engelberto & Philippo, maximoque hominum tam nobilium, quam ignobilium concurſu, Dux Joannes Santis adfuit: hanc deportationem Arnholdus Heymricius, Decanus Santenſis, proſa, M. Wilhelmus Cuſerus, Rector Calcarienſis, carmine deſcripſerunt. (5)

Anno 1465. Carolo, Comiti Carolonio, nepoti, cum bis mille equitibus contra Ludovicum II. Galliarum Regem, adfuit.

Bellum Marcanum.

Anno 1466. Dominica poſt Bartholomæi, inter Marckenſes & Tremonienſes inopinatus concurſus in Brackelio pago factus eſt, in eo multis vulneratis, multis quoque occiſis, ſuccubuerunt tandem Tremonienſes, illisque Unnenſes vexillum ablatum in templo ſuſpenderunt, hodieque ſuperſtes, unde verſus:

In Braeckel Unnenſes ſagittant Tremonienſes,
Qui reluctantes & eis mala vulnera dantes,
Et quoque qui fugerant, pellicia multa reportant.

Anno 1467. 15. Junii, Philippus Burgundus in ſata conceſſit, cui Carolus Audax, filius unicus, atque ex aſſe hæres, ſucceſſit, uxore an. 1468. ducta Margaretha Eboracenſe, Eduardi, Angliæ Regis, ſorore, cui præcedente anno in expugnatione Leodienſi bis mille equites adduxit.

Continuatio belli civilis Geldrici.

Anno 1468. Epiſcopus Colonienſis, Rubertus Bavarus, & Adolphus, Geldriæ Dux, inter ſe uniti, (6) Joanni Clivio, de Santenſi, Suſatenſi, Reſenſi urbibus, & ditione Aſpelia pro Col. diœceſi, Wachtendonca vero, Embrica, Limarſia, & nemore imperiali pro Ducatu Geldriæ iterum vindicandis, bellum indixerunt. Contra quos Dux Joannes noſter, cum Epiſcopo Monaſterienſi pridie Lamberti conjunctus, eidem Dulmoniam & Strombergam reddidit, auxilioque Wilhelmi Egmundani, Vada capta, & 6. Octobr. anno

(1) Sepultus Hammonæ in cœnobio Franciſcanorum, quod ipſe condiderat. *Schaten.* Annal. Pad. Part. II. p. 685. *Stangefol.* p. 514.

(2) Ut refert *Turckius* in Supplem. cit.

(3) Qui Theodorico Mörſano a Colonienſibus ſuffectus fuit, dum Paderbornenſes Epiſcopum ſibi proprium iterum eligerent, Simonem, Comitem Lippienſem. *M. Chronic. Belgic.* p. 406. *Schaten.* Annal. Pad. Part. II. p. 691.

(4) *Turckius* in Supplem. *Schaten.* Annal. Pad. Part. II. pag. 693.

(5) Et *Turckius* in Supplem.

(6) *Pontan.* Hiſtor. Geldr. pag. 531. *Turckius* in Supplem. *Chronic. Honſelar. M. Chron. Belgic. Schlichtenhorſt.* Geldriſche Geſchicht, p. 260. 261. 262.

Digitized by Google

no prædicto 1468. in præfectura Geldriæ veteri & nova Ecclesiis incensis, Drusiburgum ex improviso adortus, Petro Budbergio & Joan. Beeckio tradentibus, cœpit. Adolphus vero Geldrus cum 8000. militibus Udenos campos invasit, ferro, igne & præda ubique grassando, civitatem etiam Wachtendoncam auxiliaribus Ruberti Archiepisc. copiis obsedit, cui, utpote commeatu destitutæ, cum Dux Johannes eodem an. 2000. equitum & 9000. peditum manu stipatus, prospiceret, in reditu, cum provinciali fossæ, quod alii suaserant, præsidio imposito non attenderet, Dux Adolphus, cum suis in eadem latitans, ex insidiis Joannem circa cœnobium Sandense, a Joanne a Broickhusen, ejusque uxore Anna a Straten, anno 1452. constructum, (in quo etiam nobilium cæsorum arma suspensa sunt,) adortus, post omnium Martyrum integræ diei prælium, victoriam obtinuit, sed cruentam, Gumpertum Novariensem, & Eberhardum atque Wilhelmum fratres, Comites Limburgios, cœpit, ipse sagitta in pede vulneratus, & Matthias ab Eill, eques auratus, & cum ipso Scheiffardus a Bornheim occubuerunt, ambo in veteri campo tumulati; Joannes vero, Dux Clivius, Coloniam usque fugatus, ibique a civibus cum suis exceptus, & eorum atque Sophiæ Juliæ & Montanæ ope & consilio in Cliviam suam traductus est: cladis hujus (1) memoria versiculo sequenti inclusa est:

CIgnVM fere Leo ContrIVIt Corde scCVro.

Cæterum cœnobium hoc (2) domus compassionis virginis matris militum ordinis Mariæ, a Joanne a Broickhusen, & Anna a Straten, conjugibus, (ex quibus Joannes maritus anno 1452. in terra sancta obiit,) fundatum ac dotatum, postea Adolphus, Catharina ejus soror, & filius Carolus, Duces Geldriæ, Joannes ab Eill in Gastendonck, Joannes a Rossum, Eberhardus a Honstein, Joannes ab Arendael, Joannes a Donck, Otto a Bilandt, Theodorus ab Horst, Gerhardus a Vlodorff, Winandus ab Arnhem, Remerus ab Oy, Joannes Schienck, Theodoricus ab Horst, Henricus a Bilandt, Reinerus a Broickhusen, Joannes ab Hemmerden, Eberhardus a Wellep, Henricus ab Hœmœth, ejusque uxor, Joannes a Buedtbergh/ Arnoldus a Midacht/ quorum multi quoque prælio huic, loco prope Wachtendoncam & Straelenam medio, inter Joannem Clivorum & Adolphum Geldrorum Duces anno 1468. commisso, interfuerunt, anniversaria sui memoria locupletarunt. *Cœnobium Sandense.*

Anno 1469. 29. Jan. Wilhelmus Egmundanus propugnaculum ante Arenacum, ab Adolpho erectum, expugnavit: contra Adolphus, contractis plus minus octo millibus militum, agrum Udemensem depopulatus est.

Joannes autem noster, liberaliter militi suo stipendiis, quod justam cum ipso causam defendissent, solutis, sanguinem, cujus ne unam quidem guttam creare posset, ulterius fundere veritus, ad pacem inclinavit; quæ etiam in Septembri hoc eodem anno ea conditione (3) per Vincentium, Comitem Mœrsensem, constituta est, ut Joannes, Clivorum Dux, affini Adolpho, Geldriæ Duci, Arnheimio, Vada & Drusiburgo restitutis, & propugnaculis ante Wachtendoncam, Schulenburgum & Uffeldium pagum demolitis, ab Episcopo Santensem & Susatensem urbes integras retineret: omnes denique censuras Episcopi Wormatiensis, contra quas Joannes noster anno 1466. exceperat, Robertus Archipræsul quadriennio suspendat, a quibus tamen interea, nempe anno 1469. plene absolutus est: controversia denique ob Susatum & Werlam, utraque parte audita, componeretur, pagus Geisteren Wachtendoncæ accederet, reditus vero ejus in ditione Kempensi Cliviæ manerent. *Pax Colon. Geldr. & Cliviaca.*

Interim tamen Adolphus Geldrus patrem captivum non dimisit, imo novum cum Coloniensi Archiepiscopo, Brederodiis & Rege Galliarum contra Carolum Burgundum, Joannem Clivium, & Davidem, Episcopum Ultrajectinum, fœdus icit, quod Dux Joannes Clivius ex literis ancillæ (4) cujusdam Clivensis, apud præcipuam Neomagensem matronam famulantis, didicit, easque Burgundo transmisit, qui idcirco a Papis Paulo II. & Sixto IV. anno 1470. excitatus, Adolphum Geldrum per Joannem Clivium & Joannem de Berg

(1) De qua vid. pluribus *citat. Script.*
(2) *Turckius* in Supplemento.
(3) Pace Gandavi inita. *Turckius* cit. Supplem. *Chronic. Honseler. Pontanus* p. 537.
(4) Ita *Turckius* cit. Supplem. a quadam vero Domicella Cliviaca, Neomagi repertas, Johanni, Duci Cliviæ, transmissas fuisse, refertur in *Chronic. Honseler.* Vid. & *Schlichtenhorst.* p. 263.

Digitized by Google

Berg Gandavum primum, deinde cum prima vice hunc locum recuſaret, Hesdinum evocavit, ubi quidem comparuit, ſed animum Burgundi alienatum ſentiens, illique diffidens, clam duobus equis exceſſit, a Carolo vero Namurci in fuga retractus, & primum Vilfordiæ, inde Corraci cuſtoditus, patrem tandem Arnoldum Egmondanum, in vigilia Nativ. Chriſti, eodem anno 1470. carcere liberavit, (1) quem Carolus Burgundus cum gaudio honorifice excepit, filioque Adolpho Ducatum, patri Graviam cum 6000. aureis annuis aſſignavit; ſed cum in conditiones has Adolphus necdum conſentiret, omnium aurei velleris equitum ſententia anno 1473. 6. Non. Maji, Valencinis conventu habito, exauthoratus, & ante Tornacum anno 1477. lancea transfixus eſt; atque ſic patrem Carolus, legatione ad Status miſſa, in Ducatum Geldrium viciſſim introduxit, licet, repugnantibus Neomagenſibus, anno 1471. cum fratre VVilhelmo Egmundano, ejusque filiis Burgundico & Clivio, exercitu conjuncto, Geldriaque & Gravia expugnatis, vi eidem aditum pateſacere coactus fuerit.

Quo eodem anno 1471. Arnholdus Dux Johanni Clivenſi affini Duiſſliam, a filio Adolpho redemptam, cum feudo Calbeccenſi & Nœrgena pro 3000. aureis iterum (2) oppignoravit, & ut hæc 2000. aureorum pretio ædificaretur, & nunquam impoſterum pignus liberaretur, conceſſit.

Idem Arnholdus Egmundanus ob hanc filii Adolphi inobedientiam, cum an. 1472. in Septembr. Carolum Burgundum primo tutorem Geldriæ conſtituiſſet, 7. Decembr. eidem totam ditionem, filio exhæredato, pro bis mille centenis aureis vendidit, (3) & poſtmodum ipſe Graviæ 24. Febr. an. 1473. uxor vero Catharina Clivia an. 1476. Lobithi vivis exceſſerunt. Poſt Arnholdi mortem Gerhardus Julius an. 1473. 30. Junii, jus quoque ſuum in Geldriam in eundem Carolum, metu tanti hoſtis, & ne ſe ſuosque perderet, pro 82000. aureis tranſtulit. (4) Quia vero civitates in Carolo recipiendo difficiliores ſe præbebant, dominiis Keſſelio & Krieckenbeccio in poteſtatem redactis, Morſam, (quia Vincentius, ejus Comes, Geldriæ Adminiſtrator erat,) Sittardum item, Suſteram ſive Sororiam, & Vuichtam, quæ antea Comites Morſenſes a Reinoldo, Duce Geldriæ, in pignus acceperant, expugnavit, pignus tamen poſtea iisdem reliquit: dehinc Venlonam obſedit, quæ cum Wachtendonca, Herculena, Stralena, Geldria, Gochia, Gravia, Tiela, Bommelia, ei ſeſe dedidere, ſoli Neomagenſes, clauſtro ante portam diruto, urbeque ſua munita, (in qua Carolus, Adolphi filius, octennis cum ſorore Philippina ad animandos cives in muris circumductus fuit,) Gubernatore Reinhardo a Brouchuſen, Equite, reſtiterunt, ad hanc ergo urbem, ut verſus memorialis habet:

CaroLVs eCCe Vagos non VI VICIt NeoMagos.

Feſtivitate SS. Petri & Pauli Apoſtolorum, ſive 20. Junii, cum Joanne & Adolpho Cliviis caſtra metatus Carolus, a civibus per eundem Ducem Clivium deprecantibus, ubi 80. mille aureos pro λύτρῳ pependiſſent, in gratiam receptis, tanquam Dux eorum, ipſa S. Jacobi diem præcedente veſpera ſuſceptus, Adolphi liberos ad matrem Margaretham Borboniam in Galliam ablegavit, & a reliquis Ducatus arcibus & oppidis, Lobitho, Druſiburgo, Zutphania, adeoque integro Ducatu admiſſus eſt, & ſic, ut verſus memorialis loquitur, in ſuum maximum commodum & emolumentum:

PeCCatVM gLadIo CaroLVs CorreXIt AdoLphI.

In

(1) Autoritate Caroli Audacis, qui eum *Herdinum* vocaverat, commotus. Vide pluribus infr. in Hiſt. *Prov. Geldriæ.*

(2) Fuerat enim Ducibus Cliviæ Adolpho, ejusque filio Johanni, jam ante oppignoratum. *Pontanus* Hiſt. Geldriæ libr. IX. ad annos 1444. & 1448. *Turckius* in Supplem. Jn deſer beſchwehrlichen Gelegenheit hat Hertog Arnold anno 1471. daß Amt Duyffelt, ſo da bevoren van Hertog Adolff eingeloßt waß, mit der Lehns-Gewehr van Calbeck up nyhe verſchryven, und dat mit in Betrachtung, dat Hertog Johan oen Hertog Arnolden mit twee ſchware Krigsrüſtungen uit die beſchwerliche Gefengnüß mit helpen verloſen und reſtitueren. Jngleichen anno & die eodem Nergena vor geligt. dafur Hertog Johann ſolches van Herrn Wilhelmen van Egmundt ſeinen Bruder mit deſen Conſent geloſt hadde, verpandet und wegelaten, geligt. daran to verkimmern, und dat Nirgena mit ſolde geloſt werden.

(3) Vide infra in Hiſt. *Prov. Geldriæ.*

(4) Ibidem.

Digitized by Google

in ſingulis urbibus Præfectis e ſuis conſtitutis, & tota provincia anno 1473. a Friderico Auſtrio Cæſare Treveris inveſtitus: qui tamen regnum (1) ex omnibus, quas tenebat, provinciis, numero 17. quærens, ab Imp. rejectus, Lutzenburgum petens, corpora parentum Philippi & Iſabellæ Portugalicæ juxta avum & proavum Joannem & Philippum in monaſterio Carthuſianorum prope Divionem condidit.

Carolus autem Joanni Clivio, pro fideli in hoc bello navata opera, Gochiam, (2) Duiffliam, Wachtendoncam, Lobithum, Noergenam, præfecturam item Eltinenſem, cum jure Angerloicæ parochiæ, & Embricenſi jurisdictione usque ad domum Remnade, & inter Iſſulam veterem & novam atque Rhenum ſeſe porrigente, hæreditarie poſſidenda anno 1473. 2. Auguſti conceſſit: quæ poſtea anno 1477. Maria, unica Caroli filia, & Maximiliani Auſtrii conjux, & anno 1505. eorum filius Philippus, Rex Hiſpaniæ, & Carolus V. Cæſar, nepos, anno 1543. confirmarunt, ac proinde Dux Joannes quoque omnium poſſeſſionum quietam conſecutus, Gochiæ, quia cives ejus nonnihil adhuc reluctabantur, anno 1477. turrim fortem conſtruxit, civibusque de electione Magiſtratus & judiciis cum vino honorario privilegia dedit, caſtrumque Middelaer / in præfectura hac ſitum, Johanni Scenckio in pignus, poſtquam reverſales literas prius ab eo acceppiſſet, contribuit, quas tamen ea, qua decet, fidelitate non adimplevit, Lobithum vero caſtrum cum telonio anno 1479. obſedit & cepit. *Joannis bello Geldrico acquiſita.*

Poſt bellum Geldricum feliciter abſolutum, cum in diœceſi Colonienſi inter Archiepiſcopum Robertum, (3) urbes Coloniam & Noveſium, aliasque, & Capitulum, ejusque coadjutorem Hermannum Haſſum, ob dominia hypothecariis Dominis ablata, diſſidium exortum eſſet, Robertus Carolum Burgundum in ſubſidium vocavit, qui altera Pantaleonis anno 1474. Noveſium exercitu ſuo, ſub prætextu quidem, ut patruo Roberto rebelles ſubditos in ordinem redigeret, re ipſa vero, ut urbem hanc ab imperio avelleret, obſedit: cum Imperatore etiam Friderico tertio (4) Auſtrio, obſeſſis in auxilium profecto, per Albertum, Electorem Brandeburgicum, Achillem (5) dictum Germanicum, conflixit: donec anno inſequenti 1475. ipſa Petri & Pauli, opera Alexandri Papæ, inter Fridericum III. Imperatorem & ipſum reconciliatione facta, Carolus obſidionem ſolveret, Rubertus vero in Haſſia, ab Henrico, Hermanni fratre, in fuga retractus, poſt duorum annorum cuſtodiam anno 1480. obiit, cui eodem anno 1480. altera Laurentii, Hermannus ſucceſſit, Coloniam ſolenniter introductus, atque inauguratus. *Bellum Colonienſe civile & obſidio Noveſiana.*

An-

(1) Vetus nempe Burgundiæ regnum reſuſcitare, atque illo quoque Belgii Provincias comprehendi cupiebat, Helvetiosque inſuper ſibi ſubjicere ſtudebat, de quibus ejus moliminibus & repulſa, quam a Friderico III. Imperat. paſſus fuit, vid. pluribus *Arnoldi Lalaingi* epiſt. ap. Freh. T. II. *Pont. Heut.* Rer. Burgund. lib. 5. c. 8. *Gerb. de Roo* Annal. Auſtr. lib. 8. *Haræum* Annal. Brabant. T. II. p. 439.

(2) *Turckius* in Supplem. **Nachdem nun der Krieg mit dem Landt von Gelder fur erſt ein End hadde, hat Hertog Carll to Erſtattung und** Recompens **von allen Dienſten, Anlagen und Koſten, ſo Hertog Adolff von Cleve in dieſem Krieg tot Behoff ſeines Neven angewendet, an Cleve erſtlich overgegeven die Stede und Aempter, Goch, Duyffelt, Wachtendunck, Lobith, Nergena.** Item **die Vogdie von Elten, und aller Gerechtigkeit, ſo Gelder hadde over und binnen den Stifft Elten, mit die Kirſpelen Angerloe, und mit die Gerichtern, Herrlicheiden, Gulden und Renten, gelegen tuſchen der Stadt von Embrich Gericht biß an dat Huyß und Hoffſtatt der Kemnade in der alten Yſſel, und von dair nederwarts tuſchen den Rhin der alden und jungen Yſſeln, welche Gyfften ſeine einige Dochter, Fraw Maria von Burgund, und ihr Gemahl, Ertz-Hertog Maximilian von Oeſterreich, int Jahr 1477. ſolgends oick Hertog Philips, König in Caſtilien, int Jahr 1505. und Keyſer Carl by verſchiedentlichen Tractaten confirmirt und beſtediget haben,** &c.

(3) Cum is Eccleſiæ ſuæ terras, a Theodorico Mœrſano & Capitulo aliis oppignoratas, & ſine cauſa donatas, ita *ut vix duo millia florenorum annuatim Roberto reſtarent*, repetere vellet. *M. Chronic. Belgic.* in fine. *Gerb. de Roo* Annal. Auſtr. lib. 8. *Nic. Schaten.* Annal. Pad. Part. II. ad annos 1473. 1474. 1475.

(4) Cujus per fecialem ad Carolum miſſas diffidationum literas vide apud *Joh. Philipp. Dattium* de Pace publ. p. 117.

(5) Qui exercitum ducebat, dum Albertus Animoſus, Saxoniæ Dux, vexillum Imperii gereret. *Bojemus* in vita *Alberti III.*

Digitized by Google

Anno ſequente 1487. & 88. cum ipſo, adſentientibus ordinibus, nobilibus & urbibus, filius Johannis, Johannes II. de quo in ſequentibus, pactus eſt.

Bellum Gallicum.

Hoc etiam bello finito, idem Carolus cum Eduardo, Angliæ Rege, ad Galliam oppugnandam animum convertit, (1) ſed Rex Ludovicus, cum ipſo pacificatus, iniquiſſimas potius conditiones elegit, quam cum hoſte tam bellicoſiſſimo & toti mundo formidabili congredi.

Bellum Lotharingicum & Helveticum.

Carolus autem, pacis & quietis impatiens, Lotharingiam denuo aggreſſus, eam totam, fugiente Duce Renato, annos tum nato 20. occupavit. Cum vero Helvetios quoque irritaret, ante Nancæam, quam Renatus interea recuperarat, toto ejus exercitu fuſo, anno 1477. ipſa trium Regum occubuit, (2) ubi ipſi epitaphium tale (3) conditum dicitur:

Te piguit pacis, teduitque quietis, in urna,
Mortue jam Carole, litis amice, jace.
Æthera num pateant tibi, vel deſcenſus averni,
Sollicitus nec eras, me neque cura premit.

Memoriale vero chronoſtichon hoc eſt:

NanCI noCte RegVM CaroLVs oCCVbVIt enſe.

vel:

SVItzIa BVrgVndos CaLCans doMat eCCe fVperbos.

In omnibus vero his expeditionibus Joannis noſtri filium primogenitum, Joannem II. præſentem habuit; quo ex prælio reverſo, pater cum fratre Adolpho Ravenſteinio, & filio, Gandavum ad filiam Mariam, quam Carolus hic Audax unicam ampliſſimarum provinciarum hæredem reliquerat, idibus Febr. anno 1456. natam, & a Beatrice Ravenſteina, Adolphi conjuge, educatam, conſolationis ergo profectus eſt.

Bellum Geldricum ſecundum, a Burgundica domo geſtum, quæ eodem provinciam ſibi venditam aſſeruit.

Geldri vero, (4) ejus morte intellecta, rebellare anno 1478. iterum cœperunt, & Friderico atque Wilhelmo, Wilhelmi Egmundani filiis, Neomagii captis, Burgundisque patria ejectis, Catharinæ, Adolphi ſorori, habenas imperii commiſerunt, Johanni vero Clivio matrimonium inter filium ejus, Johannem II. atque Philippinam Geldriam, & viciſſim inter Carolum Geldrum, Adolphi filium, & Mariam Cliviam, reciprocum propoſuerunt, quod non ſucceſſit; deinde Friderico Brunſwicenſi in gubernationem Geldriæ evocato, ad conjugium cum Catharina Geldra, Adolphi ſorore, hortatores fuere, ſed & hoc irritum fuit. Maximilianus ergo Auſtrius, Maria, unica Caroli filia, (5) anno 1478. ducta, cum in 17. provinciis Belgicis, adeoque etiam Geldria, ob eam ſuccederet, cum Johanne noſtro Clivio ad Geldriam occupandam ſe conjunxit, & in Octobri pagis in territorio Neomagii exercitum exhibuit, cum quo præſidiarii prælio decertantes, ex iis Vincentius Swanenburgius cum novem aliis in Hœmenia Dynaſtia captus, & Cliviam abductus eſt. In Februario porro anno 1479. Maximilianus, Wilhelmi Julii, Joannis Clivii, Hermanni Haſſi, Epiſcopi Colonienſis, Adolphi Naſſoviæ, Wilhelmi Novæ Aræ, Phil. Vierneburgici & Joannis Unckelii, Comitum, auxilio, Ruremundam & Inſulam Bommelianam expugnavit, contra Geldri, cum Burgundi Batenburgiam & Leoniam

(1) Quo Carolus omnes adverſus Ludovicum præcipue bellandi occaſiones quærebat ſtudio, proprio nunc motu copias quasdam ad caſtra Anglica miſit, quod vero adeo ægre tulit Eduardus, *ut vix contumelioſis abſtinuerit verbis, oriturumque inter eos non ficta ſimultas, quod paulo poſt Rex Eduardus, pactis in novem annos cum Franco induciis, palam eſt teſtatus*, ut referunt *Pont. Heuter.* Rer. Burgund. lib. 5. c. 11. *Haræus* Annal. Brabant. T. II. p. 441.

(2) Proditione Compobachii, hominis Neapolitani, & Carolo a Conſiliis ſecretioribus. *Pont. Heut.* lib. 5. cap. 14. *Haræus* T. II. p. 447.

(3) Quod corrupte Autor, rectius autem ita *Haræus* l. c. pag. 448. & *Pont. Heuterus* l. c. c. 15. referunt:

Te pacis piguit, te tæduit atque quietis,
Carole, ſicque jaces! jamque quieſce tibi.

(4) Novas haſce turbas ob Geldriæ Ducatum, quas Autor *juxta Supplementum Turckii* breviter deſcribit, pluribus exponunt *Pontanus* lib. 10. & *Schlichtenhorſt.* lib. 10. iniquiores ſubinde in Johannem, Cliviæ Ducem.

(5) Quam inter alios procos Johannes I. Dux Clivæ, filio ſuo Johanni in matrimonium petebat, votique ſui compos factus fuiſſet, niſi Proceres Belgii, Maximiliano enixius ſtudentes, ipſi obſtitiſſent. *Pont. Heut.* Rer. Auſtr. lib. 1. c. 1. & 8.

Digitized by Google

nam arces cœpiſſent, eos adorti, 300. internecioni dederunt, & Geldriam obſeſſam liberantes, Kevelario & Afferdeno pagis in præfectura Gochia exuſtis, omnem Burgundionum commeatum cum tormentis & impedimentis diripuerunt; Joannes vero Clivius anno eodem 1479. Lobithum obſeſſum 16. Julii in deditionem accepit, arceque Hœmena tradita, ſex ſeptimanarum inducias pactus eſt. Geldri in Friderici Brunſwicenſis, ſubitanea morte extincti, locum Henricum Swartzenburgium, Monaſterienſem Epiſcopum, Joannis ex ſorore Eliſabetha nepotem, Zutphanienſibus licet eorumque Capitulo fidelitatis juramento obligatum, gubernatorem ſuum elegerunt.

Hunc ergo Maximilianus Auſtrius per Adolphum Naſſovium anno 1480. trajecto Moſa, in pago Ravenswadio aggreſſus, propugnaculis ad Vadam in Rheni ripam dejectis, 27. April. ibidem obſedit, & Neomagos, obſidionem diſſolvere conantes, in pago Heusdenio intercepit, eorumque, in Ranwickianam arcem fugientium, 400. inter quos multi Harderwicani, delevit. Henricus igitur, cum Joanne Clivio avunculo reconciliatus, Monaſterium rediit, Vada & Elburgum deditum, Gravia autem tribus munitionibus vallata fuit.

Catharina Geldra, a Ludovico, Galliæ Rege, Archiepiſcopo & Cardinale Lugdunenſi, Scotiæ quoque Rege & Duce Borbonio ſuppetias quærens, nil niſi bona verba accepit, Venlonam interim Geldri 27. Septembr. receperunt, Heringium pagum diripuerunt, ut tandem, Tiela quoque & Bomelia traditis, Maximilianus Auſtrius ipſo S. Viti anno 1481. Neomagi, & poſtmodum in toto Ducatu Geldro inauguratus ſit. (1)

Anno 1473. Joannes Clivius, mortua Jacoba ſocru, ditiones ejus relictas omnes adiit, Joanne Parvo Præfecto conſtituto.

Inter opera Eccleſiaſtica Dux Joannes multa monaſteria (2) partim fundavit, partim confirmavit & reformavit. *Opera Eccleſiaſtica.*

Nam domus fratrum in urbe Veſalienſi multas immunitates anno 1450. conceſſit, a filio Joanne II. confirmatas.

Cum etiam Henricus Ræſcœp Udenheimenſis, Præpoſitus S. Mariæ Trajectenſis, anno 1456. in uſum pauperum ſtudioſorum Udenheimiæ ſacellum conſtruxiſſet, conſenſu Ducis Joannis monaſterium Monachorum regularium ex eo conditum, ejusque bona immunitate donata ſunt.

Poſtea vero, monaſterio Vallis gratiæ in villa **Ganswick** prope Clivopolim ab eodem Raeſcopio ædificato, Regulares illuc translati ſunt, & cœnobium Udenheimenſe Monachis de monte S. Odiliano, ſive S. Sepulchro anno 1580. conceſſum eſt, dum anno 1590. in bello Belgico monaſterio Vallis gratiæ deſtructo, Regularibus ſuum Udenheimenſe vetus cœnobium iterum datum eſt.

Monaſterio Campenſi antiquam libertatem curruum & bonorum pedagii in telonio Gennepenſi, ad interceſſionem Elberti ab Alpen, Præfecti ſui provincialis, anno 1476. renovavit.

Dominicanorum ſeu Prædicatorum cœnobium Calcariæ ipſius auſpiciis, poſt reditum ex itinere ſacro, anno 1464. 19. Sept. juxta reformationem ordinis, ab ipſo Bononiæ viſam, cœptum, & anno 1480. conſummatum & conſecratum eſt.

Anno 1475. feſto Aſcenſionis Domini, Eccleſiæ collegiatæ Wiſchelenſis S. Clementis, cujus patronatum a majoribus accepit, ſtatuta, præſentibus Hermanno Braclis de Aquisgrano Præpoſito, Joanne Peregrini de Bercka, in S. Theologia Magiſtro, & Rutgero Theodorico de Holt Scholaſtico, Clivenſibus renovavit.

Conventus Stochumienſis, Camenſis, Emmericenſis ab eo confirmati.

Cœnobia Kentorfium, Hagenbuſchium & Furſtenbergium ab eo reformata ſunt.

Kentorfium, in Comitatu Marcano prope Hammonam ſitum, ordinis Ciſtercienſis, menſe Septembri, die S. Hieronymi, anno 1460. clauſum.

Hagenbuſchium prope Santos, ordinis Benedictini, per Abbatem S. Martini Colonien-

(1) *Turckius* cit. Supplem. *Hæreus* A. Brabant. T. II. p. 457. *Iſ. Pontan.* lib. 10. p. 573. *Schlichtenborſt.* pag. 285.

(2) *Turckius* in Supplem. unde hæc omnia tranſtulit Autor, quæ de Monaſteriis & rebus Eccleſiæ hic refert.

nienſem, Adamum Mejerum, Archiepiſcopi Commiſſarium, ejusque Subdelegatum Arnholdum Heerenhaevium, Carthuſiæ Gravienſis prope Veſaliam Priorem, reluctantibus licet veſtalibus, clauſtroque contra ordinis inſtitutum reclamantibus, 5. Martii anno 1465. ad clauſuram reductum: præſentibus Hermanno a Braeckel Aquenſi, Præpoſito Clivenſi, Joanne a Loë Equite, Helmichio Benthingio, & Eberhardo a Tyll, Joannis noſtri, Ducis Clivorum, Conſiliariis. Virgines autem multæ nobiles, hujus clauſuræ impatientes, per muros vel occultos meatus, non ſine literarum Monaſterii, de ejusdem bonis & agris, jactura, elapſæ; pro nobilibus, a quibus ſolis olim inhabitatum, nunc promiſcue etiam ab honeſtorum civium filiabus frequentatur.

Furſtenbergium itidem prope Santos, ſed Ciſtercienſis inſtituti, a Palæopedio, ſive veteris campi Monaſterio, ejusdem inſtituti Viſitatore generali, an. 1467. reformatum eſt.

Porro idem Joannes noſter, Clivorum Dux ſecundus, anno 1463. ſororcularum plebejarum Ducatus ſui conventibus, de numero Monialium, ab iisque nuliis, præter ea, quæ habent, bonis mortificandis, leges præſcripſit.

Idem denique inter opera Eccleſiaſtica anno 1474. Monaſterii Werthinenſis reformationem promovit, tribus ex eo comitibus, atque inter eos Conrado a Gleichen Abbate, ejectis, inque hujus locum Adamo Mejero, S. Martini Coloniæ Abbate, ſuffecto.

Opera politica, interque ea acquiſita. Inter opera Politica numerantur acquiſita, quæ ſunt, quod præter hæreditatem Niverſiam & Eſthampiam, in Gallia per conjugium acquiſitam, urbium item Suſatenſis & Santenſis confirmationes ſibi hæredibusque factas, partes denique Geldricas bello comparatas, etiam multi Equeſtris dignitatis viri caſtra atque arces ſuas ejus homagio ſubjecerunt. (1)

Nam Goſwienus Steck, Eques & Cliviæ Mareſchalcus, anno 1452. in profeſto Cæciliæ caſtrum ſuum & dominium Loë primo Provinciæ Clivenſis feudum eſſe voluit. Deinde ipſo anno 1470. defuncto, executores Teſtamenti a ſe conditi illud cum parochia Walachia Cliviæ vendiderunt.

Joannes quoque ab Appeldorn arcem Perſingiam, Joannes Mummius caſtrum Kedenſe, Reinherus ab Oy dominium ſuum Oyæum, Gertrudis a Biland arcem Spaldorfianam, Joannes a Biland caſtrum Haltenſe, Reinherus a Bruchuiſen dominium Calbeccenſe, Ducatus Clivorum feuda agnoverunt.

Status nobilitatis. Statum nobilitatis reliquum quod attinet, anno 1459. ad Cliviam ſpectantes villicos in Elp & Ermel Velaviæ pagis, quibus Henricus a Wiſch infeudatus fuerat, poſt ejus mortem iterum ad provinciam ſuam traduxit, & cenſus annui acceptionem atque expenſionem quæſtori ſuo Limerſio demandavit.

Dominium Ghemenſe, quod pater Adolphus anno 1444. Henrico, Ghemæ & Bredevordæ Domino, confirmavit, ille anno 1464. ratum habuit, eoque illum inveſtivit.

Naturali fratri, Adolpho Blanckenſteinio, Joannes Dux villam Elſeniam in parochia Nutterdenſi cum arce Clarebecia, qua pater Adolphus anno 1438. eum donarat, ipſe anno 1477. eidem confirmavit, & ambabus ex Margaretha Appeldornia natis filiabus continuavit, quarum una Theodorico Smullingio, altera Adelhardo ab Eyll nupſit: & quia poſtrema ſine hæredibus obiit, ſucceſſio ad Theodorici Smullingii filiam, Selbachio nuptam, tranſiit: & per hujus itidem gnatam ad Joannem a Lutzenraed, Præfectum Windeccianum in Ducatu Montano, pervenit.

Idem filiæ naturali, Mariæ Heshuſiæ, anno 1477. molam in Eltena inferiori hæreditarie conceſſit.

Status urbium. Quoad urbes, Suſatum ab anno 1444. Marchiæ ſuæ gladio acquiſivit.

Santenam anno 1449. Provinciæ Clivenſi integram adjecit.

In urbe Veſalienſi controverſiam exortam anno 1450. compoſuit.

Diſtrictui Altenano & Ludenſchedio in Comitatu Marcano, die Jovis poſt Domin. Oculi, an. 1472. de tributo privilegium conceſſit, quod ejus filius Joannes II. Jovis poſt Luciæ, an. 1496. & nepos Joannes III. Mercurii poſt Viti, anno 1506. itemque Sabbathi poſt circumciſionem Domini, anno 1518. confirmarunt.

Cum

(1) Terrasque ſuas in feuda oblata a Ducibus Cliviæ receperunt. *Turckius* in Supplem. ubi ejusmodi feuda Apenhuyſſer des Fürſtenthumbs Cleve appellat.

Digitized by Google

Cum diverſis Principibus diverſo tempore unitus eſt. Anno 1458. cum Gerhardo, Juliæ & Montium Duce, de ſubditorum jure & adverſum hoſtes defenſione mutua. Cum eodem etiam anno 1460. Cum Colonienſibus anno 1460. 61. 63. de immunitate ſubditorum reciproca. Cum Monaſterienſibus anno 1471. Cum Egmundanis de terminis in Lathum & Groesbeeck anno 1476. Eodem anno cum Oſwaldo, Montium Comite, Joh. Grevio, Advocato ejus, Salvoconductu dato, ſed violato, nihilominus ſervato. *Uniones & pacta.*

Arnsbergium & Ebersbergium caſtra in Weſtphalia Hermanno Haſſo, Colonienſi Archiepiſcopo, reditibus perceptis renuntianti, iterum tradidit.

Cæterum hic Clivorum Dux ſecundus, poſt patrem Adolphum, pulcherrima pietis, prudentiæ, temperantiæ, benignitatis atque moderationis reliquit Apopthegmata. (1) *Apopthegmata Joannis.*

Pietatis illud eſt inſigne: *DEum gloriam, vindictam & conſcientiæ judicium ſibi ſoli reſervaſſe.*

Inprimis de ea plena voce loquitur hæc religioſi Ducis quotidiana oratio: *O æterne DEus & Pater mi, hic tanquam peregrinus vivo & verſor; idcirco ex mortali iſto corpore liberari a te cum gaudio deſidero, tuoque conſpectu in cœlis frui. Tu ergo move & calefac frigidam iſtam animam, ut nihil præter te unum amem, & colam unicum cordis mei deſiderium & ſolatium: Effice præterea, ut, aſpectabili hoc mundo contempto, ad inviſibile illud & cæleſte gaudium totus anhelem.* *Oratio quotidiana.*

Temperantiam ejus teſtatur, quod inter cætera, cum videret, vinum a multis immoderatius hauriri, utinam, inquit, Deus una cum vino neceſſarium tantum vini uſum conceſſiſſet, & unicuique modum ſtatuiſſet.

Cum vero Primorum quispiam eum inſitæ clementiæ argueret, curque non omnes promiſcue nóxios ſemel conſtitutis pœnis mulctaret? quia, reſpondit, ſanguinem fundere vereor, qui ejus minimam creare guttam nequeo. Sæpius etiam Principibus nimia auſteritas magis, quam indulgens bonitas nocuit: reverſi non raro ad cor fuere ſontes, at cruor ſemel effuſus nunquam redit.

Inſignis denique & hæc eſt vox atque Chriſtiano Principe digniſſima, qua Præfecto cuidam, durius aliquanto, quam oportuit, in ſubditos imperium exercenti, edixit: ſe ſibi obtemperantes non tam trahi, quam molliter duci velle, quippe quos inſtar propriorum liberorum amore proſequatur.

Ætate ingraveſcens & curis, cum podagricis doloribus etiam aliquamdiu conflictatus eſt, morbum hunc naturæ ſuæ conjugem dicens, eoque magna cum patientia tolerato, verſum ex Ovidio citavit ſequentem:

Tollere nodoſam neſcit medicina podagram.

Tandem dierum ſatur & laborum, in fata conceſſit, octava pomeridiana, 5. Septembr. an. 1481. quem Eliſabetha conjux eadem ferme hora 2. Julii an. 1483. inſecuta eſt: Ambo in templo Clivorum collegiali conditi. De Johanne hoc bellicoſo ita Streithagenus:

Joannes viridi Princeps animoſus in ævo,
Pro ſeniore tulit fortiter arma Patre.
Tum pietatis amans Syriæ loca ſacra petivit,
Et Chriſti ad tumulum ſumpſit Equeſtre decus.

De ADOLPHO CLIVIO, Johannis Ducis fratre, Dynaſta Ravenſteinio & Wienendalio.

Frater Johannis Adolphus, veſpera SS. Petri & Pauli, 13. Martii, anno 1425. in lucem editus, anno 1450. ex teſtamento patris, ejusque executione, (2) nomine avunculi, Philippi Burgundi, a Joanne, Bergæ prætextæ Marchione, & Simone Lalainio, Montignii Dynaſta, 10. Martii in arce Clivorum facta, Ducatu Clivenſi & Comitatu Marcano integris relictis, Ravenſteinia cum 700. coronis ex Sylvæ-Ducis reditibus annuis, Wienendalia item atque Breskeſia cum duobus coronatorum millibus ex ærario Brugenſi, dotatus eſt: Et Ravenſteiniæ quidem hæreditatem anno 1463. adiit, Wienendalia vero anno demum 1473. Johanne Burgundo, Nieverſio Comite, & Jacoba, ejus uxore, defunctis,

(1) De quibus videatur quoque *Theodorus Rhay* p. 49.
(2) Vide pacta diviſionis inter eos factæ infra in Cod. Diplom. No. LXXXIX. XC.

Digitized by Google

potitus, eam arce ſplendidiſſima exornavit, cui Johannem Parvum Toparcham præfecit.

Adolphus hic, natus Clivorum Dux, anno 1453. Beatricem (1) Portugalicam uxorem duxit regiam, quippe quæ 16. Regum inſignia in Genealogia ſua numeravit. Cum Petri, Cornubiæ Ducis, & Regis Portugaliæ fratris, filia eſſet; maritum etiam 25. mille coronatis annuis, atque in monte Portugaliæ ſucceſſionis ſpe dotavit. Ex hac natus Philippus, (2) in Dynaſtiis Ravenſteinia & Wienendalia patris ſucceſſor.

Ea vero mortua, anno 1468. Annam, Philippi Burgundi notham, accepit, quæ in comitatu fuit Margarethæ, Maximiliani Imperatoris filiæ, cum in Galliam ad Regem Carolum VIII. duceretur.

Vitam & res geſtas Adolphi hujus Clivii quod attinet, is in familia Philippi boni, ejusque filii Caroli, Burgundiæ Ducum, Gandavi educatus, anno 1452. contra rebelles cives iisdem ſuppetias tulit.

Anno 1455. Davidi Burgundo notho, Epiſcopo Ultrajectino, ſuffragatus eſt.

Ph. Comminæus in hiſtoria.

Anno 1465. contra Ludovicum undecimum, Galliarum Regem, Carolus Burgundus bellum geſſit, cujus partes Adolphus quoque noſter (3) ſecutus, ad ſiniſtrum latus cum Jacobo, Petri, S. Pauli comitis, fratre, & aliis conſtitutus, in prælio prope Lutetiam commiſſo, ab exercitu numero inferiori in fugam conjectus, cum ſociis plerisque omnibus in ſylvam propinquam excurrit, ex eaque Carolo Saucio occurrit, qui vulnere curato bellum inſtaurans, cum Comite Paulino, Duce Biturige, fratre regio, & Joanne Britanno, Calabriæ Principe, conjunctus, iterum Lutetiam cum univerſo exercitu contendit: ſed Rege cum tota nobilitate & maximis e Normannia copiis contractis, aditu prohibitus, cum facto ponte derepente exercitum per illum transmiſiſſet, Ludovicus Rex inducias petere coactus, eas his conditionibus (4) impetravit, ut fratri Normandiam, Comiti Paulino Conneſtabliatum Galliæ tribueret: quod cum præſtaret, Carolus quoque plenam cum Rege pacem iniit, qui ei Ambianum quoque Abbevillam, Sanctoquintinum, Peronam, & quæ ſunt alia ad Somam oppida, reddidit.

Hinc Carolus adverſum Leodios profectus, Brabantis & Namurcis, qui excurſione facta patrem Philippum vexaverant, in ordinem redactis, (5) ad ſuos revertitur.

Inter Normannum autem & Britannum nova orta diſſenſione, Ludovicus Rex Normanniam recuperavit. Carolus igitur, Britanno domum reverſo, Depæ, maritimo Normanniæ oppido, præſidium imponere cogitat, ſed antequam adduceret, Rex Ludovicus cum Præfecto urbis pactus erat. Carolus poſthæc Dinantum, in finibus Leodiorum oppidum, cujus cives Bovillos, qui ſunt ad alteram fluminis ripam Burgundici imperii, perpetuis excurſionibus vexaverant, poſt 8. menſium obſidionem anno 1466. deditione cœpit: ſed cum non multo poſt Dinantenſes, ejus pactionis pœnitudine ducti, de quatuor civibus, qui illius conſilii auctores fuerant, ſupplicium ſumpſerunt, bellumque, quod vicinis Namurcis inferebant, redintegrarunt; denuo igitur eos Carolus circumſedit, a ſancto Pauli Comite, Galliæ Conneſtablio, adjutus, & captum oppidum ſolo æquatum, & 800. circiter captivi in flumen præcipitati ſunt.

Anno 1468. cum Carolus Margaretham Eboracenſem, mortua Eliſabetha Borbonia, ſuperinduceret, e ſex aulæ Burg. proceribus primus fuit, (6) qui ſponſam in regiam deduxit.

(1) *Olivarius Vreed* Geneal. Comit. Flandr. T. II. p. 348. 349.

(2) Præter quem naturales liberos habuit *Hectorem*, *Johannem* & *Johannam*, de quibus vid. *Oliv. Vreed* T. II. p. 314. & 350.

(3) Ut referunt *P. Heuter.* de Reb. Burgund. lib. 5. c. 1. & 2. *Hæreus* Annal. Brab. T. II. p. 426.

(4) Vid. *Script. cit.*

(5) *Hæreus* p. 426. *Carolus*, ſcribit, *ad patrem in Brabantiam cum victore exercitu profectus, tantum terrorem Leodienſibus incuſſit, ut mox & ipſi pacem peterent. Promiſerunt trecenta aureorum liliorum millia intra ſexennium ſolvenda, agnoſcentes Brabantiæ Ducem Leodienſis Diœceſis Protectorem, eaque de cauſa ei alia ſingulis annis mille aurea lilia numeraturos recipiunt.*

(6) *Mejerus* Annal. Flandriæ p. 394. *Pronubi circa currum inauratum ſex Equites Angli usque ad portam S. Crucis: Hinc totidem Paranymphi usque in Regiam eam deducunt: Fuere autem Adolphus Clivenſis, Jacobus Luceborgenſis, &c.*

Digitized by Google

duxit. In iisdem nuptiis Annam, Philippi Burgundi notham, Adriani Barſalii viduam, uxorem ſecundam accepit. (1)

Idem Adolphus in bello Leodienſi Carolo adfuit, ejusque peditatum duxit.

Pro Philippo filio Mariam, Caroli Burgundi gnatam, & tantarum provinciarum hæredem, 5. Febr. anno 1457. ex Eliſabetha Borbonia, Caroli filia, natam, quam Delphinus Galliæ, Nicolaus Calabriæ, Philibertus Sabaudiæ Duces, & Maximilianus Auſtrius, Cæſaris Friderici III. filius, uno tempore ſimul ambierunt, in matrimonium ipſe quoque petiit, (2) verum quod domeſtice nothus filius, ejusque mores puellæ non usquequaque probarentur, non impetravit; ſed Maximilianus Auſtrius, ob factam patri Friderico a Carolo in obſidione Noveſia promiſſionem, (3) Treveris renovatam, hanc poſtea accepit: (4) multum reluctante Gallo, qui inprimis eam filio Delphino tradere ſatagebat, Hugoneto & Imbercurtio, præcipuis Mariæ proceribus, ei faventibus; quia vero Maria, ita a patre edocta, a Gallis abhorrebat, cum Adolpho hoc noſtro Ravenſteinio conſilia communicans, Hugonetus & Imbercurtius a Gandavenſibus ipſo procurante capti, & capite etiam, fruſtra deprecante Maria, plexi ſunt, (5) Gallus igitur, ut cædem eorum ulciſceretur, Arteſiam (6) invaſit.

Hic denique Adolphus Philippo, Maximiliani filio, Gandavi educato primis annis, moderator (7) adhibitus eſt atque rector.

Obiit anno 1492. 12. Octobris, ætatis anno 67. Bruxellis apud Prædicatores in collegio eorum, a ſe condito, ſepultus, quo anno & die etiam pax Sluſana, ubi Adolphus antea obſeſſus fuerat, inita eſt. Anna Burgunda maritum anno 1507. ſecuta, ibidemque juxta eum tumulata fuit.

Philippus, Adolphi filius, Ravenſteinii & Winnendaliæ Dynaſta, anno 1477. mortuo Carolo Audace, cum Maximilianus Mariæ, ejus filiæ, nuptias urgeret, Gallis, Burgundiam Flandriamque evaſtantibus, & quibusdam Belgii proceribus, quorum ille dux (8) & caput erat, res ad Gallos trahentibus, quia vehementer his nuptiis adverſabantur, id agebant, ut irritas redderent. Sed vicit fortuna Maximiliani, an. 1479. Maria Burgundica accepta, & licet a ſeditioſis ſubditis graviter exagitatus, ſemel etiam Brugis obſeſſus, & novem menſibus captus, arceteque cuſtoditus, & contumelioſe tractatus, terrore inſuper aſſiduo excruciatus, atrocia ſuorum in urbe indignaque ſupplicia ſpectare coactus fuit, tandem tamen octennii totius bello præcipuas provincias ſoceri Caroli omnes, induſtria, victoriis & ſumptibus præcipue Alberti, Ducis Saxoniæ, (9) & Engelberti, Naſſoviæ Comitis, recepit, eque captivitate aſſertus eſt. Philippus autem noſter clientelis

(1) *Mejerus* ibidem. *Olivarius Vreed* T. II. p. 350.

(2) *Pont. Heuter.* Rer. Auſtriac. lib. I. c. 1. & 7.

(3) *Gerb. de Roo* Annal. Auſtriac. lib. 8.

(4) Tabulas matrimoniales exhibet *Recueil des Traités* T. I. p. 643.

(5) *Pont. Heut.* Rer. Auſtr. lib. I. c. 3.

(6) Et Hannoniam una cum Burgundia utraque, quod *illæ ditiones hac lege a corpore Regni Francici eſſent divulſæ, ut deficiente maſculo hærede Regno iterum jungerentur. Pont. Heut.* Rer. Auſtr. lib. 1. c. 2. qui ibidem libri meminit, a Johanne d' Auffay, Caroli Audacis Conſiliario doctiſſimo, conſcripti, quo ſolidiſſimis argumentis probatum fuerit, illas ditiones nunquam Francici juris, & Legi Salicæ ſubjectas fuiſſe, ſed ad feminas quoque devolutas eſſe, exemplo quoque Joannis Valeſii, qui jure materno Ducatum Burgundiæ occupaverit. *Haræus* T. II. p. 450.

(7) *Gerb. de Roo* lib. 10.

(8) Quem propterea Fridericus Imperat. *cum ab inferendo ſibi filioque, Rom. Regi, bello deterreret, nec divertere omnia tentando potuiſſet, tandem Antwerpiæ in Area Abbatiæ S. Michaëlis, Imperatoriis indutus veſtimentis pro Tribunali ſub dio ſedent, Nonis Septembris lata proprio ore ſententia, Civium, ut Imperii perduellem rebellemque Clientem, honore & bonis privatum, proſcribit. Pont. Heuterus* Rer. Auſtr. lib. 3. c. 11.

(9) *Pont. Heuter.* lib. 3. c. 10. & lib. 4. *Bojemi* vita *Alberti III. Duc. Saxon.* apud *Schurzfleiſch.* in Oper. Hiſt. Polit. p. 682. *Friderici III.* Imperat. literas, quibus Principes Imperii ad liberandum e captivitate Maximilianum excitat, vid. apud *Joh. Philipp. Datt.* de Pace publica lib. 1. cap. 29.

Digitized by Google

telis & ſociorum auxiliis exutus, Belgio relicto ad Gallos ſe contulit, (1) claſſique Gallicæ præfectus, aliquanto poſt infæliciter cum Turcis conflixit.

Nam æmulatione gloriæ cum Magno Conſalvo ductus, invitantibus Venetis, pleriſque Gallicæ nobilitatis juvenibus, & ante alios Joanne Stuardo, Albaniæ regulo, in Scotia regiæ ſtirpis adoleſcente ſtipatus, in Lesbum inſulam adverſus Turcas navigavit, ut Conſalvi decus, Cephalæniæ ſeliciter partum, ille expugnata Mythilene, tanquam nobiliore urbe inſulaque, ſuperaret: ſed ab urbe, cujus mœnia tormentis late proſtraverat, propugnantibus ingenti animo Turcis, repulſus, inſulaque excedens, atrox ac vehemens tempeſtas in Ægeo mari adeo naves ejus diſſipavit ac jactavit, ut nulla ex his, quæ ſuperfuerunt, aliarum curſum tenere potuerit. Ille igitur prætoria, ſed ea quoque adeo quaſſata, ut violenter ad Cytheream inſulam ſcopulis illiſa, magnis rimarum hiatibus aquam undique admitteret, conſenſa, Leminudus cum nobilioribus ad proxima Calabriæ littora appulit, ad quem cum nauſea confectum, tam recentis periculi imagine reique male geſtæ dolore conſternatum, omnique caſtrenſi & domeſtico exutum apparatu, continuo dona miſit Conſalvus, quæ & præſenti rerum fortunæ maxime congruebant, & (ſi multitudinem pretiumque ſpectes,) regiam liberalitatem ſuperare videbantur. In his præter omnis generis commeatus vim ingentem fuere ſericæ veſtes, pretioſis libellinarum cervariorumque luporum pellibus ſuffultæ, itemque lecti ſerici, ſtragulæ, tapetes & vaſa argentea in menſarum uſum, nobilesque aliqui equi phalerati, tantusque horum omnium numerus fuit, ut ad comites fere omnes ea liberalitas perveniret, quibus muneribus adeo ſibi Gallorum animos obligavit, ut tantum virum cum omni laude, tum eo ipſo, quod regebat, regno, dignum prædicarent: Ipſeque Philippus Ravenſteinius noſter minus iniquo animo acerbitatem fortunæ ferebat, quum nulla in re ſe Conſalvo parem eſſe fateretur. Verum milites Hiſpani, qui Gallis plurimum ea dona invidebant, Conſalvum de alieno liberalem eſſe in contuberniis & coronis aperte dictitabant, ſtipendia etiam ab eo flagitabant, quos Conſalvus prudenter compeſcuit.

Anno 1487. idem Philippus Ravenſteinius Franciſcam Lutzenburgiam, (2) Petri Lutzenburgii, cujus pater Ludovicus Lutzenburgius, ſani S. Pauli Comes, Pariſiis capite plexus fuit, filiam, uxorem duxit. Ex qua cum nullos legitimos (3) haberet hæredes, Adolphum, Joannis, ſecundi Ducis Cliviæ, filium, nepotem adoptavit, ſed cum is quoque anno 1525. juvenis in Hiſpania vita defungeretur, anno 1528. in caſtro Winnendalio Philippo mortuo, utraque Dynaſtia ad Cliviam rediit. Ejus ſymbolum fuit:

Decipimur votis, & tempore fallimur: at mors
Deridet curas, anxia vita nihil.

JOHANNES, ejus nominis ſecundus, ſub Friderico & Maximiliano, ejus filio, Auſtriacis Impp. Dux Cliviæ tertius, Marcæ Weſtphalicæ Comes in ordine 16. Cattorum denique Comes Provincialis ex conjugio in ſua familia primus, ob ſummam tum pietatem, tum manſuetudinem, dictus Miſericors.

Nativitas. Natus 23. Aprilis, undecima antemeridiana, anno 1458. & ab Henrico de Rhay, (4) Abbate Campenſe in ordine 26. rogatu patris, in arce Clivenſi, in qua etiam in lucem editus, baptizatus eſt: ob quam initiationem Chriſtianiſmi Baptiſta Schyphum argenteum inauratum pro Monaſterio ſuo a genitore retulit.

Educatio. Educatus autem eſt in aula Burgundica perinde, ut parens, bellisque multis externis, ut ſupra in hiſtoria patris diximus, & inter illa quoque pugnæ Nancæanæ an. 1477. cum

(1) Poſtquam cum Maximiliano in gratiam rediiſſet, atque proſcriptione liberatus, in integrum eſſet reſtitutus, ac veterem honorem, bona, locum, dignitatemque illi reddidiſſet Cæſar. *Pont. Heuterus* Rer. Auſtriac. lib. 4. c. 9. & lib. 5. c. 2. juxta conditiones pacis inter Maximilianum & Carolum, Regem Galliæ, initæ, de qua vid. idem Scriptor lib. 3. cap. 18. & ipſæ Tabulæ in *Recueil des Traités de paix* T. 1. p. 743.

(2) Cujus ipſe meminit in Tabulis, quibus Dynaſtiam *Bretquenſant* Joſſeo cuidam de Gruutere vendidit, apud *Oliv. Vreed* Geneal. Com. Flandriæ Tom. II. p. 153.

(3) Habuit vero naturales liberos *Hectorem* & *Margaretham*, quos Carolus V. legitimavit, atque nobilitate donavit, juxta literas ejus apud *Oliv. Vreed* T. II. p. 351. 352.

(4) Ut quoque refert *Theodorus de Rhay* Anim. illuſtr. p. 47.

Digitized by Google

cum Carolo Burgundo, qui ibi occubuit, interfuit. Ex hac redux, & a patre adhuc ſuperſtite rogatus, quomodo ſibi ſtrages illa hominum arrideret? adeo ſibi placere, reſpondit, ut ſine bello tali vivere non cupiat. Conſiliarii igitur hunc bellicoſum Principis animum, poſt obitum patris, voluptatum lenociniis expugnandum rati, his licentius indultis, Joannes adeo ſtrenue litavit, ut 63. liberorum, in cœlibatu ab ipſo natura, non lege, (1) genitorum, pater, & ideo Proletarius, **der Kindermacher**, communi voce dictus fuerit: quibus multas quoque arces cum reditibus annuis in Ducatu Clivio & Comitatu Marcano aſſignando, utramque provinciam miris modis enervavit, gravibusque debitis oneravit. *Utinam vero*, inquit Arnholdus Heymricius, Decanus Santenſis, in libris ſuis Sophiologicis, *Conſiliarii in hoc negotio timorem Dei a glorioſo Principis animo non excluſiſſent, qui Carolum Burgundum primis juventutis annis ubique in exemplum fortitudinis ſectatus, ſi cum ea caſtitatem quoque conjunxiſſet, multis modis patriæ prodeſſe potuiſſet.*

Anno 1481. patri defuncto in Ducatu Clivio & Comitatu Marcano ſucceſſit, & ubi Arnhold. Heymricium, Decanum Santenſem, ad Imp. Fridericum, cui ſe, ob feuda hæc Imperii coram a Majeſtate Cæſarea non accepta, excuſaret, ſubmiſiſſet, in utraque provincia homagio a ſubditis inauguratus eſt: Præſentibus ubique præcipuis proceribus, Theodoro a Batenburgh, Archipræfecto Clivio, Joanne ab Horſt, Dinslacenſi, Weſſelo a Loe, Limarſio, Jo. a Wylich, Hetterio Præfectis, & Chriſtoph. a Wylich, Camerario.

Res geſtæ in cœlibatu.

In imperii autem ejus initio bellum Hollandicum novum incidit. Factione enim Hoexiorum & Cabliawenſium, (2) quam alii Hamatam & Aſellatam vocant, recrudeſcente, cum, Carolo Burgundo ante Nancæam anno 1477. ut dictum eſt, extincto, illi quidem Franciſcum Brederodium, (3) Pariſiis ad Comitatum Hollandiæ adeundum evocatum, hi vero Maximilianum Auſtrium, Caroli generum & ſucceſſorem, defenderent, pro poſſeſſione hujus quidem Johannes Egmondanus Dordracum, pro Brederodio vero illi Roterodamum occuparunt. Ultrajectini ad Hoexiorum partes tranſeuntes, Engelbertum Clivium, Comitem Nivernenſem, Johannis hujus noſtri fratrem, urbis ſuæ gubernatorem elegerunt, quibus eorum Epiſcopus David Burgundus nothus cum repugnaret, ab Engelberto captus, & Amersfordiam abductus eſt. In hoc bello aliorum perſuaſione inductus Joannes, fratri ſuffragatus, eidem ſubſidium ſubmiſit; Maximilianus vero Trajectum obſedit, & cum utrimque multa damna data & accepta eſſent, Engelber-

(1) Ex quibus ſequentes referuntur a *Turckio* in Supplem.

JOHANNES II. Dux Cliviæ.



(2) De quarum factionum origine vid. infra Hiſtoriam *Prov. Geldriæ* ad ann. 1351.

(3) Quod Brederodii genus ſuum a priſcis Hollandiæ Comitibus ducerent. *Buchelius* in Notis ad *Wilhelm. Hedam* p. 306. *Chronic. Honſeler.* Ceterum vide de his turbis *Pont. Heuter.* Rer. Auſtriac. lib. 1. in fine & lib. 2. *Wilhelm. Hedam* p. 296. ſeqq. *Iſ. Pont.* Hiſt. Geldr. p. 576.

Digitized by Google

berto Clivio induciarum vel pacis prætextu urbe evocato, & contra datam fidem (1) Goudam abducto, Brederodio etiam in Seelandia a Joanne Egmondano necato, ſoli Maximiliano Hollandiæ ceſſit, cui Johannes Clivius cum fratre Engelberto, ob juventutem & domus Burgundicæ affinitatem, inprimis vero per parentis eorum theſaurum, Maximiliano datum, (2) reconciliatus eſt.

Mortuo autem Davide Burgundo notho, Engelbertus Clivius, votis Clerici & populi electus, in Epiſcopatu Trajectenſi eidem ſucceſſiſſet, niſi Maximilianus, theſauri accepti oblitus, Fridericum Badenſem, nepotem ſuum, vi intruſiſſet. Quapropter fratres Clivii, ob ſumptus ab ipſis impenſos cum illo belligerantes, Rhenam, Amerongam, Dornam, Zeiſtium, Biltum ſuburbium, imo ipſum Trajectum occuparunt, ſed militibus ab ipſis ad Epiſcopum deficientibus, eodemque Gennepam obſidente, numeratis fratribus Cliviis ſumptibus aliquibus, anno 1500. pax inita eſt.

Conjugium. Anno 1489. (3) 3. Non. Novembris, uxorem duxit Mechtilden, Henrici, Landgravii Haſſiæ, ex Anna, filia & hærede Philippi, Cattorum Comitis, natam, Hermanno Haſſo, Colonienſi Archiepiſcopo, fratre Henrici, procurante, Sufati nuptiis exquiſitiſſimis celebratis. Hæc ei, anno 1500. Wilhelmo Haſſo, patris Henrici fratre, ſine hæredibus quoque mortuo, Comitatus Cattimelibocenſis partem alteram (nam ſecundam per filiam Eliſabetham Joannes Naſſovius accepit,) in dotem attulit, alteram autem hanc partem anno 1521. pro 50. flor. millibus Naſſovio affini vendidit, (4) ipſe vero conjugi pro munere dotalitio viciſſim arcem Monrebergenſem, cum 400. florenis ex variis teloniorum reditibus annuis, poſt ſuam mortem aſſignavit: hæc tamen ei non ſupervixit, quippe anno 1505. vita defuncta.

Liberi. Liberi ex ipſa in avita Clivorum arce nati ſunt: Joannes tertius, patris ſucceſſor, 10. Novembr. die Mercurii, hora ſecunda pomeridiana, in profeſto S. Martini anno 1490. Anna 21. Maji meridie anno 1495. quæ anno 1514. a Carolo Egmundano in conjugem expetita, eidem ob partes Geldricas, Gochiam, Lobithum, Duiffliam, ſylvamque Imperialem repetitas, denegata eſt. Poſtea Philippi III. Waldeccii ſecundis votis, mortua ejusdem prima uxore, Adelheide Hoyæa, Ottonis filia, invito patre aſſenſit, qui eam idcirco cuſtodiæ biennio tradidit, a qua tamen, interceſſione Maximiliani Imp. & Henrici, Comitis Naſſovii, liberata, cum Arcis & Dynaſtiæ Beyenburgenſis in montibus pignore decem millia florenorum ex Cattimelibocenſi pecunia in dotem accepit, cui adminiſtratio Comitatus Ravensburgici poſtea acceſſit: ex eaque nati Philippus IV. ſummorum templorum Moguntini & Argentinenſis Canonicus; Joannes & Franciſcus ſecundus, quorum poſtremus Mariam Gogreviam, Joannis Gogrevii, Cancellarii Julii & Montani, filiam, poſtea ſibi copulavit. Adolphus 23. Januar. die Mercurii, media nocte, an. 1498. itidem Clivis in lucem editus, qui in Hiſpania anno 1525. cœlebs vita hac defunctus.

Inauguratio. Anno 1486. cum Maximilianus, Friderici filius, Francofurti Rex Romanonum renuntiatus, Aquisgrani inauguraretur, Wilhelmus Julius & Montanus utroque Ducatu, cum Comitatu Ravensburgio, Joannes vero Ducatu Clivio, (5) & Comitatu Marchico, cum urbibus Sufatenſi & Santenſi, inveſtiti ſunt: Maximilianus autem, anno 1488. a Brugenſibus captus, a patre Friderico armis ferme totius Imperii, manu vero Alberti Saxonis, & Engelberti Naſſovii, iterum aſſertus eſt, cui Joannes quoque noſter auxiliares copias addidit. An-

(1) *Chronic. Honſeler.* prætextu tamen, quod ſalvus conductus jam exſpiraſſet, quod Engelbertus ad Maximiliani caſtra accederet. *Wilh. Heda* p. 297.

(2) Chronic. Honſel. *Quibus*, refert, *ita compoſitis* (cum Hollandis nempe & Trajectenſibus) *Maximilianus in Johannem, Cliviæ Ducem, copias traducere decrevit, ſed Principum amicorum Supplicationibus delinitus, priſcorum quoque Ducum in Burgundos amicitiam & fidelitatem rememorans, accepta ingenti nobilium Roſarum quota pacifcitur; ea nempe clades quantum Clivenſem attenuaverit curiam, gloriam obfuſcaverit, confectorque exhauſerit Theſauros, Clenodiaque deſtruxerit, nemo eſt, qui referat.*

(3) Deſponſatione jam anno 1481. facta. Vide Tabulas matrimoniales in Cod. Diplom. No. XCI. *Turckius* in Supplem.

(4) *Imhoff.* Notit. Procer. Imp. lib. 4. c. 7.

(5) Nempe a Friderico III. Imperatore anno 1486. a Maximiliano vero 1495. inveſtitus fuit. Vide literas inveſtituræ in Cod. Diplom. No. XCII. XCIII.

Digitized by Google

Anno ſequenti 1489. Carolus VIII. Ludovici undecimi filius, Galliarum Rex, repudiata, quam olim ſibi deſponderat, (1) & diu nondum nubilem apud ſe detinuerat, Margaretha, Maximiliani filia, patrique remiſſa, cum apud eundem, reſtitutis dotalibus oppidis, multo verborum honore ob bellorum & temporum neceſſitatem ſe excuſaſſet, Annam, Franciſci, Britanniæ Ducis, filiam & hæredem unicam, per procuratorem ipſi Maximiliano deſponſatam, in itinere, cum ad ipſum per legatos ducenda eſſet, intercepit. (2) Quare Maximilianus Burgundiam iuvaſit, ferro & igne ubique graſſando. Tandem poſt triennium bellum ſopitur, (3) accepto a Maximiliano poſt receptam filiam Atrebato Comitatu: Britanniæ vero Ducatus per hoc matrimonium coronæ Gallicæ annectitur.

Lintii autem, ut hoc addamus, Friderico III. Imp. 19. Auguſti anno 1493. defuncto, Maximilianus filius ſucceſſit, cum antea ad ſecunda vota tranſiiſſet; Maria enim ſua Burgunda ex lapſu ſuper ſudes acuminatas anno 1482. mortua, & Anna Britannica, ut jam diximus, a Carolo Gallo rapta, Joannis Galleacii ſororem, (4) Ludovico Sfortia, Duce Mediolanenſe, procurante, ſuperinduxit.

Porro an. 1489. Joanni noſtro, Clivorum Duci, Innocentius VIII. Pontifex Roman. roſam auream, (5) more recepto Dominica Lætare conſecratam, per Gerhardum ab Oſenbruch transmiſit, quæ præſentibus Joanne à Brunckhorſt & Batenburg, Præpoſito monaſterienſi, Adolpho a Wylich, hæreditario aulæ Præpoſito, ejusque fratre Stephano, aulæ Ducalis Oeconomo, & utriusque nepotibus, Chriſtophoro & Adolpho a Wylich, ſylvarum Præfectis, Wilhelmo Horſt, hæreditario Mareſchallo, Ahaſwero a Boetzelar, Archipincerna, Henrico Stael, Henrico a Bilandt, Hermanno a Wittenhoſt, Joanne ab Aldenbochumb, Eberhardo a Schuiren, Weſſelo a Loe, Joanne ab Horſt, Præfecto Dinslacenſi, Elberto ab Hunnepel, Godefrido Turck, Præfecto aulæ & Toparcha Gochenſe, aliisque pluribus antiquæ nobilitatis Viris, ei exhibita eſt. *Aurea roſa Joanni donata.*

Porro anno 1491. die Vitalis, inter Lunenſes & Halterenſes in Comitatu Marchico ob frumenta advecta conflictus initus. *Res geſtæ Joannis in conjugio. Continuatio belli Geldrici ſecundi.*

Anno 1492. Maximiliano, qui, ut ſupra in Joanne I. diximus, totius Geldriæ poſſeſſionem nactus erat, in Germania occupato, Geldrici ordines Carolum, Adolphi filium, a Gallis captum, ope Vincentii, Comitis Morſani, magna pecuniæ ſumma redemptum, in Geldriam reduxerunt. (6) Quapropter Maximilianus, primo totis Imperii viribus in ipſum ducere cogitans, precibus Reginæ & Renati Lotharingici, ad quem, tanquam affinem, Carolus confugerat, permotus, an ad ſe, an vero ad Carolum, jure Geldria pertineret, per Electores (7) Imperii Trajecti ad Moſam decerni paſſus eſt; qui cum pro Maximiliano pronuntiarent, nec Carolus tamen cederet, Friburgi Brisgoiæ Carolo bellum inferendum conſtituit, & ibidem anno 1498. per Henricum ab Hompeſch, Dominum in **Wickraedt**/ aulæ Juliæ magiſtrum, & Joannem a **Palandt**/ Dominum in **Bergh**/ Wilhelmum Julium; per Theodorum vero a **Broncfhorſt** & **Batenburgh**/ Dominum in **Hunnepell**/ Toparcham Clivium, & Godefridum Turck, aulæ Mareſchalcum & Præfectum

(1) Pace inter Maximilianum & Ludovicum XI. R. G. anno 1482. Atrebati inita. *Rob. Gaguinus* lib. 10. c. 33. *Pont. Heut.* Rer. Auſtr. lib. 2. c. 1. Ipſæ Tabulæ pacis in *Recueil des Traités de paix* T. 1. p. 407.

(2) De quo raptu, quem Baylius *dans les reponces aux queſtions d' un provincial* Tom. III. excuſare ſtudet, vid. *Pont. Heuter.* Rer. Auſtriac. lib. 4. c. 4. *Baco Verulamius* in vita *Henrici VII.* R. A. qui Maximilianum ad injuriam illam vindicandam incitavit, auxiliumque ei promiſit.

(3) Tabulas pacis vide in dicto *Recueil* T. 1. p. 703.

(4) *Blancam* nomine, ingenti dote adductus, indignantibus vero Principibus imperii. *Gerb. de Roo* lib. 11. *Philipp. Comineus* lib. 7.

(5) Ipſum Breve Pontificis vide in Cod. Diplom. No. XCIV.

(6) Nunquam exinde, inſtigante inprimis Rege Galliæ, ut Maximilianus in literis apud *Philippum Dattium* de Pace publica lib. 3. c. 2. conqueritur, a turbis excitandis quievit Carolus, quas pluribus exponunt *Iſ. Pontanus* lib. 11. *P. Heuterus* lib. 5. & 7. & Autor infra in Hiſtor. *Provinc. Geldr.*

(7) Utpote arbitros compromiſſarios. *Iſ. Pontanus* lib. 11. p. 602.

Digitized by Google

ctum Gochenſem, Joannem hunc noſtrum, Clivorum Ducem, in communionem belli pellexit.

Wilhelmus, Juliorum Dux, Herculenam clam recuperavit. Poſtea etiam Echtium & Neoſtadium oppida, diutina obſidione preſſa, cœpit. Maximilianus vero, ductoribus Alberto Saxone & Georgio Bavaro, magnam militum manum iisdem ſubmiſit, quibus Wachtenduncam, Stralenam & Batenburgiam occuparunt. Sed cum, expugnata a Wilhelmo Julio Herculena, Carolus Egmundanus Heinsbergam invaſiſſet, Maximilianus fruſtra ex Emmerica, Dotecomo, in quo Carolus erat, tentato, 18. Octobr. an. 1499. cum Alberto Saxone & Georgio Bavaro domum rediit, & Geldriam, cum Julia & Clivia bellis infectam, reliquit. Carolo igitur Rex Galliæ ſe conjunxit, & per Robertum Aræburgium Cliviam adeo pervagatus eſt, ut Dux Joannes inducias quærere coactus fuerit, quæ etiam indultæ, non tamen diu ſervatæ ſunt, ipſo enim anno 1499. ægro, Neomagenſes Clivium ſaltum ipſo S. Matthiæ Apoſtoli ingreſſi, Quadriburgum incenderunt, Bedbergam, veſtalium conventum, & ædem Antoniam in ſylva Cliviæ cædua, ſpoliarunt, ſed a Cliviis, qui Goyam ingreſſi illam reliquerunt, in Moldick retracti, 1500. eorum capti, & reliqui omnes ſpoliis exuti ſunt. De qua Clivenſium victoria verſus memoriales ſunt:

Anno milleno quingenteno minus uno,
Mille & quingentos Clivus cæpit Neomagos,
Cum prædis cunctis, quas diviſere ſuis.

Vel ut alii:

Termus Dux Clivicus tunc vicit Novimagenſes,
Hæc profecto die Matthiæ facta fuere.

Quod Neomagenſes adeo male habuit, ut ex captivis aliqui, ſe liberantes, Craneburgum telis ignitis incenderint; & non longe poſt, cum milites quidam Clivii perjuri ad Geldros deficerent, Venium, Warthium, Byrtenium pagos depopulati ſunt, & cum Santenſes Geldros repellere conarentur, hi, 70. eorum captis, in regreſſu pagum Kellenium cum arce Smithuſia vaſtarunt.

Anno 1499. Vincentius Mœrſanus, Adolpho & Carolo Egmondanis favens, vivis exceſſit, qui cum Mœrſam ad tumulum majorum deferendus eſſet, cum hoc prætextu arcem cum Comitatu occupare tentaret Carolus, a Joanne, Mœrſenſe & Saerwerdenſe Comite, qui Cliviæ & Juliæ Ducum auxilio, tanquam proximus agnatus, Mœrſam tenebat, prohibitus, Vincentius Coloniæ ad S. Pantaleonem ad latus parentum Friderici & Engelbertæ Cliviæ tumulatus.

Bellum autem hoc novum Geldricum Ludovico XII. Galliæ Regi, adeo diſplicuit, ut unius anni inducias ſub 30. mill. floren. pœna conſtituerit, ſumma cum Maximiliani indignatione induciis conſtitutis, Joannes noſter Reipubl. Trajectenſi ob expenſas, ejus cauſa a ſe & fratre Engelberto, fruſtra ad dignitatem ejus loci, mortuo anno 1496. Davide Burgundo, adſpirante, factas, bellum movit, Rhenisque occupatis Amerongiam, Dornam, Zeiſtium pagos, & ſuburbium Biltium depopulatus eſt; ſed cum Epiſcopus Fridericus Badenus, qui Davidi ſucceſſerat, Rheno, Vahalique trajectis, Gennepam obſideret, pax inter ipſos quoque inita eſt.

Anno 1502. induciis Geldricis finitis, Jacobus a Bronckhorſt & Batenborgh, Dominus in Anholt, auſpiciis Maximiliani, cui Joannes Clivius ſuppetias tulit, Geldris multa damna inflixit. Idcirco Carolus Egmundanus, ſub prætextu arcis Anholtinæ expugnandæ, Hetterani adortus exſpoliavit, & quia Joannes Clivius ad defenſionem tam cito ſe præparare non poterat, Huiſſena obſeſſa, ſed ab oppidanis fortiter defenſa. Cum ab Embricenſibus, commeatu antea importato deficiente, novus inferendus eſſet, Clivii omnes circa nativitatem Joannis Baptiſtæ ſeſe conjunxerunt, & Embricenſibus e regione urbis Huiſſenſis caſtra metantibus, reliqui in inſidiis latuerunt, quos cum Carolus ſuperare tentaret, Clivenſes ex illis cum 700. equitibus, ductore Rabano a Bucren, erumpentes, cum Weſalienſibus & Reeſenſibus, Rheno deſcendentibus, conjuncti, Geldros profligarunt, tormenta & omnia eorum ſpolia diripientes, imo ipſo Carolo in poteſtatem redacto, ſed tamen Mauri unius opera iis viciſſim erepto; ob quam victoriam Clivenſes publice Deo gratias egerunt, ex machinis bellicis pene omnibus interceptis, ceu

ceu ſpoliis ampliſſimis mire ditati. Non longe poſt præſidiarii Huiſſenſes arcem Keppeliam adorti ſunt, quam cum Zutphanienſes liberare vellent, Clivenſes Frideric. de Vorſt, cum 600. aliis, tormentisque, & reliquo commeatu captum, Embricam abduxerunt; & hac victoria iterum animati Arenacum tentarunt, eaque occaſione Elſtium, Randwyckium, Hœsdenum, Elderenum, aliosque multos in Batavia pagos deprædati ſunt; qua præda onuſtos, Huiſſamque tendentes, cum Arenacenſes & Neomagi in pago Elteno aggrederentur, Clivii in duas partes diviſi eos fugarunt. In Decembri etiam Capitaneum Geldrum, cum 1500. militibus Limarſiam invadentem, iidem Huiſſenſes 200. captis reliquos profligarunt.

Anno 1504. iterum pax inita, qua ob Wachtendoncam non reſtitutam irrita, Joannes Clivius Middeleriam arcem obſedit, ubi Godefridus Turck confoſſus eſt.

Anno 1506. Maximilianus Cæſar cum filio Philippo, ſuppetiis Wilhelmi Julii, & Joannis Clivii, Arnheimium vallavit, ideoque a Carolo Egmondano, Wilhelmo, Comite Montis, Dominis in Wiſch/ & Bronckhorſtiis, Hoemeniis atque Hackfortiis Dynaſtis, cum plerisque urbibus omnibus, deficientibus, Maximilianus Geldriam fere totam occupavit, & ſui juris fecit. Cum Carolo Egmondano vero, ut reliquas, quas adhuc poſſidebat, urbes ad dies vitæ retineret, poſt mortem vero ſibi traderet, inſcio Joanne Clivio pactus, eidem quidem 20000. flor. promiſit, ſed trajecto Moſa viciſſim reſignavit.

Cum autem Rex Philippus, cum conjuge in Hiſpaniam ſolvens, paulo poſt ibidem diem ſuum florenti adhuc ætate obiret extremum, Geldri denuo cum Burgundis bellum redintegrarunt, & anno 1507. Arenacum cum omnibus ferme Geldriæ civitatibus recuperarunt. Idcirco Burgundis Ducis Joannis Clivii opem viciſſim implorantibus, licet prius non admodum grate tractatum dimiſiſſent, ille tamen aſſenſit, & arce Perſinga nobilium Appeldorniorum capta, illam, omnesque pagos Moſawaſalinos & Batavos depopulatus eſt. Ludovicus vero Gallus Carolo Egmondano 300. milites ſubſidio miſit, qui ad Spoiam tranſitu prohibiti, in reditu Turenhoutæ, Trenæ, aliisque Brabantiæ vicis & oppidis graſſantes, a Brabantinis cæſi. Dominii Wiſchii caſtro Wildenburgio Carolus vallum oppoſuit, ut commeatum ab eo averteret; ſed Burgundi & Clivii Goer adorti, ruſticos multos prope Hengel reſiſtentes trucidarunt, & propugnaculis Geldrorum omnibus ad domum Wildenburgium deſtructis, 70. captivos abduxerunt.

Sub finem anni 1507. pacificatio Cameracenſis inſtituta eſt, in qua iterum Maximilianus cum Carolo Egmondano, excluſo Clivenſi, tranſegit, qui vendidis multis κειμηλίοις, multisque arcibus oppignoratis, ſtipendia militibus ſolvit, & cum ea a Margaretha, Belgii rectrice, repeteret, 17. millibus ob damna illata detractis, reliquam ſummam ægre obtinuit.

Anno 1511. Carolus Egmondanus nondum quietus Brabantinos mercatores, Francofurto redeuntes exuit, Burgundi Venlonam, quæ tum ei adhuc parebat, obſederunt, ſed ob hyemis aſperitatem retrocedere coacti, Carolus Brabantinis & Hollandis multa damna intulit, & mille cives Buſcoducenſes cum Domino in Waſſenaer cæpit, aliasque Geldriæ ſuæ urbes recuperavit, Anholtinum quoque caſtrum & oppidum occupavit.

Anno 1512. compoſitio nova, per conjugium Caroli cum Iſabella, Philippi filia ſecundogenita, quæ conſenſu Imperatoris Geldriam integram in dotem, hac tamen conditione, ut nullis hæredibus relictis, ad Burgundicam domum rediret, ei adferret, propoſitum, non ſucceſſit.

Anno 1513. excluſo denuo Joanne Clivio, compoſitio reſumpta, & Geldria ad dies vitæ Carolo aſſignata eſt, qui Lobithum idcirco telonium cum reditibus ex Geldrica inſula ad ſe tranſtulit: quapropter offenſis Cliviis, per Caroli cum Anna, Joannis filia, conjugium quæſita reconciliatio, ſed quia in dotem omnes Geldricæ portiones Ducatui ablatæ, & Clivio additæ poſcebantur, in illud Johannes non conſenſit, imprimis Imperatore Maximiliano, & Margaretha Auſtria, Belgii gubernatrice, vetantibus, & aliud conjugium cum Ludovico Bavaro urgentibus.

Anno 1516. Sittardi (1) Juliorum Burgundi novas pacis conditiones per Philippum

(1) Nullam hujus Sittardienſis Pacti mentionem faciunt *Iſ. Pontanus*, *Schlichtenhorſtius*, meminit

Ravenſteinium & Comitem Naſſovium propoſuerunt, in quas Duces Juliacenſis & Clivenſis, frater & filius, hac conditione conſenſerunt, ut Maximilianus Cæſar Juliæ & Montium Ducatibus, cum Ravensburgio Comitatu, Johannis filium primogenitum, Johannem III. inveſtiret, Saxonis actionem, a patre Friderico Cæſare datam, averteret, & Ducis denique Joannis filia Anna apud reginam Eleonoram educaretur; quas Maximilianus Cæſar, ejusq; ex filio Philippo nepos, Carolus, ita comprobarunt, ut 50. millia flor. ad educationem filiæ Juliacenſes & Clivenſes contribuerent, & mutua quoque auxilia tempore neceſſitatis præſtarent. Hæ conditiones poſtmodum anno 1519. itidem Sittardi & Gorcumiæ anno 1528. anno vero 1536. Graviæ, demum in transactione Venlonenſi anno 1543. repetitæ & confirmatæ ſunt. (1)

Opera politica.

In omnibus his bellorum turbis Dux Joannes conſtitutus, felix nihilominus & auſpicatum conjugium inter filium ſuum Joannem, & Mariam, unicam Wilhelmi, Juliæ & Montium Ducis, Comitisque Ravensburgici, filiam & hæredem, procuravit, quod anno 1496. tractari cœptum, (2) ſed anno demum 1510. conſummatum eſt; (3) quo anno etiam, die Lunæ poſt Dominicam Oculi, Nobilibus Clivi æ & Marchiæ privilegia, de ſucceſſione in linea recta & collaterali filiorum & filiarum promiſcua in feudis, evocatione, cognitione cauſarum nobilium in civilibus & criminalibus, eorumque liberis, ſine conſenſu parentum in dedecus familiæ contrahentibus, nihil ex bonis conferendo, jure primogenituræ, controverſia cum Principe, &c. largitus eſt.

Opera Eccleſiaſtica.

Inter opera Eccleſiaſtica, (4) de ſpirituali jurisdictione, mixto foro, religioſarum perſonarum ſucceſſione, emptione ſæcularium & venditione Eccleſiaſticorum bonorum, ab Adolpho primo introducta, ab avo an. 1463. confirmata, Joannes II. & III. pater & filius, renovarunt & publicarunt: utpote an. 1507. die Veneris poſt Dominicam Reminiſcere, itemque an. 1508. de ſucceſſione Eccleſiaſticorum bonorum ad Eccleſiaſticos interdicta, & proximis agnatis conceſſa; & an. eodem de mortificatione Eccleſiaſticorum bonorum, ipſis Eccleſiaſticis prohibita; jurisdictione vero Eccleſiaſtica tantum in matrimonialibus, cenſura, bonis Eccleſiaſticis antea mortificatis, & teſtamentis permiſſa, bullis vero bannalibus & exbannalibus (ut loquuntur,) pontificiis excluſis, Dom. Jubilate.

Prædicatores Calcariæ in Ducatu Clivio, & in **Marienheid** prope Gommersbachium, in præfectura Neoſtadienſi Comitatus Marchici, confirmavit, multisque bonis & privilegiis dotavit, in protectionem etiam eosdem prædicatores cum monaſterio Lippienſi, & Eccleſiaſticis Tremonienſibus, ſuſcepit.

Structuram templi Aldegundini, cujus fundamenta anno 1483. jacta ſunt, urbi Embricenſi confirmavit: parochiam Clivenſem collegiatæ Eccleſiæ, & ſacellum **Rutterden** parochiæ Dousbrugenſi incorporavit.

Fundationem Hoſpitalis Wattenſchedii ratam habuit.

Carthuſianis Gravianis, Abbatiæ Campenſi, & monaſterio Monchuſio prope Arnheimium, liberum in teloniis ſuis Rhenanis tranſitum conceſſit.

Opera politica, & inter ea Pacta cum vicinis Principibus & Rebus publicis.

In politicis cum vicinis Principibus & Dynaſtis ita convenit:

Anno 1481. cum Tremonienſibus de protectione, libertate & arreſtis fœdus iniit. Anno 1491. cum Archiepiſcopo Colonienſi, Hermanno Haſſo, interventu fratris Wilhelmi Landgravii, de villa Geilemeria, & Elmenhorſtiis in diœceſi Reklinghuſenſi, cum civitate vero Colonienſi de mutua immunitate & opera tranſegit.

An-

nit vero *Turckius* in Supplem. atque eodem anno Maximilianus ſpem Saxonum in Ducatu Juliacenſi, &c. maſculis Principum Juliacenſium extinctis, quam Fridericus III. iis fecerat, irritam reddidit, atque Johannem quoque de Ducatibus Juliacenſi, Montium, & Comitatu Ravensbergenſi inveſtivit. Vide Diplomata in Cod. Diplomatum No. XCV. XCVI. XCVII.

(1) Vide Tabulas in *Recueil des Traités de paix* T. II. p. 657. 662. & 671.

(2) Inito tum inter Wilhelmum, Ducem Juliacenſem, & Johannem II. Ducem Clivi æ, Pacto unionis ditionum utriusque, atque Maria, filia Wilhelmi, Johanni III. Clivenſi Duci, deſponſata. Vide Diplomata in Cod. Diplom. No. XCVIII. XCIX.

(3) Poſtquam Maximilianus Imperator feminarum ſucceſſionem in ditionibus Wilhelmi annis 1508. & 1509. ratam habuit. Vid. Diplom. in Cod. Diplom. No. C. CI.

(4) Quæ de rebus Eccleſiaſticis, Politicis, ſtatu Nobilitatis & Civitatum refert Autor, ex *Turckii* Supplemento deſumpſit, atque ad verbum tranſtulit.

Digitized by Google

Anno 1495. Advocatiam Eſſendianam pro ſe & hæredibus, Marcæ Comitibus, perpetuam acquiſivit.

Anno 1505. ab Imperatore Maximiliano I. privilegium de non evocando, & exemptionem ſubditorum a Judiciis liberis Weſtphalicis impetravit. Eodem anno a Philippo, Caſtiliæ Rege, omnium Geldriæ partium acquiſitarum confirmationem accepit.

Anno 1511. cum quatuor Electoribus ad Rhenum de ejusdem ponderis & pretii moneta convenit.

Statum Equeſtrem nobilium multum promovit: (1) *Status nobilitatis in Ducatu Clivio.*

Anno 1481. Ahaſvero de **Boetzelaer** Archipincernæ Clivii hæreditarium officium, eum duarum in **Hoerdt** villarum medietate, ad dies vitæ attribuit.

Anno 1487. Rutgero ab **Horſt**/ cum filia naturali Maria, arcem **Heßhuyſen** reſtituit.

Anno 1492. Adolpho, fratri naturali, arcem **Grondtſtein**/ ſibi cenſum reſervando & reditus, primo in feudum dedit, deinde in dominium convertit.

Anno 1497. arcem **Wiſſen** in dominium, ratione tantum incolarum & villicorum, ei ſubjectorum, commutavit.

Anno 1498. Adolpho a Wylich arcis Diesfortianæ dominium & cunicularios Vluyrenenſes conceſſit.

Anno 1499. turrim Griethanam Ottoni Bureno, cum filia ſua naturali Helena, largitus eſt. Anno eodem 1499. Ottoni a Wylich arcem **Roſaw** in perpetuum feudum donavit. Eodem etiam anno Stephano a Wylich arcem Kervenhemiam oppignoravit, & ipſo vel poſteris præſentibus, etiam incolarum municipii adjacentis mulctas decidendas promiſit, earum medietatem iisdem aſſignando.

Anno 1504. Johanni de Recke munitionem caſtri Untorpff, quod antea Friderico a Marck datum erat; anno 1515. Henrico Knippingh arcem Stochum, cum **Weſenwinckel** & **Weſilingh**/ in feudum, & eodem anno Bernhardo Schœler molam & jus venationis in præfecturis Blanckenſteinia & Werthinenſi, conceſſit. *Status nobilitatis in Comitatu Marcano.*

Civitates & oppida multis privilegiis exornavit. Nam anno 1481. Weſaliæ immunitatem teloniorum Cliviorum, ſicut etiam Duisburgo, eidemque Weſaliæ anno 1493. judicii in curiam translationem, anno 1502. de cenſu cereviſiario ſoli urbi ſolvendo, anno 1514. hæreditario Scabinatu abrogato, liberam ejus a civibus eligendi poteſtatem indulſit; de mulctis item magnis, juramento judicis & modo judicii diſpoſuit. Anno vero præcedente 1513. Weſalienſes iidem armorum vi telonium, a Wilhelmo ab Horſt/ Præfecto Dinslacenſi, in oris Lupiæ locatum, diruerunt. *Status urbium in Ducatu Clivio. Weſaliæ.*

Anno 1482. omnes homines, & bona parochiæ Embricenſis ab utraque Rheni parte, prætori Embricenſi, pactis nuptialibus & teſtamentariis exceptis, ſubjecit. Anno 1485. judicium liberum diei Lunæ propter debita & damna eidem, ſed ad revocationem, dedit. Anno 1490. electionem Scabinorum urbi pro 7000. floren. reliquit, quam poſtea revocavit, & ob multas cauſas non amplius indulturum edixit. *Emmericæ.*

Anno 1486. Calcariæ excellens illud hebdomadarium forum promulgavit. *Calcariæ.*

Anno 1483. Reeſæ, præter libertatem in teloniis, etiam libertatem electionis Magiſtratus attribuit. *Reeſæ.*

Anno 1501. & 1515. ob tumultum civium, quoad Scabinorum deſignationem ſibi revocatam, conſervatam, Budericæ & Huſſæ eandem in teloniis libertatem dedit. *Budericæ. Huſſæ.*

Anno 1483. quod Sherenbeca a Johanne de **Gemen** proditorie capta, nihil. *Sherenbecæ.*

Anno 1487. Sevenariæ jus civitatis, & cum eo telonii Huiſſenii cenſus, item vini immunitatem aſſignavit, cereviſiæ vero cenſum pro 50. Scutatis hæreditarie elocavit. Dinslacæ cenſus cereviſiæ ad revocationem conceſſus. *Sevenariæ. Dinslacæ.*

An.

(1) Inprimis cum ad reluendas oppignoratas terras, & promovendum matrimonium filii cum Maria, Equeſtris ordo multam pecuniæ ſummam contuliſſet, Johannes e contrario in ejus favorem conſtituit, 1. ne ejusmodi tributum ab ipſo poſtea exigeretur; 2. ut omnia feuda promiſcua eſſent; 3. ut Duces repreſſaliis in cauſis cum extraneis ipſi præſto ſint; 4. ut Duces in cognoſcendis cauſis criminalibus octo equeſtris dignitatis Viros & octo civitates admittant; 5. ne Veſtalibus nobilibus ultra 20. modia (**Malder**) ſuppeditare deberentur, nec quicquam debentur filiabus nobilibus, ſi invitis parentibus nubant; 6. ut primogenito filio præcipua domus relinquatur, aliaque.

Digitized by Google

An. 1508. omnibus civitatibus & civibus, ne ab exteris propter debita & damna infeſtari poſſent, & eodem anno Grieſhuiſianis, decimum ab excedentibus oppido nummum exigendi, poteſtatem, & civitati Lippienſi telonium terreſtre ad revocationem largitus eſt.

In Comitatu Marchiæ. In Comitatu Marcano ſimiliter Altenanæ, Plettenbergæ, Ludenſchedio, Caſtropio, urbibus & municipiis, an. 1484. Hatinegæ & dominio Hulſchedano, cum oppido Neoſtadienſi, libertatem venandi, Hammonæ & Unnæ piſtrinæ & cereviſiæ cenſum, dum revocetur, indulſit. Hammonæ peculiariter de hæreditate in toto Comitatu Marcano an. 1495. privilegium dedit.

An. 1510. diſpendia ab igne in arcibus Duſſeldorpienſi & Hambachiana Ducis Joannis filius, Joannes, nominis tertius, ex conjugio quoque Juliæ & Montium Dux, ſenſit.

Anno 1517. Gochia, Zonsbeca, Grietha, Eltena, Cranenburgum, Huiſſena in Ducatu Clivio, in Comitatu Marcano an. eodem etiam Bockhumium, anno vero 1520. Breckenfelda & Schwelma conflagrarunt.

Ordinationes de jurisdictione Eccleſiaſtica, longis cultris non geſtandis, judiciis in præfecturis Bochumienſi & Werthinenſi, provocatione Dufflia ad Clivenſe judicium metropolitanum, promulgavit.

Oeconomia. Oeconomia Principis ob æs alienum, in varios bellorum ſumptus neceſſario impenſum, multum laboravit, ideoque etiam modus ejus reducendæ per Theodoricum a Ῥῆμπορ/ Præpoſitum Clivium, Joannem Seckiengum, Scholaſticum Craneb. Henricum a Biland, Equitem, Adolphum a Wylick, Archiprædectum aulæ hæreditarium, Chriſtophorum a Wylick, Archimareſchallum, Elbertum ab Honnepel, Iſſelburgium, Weſſelium a Loe, Limerſium, Godefridum Turck, Gochienſem, Henricum Knipping, Hammonenſem, Joannem ab Horſt, Dinslac. Præfectos, Hermannum a Wittenhorſt, Theodorum a Wikedo, Caſparum Turck, cum omnium civitatum Deputatis, propoſitus eſt, eumque in finem an. 1505. 12. Conſiliarii, octo ex Cliviis, & quatuor ex Marchia Deputati, rationem ejus inierunt.

Annis 1481. & 93. Domus Niverſias Bruxellis & Brugis vendidit, & nemus Zellerenſe iterum comparavit.

Obiit poſt 40. annorum imperium an. 1521. 15. Martii, hora 5. veſpertina, quem uxor Mechtildis Haſſa anno 1505. 19. Februar. præceſſerat: Ambo Clivis in Eccleſia collegiata tumulati. De Joanne Streithagenus:

Quod tibi Pontificis ſummo pro munere ſummi
Fulva Quirinali venit ab arce Roſa;
Et quod Geldrenſem viciſti fortiter hoſtem,
Virtutis pariter ſunt monumenta tuæ.

De Johannis ſecundi, Clivorum Ducis III. binis fratribus, Engelberto & Philippo, *Cliviis, & primo quidem de* ENGELBERTO, *Duce Niverſio.*

Cæterum Joannes II. de quo jam egimus, Engelbertum quoque & Philippum fratres ſuperſtites adhuc ſuo tempore habuit.

Engelbertus, ſucceſſionis in Comitatibus Niverſio, Auxerrio, Eſthampio, Rhetelio, materna hæreditate a fratre Joanne fiduciales literas an. 1488. nactus, avi materni, Joannis Burgundi diviſionem ratam habuit. Et Ducatu Clivio, cum Comitatibus Dinslacenſi, Gennepenſi & Marcano, renunciatis, ditionibus iſtis, (1) cum dominiis Angelomonaſterienſi, Pontis-Cavallino, Swienlandio & Viviano in Flandria, itemque jure in Ducatibus Lotharingio, Brabantino & Limburgio, cum dimidiata 40. Anglicorum Salutenſium parte ex reditibus Sylvæ-Ducenſibus, potitus eſt. Vivo tamen adhuc avo materno, 900. libras ex Pontis-Cavallini proventibus accepit, donec eo anno 1473. ut ſupra dictum eſt, mortuo, poſſeſſionem omnium illarum ditionum adeptus eſt. Uxorem duxit Carolam, Joannis, Comitis Vendomii, filiam. Controverſia vero inter ipſum & Joannem Albertum, qui Carolottam, Eliſabethæ matris ſororem, duxerat, conjugio inter filium ſuum Ca-

(1) Tabulas vide in Cod. Diplom. No. CII.

Digitized by Google

Carolum, & illius gnatam Mariam, finita eſt; Et hic Carolus, poſt mortem patris, a Ludovico XII. Galliarum Rege, Dux Niverſii inauguratus eſt.

Ex hoc autem conjugio (1) Franciſcus genitus, qui ex Margaretha, Caroli Borbonii, Ducis Vindocinenſis, filia, ſequentes liberos viciſſim edidit:

Primus Franciſcus, Niverſii Dux, & Comes Euſii, ἄπαις, in pugna Orcuſiana an. 1563. periit. Secundus Jacobus, Ilæ Marchio, ſimiliter ſine hærede obiit.

Henricus Niverſius, Comes Euſii, filiorum tertius, Annam Monpenſeriam uxorem habuit, itidem ſterilem.

Henrica igitur Niverſia Ducatum hærede vacuum dotis nomine Ludovico Gonzagæ, Mantuæ Principi, attulit, qui anno 1595. mortuus, filium Carolum reliquit, nodernum Mantuæ & Niverſii Ducem: Filiarum Franciſci, præter Henricam, Catharina primo Anthonio Croviaco, Comiti Porciano, deinde Henrico Guiſio nupſit.

Maria vero uxor fuit Henrici Borbonii, Marchionis Condæi; Engelbertus autem Clivius, ut ad illum revertamur, cum Carolo VIII. Galliarum Rege, ex Ludovico, Duce Aurelianenſe, & Maria Clivia, avi ſui Adolphi, primi Clivorum Ducis, filia, genito, anno 1495. Italiam ingreſſus, regni Neapolitani expugnationi adfuit, in quibus copiis etiam Henricus Wiſchius arque Robertus Aræburgius militarunt. Idem, mortua uxore, anno 1496. defuncto Davidi Burgundo, Epiſcopo Ultrajectino, ſucceſſiſſet, (2) cleri populique votis unanimiter electus, niſi Maximilianus Cæſar Fredericum, Marchionem Badenſem, authoritate ſua ad hanc dignitatem promoviſſet: Ob quam cauſam frater ejus Joannes, de quo diximus, Clivorum Dux, Reipubl. Trajectenſi bellum movit, expenſis ſuas repetens. Engelbertus tandem fato defunctus eſt anno 1521.

De PHILIPPO Clivio.

Philippus alter frater, in ſtudiis educatus, anno 1496. dominium Angelomonaſterienſe, hac tamen conditione, (3) accepit, ut, ſi vel Epiſcopatum conſequeretur, vel ſine hæredibus diem obiret ſuum, in manus fratris Joannis primogeniti illud viciſſim reſignaret, quod tamen Philippus non usque adeo bona fide præſtitit; Factus enim Nivernenſis, & poſtea Rhemenſis Epiſcopus, ditionem illam pro 18. mill. floren. vendidit, (4) & reſiduum fratri Engelberto donavit, ut propterea alter frater Joannes, Dux Cliviæ, pro rei vendicatione actionem inſtituerit, ſed literis amiſſis vel intercepris, litem relinquere coactus eſt. (5) Obiit Philippus anno 1505. 3. Maji.

JOHANNES, ejus nominis III. dictus Pacificus, ſub Maximiliano I. ejusque ex filio Philippo Hiſpaniæ redenepote Carolo V. Impp. Dux Cliviæ IV. Juliæ 8. Montium 6. Marcæ Weſtphalicæ Comes in ordine 17. & Ravensburgi, Ravenſteinii, Gennepæ, Dinslaci, Holtæ, Hirnsbergæ, Bornæ, Brugenſis, Blanckenbergenſis Dynaſta.

Natus anno 1490. in profeſto Martini, & in aula Burgundica ſimiliter educatus. *Nativitas.*

Anno 1510. Cal. Octobr. cum Maria Julia & Montana, anno 1491. Non. Auguſt. nata, Duſſeldorpii copulatus, inde proceres omnium provinciarum, Duisburgum progreſſi, pactum unionis inter ſeſe erexerunt. *Conjugium.*

Ex hac genuit Sybillam, die Alexii anno 1512. Duſſeldorpii natam, & Johanni Friderico, Saxoniæ Electori, anno 1527. nuptui datam. (6) Licet enim ei Catharina, Cæſaris ſoror natu minima, confectis atque ſignatis ea de re literis, deſponſata eſſet, quum tamen *Liberi.*

(1) Vide ſupra *Tab. Genealog.* Ducum Cliv.

(2) Philippum potius, Engelberti fratrem, a nonnullis commendatum, ſed Fridericum, Badenſem Marchionem, electum fuiſſe memorat *Wilhelmus Heda* p. 325. nec, quod Autor Engelbertum votis cleri & populi expetitum ſcribit, a nemine alio traditum notat *Buchelius* in notis ibid. pag. 324.

(3) Vide Tabulas in Cod. Diplom. No. CIII.

(4) Vide Tabulas in Cod. Diplom. No. CIV.

(5) Imo conſenſiſſe in illam alienationem, liquet ex Tabulis in Cod. Diplom. No. CV.

(6) Tabulas matrimoniales, ut & Renunciationis Sybillæ, cum Reverſalibus Johannis Friderici, vide in Cod. Diplom. No. CVI. CVII. CVIII. de ipſis nuptiis Torgaviæ celebratis *Joh. Sebaſt. Müller* Annal. Saxon. p. 81. *Seckendorf.* in Hiſt. Luth. lib. II. §. 34. & 75.

Digitized by Google

men religionis incidiſſet in Saxonia mutatio, diſceſſumque idcirco fuiſſet a pactis, Cæſaris legato Haunarto aperte dicente, *non eſſe fidem ſervandam hæreticis*, Johannes Fridericus hanc duxit. Sybillæ hujus adductio ex aula paterna, per Brunſwicenſem & Magdeburgenſem civitates imperiales inſignes, Torgam usque facienda primum quidem decreta, ſed poſtmodum tamen, conſilio mutato, per Haſſiam Creutzburgum & Gotham facta eſt, adeoque die Mercurii poſt Jubilate Erphordiam appulit, ubi Sponſa Electoralis a Gunthero Swartzenburg. & quatuor Gleichiis Comitibus nomine Electoris excepta, indeque Weimariam, Jenam, Zeitzam, Aldenburgum ducta, medio inter Grimmium & Eilenburgum itinere a Wolffgango, Anhaltino Principe, Alberto Mansfeldio & Wolffgango Barbienſi Comitibus, cum 200. cataphractorum turma, accepta, cum Sabbathi ante Exaudi Georgius Saxoniæ cum duobus filiis, Henricus itidem Saxoniæ, Philippus Haſſiæ, Wolffgangus Palatinus Rheni Bavariæ, Ulricus Würtenbergius, Henricus Megapolitanus cum duobus itidem filiis, Erneſtus Brunſwicenſis & Lunæburgenſis, Duces, Turgoviæ prius appuliſſent, demum a Georgio Saxone cum quatuor curribus inauratis Turgoviam introducta, & Sponſo ſuo Electorali ipſa Dom. Exaudi copulata eſt. Obiit 21. Febr. an. 1554. matrona ſanctiſſima, ſimul & in ſincera veritatis Evangelicæ profeſſione, per varias tribulationes, inprimis mariti chariſſimi captivitatem, jactata, conſtantiſſima, quam nono poſt die maritus ſecutus eſt. Sybillæ Johann. Forſterus, Doctor Theologus, concione funebri Witebergæ 4. Martii; Et alius Vir pius ac doctus Muſa ſua ita eidem acclamavit:

Edita Juliaca fuerat quæ ſtirpe Sybilla,
Saxonici conjunx & generoſa Ducis.
Bullionea tui generis, Godefride, propago
Majorum celebri ſtemmate clara fuit.
Godfrido poſtquam Solyma Rex factus in urbe eſt,
Spinea Regis honor geſta corona fuit.
Hæc etiam caput eſt ſpinis redimita cruentum,
Facta crucis conſors maſta Sybilla viro.
Sed poſtquam terras vitæ pertæſa reliquit,
Lætitia fruitur, contuituque DEI:
Atque ſui rurſus pectus complexa mariti,
Gaudia percipiens, non moritura tenet;
Hic ubi Godfridus, David, Sanctusque Joſias
Te Comitem adjungunt, Jan-Friderice, ſibi.
Cum quibus alloquio dulci recreatur uterque,
Conjuge cum dulci coſta Sybilla ſuo:
Hiſtoriamque ſuæ memorant ætatis, & optant,
Majorum natos inclyta facta ſequi.

Sic vulgo exiſtimatur, licet male.

Anna ſequitur anno 1515. 10. Cal. Octobris, aliis 1. Julii, itidem Duſſeldorpii nata: Et primo Franciſco Lotharingo promiſſa, (1) poſtea tamen Henrico VIII. Angliæ Regi. (2) anno 1539. juncta, & ſtatim an. 1540. ob ſterilitatem repudiata, (3) anno vero 1557. 16. Jul. Chelſyhi mortua, & inde 3. Auguſti maxima & ſolenni pompa Londinum delata, ibidem in templi Weſtmonaſterienſis majori choro ad latus dextrum ante ſummum altare verſus meridiem ſepulturæ mandata.

Wilhelmum vero, omnium provinciarum hæredem & ſucceſſorem, anno 1516. 28. Julii, ipſa Pantaleonis, pater Joannes genuit, in arce Clivenſi in lucem editum, cujus ſacer Anadochus in baptiſmo fuit Hermannus Weedanus, Archiepiſcopus Colonienſis, qui defuncto an. 1514. Philippo Falckenſteinio, Hermannum Haſſum ſecuto, an. 1509. in dignitate hac ſucceſſerat. Ame-

(1) Tabulis matrimonialibus jam confectis, quas vide in Cod. Diplom. No. CIX.
(2) Pacta dotalia & renunciationem Annæ in paternas ditiones vide in Cod. Dipl. No. CX. CXI.
(3) Imo potius, quod libidini Henrici non reſponderet, quum vultu & oculis nullas illecebras, nec multum alacritatis aut vigoris præferret. *Burnet.* in Hiſt. Reform. Angl. p. 152. *Perizonius* in Hiſt. Sec. XVI. p. 302. alias conjecturas vide apud *Nicol. Sanderum* in Schiſmate Anglicano.

Digitized by Google

Amelia denique anno 1517. 18. Cal. Decembr. aliis 14. Novembr. Clivis in lucem edita, veræ de DEO doctrinæ atque ſinceræ religionis cultui addictiſſima, Domino JEſu Chriſto, animarum Sponſo, nupſit, & in cœlibatu, poſt educatos fratris chariſſimi liberos, anno 1586. 1. Martii, Duſſeldorpii diem ſuum extremum clauſit, cui ita parentavit non nemo:

Singula fine ſuo mundi contenta reguntur,
Et terram repetunt, quæ dedit ipſa prius.
Exprimit ereptæ quod mors deflenda Duciſſæ
Ameliæ multis dotibus eximiæ.
Nam mores humili geſſit ſub pectore caſtos,
Et mitis repulit corda ſuperba procul.
Sprevit opes, quamvis prædivite nata Ducatu,
Plurima pauperibus diſtribuenda valens;
Quin pietatis amans multos fœliciter annos
Finiit, & multos auxit honore dies.
Sic viviſſe ſatis, cum ſena decennia currunt,
Atque otio meſſes autumat eſſe ſibi.
Digna hæc virgo fuit producere longius ævum,
Si diſpenſaſſet tempora longa Deus.
Ergo habitat Cœlo mens incorrupta ſereno,
Et recubat nigra putre cadaver humo.

Chronoſtichon vero hoc eſt:

LIVIDas & rIgIDas reCOLIt Mars IVre CaLenDas,
OCCVbo, SerVator, ne bona grata neges.

Johannes autem noſter, de quo agimus, pater horum liberorum, an. 1518. Satellitum illorum (1) copiam, qui luporum & hædorum appellatione gaudebant, & ruſticos devorabant, ad oppidum Venlonam, cum Hermanno Weedano, Epiſcopo Colon. delevit. *Res geſtæ.*

Eodem anno Comitatum Cattimelibocium Naſſovio vendidit, qui, ope Franciſci a **Sickingen**, eum ſibi vendicavit.

Anno 1521. patri in Ducatu Clivio, & Marcano Comitatu, ſucceſſit, cum prius, nempe an. 1511. a ſocero Ducatum Julium & Montanum, cum Comitatu Ravensburgico, acceperiſſet: quo ipſo an. 1521. 14. Auguſti, Brugis Flandrorum Carolus Cæſar, anno imperii ſui tertio, pro Jolanda Dammertzia Embricenſi, in claſtro Marienbomio veſtalii, ſed ſaga, atque idcirco a Ducis Joannis patre ante ſexennium carceri tradita, literis, manu propria ſubſcriptis, interceſſit.

An-

(1) Erant milites tum, quibus Ezardus, Oſtfriſiæ Comes, ſtipendia ſolvere non poterat, tum qui exauctorati erant, poſt inducias inter Carolum V. & Geldriæ Ducem initas. De hac colluvie prædonum *Haræus* T. II. p. 544. *Cumque pecuniam ſolvendis dimittendisque militibus non haberet* (Ezardus,) *duo veteranorum peditum millia in ditionem mittit Groninganam, extorſione a ruſticis ſtipendia comparaturi, ſatis Omnelandios ſibi ex præterita debere militia teſtatus. Jungunt ſe bis tria peditum millia, quos Saxo & Brunſuicanus exauctoraverant, tum ii omnes, qui e rapinis vivere erant conſueti, expectantes, donec inducie inter Regem Carolum & Geldrum finirentur, quo recrudeſcente bello, huic aut illi parti nomina darent. Sed cum prolongatas inducias intellexiſſent, primum in Geldriam, dein in Cliviam proficiſcuntur. Ibi Meurſii Comitis ditionem invadunt, miſeros ubique ruſticos fortunis exuentes, deinde magno libertatem redimere cogentes. Verebantur vicini Principes alteram Aſperanam expeditionem, aut ne occupato munito aliquo oppido vicinas regiones omni calamitatis genere perveſtarent. Unis igitur in caſtris vires conferunt Belgæ, Clivii, Juliacenſes, Colonienſes, Weſtphali ac Meurſii, conjuratoſque prædones preſſi veſtigiis inſequuntur. Illi viribus impares in Geldriam, velut in portum, citato paſſu contendunt; Subſequuntur majoribus itineribus Principum Legati, propeque Venlonium eos aſſecuti, circiter ſeptingentos una pugna interficiunt, periiſſentque plures, niſi Venlonii, exoneratis majoribus tormentis, eos protexiſſent. Ubi cum aperte Gelder inducias violare nondum auderet, prædones vero ac latrones recipere in oppidis multo minus, illi nudo in campo non fidentes, obſcura nocte raptis militaribus ſignis, diſperſi in varias abiere partes. Capti inſtar latronum tormentis lacerati, carnificis manu periere.*

Anno 1524. ſocrum Sybillam Brandenburgicam amiſit, adeoque pro filio minorenne Guilielmo, cum Cliviis & Marchiacis, Juliis, Montanis ac Ravensburgiis præfuit.

Hic igitur notandum, etſi Fridericus III. Imperator Erneſto & Alberto Saxonibus Ducatum Julium & Montanum, linea maſcula deficiente, 4. Maji an. 1509. (1) promiſerit, quia tamen Maximilianus Imperator, Friderici filius, & Imperii ſucceſſor, 40. mille aureis an. 1516. Sittardi promiſſionem ipſis factam reſcidit, ejus nepos Carolus V. Cæſar, Joannem noſtrum Clivenſem in ditionibus Julia, Montana & Ravensburgia confirmavit. (2) Idem, omnibus Ducatibus & Comitatibus fœliciter unitis, ſucceſſit, easque ad Wilhelmum, filium unicum, cum jure Geldriæ transmiſit.

Anno 1522. in Martio, præſentibus Wilhelmo Moerſenſi, Jodoco Schouwenburgico, Conrado Tecklaburgico, Wilhelmo Rennebergio, Toparcha Bornenſi & aulæ Ducalis Præfecto, Wirichio Falckenſteinio, Comitibus, & 200. Nobilibus, privilegiis confirmatis, & homagio præſtito, cum conjuge Maria Julia & Montana inauguratus eſt. VVilhelmi Rennenbergii filia Eliſabetha, ut hoc addamus, in aula Clivia educata, primum in Præpoſitam Eſſendienſem electa anno 1538. pro 2000. florenis reſignatione facta, procurante Joanne hoc noſtro, Duce Clivio, Johanni a Reiversheyt Noveſii copulata eſt. Hujus Principis tempore etiam Reformatio religionis Chriſtianæ a variis abuſibus anno 1517. contigit, quam, ab ipſo quoque in ditionibus ſuis anno 1533. 8. Aprilis, Monrebergæ Clivorum exorſum & publicatam, (3) filius Wilhelmus continuavit.

Anno 1525. *CaptVs erat GaLLVs, coëVnt CVM rVre Cohortes.*

Anno 1526. Ludovicus Hungarus a Turca cæſus, cujus ſoror Anna Ferdinando poſtea juncta eſt.

Anno eodem 1526. 9. Maji, in profeſto Apolloniæ virginis, turres Calcarienſis, VVezana, & aliæ, ventorum turbine dejectæ ſunt.

Anno 1527. *ALtera poſt Captos GaLLos popVLIqVe fVrores*
Æſtas te Capta RoMa CrVenta fVit.

Anno 1528. incendium, Clivis exortum, multas ædes abſumpſit.

Anno 1529. VVeſalienſes Lupiæ amnis alluvium, civitatis ante muros pertingentem, aggeribus & ripis ruptis amiſerunt, ſed anno ſequente 1530. eundem maximis impenſis & laboribus in priſtinum alveum redegerunt.

Anno eodem 1529. *Cæſar In ItaLIaM qVo VenIt CaroLVs anno,*
ClnCta eſt rIphæIs noſtra VIenna GetbIs.

Tunc contra Turcam, Viennam obſidentem, a Philippo vero Palatino fortiter defenſam, (4) Joannes Clivius ſubſidiarium militem miſit, eoque nomine a Statibus provinciarum nobilibus & urbibus, imo ipſis Eccleſiaſticis, tributum exegit.

Anno 1531. circa Pentecoſten Barones Falckenburgius & Falckenſteinius, cum aliis nobilibus undecim, a Dinslacenſibus, ob mercatores Francofurtenſes Brabantinos exſpoliatos & captos, in Trevirenſi diœceſi apprehenſi, & Clivopolim abducti ſunt, Palandus, Dinslacenſis Præfectus, ut conſcius facinoris, accuſatus, ſe purgavit, prædones vero examinati & conjuncti, capitis ſupplicio affecti, &, exceptis duobus modo nominatis illuſtrioribus, apud Minores ibidem ſepultis, in rotam acti ſunt.

An-

(1) Imo potius anno 1483. Vide Diplom. in Cod. Diplomatum No. XCV.

(2) Literas inveſtituræ vide in God. Diplom. No. CXII.

(3) Reformandæ in Ducatu Cliviæ Religioni inprimis occaſionem dedit matrimonium inter *Johannem Fridericum*, Electorem Saxoniæ, & *Sybillam*, Johannis III. Ducis Cliviæ, ſororem, quippe qua affinitate factum, ut Johannes Fridericus ter ad Clivenſes fuerit profectus, adducto ſecum Antiſtite ſuo Aulico, Friderico Myconio, qui errores Pontificios e ſuggeſtu ſacro in illis ditionibus publice refutavit, atque anſam dedit, ut multi puriora Sacra fuerint amplexi, ipſeque Dux Cliviæ, Johannes III. Reformationis negotium in ditionibus ſuis promoverit, editis anno 1533. eam in rem novis legibus Eccleſiaſticis, ſ. Kirchen-Ordnung, ut refert Autor in *Annalibus Eccleſiaſticis* Reformationis MStis, quos poſſidemus, atque una cum aliis autoribus ſcriptis olim publici juris reddere conſtituimus. Inſertis quoque tum Johannis, Ducis Cliviæ, Legibus Eccleſiaſticis. Vide interim *Herm. Hamelmanni* Hiſt. Eccleſiaſt. Renati Evangelii in aula Clivenſi p. 984. & ſeqq. Oper. Geneal. Hiſtor.

(4) *Sleidanus* lib. 6. *Mich. Suiterus* apud *Schardium* T. II. *Turckius* in Supplement.

Digitized by Google

Anno 1533. 34. & 35. tumultus Anabaptiſtarum, & obſidio Monaſterienſis contigit, cui Johannes copias ſuas adjunxit, (1) & ipſus cum Ottone Bureno interfuit, cæteroquin Princeps Pacificus.

Cum Hermanno VVeedano, Archipræſule Col. Non. Septembr. anno 1533. unitus eſt. Cum Jodoco Schowenburgico de Crudenburgio caſtro, judicio Gemenſi, & piſcatione Lippienſi, tranſegit; cum Oſwaldo, Comite Montium, anno 1523. de limitibus Emmericenſibus. *Pacta.*

Anno 1533. cum urbe Colonienſi, & an. 1536. iterum cum Colonienſi & Monaſterienſi Epiſcopis convenit.

Edicta de præfectis, quæſtoribus & prætoribus, ſervitiis ſubditorum, ſodinis metallicis, telonio inter VVeſaliam & Sherenbecam, Capituli Santenſis & Monaſterii Cappenbergici protectione & bonis, publicavit. *Edicta.*

Anno 1534. 12. Decembris, de Anabaptiſtis, Sacramentariis, quos vocant, blaſphemis ſectis, concionibus angularibus, ſeditioſis, homicidis, latronibus, peregrinis militibus, mercatoribus, mendicis, agyrtis, Zygeanis, leges tulit.

Civitatibus Duisburgenſi & Orſovienſi libertatem in teloniis; (2) Recſæ, Altenæ & VVerdenæ a cenſu cereviſiæ immunitatem conceſſit. Neoſtadio & Ludenſchedio privilegia dedit, Rurorthæ ſua reſtituit, & molæ exſtructionem promiſit. *Status Urbium.*

Emmericam ſpeciatim an. 1422. in diſſidio Magiſtratus & civium reconciliavit, Viſelerio, factionis authore, in caſtro Ducatus Montani Angereno vinculis tradito, & jure electionis Magiſtratus ſui civibus ablato.

Anno 1536. 2. Octobr. Hambachi de ſervitiis officiariis, ſuis a ſubditis voluntarie præſtandis, modum præſcripſit.

Arcem VVinnendaliam prope Santos Theodorico, Domino de Wylich, Archipræfecto Ducatus Clivenſis hæreditario, an. 1532. conceſſit. *Status nobilitatis.*

Cuirliam vero villam in Comitatu Marcano Domino de Reck, ut hæreditarium feudum, tribuit. Roſendaliam in ſaltu Clivio, domicilium Oiſterwyckiorum, a ſervitiis & tributis exemit.

Anno 1538. filium VVilhelmum, ad obtinendam Geldriam, modis omnibus adjuvit.

Obiit ſatis mature, nempe quinquagenario minor, anno 1539. 6. Febr. Clivis ſepultus. De quo Streithagenus: *Mors.*

Contra Anabaptiſtas, Geticæque examina gentis,
Auxiliatrices junxit in arma manus.
Nec minus & patrias auxit cum conjuge dotes,
Montanaque ora, Juliacoque ſolo.

Uxor vero Maria Julia 4. Calend. Septembr. anno 1543. exceſſit, in Carthuſia Gravienſi condita, cui Conradus Heresbachius tale Epitaphium erexit:

Stirpe fui fœlix, terris & prole ſuperſtes,
His ego nunc cunctis ſum ſpoliata bonis.
Veſte quid ex byſſo corpus decoraſſe vel auro
Profuit, in terra vermibus eſca cubat.
At ſtat ſola ſalus ſperando fidere Chriſto,
Cætera vaneſcunt pulvis & umbra, nihil.

WILHELMUS, ſub Carolo V. Ferdinando I. Maximiliano II. & Rudolpho II. Impp. Dux Cliviæ V. Juliæ ac Geldriæ 9. Montium 6. Marcæ Weſtphalicæ Comes 18. dictus Dives.

Natus ipſa Pantaleonis, ſive 28. Julii, hora 4. pomeridiana, anno 1516. Clivis ab Hermanno Weedano, Archiepiſcopo Colonienſi, ſacro fonte lavatus. *Nativitas.*

(1) Autor in *MStis Annalibus Eccleſiaſticis*, & *Heresbachius* in Epiſtola de *factione Anabaptiſtica Monaſt.* quam Autor una cum ejus vita adjunxit *brevi ſuæ Repetitioni Catholicæ & Orthod. Religion.* Veſaliæ anno 1635. impreſſæ. *Herm. Hamelmann.* de *Renato Evangelio & motu Anabaptiſtico* in *Urbe Monaſt.* præter alios apud *Schardium* T. II.

(2) *Turckius* in Supplem. cujus fide quoque nituntur, quæ ſequuntur.

Educatio. Ab ineunte ætate a Doctore Conrado Heresbachio, (1) Medmenſi Montano, patris optimi, & mariæ matris, fœminæ prudentiſſimæ, conſilio, educatus, tantos virtutis progreſſus fecit, ut Joannes Sturmius, quem, prout etiam Eraſmum, Molinæum, Caſſandrum, ob ſummam eruditionem, chariſſimum habuit, in Epiſtola, ad hunc patriæ ſuæ Principem ſcripta, ita loquatur: *Non habet quicquam tua, vel animi vis ſapientius, vel amplitudo majus, vel fortuna præclarius, quam egregiam erga noſtras literas voluntatem, ad quam tibi tua natura dux fuit, quam ipſæ in ſe literæ auxerunt, & in qua te Doctor tuus Conradus Heresbachius confirmavit, a quibus ita imbutus, ita inſtitutus, ita educatus es, ut quæ habes, & quæ tibi ſine armis relicta ſunt, neque fortuna tempeſtate aliqua tollere, neque vis inimicorum bello detrahere poſſit, absque ſtudioſorum bonorumque virorum dolore, ut tuis malis, quaſi per tuum latus, reliqui omnes ſauciari videantur*, &c. Non tantum autem viros doctos coluit, eosque, ubi potuit, in aulam ſibi adſcivit, ſed etiam in reliquis virtutibus, pietate, ſobrietate, caſtitate, aulicis & ſubditis præluxit, juſtitiam ex æquo omnibus adminiſtravit, ſubditos inſtar patris dilexit, bello ſemper pacem prætulit, & ut Rempublicam conſervaret, omni ſtudio elaboravit. Ubi vero in ejus imperium ſucceſſio Geldrica incideret, & ob hanc cum Carolo quinto, Cæſare, magnam controverſiam haberet, hoc bellum animoſe geſſit, ſed tandem provincia cedens, compoſuit.

Mutatio Religionis, quæ multos in Germania motus peperit, & ſpecialiter Reformatio Archiepiſcopatus Colonienſis duplex, inprimis bellum Belgicum, imperium ejus quoque infeſtarunt, adminiſtrationem provinciarum ſatis difficilem Principi optimo attulerunt, de quibus omnibus jam ex ordine hiſtoria texenda eſt.

ontroverſia eldrica. De controverſia Geldrica (2) Johannes Sleidanus, libb. 2. 13. 14. & 15. ſcribit: Anno 1539. Cal. Aug. Arenaci Geldrorum Carolus Egmondanus, Geldriæ Princeps, e vita diſceſſit, qui finibus prope univerſis ditionis ſuæ exactus, ad eandem ſub certa conditione iterum admiſſus fuit. Is, cum jam ægrotus decumberet, quod per omnem vitam partium Gallicanarum fuiſſet, Burgundionibus admodum infeſtus, Gallorum ditionis provinciam facere voluit: In his anguſtiis conſtitutus, Guilielmum, Principem Clivenſem, propinquum ſuum, vix 20. annorum juvenem, primo anno 1538. adminiſtratorem, deinde poſt mortem ſucceſſorem pronunciavit, qui de ipſius, & nobilitatis atque populi voluntate, totam rei ſummam, maxima cum Cæſaris Caroli V. indignatione, ut dicemus, in ſe tranſtulit: Ita enim Bollius:

Me Sicambrorum ſeris Dux Carolus annis,
Horrida cui quondam prælia ludus erant;
Permiſit vetulus juvenis ſua ſceptra Wilhelmo,
Clivorum, Montis, Juliadumque Duci.

Et Conradus Achter-Veltius, paſquillus merus, Germanus & Apoſtolicus poëta dictus:

Geldriaci ergo viri, cives, populique Sicambri,
Cum pueris, junctis ſenibus, pulchrisque puellis,
Exhibuere ſuas laudes, titulosque celebres,
Et cecinere Duci lætiſona carmina paſſim:
Electo Domino præbentes gaudia ſumma.

De hac provincia ampliſſima eidem Gerhardus Geldenhaurius Noviomagus prolixa epiſtola, addita admonitione de officio Principis, cum hiſtoria Batavix, anno 1541. gratulatus eſt.

Nam cum Carolo Egmundano ipſa Nativitatis S. Joannis an. 1538. pactus, ut 6000. flor. Brabanticorum medietatem Geldria, alteram Clivia quamprimum penderet, eidemque ſola Clivia in feſto S. Petri ad Cathedram ſingulis annis 25000. Brabantinos ad dies vitæ numeraret, ipſa Blaſii Wilhelmus cum trecentis equis Neomagum invectus, juramen-

(1) Cujus vitam ipſe Autor deſcripſit, atque, ut diximus, *brevi ſuæ Repetitioni* ſubjecit. Vide quoque de ejus ſcriptis *Herm. Hamelmann.* lib. cit. p. 169. & 170.

(2) *Joh. Sleidanus, Pont. Heut.* R. Auſtr. lib. 11. c. 10. *If. Pontanus* lib. 12. *Schlichtenhorſt.* lib. 11. in fine & lib. 12. *Turckius* in Supplem.

Digitized by Google

mentum fidelitatis ab omnibus ordinibus accepit, ibidemque in arce Falconia Theodoricum Singendoncium Præfectum conſtituit.

Cum autem prius 6. Febr. anno eodem 1539. Wilhelmi parens, Joannes III. Cliviæ, Juliæ, Montium Dux, in ipſa ætatis ἀκμῇ, nempe annorum 49. non ſine ſummo filii unici & hæredis dolore occubuiſſet, ipſe patri optimo in omnibus provinciis & ditionibus ſucceſſit, indeque primordia regiminis adhuc difficiliora per immaturum ejus obitum ſenſit.

Eodem anno 1539. in Conventu ordinum Imperii, Francofurti habito, per legatos ſcriptum proteſtantibus exhibuit (1) Wilhelmus, in quo jus ſuum in Geldriam, a matre Maria Julia adhuc ſuperſtite ortum, explicabat, & venditionem, ab Arnholdo Egmondano, & Gerhardo Julio, Carolo Burgundo factam, vi, ob filium Arnholdi Adolphum, utpote immorigerum, corrigendum, & Egmondanos, injuſtos hæredes, e Geldria eliminandos, exoratam, interpretabatur, nec a Burgundo quoque omnes conditiones impletas eſſe dicebat, orans ideirco, ut apud Cæſarem pro ſe intercederent, cauſam quoque ſuam juſtam Cæſaris ibi legato commendarent.

Imo anno 1540. die Veneris poſt Quaſimodogeniti, legitimam poſſeſſionem adeptus, cauſæ ſuæ æquitati confidens, ipſus ad Cæſarem in Belgium Bruxellas transactionis cauſa venit, (2) & cum nihil proficeret, domum reverſus, cum Galliæ Rege Francisco conſilia communicare cœpit. Hic enim, cum recuperandi Mediolani ſpes tota cecidiſſet, etſi cum Cæſare poſt liberam ex cuſtodia dimiſſionem reconciliatus eſſet, rationes tamen occulte circumſpexit, quomodo eidem moleſtias ac negotia iterum faceſſeret; Et cum Guilielmus noſter tantam quoque cum maximo Cæſare litem & offenſionem ſolus ſuſtinere non poſſet, de mutuis amicitiæ inter utrumque vinculis, & quidem per conjugium ineundis, cogitatum eſt.

Erat enim Galliæ Regis e ſorore Margaretha, Henrici I. Albretani, Navarræ Regis, conjuge, neptis Johanna circiter undecim annorum puella, longe omnium totius Galliæ ditiſſima, & forma cumprimis eleganti, optimisque imbuta moribus; ut aurem hæc in matrimonium Principi Wilhelmo daretur, illico parentes, imprimis Reginam ſororem Rex ſollicitavit, ac demum obtinuit.

Guilielmus igitur anno 1541. 8. Aprilis, cum Ratiſponæ nova comitia agerentur, quia ob Geldriæ poſſeſſionem implacatum Cæſarem habebat, Hambochia arce in Juliis clam in Galliam proficiſcitur, (3) & iis, quos una ſecum eſſe voluit, locum atque diem conſtituit, quo diverſis viis profecti, tandem ad ipſum venirent: ſub exitum Aprilis Lutetiam appulit, exceptus a regiis miniſtris, & per Aureliam deductus, 6. Maji Amboyſiæ ad Regem venit. Is non ſecus ac filium complexus, illico Regi Navarræ & ſorori, ut adducta filia quamprimum ex Aquitania ad ſe veniant, nunciat. Cum veniſſet, etſi parentes neque tum admodum probarent, puella etiam, de Germanorum agreſtibus, & præ Galliæ delitiis multum durioribus moribus ab aliis perſuaſa, a Guilielmo alienior eſſet; Regis tamen, qui ſibi percommodam fore hanc affinitatem judicabat, auctoritate victi, Idibus Junii Schelerichæ nuptiæ peractæ ſunt, Rege ſponſam in templum deducente, Turnovio Cardinale miſſam celebrante, & Pontificio, Anglico, Luſitano, Veneto & Saxonico legatis, quia Cæſareus ſe excuſaverat, præſentibus, convivium ſplendidiſſimum apparante. Aliquot diebus poſt Princeps Guilielmus, conjuge ſponſa apud matrem, donec tempeſtiva viro eſſet, in Galliis relicta, 16. Julii domum rediit, cum antea anno 1537. de Chriſtina Danica, Cæſaris e ſorore nepte, vidua Mediolanenſi, quæ Italia relicta per Germaniam in Belgium reverterat, ipſi jungenda, fruſtra cogitatum eſſet.

Cæſar vero in Conventu Ratiſponenſi anno 1541. in omnium ordinum conſeſſu, 3. Julii die, gravem habet (4) de Guilielmo, propter occupatam Geldriam, querimoniam,

(1) Scriptum illud, cujus *Sleidanus* meminit lib. 12. vide integrum in Cod. Dipl. No. CXIII.

(2) Sed, *cum nullo eum jure uti Cæſaris Conſiliarii docuiſſent, domum re infecta reverſus, ad Regis Franciæ amicitiam animum convertere adoleſcens male conſultus cœpit*, ut refert *Pontus Heuterus* Rer. Auſtr. lib. 11. c. 15.

(3) Sparſa fama, ſe ad Comitia Ratisbonenſia proficiſci. *Pont. Heut.* l. cit. *Hareus* A. Brabant. T. II. p. 619. *Iſ. Pontan.* lib. 12. p. 819.

(4) Ad quam cum Legati Wilhelmi reſpondere, ac pro Duce ſuo deprecari vellent, Cæſar consurgens irato vultu diſceſſit. *Pont. Heuterus* loc. cit.

Digitized by Google

am, ſimulque librum eis exhibet, (1) quo ſuum jus in eam provinciam docet, atque etiam ſcripto Wilhelmi exhibito reſpondet, additque, illum quidem huc ad ſe vocatum, ſed longe diverſum iter (Gallicum) ingreſſum. Aderant quoque Clivenſes legati, qui Principem excuſabant, & cum in ſuo jure explicando pergerent, Cæſar conſurgit & abit.

21. Julii Principes & ordines omnes ad Cæſarem veniunt, & pro Clivenſi deprecantur, & ut eum in imperii tutelam accipiat, & amicæ tractationi litem permittat, petunt, inque eo ſuam operam profitentur, & ſi forte componi non poſſit, ut jure ſuum repetat, obteſtantur: Cæſar ad ea per Joannem Navium reſpondit, ſe tot annis conventus de ſummis Reipublicæ negotiis in Germania egiſſe, neque unquam tot Principes ad ullam publicam deliberationem cogere potuiſſe, nunc cauſam nacti adverſus me, ecce, inquit, quanto numero conveniſtis? de pace ergo Reipubl. conventum indictum, non vero, ut privata hæc cauſa diſceptetur, in qua ſola, quæ tamen proprie ſua ſit, quod Status imperii conſentiant, mirari ſe dixit. (2)

Poſt Comitia (3) hæc Cæſar e Germania diſcedens Friderico Palatino negotium dat, per Principes Electores, de reſtituenda Geldria, cum Clivenſi agendi. Mittunt hi legatos, eumque tum ſui privati periculi, tum publicæ perturbationis commoneſaciunt. Ille ſe legitimum hæredem, & absque vitio poſſeſſionem nactum eſſe, adeoque cauſam totam diſceptationi juris permittere, reſpondet, &, ne vim ſibi fieri patiantur, ſed ad æquitatem animum Cæſaris inflectant, obteſtatur. In Comitiis etiam Spirenſibus, anno 1542. 14. Februar. celebratis, juris & legitimæ poſſeſſionis defenſionem una cum dilutione aſſertionis, Cæſareæ Majeſtatis nomine in Comitiis Ratisponenſibus anno præterito 1541. exhibitæ, ordinibus imperii offert, quæ typis poſtea evulgata eſt. (4)

Dum hæc geruntur, Gallus circa Majum ad Guilielmum mittit Longovallum, qui ſub æſtatem, collectis copiis, cum Martino Roſſemo rei gerendæ occaſionem expectabat, & non longe poſt atrociſſimis verbis bellum Cæſari denunciat, (5) cum paulo ante Longovallus & Roſſemus, Brabantia occupata, magnum terrorem imparatis incuſſiſſent, & proximum erat, ut Antwerpiam caperent atque Lovanium, ſed rebus ad tormenta neceſſariis deſtituti, oppugnare non poterant, progreſſi igitur, quacunque vaderent, omnia populabantur, pecuniam extorquebant, ac pateſacta via, filio Regis, Aureliano Principi Carolo, qui Lutzenburgicæ regioni bellum tunc faciebat, menſe Auguſto ſeſe conjunxerunt.

Dux Guilielmus contra, milite ditionum ſuarum ſcripto, Heinsbergam & Sueſterenam, quæ validis Cæſareanorum præſidiis tenebantur, Juliacum munitus, brumæ tempore aſperrimo menſe Decembri Duram circumſedit, & ſubſidio Cæſareanorum in agro Aldenhoviano oppreſſo, recepit. Cum vero an. 1543. alia Noribergæ Comitia indicta eſſent, in quibus Ferdinandus Rex cum duobus filiis, & Gravellanus ex Hiſpaniis comparuerunt, Reginæ Mariæ, quæ pro Cæſare fratre Belgium gubernabat, legati Ulricus Criechingus & Vigilius Zuichemus J. C. miſſi, Principem Clivenſem oratione prolixa graviter accuſabant, quod ipſius ope conſilioque Rex Galliæ, Martino Roſſemo ductore, bellum iis locis feciſſet, itaque petebant, ut illum ad officium adducerent, quo videlicet a Geldriæ poſſeſſione decederet, & damnum reſarciat; ſed quia propter Cæſaris adventum ad multo gravius bellum res tendebat inter ipſum atque Clivenſem, Principes Electores, & alii ordines, interque eos Joannes Fridericus, Dux Saxoniæ Elector, & Philippus, Haſſiæ Landgravius, affines, per legatos intercedunt, & vix dum inducias impetrant

(1) Sub Titulo: *Aſſertio ejus juris, quod Imperatoria Majeſtas ad Geldriæ Ducatum & Zutphaniæ Comitatum habere pretendit*; Salingiaci in Ducatu Montenſi anno 1543. impreſſum, cum ſubjectis ſcholiis, quibus Wilhelmus contra ejusmodi Aſſertionem defenditur; & continua & pleniori juris & legitimæ poſſeſſionis Illuſtriſſimi Ducis in Geldriæ Ducatu & Zutphaniæ Comitatu confirmatione, itemque Scripto Wilhelmi, quod in Comitiis Francofurtanis exhibuerat, atque in Cod. Diplom. recenſuimus.

(2) Ut *Sleidanus* refert lib. 14.

(3) *Sleidanus* ibidem.

(4) *Salingiaci*. Vide Not. paulo ante.

(5) Cujus belli geſti hiſtoriam referunt *P. Heut.* lib. 11. c. 16. *If. Pontan.* lib. 12. p. 822. & ſeqq. *Paulus Jovius* in Narratione de hoc bello Juliacenſi apud Schardium T. 2. *Sleidanus* lib. 15.

Digitized by Google

trant a Gravellano, non quidem certas (1) & definitas, verum tales, ut eſſet in arbitrio Cæſaris, ubi primum Germaniam tetigiſſet, illas vel habere ratas, vel repudiare, atque interim oppidum Sittardum, quod eſt ad fines agri Juliacenſis valde munitum, in poteſtate Cæſaris futurum erat, donec ille, quid ſuæ mentis eſſet, explicaret. Intercеſſores hoc etiam promittebant, obviam ſe miſſuros legationem ad Cæſarem deprecandi cauſſa; & Gravellanus quidem magnam ſpem faciebat, fore, ut benignum ab eo reſponſum ferrent. Pactionem hanc legati Clivenſes, quorum erat primus Joannes Vlattenus, genere nobilis & vir doctus, probabant, & intercеſſoribus agebant gratias ob navatam operam: ſed interea, nempe 24. Martii, fuit commiſſum prælium ad oppidum Sittardum, in quo Caroli copiæ, quia Hinsbergæ obſeſſæ alimenta adducebant, profligatæ. Cumque ſuperior in eo eſſet Wilhelmus noſter, partim ob hanc victoriam, partim impulſu Galliæ Regis, pecuniam ſubminiſtrantis, animum obfirmabat, repudiatis induciis, cum legati domum rediiſſent; prælii ſecundi nuncius, magna celeritate perlatus in Galliam, excitavit ingentem lætitiam, & juſſu Regis decreta fuit Lutetiæ ſupplicatio. Anno eodem 1543. Spiram venit ad Cæſarem ſub exitum Julii Archiepiſcopus Colonienſis, Hermannus Weedanus, & pro Clivenſi intercedit, ſed fruſtra; niſi enim Geldriæ poſſeſſione prius Guilhelmus diſcederet, nullam pacis mentionem Cæſar audiebat. Et cum Saxonius legatus mandato ſui Principis Granvellanum Moguntiæ pro Clivenſi deprecaretur, ac perſuadendi cauſſa Reipublicæ diceret, privatam injuriam eſſe condonandam, præſertim jam imminente Turca: non diſceſſurum a propoſito Cæſarem reſpondit, quæcunque tandem ſit futura Turcarum impreſſio. Cæſar igitur ipſe, ſecundo flumine Moguntia deſcendens, Bonnam venit, indeque Duram petit, & quum ad Auguſti diem 22. eo veniſſet, deditionem ſibi fieri poſtulat, ni faciant, bellum denunciat. Milites contemptim reſpondent, neque ſibi periculum dicunt eſſe ab illo, qui jam pridem factus ſit eſca piſcium, rumor enim increbuerat, Cæſarem, cum poſt cladem Argieranam domum ex Africa rediret, facto naufragio periiſſe, & hæc opinio ſic inſederat animis populi Clivenſis, ut illis, qui ſe non vidiſſe modo Cæſarem, ſed conveniſſe quoque dicebant, vix crederent, Principi quoque idem fatali quadam credulitate perſuaſum fuit. Hujus figmenti putantur auctores fuiſſe Galli, ne Clivenſes remolleſcerent, Cæſaris potentiam veriti paciſcerentur.

Porro caput hic oſtentari ſolebat Annæ, quæ mater fuit Mariæ virginis, eoque veniebat quotannis magna hominum multitudo ad 26. Julii, qui conſecratus eſt illæ Divæ: ſed Hiſpani victores caput illud, muro incluſum, magna cum pompa religioſa deferebant in ædem Franciſcanorum, ne in illa ruina & templi conflagratione periret. Oppido direpto & incenſo, Cæſar progreſſus Juliacum, ac deinde Ruremundam (quod eſt ad Ruræ fluminis & Moſæ confluentem oppidum Geldriæ munitum,) deditione capit; nam Duræ calamitas inopinata magnam omnibus trepidationem atque terrorem incuſſit. Ruremunda Venlonam petit. Eo tandem ad ipſum in caſtra venit Dux Guilielmus, comitatus Henrico Brunſwicenſi, & legatis Archiepiſcopi Colonienſis, Hermanni Weedani, Adolpho Coadjutore, Comite ab Holſtein & Schowenburgh / Wilhelmo, Comite a Newenaer & Moers / & Joanne Groppero, J. U. Doctore & Scholaſtico S. Gereonis Colonienſe: cumque ſupplex deprecaretur, Brunſwicenſis etiam & legati vehementer intercederent, Cæſar tandem conſurgit, ac Auraico Principi & Granvellano dat negotium, ut leges illi præſcribant. His ergo conditionibus (2) die 7. Septembris anno 1543. receptus eſt: (3)

1. Ab Eccleſiæ Catholicæ religione non diſcedat, ſi quid in ea mutatum, reſtituat.
2. Fidem & obedientiam Cæſari, Ferdinando Regi & imperio promittat.
3. Fœderi Gallico & Danico renunciet, fœdusque nullum faciat, in quo non & Cæſar, & Ferdinandus, & ipſorum excipiantur hæredes.

4. A

(1) *Sleidanus* lib. 15.
(2) Quas *Sleidani* verbis refert Autor, vide quoque *Iſ. Pontan.* lib. 12. p. 832.
(3) Atque de Ducatibus Clivenſi, Juliacenſi, Montano, &c. a Carolo V. inveſtitus fuit 14. Septembris ejusdem anni. Vide literas inveſtituræ in Cod. Diplom. No. CXIV.

Digitized by Google

4. A totius Geldriæ poſſeſſione decedat, & jusjurandum populo remittat, ad recuperandam Geldriam, ſi quæ forte loca deditionem facere recuſent, auxilia Cæſari ſubminiſtret: Cæſar invicem illi provinciam Juliacenſem, bello nuper acquiſitam, reddit, duobus exceptis oppidis, Heinsberga & Sittardo, quæ ſibi retinet ad tempus, donec de ipſius fide compertum habeat & obſervantia.

Tractatio Bruxellenſis.

His ita transactis, anno 1544. 2. Januar. Bruxellis, & 24. ejusdem menſis in Spirenſi conventu Wilhelmus comparuit, & cum in hoc, præter Cæſarem, fratremque ejus, Ferdinandum Regem, etiam plerique imperii Principes adeſſent, plenior inter ipſos compoſitio inita eſt: (1) ad quam a parte Cæſaris Ludovicus de Flandria, Dominus de Praeth, Nicol. Perenottus, Cardinalis Granvellanus, Ludov. a Schore, & Viglius a Zuichen, Juriſconſulti: ex parte Guilhelmi Clivii Johannes Gogrevius, Cancellarius Julius, Nicolaus ab Harff, Geilenkirchæ Præfectus, Henr. Oliſarius, Cancell. Clivius, Georg. a Bœnen, Præfectus Wetteranus, Johannes Veltmeyer, D. & Johannes ab Eſſen, dictus Pottgieſer, deputati ſunt. Hi Bruxellis convenerunt:

1. Ut Carolus Cæſar nullum in Julium Ducatum jus amplius prætenderet.
2. Quiete etiam Geldriam poſſideret.
3. Wilhelmum Heinsbergam & Sittardum reſtitueret.
4. Mutuo datos 26036. aureos, 42000. Maximiliano conceſſis, remiſſis, Cæſar redderet.
5. Munitio Ravenſteinenſis dejiceretur.
6. Imperator proprietati & redemptioni Waſſenbergæ renunciaret.
7. Udenum, antiquæ Cliviæ feudum, cum Herpena & Ravenſteinio, a Duce Brabantiæ Dux Wilhelmus in feudum acciperet.
8. Winnendalia in antiqua feudi forma maneret.
9. Ut Dux Julius medietatem Dynaſtiæ Millenſis, Gangeltenſis & Vuichtenſis a Brabantia etiam feudum aguoſceret, reliqua vero medietas libera eſſet.
10. Actionem in Bruggenium, Dulkenium & Randerodium oppida cum Advocatia Aquenſi Cæſar remitteret.
11. Ut reſtitutio Wachtendoncæ, Schuelenburgi & parochiæ Angerogæ, erectio telonii Gennepenſis & inſulæ Rhenanæ ulteriori informationi reſervarentur.
12. Wilhelmus Imperatori redemptionem Hertzogenradiæ permitteret.
13. De Borna, Sittardo & Sueſtera quoque informatio fieret.
14. De Monioga medium propoſitum duplex: atque hæc omnia ordines utrimque rata haberent.

Hæc cum præſtaret Wilhelmus, Franciſcum, Galliæ Regem, infenſiſſimum habuit, ſed ille quoque cum an. 1544. 22. Septembr. Cameraci Carolo reconciliaretur, tota controverſia ſopita, utrimque animi reconciliati ſunt. (2) Wilhelmus vero noſter ab eo tempore Cæſari imperioque Germanico fidelis manſit.

Conjugium Ducis Wilhelmi.

Et cum conjugium cum Johanna Navarrena Brevi Apoſtolico, (3) eo quod ſponſa & parentes ejusdem diſſenſiſſent, per Bernhardum de **Siburg** a Paulo III. impetrato, abrogatum eſſet, juxta illud Regum & Principum iræ in nuptias deſinunt. Mariam, Ferdinandi, Caroli V. Cæſaris fratris, & in axiomate imperii ſucceſſoris, filiam, anno 1546. 26. Julii Ratisbonæ, cum Albertus Bavarus Annam, alteram filiam, duceret, (4) in mediis turbis & bellorum motibus ſibi adſociavit. Johannam autem, Henrici I. Albretanni, Navarræ Regis, filiam & hæredem, Antonius Borbonius, Caroli filius, anno 1548. ſibi copulavit, ex qua poſtmodum Henricus, ejus nominis II. Navarræ, quartus autem in hac nomenclatura Galliarum Rex natus eſt.

Privilegia.

Cum Maria vero Auſtria Dux Guilielmus a Carolo Cæſare privilegium de ſucceſſione filiarum (5) 19. Julii anno 1546. a Ferdinando (6) vero ſocero, Caroli fratre, an. 1558.

ut

(1) Cujus Tabulas vide in Cod. Diplom. No. CXV.
(2) Fœdere utrinque percuſſo, quod exhibetur in *Recueil des Traités* T. 2. p. 681.
(3) Quod vide in Codice Diplom. No. CXVI.
(4) *Thuanus* lib. 2. *Pont. Heut.* lib. 11. c. 21.
(5) Vid. Dipl. in Codice Diplom. No. CXVII.
(6) A quo & inveſtitus fuit 1559. Vid. Tabulas in Cod. Diplom. No. CXVIII. CXIX. CXX.

Digitized by Google

ut privilegium unionis, omnium ordinum conſenſu anno 1510. initæ, ratum eſſet, impetravit: quæ Maximilianus II. (1) 21. Aprilis anno 1566. & Rudolphus II. (2) 10. Martii anno 1580. confirmarunt. Ab eodem Carolo privilegium de non appellando, (3) itidem a Maximiliano confirmatum, iisdem annis conſecutus eſt. A Ferdinando vero ſpecialiter omnium teloniorum, (4) inprimis Morſani, Gennepii, translationem; a Maximiliano vero, ejus filio, an. 1566. privilegium exemptionis, & Academiæ Duisburgenſis anno 1562. a Pio, Pontifice Rom. indultum (5) conſtitutionem, cum omnium regalium confirmatione, accepit.

Anno 1571. ab eodem Cæſare Maximiliano protector diœceſeos Recklinghuſenſis, & anno 1575. cum Colonienſi & Monaſterienſi Epiſcopis Advocatus Werthinenſis declaratus, anno eodem etiam privilegium de non evocando, & a judiciis Weſtphalicis, itemque ab arreſtis ſubditorum immunitatem, a Maximiliano I. Cæſare, avo Johanni II. anno 1505. conceſſam, confirmatam, adeptus eſt.

Fœcundum præterea cum hac Maria Auſtria Guilhelmo, Deo benedicente, conjugium fuit, quippe ex qua non tantum quinque filias, ſed etiam duos filios, omnes in arce Clivia editos, ſuſcepit. *Liberi.*

Maria Eleonora nata anno 1550. 26. Junii, quam ſacro Baptiſmi fonte initiandam Chriſto obtulerunt Maria vidua Hungariæ, & Eleonora vidua Galliæ, utraque Caroli Cæſaris ſoror, Dorothea Danica Palatina vidua, & Adolphus, Elector Colonienſis. Hæc an. 1573. 14. Octobr. Alberto Friderico, Marchioni Brandeburgico & Duci Boruſſiæ, copulata, ex pactis dotalibus, (6) quæ Ferdinandus & Maximilianus Cæſares confirmarunt, tanquam primogenita, domui Electorali Brandeburgicæ, deficientibus maſculis hæredibus, ſucceſſionem in omnibus patris provinciis attulit. Domiductionem hujus ſuo infra loco ſubjiciemus. Obiit anno 1608. in Majo.

Anna nata an. 1551. 1. Martii, mane inter 4. & 5. cujus Chriſtiani baptiſmi teſtes fuerunt Alexander a **Drunboren**/ Præfectus aulæ, Sophia a **Neſebrandt**/ dicta Loe, Domina in **Wiſſen** & **Neſebrandt**/ Gothardi Ketleri uxor. Hæc an. 1574. Philippo Ludovico, Palatino-Neoburgico, nupſit. (7) De ejus quoque Domiductione infra locus dicendi dabitur. Obiit an. 1632.

Magdalena nata an. 1553. 2. Septembr. quam ſacro fonte abluendam ſuſceperunt Theodorus, Comes a **Manderſcheidt**/ Æmilia, patris ſoror, cœlebs, Magdalena Naſſovia, Hermanni, Comitis Mœrſani, uxor. Hæc anno 1579. 4. Octobr. Johanni Palatino Bipontino (8) copulata eſt. Obiit an. 1633.

Carolus Fridericus in ſpem ſucceſſionis parentibus 24. April. inter 4. & 5. matutinam, anno 1555. natus, & a Carolo V. Cæſare, Friderico II. Electore Palatino, Philippi, an. 1588. defuncti, filio, Ludovici VI. an. 1540. demortui, fratre, Anna Clivia Waldecciana, ſacro fonte levatus. De cujus vita & obitu ex Hercule Prodicio Pighii ſumma capita ſuo quoque loco annotabimus.

Eliſabetha nata anno 1556. 29. Junii, initiandæ ſacro fonte patrini fuerunt Joannes a **Bronckhorſt** & **Batenburg**/ Dominus in **Rimburg**/ &c. **Hochſtede**/ Præfecti aulæ, uxor, & vidua de **Schwanenburg**: ſed anno 1561. 19. April. denata, in herba obiit & abiit, Clivis condita.

Sybilla in lucem edita anno 1557. 26. Auguſti, hora 10. antemeridiana. Hæc an. 1606. Marchioni Burgoviæ, (9) Carolo Auſtrio, nupſit.

Jo-

(1) A quo & inveſtitus fuit 1556. Vid. Tabul. in Cod. Diplom. No. CXXI. CXXII. & CXXIII.
(2) A quo & inveſtitus fuit anno 1580. Vide Tabulas in Cod. Diplom. No. CXXIV. CXXV.
(3) Vide Tabulas in Codice Diplom. No. CXXVI. CXXVII. CXXVIII.
(4) Juxta Tabulas in Cod. Diplom. No. CXXIX.
(5) Vide Diplomata in Cod. Diplom. No. XIX. XX. XXI. XXII. & ſupra *de ſtatu Urbium* in Provincia Clivenſi.
(6) Quæ vide in Cod. Diplom. No. CXXX.
(7) Pacta dotalia vide in Cod. Diplom. No. CXXXI.
(8) Pacta matrimonialia vide in Cod. Diplom. No. CXXXII.
(9) Defuncto priori marito, Marchione Badenſi. Vide Pacta dotalia in Cod. Dipl. No. CXXXIII.

Digitized by Google

Johannes Wilhelmus ſecundus filius fuit, de quo poſt patrem.

Omnium vero, tum parentis utriusque, tum liberorum cunctorum, ſequentia addimus Eteoſticha.

ETEOSTICHA, ſive CARMINA NUMERALIA,

Diem natalem Illuſtriſſ. Principis GUILIELMI, Ducis Juliæ, Cliviæ, Montium, nec non Illuſtriſſ. D. MARIÆ Auſtriæ, &c. C. S. uxoris, item ſingulorum Illuſtriſſimi Principis Liberorum nomen, locum, diem feſtum, annum, menſem & diem, quo nati ſunt, complectentia.

Illuſtriſſ. P. Guilielmus, D. Juliæ, 1516. 28. Julii natus.

Quintilis vigena fuit, tu junxeris octo:
Te genuit Clivis Panta Wilhelme leon.

Illuſtriſſ. D. Maria Auſtria 1531. 15. Maji nata.

Gens Tigurina furens jacet, inclyta Praga Mariam
Ortu ter quinto vere calente creat.

Nuptiæ illuſtriſſimi Principis Guilielmi cum Maria Auſtria, celebratæ Ratisbonæ 1546. 5. Julii.

Quinta Ratisbonæ par nobile nectit Iüli,
Clivenſi conjunx læta Maria venit.

Maria Heleonora 1550. 16. Junii.

Junius octenos ſoles bis vexit in orbem,
Pulchro lux orta eſt Elleonora polo.

Nuptiæ illuſtr. D. Mariæ Heleonoræ cum illuſtr. P. Alberto Frederico, D. Boruſſiæ, celebratæ in Regio monte Boruſſ. 1573. 14. Octobr.

Octobris nono ſocietur quintus in arce
Kinsbergi, Alberto chara Maria coit.

Anna 1552. 1. Martii.

Lubrica prima fuit, qua veſcier incipis aura
Κρεος auſpiciis, Annula virgo bonis.

Nuptiæ D. Annæ cum illuſtriſſ. P. Philippo Ludovico, Palatino Rheni, celebratæ Neoburgi ad Danubium 1574. 27. Septembr.

Septima lux noni vicenaque ſtellat, ut Anna
Nuburgi conjunx juncta, Philippe, fuit.

Magdalena 1553. 2. Novembr.

Altera lux noni fuit, Octobrisque ſequentis,
Incipis hac luna tu Magalena frui.

Illuſtriſſ. P. Carolus Fredericus 1555. 28. Aprilis.

Octo & viginti numerabis Aprilis, ut exit,
Carole tu Clivis natus es alte tuis.

Obitus illuſtr. P. Caroli Frederici Romæ 1575. 19. Februarii.

Carole tu patria is præclara palatia Romæ
Cernere, te Februi nonus in Urbe necat.

Eliſabeta 1556. 29. Junii.

Triginta in numeris nocteis ſolisque reflexus
Junius, huic vivis, naſceris Eliſabeth.

Obitus Eliſabetæ 1561. 19. Aprilis.

Extincta Elizabeth Clivis, cum nonus Aprilis
Atqui bis quintus, ſpiritus aſtra ſubit.

Sybilla 1557. 26. Auguſti.

Auguſti ſexto & viceno nata Sibilla eſt
Montigenis, Clivis, Juliacisque ſuis.

Illuſtr. P. Johannes Guilielmus 1562. 29. Maji.

Majus vicenos recolit ſolesque novenos,
Aſpexit vultus Clivia, Jane, tuos.

Barbara MAMCESI vox eſt ignota Latinis,
Continet hæc pueros, Dux Gulielme, tuos.

An-

Anno 1546. Maximilianus Burenus Cæſari Carolo V. ex Belgio militem adductum Eltenæ luſtravit, cum quo proteſtantes PP. vicit (1) Wilhelmus noſter. Cum an. 1548. Cæſar, per Germaniam victor, comitia Auguſtæ Vindelicorum celebraret, iisdem interfuit, (2) atque Cæſarem, ut clementius cum captivis Principibus, Johanne Friderico Saxone, & Philippo Haſſo, affinibus ſuis, atque Evangelicæ doctrinæ hominibus, ageret, rogavit: fœdus tamen reginæ Mariæ, ſororis Caroli, an. 1552. Aquis inſtitutum, per legatos excuſavit. Pari ratione an. 1552. Heidelbergæ in Principum conventu comparuit, ut Mauritium Saxonem cum Cæſare Carolo, Albertum, Marchionem Brandeburgicum, cum Epiſcopis reconciliaret, atque pacem cum aliis in Germania ſtabiliret. Anno 1553. in eadem Heidelberga tribus Electoribus Rheni, Palat. Mogunt. Treviro, & Chriſt. Würtenbergico, fœdere defenſivo unitus eſt, quibus ſtudiis id effecit, ut ſemper hinc inde in comitiis in magna authoritate apud Principes fuerit, præſertim vero anno 1557. in compoſitione controverſiæ de Comitatu Cattorum, & anno 1558. cum ſocer Ferdinandus, & an. 1562. Maximilianus, ejus filius, ſuus affinis, Francofurti Cæſares conſtituerentur, prout in ſequentibus porro explicabitur.

Anno 1562. Arnholdus, Comes Benthemius, (an. 1554. 11. Oct. natus,) in ipſo ætatis flore, dum annum ageret octavum, Everwino patre mortuo, ex conſilio Annæ matris, Conradi Tecklenburgici ex Mechtilde Haſſa, an. 1558. in Sept. mortua, filiæ unicæ & hæredis, aulam Juliacam, tanquam ipſius Minervæ templum & palæſtram, usque ad annum 1571. frequentavit, inque ea cum junioribus Principibus educatus eſt.

De reformatione Eccleſiæ Chriſtianæ in Germania, imprimis in Archiepiſcopatu Colonienſi duplici, ex Johanne Sleidano & Jacobo Auguſto Thuano, hiſtoricis fide digniſſimis, jam porro dicendum.

Reformatio Colonienſis prima eſt, quod Evangelicæ veritatis cognitione illuſtratus Hermannus Weedanus, Archiepiſcopus Colonienſis, (an. 1477. 14. Jan. natus, & an. 1514. ad dignitatem iſtam electus,) cum emendationem Eccleſiæ cogitaret, hortatu ſuorum anno 1536. provinciæ Epiſcopalis concilium Coloniæ Agrippinæ (3) coëgit, vocatis eo reliquis, uti fieri ſolet, ditionis ſuæ Epiſcopis, Leodio, Trajectenſi, Monaſterienſi, Oſnabruggenſi, Mindenſi: facta ibi ſunt decreta de ceremoniis atque doctrina; poſt etiam ejus rei liber fuit editus, (4) quem Joh. Gropperus, (5) Juris Pontificii Profeſſor, compoſuit, in quo pleraque omnia dogmata pontificia novis interpretationibus, & veluti coloribus veſtiuntur. *Reformatio Colonienſis prima.*

Quia autem ſcriptum hoc Archiepiſcopo neutiquam ſatisfecit, & præterea in Comitiis Ratisbonenſibus anno 1541. decretum fuit factum, & injunctum Epiſcopis, tum a Cæſare, tum a Legato Pontificis, ut in ſuis quique finibus piam emendationem inſtituerent, ille anno 1542. Martinum Bucerum, a Groppero ex comitiis reduce a pietate eruditioneque & pacis ſtudio commendatum, ſed antea tamen ſibi notum, Bonnam in Februario evocat, nec ante dimittit, quam de reditu præſtita promiſſione. Deinde anno 1543. ſuorum ordinum agit conventus: hi ſunt, Clerus primarii templi, Comites, nobilitas, & civitatum legati. Re deliberata placuit omnibus, inchoandum eſſe tam pium opus atque ſalutare inſtitutum; negotium ergo dat quibusdam, ut rationem aliquam futuræ reformationis ſcripto concipiant, & de viris bonis, Eccleſiæ miniſtris, circumſpiciant. Scriptum illud Theologis Colonienſibus mittit, & ut e ſacris literis judicium faciant, ſententiamque ſuam oſtendant, petit: ſed cum nec ſic deſiderio ejus ſatisfieret, Martinum Bucerum Argentina revocat, & Philippum Melanchtonem Wittemberga a

(1) Capto quoque Johanne Friderico, Elect. Saxoniæ. *Sleidanus* lib. 17. & 18. *P. Heut.* lib. 12.

(2) *Sleidanus* lib. 19. *P. Heut.* lib. 12. c. 15.

(3) Errat *Natalis Alexander* Hiſt. Eccleſiaſt. T. VIII. p. 197. ubi ab Adolpho illud Concilium coactum fuiſſe ſcribit. Ceterum hanc Reformationem Eccleſiæ Colonienſis referunt *Sleidanus* lib. 10. 16. 17. 18. *Seckendorff.* in Hiſt. Luth. lib. 3. §. 107. 108. *Arnold.* Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie P. II. lib. 16. c. 8. *Autor* in Annalib. Eccleſiaſtic. Reform.

(4) Meminit ejus *Seckendorffius* lib. cit. p. 137.

(5) Sufatenſis, atque Cardinalis Eccleſiæ Romanæ, de quo vide *Herm. Hamelmann.* Op. Hiſtor. Gen. p. 1110. & *Joh. Pet. Stutz* in Sufato purpurato, ſeu Diſſert. de Vita *Joh. Gropperi*, Cardinalis, Lipſiæ habita 1713.

Digitized by Google

Saxone, Joannem Piſtorium Niddanum ab Haſſo impetratos, ei adjungit, qui totum reformationis opus exorſi, illud perfecerunt, & anno 1543. publicarunt. Huic antidogma ſuum oppoſuit Gropperus, qui cum Bernhardo Hagio, Cancellario, ambo ſacerdotiis multis opimi, ab Archiepiſcopo ſuo defecerunt, & quo minus reformatio in tota diœceſi ſuccederet, effecerunt, ita ut ad bellum Juliacenſe proficiſcente Carolo Cæſare, & Bonnam cum milite appellente, miniſtri Evangelici ſupradicti non ſine vitæ periculo inter Hiſpanorum furores verbum Dei prædicarint; qui tandem, miniſterio Andernaci, Lintzii, Bonnæ & Kempenæ conſtituto, ad ſuos redierunt.

Anno 1544. Clerus, adverſus reformationem proteſtatus, Archiepiſcopum ſuum coram Paulo III. Papa & Carolo Cæſare accuſavit. A quibus anno 1545. citatus, Friderico II. Palatino atque Joachimo II. Brandeburgico, Electoribus, ob ſenectutem licet pro eo intercedentibus, anno ſeq. 1546. exauthoratus, cum fruſtra a Papa ad concilium provocaſſet, Epiſcopatum potius, quam Chriſtum, relinquere maluit, adeoque cum ei Adolphus Schouwenburgicus, ipſius primum Coadjutor, ſucceſſiſſet, & fratris Friderici, Præpoſiti Bonnenſis, & Epiſcopi Monaſterienſis, cum Decano, Comite Stolbergio, anno 1547. 25. Januarii dignitate exutis & urbe pulſis, depoſitorum exuvias Gropperus tuliſſet, a Wilhelmo noſtro, Juliæ, Cliviæ, Montium Duce, Theodoro Manderſcheidio, & Wilhelmo Novarienſe, Comitibus, perſuaſus, vir miti ingenio, ſuorum potius periculo, quam rei familiaris atque dignitatis diſpendio territus, Archiepiſcopatu anno 1547. ultro ceſſit, & Biverini, ſuæ ditionis oppido, 14. Auguſti, anno 1552. in Chriſti veritate conſtanter obdormivit, jam ſenio gravis, quippe nonagenario proximus.

Hoc pium Archiepiſcopi ſui *ἀναθεχομένου* propoſitum Dux Guilielmus Clivius quoque imitatus eſt, quippe in vera Dei & Chriſti cognitione a Doctore Heresbachio educatus, Doctrinam Evangelii non averſatus, illam, cum Catholicorum religione collatam, cum eadem componi exoptavit, & huc omnem operam fideliter contulit.

Depoſito vero anno 1547. Hermanno Weedano, anno eodem Guilhelmus noſter Adolphum Schouwenburgicum in Archiepiſcopum Colonienſem promovit, eundemque Coloniam cum maximo comitatu nobilium deduxit. Huic frater Anthonius, eidemque Joannes Gebhardus, Comes Mansfeldicus, anno 1558. huic poſt Frid. VVedanum, ultro ſe eadem dignitate, qua anno 1562. potitus, abdicantem, anno 1567. Salentinus Iſenburgius, & huic, poſt abdicatum iterum Epiſcopatum, anno 1577. Gebhardus Truchſeſius ſucceſſit, quorum hic ſecundam reformationem (1) orſus eſt. Nam anno 1582. 16. Januarii, ſcripto publicato, & typis mandato, teſtatur, ſe non ſolum de civili adminiſtratione, ſed etiam de gloria Dei promovenda ſollicitum, ſupplicibus libellis ſuorum, religionis libertatem juxta imperii leges depoſcentium, acquieſcere decreviſſe, proinde Præfectis enixe inhibere, ne cui religionis cauſa moleſtiam faceſſant. Deinde publice religionem Evangelicam anno 1583. profeſſus, eodem anno 28. Januarii ſolennia celebrantur comitia, in quibus vehementer accuſatus, Guilhelmum quoque noſtrum adverſum habuit: pro ipſo tamen Joannes, Dux Bipontinus, Ludovicus Witgenſteinius & Salmenſis Comites adfuerunt, ſed nihil obtinuerunt. Imprimis cum 4. Februar. anno eodem 1583. Agnetem, Joannis Georgii, Comitis Manderſcheidiæ, filiam, Bonnæ, benedicente conjugio Pantaleone candido, Paſtore & Inſpectore Bipontino, ſibi ſociaret, exauthoratus, inque ejus locum Erneſtus Bavarus ſuffectus eſt, quem Noveſii Guilhelmus noſter convenit, & omnia fauſta ac fælicia gratulatus eſt. Saxoni autem Leoburgico exercitus,

Reformatio Colonienſis ſecunda.

Thuan. l. 78.

(1) Unde magni motus orti fuerunt, Gebhardo tandem a Proteſtantibus derelicto, atque exulare coacto: Inprimis clauſula pacis Religioſæ §. 18. quæ reſervatum Eccleſiaſticum vulgo vocari ſolet, quippe qua cautum erat, ut Sacerdotes Pontificii, qui Sacra mutarent, beneficia ſua ſimul amitterent; **Wo ein Ertz-Biſchoff, Biſchoff,** Prælat **oder ein anderer Geiſtlicher Stand von unſer alten Religion abtretten würde, daß derſelbe ſein Ertz-Biſthumb, Biſthumb,** Prælatur **und andere** Beneficia, **auch damit alle Frucht und Einkommen, ſo er davon gehabt, alsbald ohn einige Wiederung und Verzug, jedoch ſeinen Ehren unnachtheilig, verlaſſen, auch denen** Capituln, **und denen es von gemeinen Rechten, oder der Kirchen und Stiffts-Gewohnheiten zugehört, eine Perſon, der alten Religion verwant, zu wehlen und zu ordnen, zugelaſſen ſeyn.** Hiſtoriam horum motuum tradunt *Thuanus* lib. 76. 78. 79. *Michael ab Iſſelt* de bello Colon. *Londorp.* in Contin. Sleidani lib. 23. *Turckius* in Suppl.

Digitized by Google

tus, quorum arces a Gebhardo occupatas reciperet, a Colonienſibus traditus, cui tamen Salentinus Iſenburgius poſtmodum præfectus eſt. Pro Gebhardo igitur 3. Martii anno eodem 1583. Hailbrunnum, ad Nierum oppidum, colloquium a Proteſtantibus indicitur, ubi Ludovici Septemviri Palatini & civitatum delegati convenerunt, & de externo in Germaniam milite introducto conqueſti, Heidelberga ad Arenbergium, cui cura Rheni partium ab Imperatore commiſſa erat, literas mittunt, utque ab illis militem abſtineat, monent. Sed cum nihil efficerent, frater Ludovici Johannes Caſimirus, Gebhardo patrocinatus, militem quoque ſcribit, eumque Colonienſibus opponit, qui ideo 27. Junii anno eodem 1583. a Cæſare Rudolpho II. mandatum accepit, ut omiſſa omni dilatione, ab hoc incepto abſtineat, copiasque, quas ſub ſignis habeat, dimittat. Ad eas Caſimirus conſeſtim reſcripſit: hucusque ſe vim abſtinuiſſe, quamdiu ſpes promiſſi a Cæſare conventus aliqua ſuperfuit; nunc Pontificis publicato edicto, ſe injuria non ſolum imperii publica commotum, ſed ſeptemvirorum quoque expoſtulationibus incitatum, ſuppetias in communi Gebhardo promiſſas denegare non potuiſſe. Hinc præfidiarii Bonnenſes 12. Aug. Suitium cœnobium, cui novus Præſul Erneſtus centurionem cum delectis præfecerat, corona cingunt. Repulſi ex occupatis vicinioribus locis, ſub veſperam, jam dejectis munitionibus, ad periſtylium accurrunt, atque incendunt. Ignis in cœnobium plumbo contectum pervadit, nequicquam reſtinguere illum, annitentibus præſidiariis, qui ad extremum fame flammaque ſtrangulari, ceſſerunt, & fortiter pugnando, cuncti fere in veſtigio perierunt. Poſt incendium tectum omne depaſtum eſt, remanente lapide quadrato, tanti ædificii illæſa mole, veriti Colonienſes, ne, ſi illam occuparent hoſtes, impoſitis inde tormentis, urbem infeſtarent, cum cœnobii Præſule agunt, & certis conditionibus, promiſſaque in urbe habitatione, ut ruinas illas demolirentur, impetrarunt, id mox a mille cæmentariis peractum, & ſeptem dierum ſpatio ingentes illæ ruinæ ad aream complanatæ ſunt. Ideo Caſimirus, & cum eo Jacobus Mauſio Badenſis, Adolphus Nuenarius, Joannes Naſſovius, Hermannus Adolphus Solmæus, Joannes Wedanus, Comites, Fridericus Vernerus, Bernhardus Valbrunnus, quod Gebhardo adhærerent, 31. Auguſt. anni ejusdem ab eodem Cæſare Rudolpho conjunctim mandatum acceperunt, quo, pœna imperii legibus conſtituta, inque recuſantes ſancita, imperabatur, ut ſine ulla prorogatione ſcriptum militem ſacramento ſolverent, ſigna militaria deponerent, exercitum denique per decurias, ſine vicinorum Principum incommodo, dimitterent.

Quod propter mandatum 10. Octobr. Francofurti iterum conveniunt Septemvirorum Proteſtantium legati: miſſi quoque quidam ab Erneſto, novo Præſule, propoſitum eſt, ut, quando legitimis collegii ſuffragiis olim electus eſſet Gebhardus, ante omnia reſtitueretur, ſe Cæſaris & Septemvirorum judicio ſiſteret, ut de cauſa ſecundum imperii leges pronunciarent. Reſpondent Bojarici, interdictum ſibi, ne cum Gebhardo actionem inſtituant, electum fuiſſe, ut a ſummo Pontifice confirmationem impetraret, jam privatum eſſe ab eo, a quo confirmatus ſit, & ſimul dignitate Septemvirali excidiſſe. Caſimirus vero, intellecta fratris Ludovici morte, ſtatim, publicato ſcripto, quo neceſſitatem domum redeundi ſibi impoſitam oſtendebat, numeratis militi aliquot menſium ſtipendiis, protinus ſe in viam dat, atque 19. Octobris Heidelbergam venit. Erneſto autem Bavaro electo, frater Guilhelmus anno eodem 1583. 9. Novembr. ſuppetias laturus, ut conſcriptum exercitum inter Argentinam & Nancæam, locum diripitorio militi deſignatum, luſtraret, Monaco movit: & cum Ferdinandus, alter frater junior, cum delectis copiis ad caſtra veniſſet, mox, cedente ultro Iſenburgio, ſummus exercitus imperator a fratre creatus eſt. Is 21. Decembr. arcem Gœdesbergam, haud longe a Bonna in montis faſtigio poſitam, & fere inacceſſam, quæ Bonnæ obſidionem difficilem reddebat, expugnavit. Mons cum ut petroſus cuniculorum patiens non eſſet, cunicularii ad eam partem adhibiti ſunt, qua petræ minus, plus terræ erat, quorum operæ brevi eo perductæ ſunt, ut ſuffoſſo muro, & pulvere nitrato ſubjecto, propugnacula mota in altum disjecta ſint. Neque tamen præſidiarii ſe deſerunt, ſed, comportatis tormentis, in denſos irrumpentium globos ea diſplodunt. Ad extremum numero impares ceſſere, & Bojarici vi loco potiti ſunt, omnesque ad unum præſidiarios, nulli gratia facta, (ſic enim Ferdinandus juſſerat,) interfecerunt. Hinc anno 1584. 28. Januar. Bonna Erneſto a militibus præſidiariis

Digitized by Google

rius traditur, & Carolus Truchſeſius, Gebhardi frater, in cuſtodiam abducitur. Eodem anno 7. April. Ferdinandus Bavarus & Alexander Farneſius, Dux Parmenſis, urbem Reghlinckhuſam corona cingunt, & una atque altera oppugnatione fruſtra tentato oppido, tandem deditio facta eſt. Gebhardus igitur, dilabentibus ſuis, 4. Non. Maji Delphos ad VVilhelmum Naſſovium, Arauſionenſem Principem, ſe contulit, qui Hagæ aliquamdiu hoſpitium exuli cum uxore attribuit. Erneſto autem Bavaro, ſucceſſore ejus, an. 1612. defuncto, ex fratre nepos Ferdinandus ſucceſſit.

Ab eodem Cæſare Ferdinando, Roberto a **Berge**/ Leodienſi antiſtite, imprimis Philippo, Hiſpaniarum Rege, VVilhelmus noſter deterritus, Gebhardo Truchſeſio, Archiepiſcopo Colonienſi, auxilium negavit. Anno 1560. Non. Mart. de non recipiendis in Senatum Evangelicis, eorumque exercitio tolerando, decretum factum eſt, quod tamen anno 1574. 13. Julii iterum abrogatum; ex quo tempore publicum exercitium religionis orthodoxæ ibi viguit, quod anno 1580. rogatu Francisci **Boß**/ Decani, Cæſaris Rudolphi juſſu, Gebhardus a **Groeſbeck**/ Leodienſis antiſtes, Cardinalis, Parmæ Dux Alexander Farneſius, &, nomine Guilielmi hujus noſtri, Guilhelmus de **Harff**/ Dominus in **Alßdorff**/ **Keppen** & **Huerdt**/ VVernherus Gymnichius, Henricus Cadoneus, & Gualtherus Fabricius, LL. DD. viciſſim abrogare ſategerunt.

Anno 1581. & 82. cum Rudolpho Imperatore, & Erneſto Bavaro, Colonienſium & Leodienſium Epiſcopo, reducendis ad obedientiam Aquenſibus, fruſtra iterum laboravit VVilhelmus. Ideoque anno 1585. novo mandato accepto, eoque anno 1588. repetito, anno 1590. Johannem Thenium, Præfectum Aquenſibus deſignatum, eodem dimiſit, qui magno pontificiorum plauſu exceptus eſt, refragantibus Evangelicis, qui ob id anno 1598. proſcripti ſunt: (1) qua de re in filio Johanne VVilhelmo, ſucceſſore, plura.

Comitia Francofurtenſia.

Cæterum Dux Wilhelmus anno 1562. vivente adhuc ſocero, Ferdinando Imperatore, (qui anno 1564. ipſa Jacobi, ſeu 25. Julii, obiit, & per provincias Juliæ, Civiæ, Montium, campanarum pulſatione, in omnibus templis Næniis tribus diebus honoratus fuit,) affinem, Ferdinandi filium, Maximilianum, ut Rex Romanorum renunciaretur, diligenter adjuvit, ejusque coronationi, ſicut etiam conjugis Mariæ Hiſpanicæ, cum multis ſuorum Viris nobiliſſimis, Francofurti interfuit: quales fuerunt Adolphus & Ludovicus Naſſovii, Hermannus Novarienſis, Franciſcus Waldeccianus, Edzardus Friſius, Wilhelmus Schwartzenburgius, Philippus Mansfeldius, Theodoricus Manderſcheidius & Gerolſteinius, Comites; Mareſchalci, Julius, Wilhelmus Gymnichius, Clivius, Arnholdus Wachtendoncius, Montanus, Wilhelmus Bernſauwicus, cum præcipua omnium provinciarum nobilitate; ut ſunt, Godefridus Baro Schwartzenburgius, aulæ Præfectus, Wernherus a **Bungart**/ Archicamerarius Julius, Theodoricus a **Palandt**/ Dominus in **Bredenbendt**/ Waſſenbergenſis, Joannes a **Reuſchenberg**/ Dominus in **Setterich**/ Ulricus a **Merode**/ dictus **Scheiffart**/ Dominus in **Nordenich**/ Victor **Knipping**/ Hammonenſis, Henricus a **Reck**/ Limarſiæ, Adrianus a **Bilandt**/ Dominus in **Well**/ Gennepenſis, Otto a **Bilandt**/ Dominus in **Rheidt**/ Hensbergenſis, Joannes ab **Harff**/ Bornenſis, Joannes a **Palandt**/ Dominus Noetbergæ, Willemſteinius & Eſchweileranus, Theodorus ab **Horſt**/ in **Hauß** hæreditarius, Jodocus ab **Eller**/ Luſtorpienſis, Chriſtophorus a **Rolßhauſen**/ Montiſiovius, Conradus a **Bintfeldt**/ Niedeccianus & Schoenforſtanus, Joannes ab **Holstrop**/ Theodorus ab **Hall**/ Monhemius, Franciſcus a Loe, Dominus in **Welſſen**/ Gorſenſis, Præfecti: cum nobilibus aulicis, Georgio a **Romberg**/ ſtabuli, & Georgio a **Bornem**/ culinæ Ducalis Præfectis, Wilhelmo Wylichio in **Roſaw**/ Chriſtophoro VVylichio in **Grondſtein**/ Theodoro ab **Harff**/ Arnholdo a **Stommel**/ Joanne Spreſio, Bertramo a **Landtzberg**/ Joanne Ketlero, Volmaro a **Scheidt**/ Degenhardo a **Merode** in **Schloßberg**/ Ottone Schenckio, Arnholdo Bieckio, VVilhelmo Spreſio, Adolpho Batenburgio, Joanne ab **Eſſeren**/ Georgio a **Landtzberg**/ Theodoro & Joanne ab **Aldenbonchumb**/ Joanne ab **Oſſenbruch**/ Siberto a **Bernſate**/ Conrado a **Romberg**/ Gothardo Schirpio, Alberto ab **Huchtenbrolch**/ Philippo a **Viernumbt**. Jacobus Omphalius quoque, & Carolus Harſtius,

(1) Condemnati erant Proteſtantes ad ſumptus, in illud bellum factos, reſtituendos, & damna reſarcienda, quod vero, cum ſtatim præſtare haud poſſent, urbe fuerunt ejecti. *Thuanus* lib. 101. & 133. *Londorp.* T. III. lib. 4.

Digitized by Google

us, Jur. Conſ. nec non Paulus Langen/ Secretarius, iisdem cum Principe comitiis interfuerunt.

Anno 1564. 19. Februarii, æger teſtamentum (1) condidit, Carolo Friderico, filio, hæredе & ſucceſſore nuncupato. *Infirmitas Principis.*

Anno 1565. maxima aquarum ex diſſoluta glacie, qua Rhenus hyeme duriſſima concreverat, inundatio provinciæ Clivenſi multum damni intulit, anno 1634. repetitum. Anno 1566. cum bello Belgico, quod provincias omnes tantum non depavit, in comitiis Auguſtanis, infirmitas nova Principis Dei manu contigit, quæ cum paroxiſmis tandem in hæmiplexia deſinens, 25. annis duravit. Hinc ergo hiſtoriam belli Belgici (2) ex Thuano breviter attexemus.

Anno, quo diximus, 1566. facta prius in Belgiis multis locis reformatione, cum inquiſitio Hiſpanica, (3) mandato Regis Philippi II. introducenda eſſet, eaque Bruxellis divulgaretur, Henricus Bredorodius, VVilhelmus Naſſovius, Florentius Cuilenburgius, & VVilhelmus Montanus, Comites, cum numero 400. amplius nobilium, ubi ad Gertrudis ſanum conventu habito deliberaſſent, 24. Martii, veſtibus ſubcinericii coloris fere induti, ſupplicem libellum Margarethæ Parmenſi, Gubernatrici Belgii, de libertate conſcientiarum porrexerunt. Barlamontius, illis ultra modum infeſtus, contemptim Gubernatricem monuit: non eſſe, cur ab hujusmodi nebulonibus ſibi metueret, & omnes aut habitu, aut re mendicos eſſe, & Valonum ſeu Gallica lingua Geuſios, qui in Gallia Hugenotti, in Germania Proteſtantes appellantur. Hi, dejectis paſſim idolis, verbi divini incorruptam prædicationem urſerunt. Cum autem Wilhelmio Naſſovio 18. Octobr. anno 1566. Antwerpia in Germaniam deſcendenti, ſuffectus eſſet Philippus Lalainus, Hochſtratanus, Mechliniæ præſes, hic ſeditioſos, imagines in ſummo urbis Antwerpienſis templo, poſt primam illam ſpoliationem reſtituras, rurſus dejicere molientes, ope civium non ſolum repulit, ſed etiam præcipuos tumultus auctores cœpit & ſex eorum, ad reliquorum terrorem, hac die cruci affixit, Alofti vero miniſtrum, loco non conceſſo concionantem, capitis ſupplicio affecit. *Bellum Belgicum.*

Præterea Rex 22. Auguſt. anno 1567. Ferdinandum Toletanum, Albæ Ducem, (4) in Belgium cum plena poteſtate miſſum, Parmenſi addidit. Is 9. Septembr. ejusdem anni Egmondanum & Hornanum, Comites, Bruxellas, tanquam de graviſſimis negotiis conſultaturus, excivit; a meridie in conſilium vocatos, per diverſas januas emiſſos, comprehendi jubet. Cum gladium Regis nomine ponere mandaretur Egmondanus, vir ingentis animi, ægre eum, quem toties pro Principe ſuo ac patria feliciter ſtrinxiſſet, relin-

(1) Quod vide in Cod. Diplom. No. CXXXIV.

(2) Quod octoginta annos duravit, atque multis ſpiſſisque libris a *Petro Bor, Emm. Meterano, Guil. Baudartio, Viglio Swichemo* ab *Aita, Everh. Reidano*, quem *Dionyſius Voſſius* lingua latina interpretatus eſt, *Joh. Sandio, Petro Perſio, Joh. Meurſio, Boxhornio, Fam. Stradæ, Wilhelmo Aſſt, Petr. Corn. Hooft, Nicol. Burgundo, Hugone Grotio*, aliisque deſcriptum eſt. Canſæ atrociſſimi hujus belli, quo fœderati Belgæ libertatem Religionis atque immunitatum ſuarum Privilegia, jugo tandem Hiſpanico excuſſo, defenderunt, exponuntur quoque in Epiſtola *de vera origine ſuperiorum motuum Belgicorum ad Philippum II. Hiſpaniæ R.* quæ a *Conrado Sam. Schurzfleiſchio* egregiis notis illuſtrata extat in ejus Oper. Hiſt. Polit. No. IX.

(3) Conſilio Granvellani, qui non æquum & juſtum, ſed quod libertati Belgarum convellendæ idoneum putabat, odio erga Auriacum & Egmondanum, ſuaſit. Erat nempe Granvellanus Belgis infenſus, quod inſolentiam ejus, peregrini atque humili loco nati hominis, ferre noluiſſent, atque Belgio excedere coëgiſſent. Capita mandati Regii, quod Granvellanus impetraverat, erant: *Ut per univerſum Belgium inquiſitio conſtituatur: Inquiſitoribus ad ſingulas Provincias ex ſupremo Senatu adjungantur Conſiliarii, quorum opera & induſtria in exequendo ſuo munere adjuventur: Edicta antiqua ſevere ubique obſerventur: Epiſcopi in omnibus Civitatibus inaugurentur: Concilii Tridentini Decreta paſſim edicantur: Omnibus denique modis Evangelii Doctrina & ii, qui illam ſequuntur, penitus ubique profligentur. Reidanus* ad ann. 1566.

(4) Hominem ingenii militaris, iraeundi ac ſævi animi, Belgisque regendis prorſus ineptum, quemque *Baudartius* propter tot cædes, tot proſcriptiones, bonorumque publicationes *Belgii Sullam* appellat. *Schurzfleiſch.* in Not. ad d. Epiſt. p. 99.

Digitized by Google

relinquere ſe, dixit: Hornanus autem cum ſiſteretur, de Egmondano, ubi eſſet, percunctatus, & nihil a circumſtantibus reſponderetur, ſublatis in cœlum oculis & profundo dato ſuſpirio, id vero rationi conſentaneum erat, inquit, ut, cujus conſilium ſecutus ſum, ejus quoque fortunæ comes eſſem. Quo dicto ſuam credulitatem increpabat, qui Egmondani amicitiæ ſana Arauſionenſis monita ac præſagia poſthabuiſſet.

Anno 1568. 16. Februarii, Belgis omnibus, tanquam apoſtatis, ſectariis atque perduellibus, ab Inquiſitoribus Hiſpanis Madriti condemnatis, & juxta rigorem præſcriptum, inquiſitorio mandato 3. Cal. Mart. Albano executioni commiſſo, Parmenſis gubernationis pertæſa, 4. Id. Aprilis Bruxellis diſceſſit: eodem autem anno prima inter Hiſpanos & Batavos pugna ad Dalenam in Ducatu Julio commiſſa eſt, in qua Lumæi & Villierii exercitus, qui Ruremundam intercipere cogitaret, profligatus. Anno 1569. 15. Martii, Albanus uſum monetarum, niſi quæ Philippi nomine cuſæ atque ſignatæ eſſent, prohibuit. Idem Theologorum Lovanienſium & Benedicti Ariæ Montani opera, in religionis cauſſa indicem expurgatorium librorum prohibitorum confici juſſit.

Anno 1573. 17. Novembris, Ludovicus Requeſenes, (1) Mediolanenſis Principatus præſes, Albano, in Belgio præſidi, ſucceſſor deſignatus, facto per Allobroges, Sequanos ac Lotharingiam itinere, Bruxellas venit, & exeunte menſe traditos ab Albano exercitus excepit: hic vero eodem, quo venerat, Requeſenes itinere in Italiam perrexit, inque aula longe diſparem meritis gratiam invenit. Thuan. lib. 54.

Requeſenes autem, vir, ſumma animi moderatione & prudentia, longo rerum uſu confirmata, prædituſ, ideo a Philippo ad id delectus fuit, ut contraria prorſus ab Albano ratione, provincias Belgicas ad obedientiam ſuam reduceret. Quapropter etiam an. 1574. 8. Martii, veniæ, a Rege Philippo Mantuæ omnibus Belgicis conceſſæ, formula concepta hoc die ſolenni promulgatione ab ipſo publicatur: ſed 5. Martii, anno 1576. acuto & peſtilenti morbo correptus, ultimum diem clauſit. Lib. 62.

Anno 1577. ipſis Cal. Maji, Joannes Auſtrius, Belgii Gubernator poſt Requeſenem ab Hiſpano conſtitutus, magno comitatu & inſigni pompa Bruxellas ingreditur, inter Legatum pontificium & Epiſcopum Leodienſem medius, & 4. Non. Maji publica ceremonia ſummus Belgii præſes inauguratur.

Huic, peſte in caſtris prope Namurcium 1. Octobr. anno 1578. mortuo, ſuffectus a Rege Alexander Farneſius, Dux Parmenſis, qui 1. Octobr. anno 1581. Tornacum in deditionem accepit. Ipſo vero 7. Decembr. an. 1592. Arteſiæ extincto, ex Hiſpania quidem Petrus Guſmannus, Comes Fuentius, ad informationem de nervo Belli in Belgo faciendam miſſus: In regimine vero Leonis Belgici Erneſtus Auſtrius ſuffectus, cui in militia Petrus Erneſtus Mansfeldicus adjunctus fuit. Poſt ejus vero obitum 10. Febr. an. 1595. Fuentius ipſe ſucceſſit. Anno ſequenti 1596. Albertus Auſtrius & Iſabella Hiſpanica, pridie Id. Auguſt. an. 1560. patre Philippo II. & matre Iſabella Valeſia, Henrici II. filia, Franciſci II. Caroli IX. & Henrici III. Galliarum Regum, ſorore, in nemore Segovienſi & prætorio Valſaino nata, in Belgium venerunt, auſpicato conjugio an. 1595. copulati. Ipſorum vero militiæ primo Franciſcus de Mendoza, Admirans Arragoniæ, cum Cardinale Andrea Auſtrio, deinde Ambroſius Spinola præfecti ſunt. Mendoza anno 1598. Epiſcopatu Monaſterienſi & Ducatu Clivenſi occupatis, dire admodum in ejus urbibus & toto agro graſſatus eſt. Nam 3. Septembr. anno 1598. Orſoviæ ponte ſuper Rhenum ſtrato, 12. Oct. Bourichiam, 13. Dinslacum, 14. Rhenobergam, 29. Reeſam, 5. Nov. Embricam, 8. Dotichemum, 19. Bochholtum, 26. Dorſtenam, 8. Decembr. Calcariam occupavit.

Præterea VVirichius a Dhaun, Comes in Falckenſtein & Oberſtein, Dominus in Bruich, crudeliter 10. Octobr. eodem an. 1598. ab Hiſpanis interfectus & crematus eſt.

Anno 1599. ſequenti Veſalia invaſa, ſed non longe poſt, qui occuparant, Hiſpanis ſponte eam relinquentibus, iterum liberata.

Anno 1600. a Mauritio Naſſovio in conflictu ante Novumportum victus. Tandem induciæ, (2) poſt bellum diuturnum, anno 1609. annorum 12. ſucceſſerunt: quibus ex-

(1) Cujus, ut & Succeſſorum characteres vide in cit. Not. p. 138. 139. & 140.

(2) Quibus jam *quaſi liberi* declarati fuere fœderati Belgæ. Commentati de his fuere *Baudius* tribus libris, *Meurſius* in Hiſt. Induc.

Digitized by Google

exſpirantibus Berga prætexta obſeſſa anno 1622. ſed a Mauritio vindicata. Breda vero an. 1625. victa fuit, Groenloa contra ab Auraico an. 1627. occupata, quam an. 1629. Sylvæ-Ducis & Weſaliæ, an. 1632. Venlonæ, Ruremundæ, Trajecti ad Moſam, an. 1633. Rhenobergæ expugnationes inſecutæ. Poſt Alberti Auſtrii exceſſum, an. 1621. Iſabella ſola Belgium adminiſtravit; qua etiam an. 1633. defuncta, nomine Regis Philippi IV. frater Ferdinandus Cardinalis Infans Leonem Belgicum, paraſtatis Franciſco Thomæ Sabaudo, Principe Carignano, & Franciſco de Moncada, Marchione Aytona, rexit. (1)

Ab Ordinum partibus, præter Aurafienſem, ab aliquibus evocatus Matthias Auſtrius, anno 1577. 2. Octobr. & an. 1578. 18. Januar. Bruxellas deductus eſt: quem an. 1581. 29. Octobr. Leonis Belgici moderamen iterum abdicantem, Franciſcus, Andium Dux, Henrici III. Galliæ Regis, frater, ſecutus eſt: ſed ille quoque, fruſtra tentata Antwerpia in poteſtatem ſuam abſolute redigenda, an. 1583. Belgio iterum exceſſit, indeque in Angliam, ex Anglia in Galliam ſuam rediit, Auraſionenſi ſolo relicto, quo an. 1584. 19. Jun. transfixo, usque ad annum 1587. Robertus Dudlejus, Leiceſtriæ in Anglia Comes, juſſu reginæ Eliſabethæ præfuit: ipſi vero in Angliam redeunti an. 1590. Mauritius Naſſovius, & huic, an. 1624 mortuo, frater Fridericus Henricus ſucceſſere.

Cæterum ob bellum hoc Belgicum componendum, diverſi Imperatorum & Principum conventus habiti, & legationes in Belgium decretæ atque miſſæ ſunt.

Anno 1575. 1. Januar. Dordracum appulit Guntherus, Swartzenburgius Comes, Maximiliani II. Cæſaris legatus, qui ejus nomine ſe medium inter Philippum & Belgii ordines interponens, expetere Imperatorem oſtendit, ut pax in Belgio firma juſtis & æquis conditionibus conſtituatur. Auraſionenſis & delegati reſponderunt: velle, ut ante omnia externi e Belgio deducerentur; deinde ordinum Belgii concilium generale convocaretur, quorum decretis ſuper petitionibus ſuis de religione & conſcientiarum libertate ſe ſubmiſſuri ſint. Sasbutus contra: Regem non poſſe ferre, ut Hiſpani, qui ditionis ſuæ ſint, & quorum fideli opera in magnis expeditionibus hactenus ſemper uſus ſit, exterorum nomine cenſeantur, potius Germanos, qui Auraſionenſi militent, hac denominatione dignos.

Legato igitur Cæſareo primum 15. Cal. Aprilis, deinde pridie Id. Sextil. reſponſum datum, quo demonſtrarunt Belgæ, usque in hunc diem Regios non bona fide ſecum egiſſe, & ambiguis reſponſis, atque affectatis procraſtinationibus, cum nihil magis, quam pacem cogitarent, tempus extraxiſſe, ut ipſos interim imparatos opprimerent. Thuanus lib. 50.

Anno 1576. pax inter Johannem Auſtrium & Status Belgicos in oppido Marchienſi iterum propoſita eſt, cui per legatos VVilhelmus quoque noſter intervenit, ſed nihil effectum.

Quapropter eodem anno 1576. 8. Novembr. Gandavi (2) inter totius Belgii proceres in has conditiones conventum eſt, ut, præteritorum oblivione ante omnia ſancita, deinceps inter Brabantiæ, Flandriæ, Arteſiæ, Hannoniæ, Valencenarum, Inſulæ, Duaci, Orchiarum, Tornaci, Namurci, Ultrajecti, Mechliniæ, Hollandiæ & Seelandiæ provincias firma & ſincera pax, concordia & amicitia ſit, in id omnibus conſiliis & conjunctis viribus incumbant, quo Hiſpanos, Belgii hoſtes declaratos, ejiciant, Auraicus & cæteri ſubditi fama ac dignitatibus reſtituantur, ſententiæ, judicia, eorumque executiones, oppignorationes item, ab initio tumultuum, anno 1566. tam armorum, quam religionis cauſa factæ, reſcindantur, revocentur, extinguantur; quo beneficio præcipue fruatur Æmilia Nuenaria, Gomberti, Nuenariæ & Limburgi Comitis, filia, Henrici Brederodii quondam uxor, at nunc Friderici III. Septemviri Palatini, vidua, in iis, quæ ad Vianam ſpectant, & Philippus Naſſovius, Auraici filius, in iis, quæ ad urbem & arcem Bredanam pertinent. (Thuanus lib. 61.) Hanc transactionem anno 1577. unio Bruxellis excepit, & ibidem 17. Fe-

(1) Fœderati vero Belgæ anno 1648. plene liberi, ac ſui tandem juris facti fuerunt, pace cum Philippo IV. Hiſpaniæ Rege, inita, cujus tabulas exhibet *Recueil des Traitez* T. III. p. 516. & *Leo* ab *Aitzma* in Hiſt. Pac. p. 687.

(2) Quo, ut & Ultrajectino fœdere anno 1579. inito, Belgium dividi cœpit in Hiſpanicum & fœderatum.

Digitized by Google

17. Februar. ejusdem anni edictum perpetuum publicatum est. Sed cum hanc quoque pacem Hiſpani eluderent, ordines an. 1579. 23. Januar. unionis fœdus & pacem religionis Ultrajecti inter ſeſe inierunt, qua inter alia cautum, ab hac unione nequaquam excluſas intelligi provincias & urbes, quæ tantum Catholicam Romanam religionem ſervent, modo ſe morigeras & amantes patriæ præbeant. Gandenſes ſubſcripſere pridie Non. Febr. deinde 5. Non. Maji Auraſienſis Antwerpiæ eam ratam habuit, Friſiæ & Transiſulanæ præſes 3. Id. Junii Sylvæ-Ducis reſtitit. Thuan. lib. 68.

Eodem anno 1579. Coloniæ maximus Principum conventus (1) novus habitus, in quo, nomine Cæſaris Rudolphi, Jacobus Trevir, Gebhardus Truchſeſius, Colonienſis, Archiepiſcopi, Julius, Herbipolenſis Epiſcopus, Dux Franconiæ, Otto Henricus, Comes Schwartzenburgius, itemque Wilhelmi, Juliæ, Cliviæ, Montium Ducis, juſſu, Wernherus, Dominus in Gimmich / Joannes Lawerman / & Anthonius Rinck / Juris Conſulti, convenerunt: nomine vero Regis Hiſpaniæ, Carolus ab Arragonia, Dux terræ novæ: ordinum Belgii, ejusque Gubernatoris, Matthiæ Auſtrii mandato, Philippus de Croy, Dux Archotanus, Princeps Chimaicus, Comes Bellomontanus, Marchio Pentiaci, &c. adfuerunt.

Sed cum & hæc tractatio in fumum abiiſſet, ordines Belgii, anno 1581. 26. Julii, Hagæ-Comitis conventu habito, fidem & obſervantiam Philippo debitam ejurarunt, ſcripto ea de re confecto, quo declarabant, non populos Principum cauſa natos, ſed contra Principes in uſum populorum a Deo datos, adeoque Philippum omni jure ac dominio provinciarum Belgicarum excidiſſe, omnesque magiſtratus, præfectos & judices a jurejurando ipſi præſtito abſolutos.

Caroli Friderici vita, peregrinatio, obitus.

Ad noſtratia autem, unde defleximus, ut reverteamur: de Wilhelmi hujus noſtri natu majore filio, Carolo Friderico, quam ſupra promiſimus, hiſtoriam ex Pighio (2) porro ſubnectemus. Sic igitur ille: (3) Primus ei ad fælicitatem gradus fuit, quod heroinæ matris generoſis uberibus lactatus fuerit, atque indolem Auſtriæ virtutis ex genuino & puro fonte materno ſuxerit. In parthenone ſive gynæceo ab incunabulis apud eandem matrem, & Ameliam amitam, quæ in perpetuo, ut diximus, cœlibatu remanſit, licet ſæpius a magnis Principibus ad nuptias expetita, educatus: pueritia ejus amabilis & egregiæ feſtivitatis fuit, ſtatimque in eadem exſplenduerunt corporis animique futuræ dotes. Itaque pater ei, cum ſeptimum ageret annum, ex gynæceo ſublato, novum contubernium & œconomiam propriam quandam erigit, cui Wernherum Gymnicum, Gymnicii dominum, præficit, virum gravem, prudentem, & fidei exploratæ, nec non rei militaris ac aulicæ philoſophiæ peritiſſimum, variisque legationibus Principis ſui nomine egregie defunctum. Additi ſunt pueri nobiles, duorum Comitum ac præſulum filii, fere coætanei, ad diſciplinæ exercitii commilitium ex vetuſto Principum more, quos συμπαίκτους Xenophon in Cyripedia vocat. Inprimis prædotibam adſcifcit Matthiam Paludanum Venradienſem, virum ingenio, doctrina & memoria magnum, eique ex Schola Embricenſi evocato Carolum informandum atque erudiendum committit; qui fundamenta Latinæ Grammatices per computum in digitis, & per artem, ut appellant, memorativam eum nobilesque pueros docuit. Erat enim Carolus ingenio promptus & alacer, memoriaque non infælici, & licet in lubrica illa ætate ad luſum propenſior eſſet, honoris tamen & victoriæ cupidus: ideoque deinceps magis & magis per ætatis gradus animi corporisque dotes in eo apparuere, docilitas dexteritasque magna ad omnes fere artes, memoria ſingularis, eaque talis erat, ut, cum vix eſſet annorum duodecim, Maronis poëtæ libros integros, præſente patre Principumque legatis, continua oratione memoriter aliquando recitaverit. Prudenter enim pater ſæpius filium, ab aulica turba ſemotum, inviſere, ejusque ſtudia & exercitia, rectorum etiam ac miniſtrorum

(1) Nullo ſucceſſu. Conditiones pacis a Belgis propoſitas exhibet cit. *Recueil* T. II. pag. 424. Hiſtoriam ejus Conventus vide apud *Ern. Eremundum* in origin. & progreſſ. Tumult. p. 335. *Reidanum* lib. 2.

(2) (Stephano Vinando) Campenſi, qui Cardinalis Granvellani Secretarius primum, ac dein moderator ſtudiorum Carolo Friderico additus, ejusque dux in itineribus fuit.

(3) In *Hercule prodicio* p. m. 73.

Digitized by Google

rum officia explorare, imo nonnunquam, quo vitam, victum ac mores ejus perdiſceret, cum paucis ultro ad menſam ejus venire ſolebat: hinc ſermo ejus Latinus non ſolum præceptis, ſed etiam domeſtica commilitonum conſuetudine excultus eſt, inprimis vero converſatione aſſidua doctiſſimi atque elegantiſſimi juvenis, Joannis Reckii, qui jam antea Italiam & Galliam ſtudiorum cauſa peragraverat; linguas etiam externas a puero, Gallicam imprimis, deinde etiam Italicam atque Hiſpanicam, legendo, ſcribendo, interpretandoque, Muſices etiam artem, canendi voce, pſallendique teſtudine, cythara, organis, cæteris ſcienter ac jucunde deguſtare cœpit. Acceſſerunt exercitationes corporis & armorum tyrocinia. Tum de peregrinatione Caroli conſultatione inſtituta, eam tandem pater concluſit, decretumque, ut honorato, ſed tamen frugali cum comitatu in Auſtriam proficiſceretur, per biennium maneret in aula Maximiliani Cæſaris, avunculi ſui, palatium officii cauſa quotidie frequentaret, & cum Cæſaris filiis, amitinis ſuis, Rudolpho & Erneſto, majoris atque ejusdem fere cum Carolo ætatis, Matthia, Maximiliano, Alberto, amicitiam familiari conſuetudine contraheret, mores, linguas ac diſciplinas externorum uſu addiſceret, Regulorum, Principum, Legatorum illuſtrium, atque doctorum hominum colloquiis per converſationem aſſueſceret, domi certis horis ſtudia, foris cum exquiſita nobilitate militaria & campeſtria Principum exercitia, feliciter incepta, continuaret, biennio peracto, Italiam, Gallias, Germaniamque inferiorem per ambages redeundo perluſtraret, ſanguine, vel affinitate, aut neceſſitudine ſibi junctos Reges ac Principes viſitaret, celeberrimas urbes videret, populos, inſtituta, diſciplinas ac mores cognoſceret, & quicquid denique vel antiquitatum, vel ædificiorum aut munitionum quibusque in locis viſu dignum eſſet, obſervaret & annotaret. Hujus peregrinationis dux & anteſignanus idem ille œconomus Wernherus Gymnicus conſtituitur, ad generoſa miniſteria Principis Joanne Reckio, Wilhelmo Neſſelradio, Adamo Gymnico, Wernheri filio, Hermanno Bolswino, pueris item nobilibus, Ottone Wachtendoncio & Rolemanno Bilandio, additis, in locum vero Matthiæ Venradii, fratris minoris, Johannis Wilhelmi, præceptoris domeſtici, Stephanum Pyghium adſciſcere placuit, virum in bonis diſciplinis, hiſtoria veteri & antiquitatum obſervatione haud mediocriter verſatum. Rebus ita conſtitutis, anno 1571. cum Carolus Princeps prætexta depoſita 17. annum ageret, dies profectionis Idus Octobr. indictæ ſunt, queis pater ipſe, quamvis valetudine imbecillis, & alternis plerumque diebus æger, filium tamen comitaturus chariſſimum, chariſſiis cum matre, amita, fratre & ſororibus amicæ dimiſſionis cauſa Duſſeldorpii celebratis, familiam & omnem aulicum comitatum Duſſeldorpio Bensbergum in ſuperiorem ditionis Montenſis provinciam movit, indeque præmiſſis per plauſtra terreſtri itinere per Francones Ratisbonam usque impedimentis, & valedictis omnibus, 13. Cal. Novembr. Bensbergo magno cum comitatu nobilium, officii cauſa Principes ſuos proſequentium, pater cum filio diſcedit. Confluunt dehinc vicini magnates, in itinere Carolo Principi valedicere cupientes, atque imprimis Adolphus Novaquilanus, Comes Ulpienſis, elegantia morum inſignis adoleſcens, expeditis equis, ne debitum prætermitteret. Conſcenduntur naves ad Rheni ripam e regione Bonnæ, & labore jumentorum ſexto die per Rhenum aſcendunt Moguntiacum. Ex more Principibus vino, lautiis, tubarum ſonitu, tormentorum applauſu honores exhibiti: tum patris juſſu Carolus cum Pyghio familiariter agere, viſu digna paſſim obſervare & annotare, de re literaria & ſtudiis ſuis quotidie conferre cœpit, quod tota deinceps profectione ſtatutis horis plerumque bis in die continuatum eſt. Appellentes Moguntiacum, a Daniele Bredelio, Archiepiſcopi œconomo, excepti: poſtridie ſumpto jentaculo, Rheno relicto, per Mœnum adverſum vecti ſunt Francofurtum, emporium celebre Germaniæ, & a Senatu ſolennibus verbis honoratis, a patre Carolus Princeps gratiis actis diſcedit. Patre ſecundo Rheno in aulam regreſſo, filius recta cum ſuis Herbipolim contendit, ibique ab antiſtite Friderico tractatus, Quinzingam pervenit: ex hac recta Noribergam petit: qua urbe perluſtrata, caſtrum Cæſaris & Ratisbonam pervadit, ubi per Danubium amne ſecundo Paſſaviam, indeque Lintziam vectus, materteræ Catharinæ, reginæ Polonorum, Sigismundi III. viduæ, locutus, Neoburgum, & tandem Viennam Pannonicam appulit, ubi ab amitinis Rudolpho & Erneſto ante urbem acceptus, cum pompa equitum in palati-

Digitized by Google

um Cæſareum ductus. Maximiliano Auguſto, avunculo, & imperatrice ſalutatis, locus ei in oratorio attributus eſt. Habito cum Principibus Auſtriacis prandio, a Legatis exterorum Regum & Principum honoris ac amicitiæ cauſa viſitatus, eosdem viciſſim reſaluavit. In hac aula Cæſarea ſtudiis atque exercitiis Principe dignis verſatus, in Hungariam etiam ad coronationem Rudolphi an. 1572. profectus, Henricoque III. Valeſio, Galliarum Regi, aliisque locutus, ad profectionem Italicam mandato patris ſe accingit, & Auguſto ejusque filiis 8. Id. Septembr. valedicens, magna proſequentium pompa diſceſſit, & per Cæſarei montis ſylvas in Noricum Ripenſe profectus, Danubium a dextris relinquens, per Valeriam & Carnas a ſiniſtris, quatriduano itinere, prid. Id. Septembr. Laureanum pervenit. Inde per Epiſcopatum Saltzburgenſem, & Comitatum Tirolenſem, apud Ferdinandum Archiducem bene habitus, per Salinas vicinas & valles Oenipontem movet. Per quem Steinachium & Pyrenæum montem tranſcendentes, prid. Cal. Octobr. Styriacum, Brixinaque, relictoque ad dextras Tridento, Primulanum, Baſſianum, Venetorum ditionis oppida, contendunt, ibique ſalutata Italia, Tarviſium, Totilæ patriam, Meſtreſium, Mageram pergunt, ubi cymbis actuariis per mare Adriaticum vecti, Venetias appulere, a Duce & Senatu ibidem honorati, a Legatis vero Principum viſitati: & Republica illa, inque ea inſigni ſacrario & theſauro D. Marci perluſtratis, a ſummi Pontificis & Regis Galliarum Legatis excepti, Patavium, Vincentiam, Veronam, Villofrancam proficiſcuntur. Hic Guilhelmus, Mantuæ Dux, ejusque filius unicus, n. annorum juvenis, iis in villa Marmirolana adventum gratulatus, Mantuam, Brixiam, Caſſanum ad Abduam, Ticinum, Placentiam, Parmam, Mutinam, Bononiam vadunt, ubi a Gregorii XIII. Pontificis Legato excepti, Umbriam, Spoletum, Interamnam, Narniam tranſeuntes, per viæ Flaminiæ vetuſta monumenta ad Tiberim feſtinant; qua transmiſſa Romam appellunt eo tempore, cum Jubilæum ibidem celebraret is ipſe Gregorius XIII. ſummus Pontifex: ubi, ſicut & in prioribus omnibus locis, viſis atque annotatis cunctis ἀξιομνημονεύτοις, 3. Non. Januar. an. 1575. Neapolim perluſtraturus, eo cum ſuis Princeps Carolus contendit: ex quo itinere Romam factus redux, 8. Cal. Febr. poſt mediam noctem ægrotare cœpit febri, & poſtea quoque Exanthematis, totum ejus corpus occupantibus. Ex quibus, fruſtra adhibitis remediis, 9. Febr. decima antemeridiana, vita exceſſit, magno patris optimi & omnium provinciarum, imo Pontificis quoque, & S. P. Q. R. luctu, ibidem in æde Germanicæ nationis, D. Virgini ſacra, cœnotaphio erecto tumulatus, nuntium vero obitus triſte parenti 6. Martii ejusdem anni Clivis allatum eſt. Prout hæc omnia in Hercule ſuo Prodicio Pighius pluribus perſequitur; Ex quo nos tantum ſumma capita hic recenſuiſſe, ſatis duximus.

In immaturam vero & luctuoſam hujus Caroli Friderici, Cliviæ, Juliæ, Montium Ducis, 9. Febr. anno 1575. Romæ defuncti, mortem, ubi prius aliquot aulæ paternæ procerum, urpote Guilhelmi a Bernſaw, Domini in Hardenbergh / Mareſchalci Montani, Franciſci a Loe, Domini in Wiſſen / Præfecti Gochenſis, Gulielmi a Ley, Præfecti aulæ, Victoris Knippingi, Præfecti Hammonenſis, Adriani a Bilandt / Domini in Well / Andreæ Maſii, Hermanni Cruſeri, & Henrici Barſii, Oliferii, Cancellarii Clivorum, JCtorum, qui Principem patriæ non obſcuro omine præceſſerant, obitum exaraſſet, ita canit (1) J. L. D.

Sic etiam, cum triſtis hyems feſtinat, & atræ
Impendent nubes & ſine luce dies;
Decutiunt frondes properatæ mane pruinæ,
Et ſqualent ſubito prata nemusque gelu;
Flebile, ſed quanto ſupereminet omnia, damnum
Fert ab Aventinis quod modo fama jugis.
Quæ jam fama volat paſſim per regna, per urbes,
Per quotquot populos Teutonis ora tenet;
Cujus ad adventum quanti o lamenta doloris
Fecit Menapiis Clivica terra locis.
Carolus Auſonia occubuit Fridericus in urbe,
Unica lux Patriæ, Carolus occubuit. Acta

(1) Aliorum quoque *Epicedia* vide apud *Pighium* p. 461. & ſeqq.

Digitized by Google

Acta fuit gelidi sexta ac vicesima Jani,
Mœstaque nocturnum Luna tenebat iter.
Cum subito sensit labi per viscera morbum,
Ægraque non solito membra dolore premi.
Nec mora, dira lues omnes sit major in horas,
Ulla nec ardentem sublevat unda sitim.
Artifices adsunt vitæ, succosque potentes,
Et quæcunque juvat protinus herba, ferunt.
Nec minus interea pectus quatit aspera tussis,
Duraque inassuetus concutit ossa tremor.
Multa quoque ex udo manat pituita cerebro,
Quæ gravat offensum nocte dieque caput.
Crura dolent, algentque manus, oculique vagantur,
Inque sedet toto mucidus ore color.
Sed fuit, heu, morbus nulla medicabilis arte,
Nil lachrymæ, sanctæ nil valuere preces.
Jamque diem tibi cum numerares Februe nonum,
Carolus, heu, mortem Dux generosus obit.
Auditum a multis num quid funestius annis?
Auditum aut toto tristius orbe malum?
Heu dolor, immanis quam cæca potentia fati est,
Quam non æquales mors habet atra manus.
Quot superant pestes hominum vitæque Tyranni,
Quos melius vitam non habuisse fuit.
In quorum tardant sceleratæ funera Parcæ,
Morsque parat longas non bene lenta moras.
Ast hunc, qui fuit egregiæ pietatis Imago,
Inviti jugulat perfidiosa manu.
Obfuit at patriæ quantum hæc tristissima clades,
Quæ manet, heu, longo non reparanda die.
Scilicet hic Princeps nostræ lux vivida terræ,
Atque senescentis gloria patris erat.
Spes erat, ut tandem firmata pace teneret,
Pacatum retinet quod pater, Imperium.
Auspicio cujus pietas studiumque Minervæ
Hactenus immoto stantque manentque loco.
Auspicio cujus concordes degimus ævum,
Seu cives, seu nos rustica turba sumus.
Sed quia tres nobis talem invidere sorores,
Fatalem rupit de tribus una colum.
Attigerat cum vix quarti confinia lustri,
Ingenii poterat dotibus esse senex.
Sic heu, sic teneri velluntur ab arbore fœtus,
Sic modo nata cadit falce resecta seges.
Dii faciant, interque manus atque ora suorum,
Inque peregrina non periisset humo.
At frustra hæc mea vota fluunt, manet æthere in alto,
Qui regit imperiis inferiora suis.
Et fuit hoc urgens & inevitabile fatum,
Nec licuit fixum transiliisse locum.
Forsan ad incertos referat quis talia casus,
At certum est, Domini quod facit ista manus.
Cum libet, ipse pios mediis e fluctibus ævi
Eripit, & regno dat meliore frui.

Nulla

Digitized by Google

Nulla ubi præcipiti volvuntur sæcula cursu,
Aut rapit occiduum nox tenebrosa diem.
Nullum ubi morborum genus est, ubi nulla fatigat
Cura animos, Sancti nil ubi triste timent.
Carole, si qua manent justorum præmia manes,
Et posita est meritis gratia certa bonis.
Te quoque, credibile est, mistum fælicibus umbris;
Nec lachrymis nostris jam, nec egere preces:
Sed liquidas inter mentes super æthera vectum,
Perpetua rerum felicitate frui.
Ergo, dies iterum donec nos ultima jungat,
Perpetuum salve, perpetuumque VALE.

Domiductio Mariæ Eleonoræ.

Domiductionem majoris natu filiæ, Mariæ Eleonoræ, (de qua hic dicendi locus opportunus visus est,) ab ipso Domino parente Regiomontium factam, typis suis descripsit, & Hermanno Manderscheidio, Blanckensteiniæ Comiti, &c. 23. Martii an. 1576. inscripsit Sigismundus Feyerabendt/ Bibliopola Francofurtensis, hunc fere in modum: Cum Illustrissimo Principi, Wilhelmo, Juliæ, Cliviæ, Montium Duci, &c. per agnatos conjugium inter Albertum Fridericum, Marchionem Brandeburgicum, Borussiæ Ducem, &c. & filiam ejus primogenitam, Mariam Eleonoram, propositum esset, etsi ob loci distantiam aliasque causas nonnihil difficultatis movisset, postea tamen, accedente consensu Cæsareo, assensit: & a Duce Prutervico Johanne Jacobo, S. Imperii Truchsesio, Barone Walpurgio, aulæ Magistro, Joanne a Wertt/ Tettaw, capitaneo Insterburgio, & Balthasare Ganslo, Secretario, a Johanne Wilhelmo vero, Saxoniæ Duce, &c. Bernhardo Creutzio Hamborchium anno 1572. 21. Novembris, missis, post maturam deliberationem, cum consiliariis Juliis, Cliviis, Montanis, habitam, 3. Decembris pactis dotalibus consignatis conjugium conclusum, ejusque solennis postulatio & desponsatio facta est, nuptiarum Ducalium festivitate ad 24. Sextilis Regiomonti indicta: ob morbum vero sponsi & sponsæ Ducalium iter in 14. usque Octobris diem dilatum est, cum prius, nempe 2. Augusti, nomine Salentini Ilenburgii, Archiepiscopi Colonensis, Adolphus Novaquilanus, Comes, Georgius a Ley/ in Saffigh hæreditarius, magister curiæ provincialis, & Francifcus Burchardus, Cancellarius, Duci Wilhelmo, ejusque filiæ primogenitæ, Mariæ Eleonoræ, de conjugio hoc & verbis & muneribus gratulati essent. Quarto igitur Augusti, habito prandio, Wilhelmus Princeps cum filia Maria Eleonora sponsa Dusseldorpio solvit, ipse quidem comitatu stipatus Hermanni, Manderscheidiæ & Blanckensteiniæ, Simonis, Lippiæ, Wirichii a Dhaun, Falckensteiniæ Comitum, Gothardi, Baronis Schwartzenburgii, aulæ magistri, Joannis a Reuschenberg/ Domini in Settarich/ Marescháici, Theodori ab Hall/ Monhemii, Georgii a Romberg/ Hipparchi Wetterii, Bernhardi a Barendorff, Limburgii, Henrici a Binsfelt/ Blanckenbergii, Joannis a Lutzenradt/ Windecciani, Joannis ab Aldenbouchum/ Ringelbergii, Friderici a Marck/ Swertensis, Melchioris a Delwich/ Bochumiensis, Wilhelmi a Plettenberg/ Borsfeldensis, Joannis a Plettenberg/ Berchemii, Theodori Knipping/ Hammonensis, & Wilhelmi Quad a Wickraed/ Baronis Rechumii, cubicularíorum, Bertrami a Lauxberg/ Vlotani, Gothardi Prumelli, Wilhelmi Spiesii in Malsum/ & Degenhardi Hasii, culinæ Ducali præpositorum; quorum tamen duo posteriores Magdeburgi ob morbum relicti sunt: Nobilium vero aulicorum, Jacobi junioris, Baronis Anholtini, Theodori Ketleri, Domini in Aspen Philippi a Wilack/ Hipparchi, Theodori a Wilack/ Dapiferi, Henrici ab Elinpt/ Domini in Burgau/ Bertrami Quad in Eller/ Joannis a Baryr/ collyriorum præfecti, Adolphi a Merfelt/ Christophori a Rolshausen/ Conradi a Reck/ Rabani a Spiegel/ Emerici Querdt/ Gerhardi a Bolsswingh/ Theodori a Wermundt/ Georgii Ley/ Matthiæ de Wendt/ Anthonii Scheiffarts/ Bernhardi a Neuenhoff/ N. a Reuschenberg/ N. Schonebergii, Joannis Kesselii in Hackhuisen/ Theodori a Diepenbroich/ Adolphi a Gimmenich/ Arnholdi Schenck in Hellenraed/ Friderici Quad/ VVickradiæ Domini, Gerhardi Newenhoff/ Engelberti Stael/ Henrici a Plettenberg/ Emerici ab Henting/ VVilhelmi a Waldenberg dicti Schenckirg/ N. Hanxleri in Kempen/ Henrici Eickel/ Arnholdi a Raesfelt/

Digitized by Google

felt/ Joannis Ludovici ab Hartfelt/ N. Adelmanni, N. Keſſelii, N. Blodorff/ N. Galeni in Bießbruch/ Adami ab Hegen/ dicti Alnan: Medicorum vero Doctorum, Reinheri Solinandri, & Joannis Wejeri: Winandi Thomaſii, concionatoris aulici: Pauli Langen/ Julii, & Joannis Wejeri, Clivii, Secretariorum usque adjunctorum, Leonhardi Buchenerii, telonæ Duſſeldorpienſis, & Siberti Mußhagen/ reliquorum etiam ad tam ſplendidam aulam neceſſariorum miniſtrorum. Sponſa vero Ducalis, comitibus Catharina Waldeccíana, vidua Lippienſi, Anna Manderſcheidiæ & Blanckenſteiniæ, Comitibus, Anna a Gimmenich/ vidua Reuſchenbergiana ab Eix, Anna ab Hardt/ Maria a Rolßhauſſen/ Ottonis a Bilandt/ Domini in Rheidt/ filia, fuit pediſſequis, &c. equis, curribus, omnique apparatu regio inſtructa.

Hi omnes Ratingam tranſeuntes, Eſſendiæ veſperi appulerunt. Inde 5. Auguſt. Heurdam progreſſi, a Magiſtratu Tremonienſi ſalutati, 6. Auguſt. Camenam, inde Hammonam devenerunt, ibique 7. Aug. quieſcentes, ab omnibus Comitatus Marcani oppidis & tota nobilitate verbis & muneribus honorifice excepti. 8. Aug. Bechumium, diœceſis Monaſterienſis oppidum, contingentes, 9. Aug. Marienfeldæ habita concione, Bileſeldam, Comitatus Ravensburgi metropolim, contenderunt, a qua VVilhelmus Princeps cum filia ſponſa honorifice exceptus eſt, ibidemque Arnholdus Benthemius, & Simon Lippienſis, Comites, acceſſerunt, quorum hic in Boruſſiam usque Principem quoque deduxit.

Rebus omnibus Bilefeldæ compoſitis, 14. Auguſt. Lemgoviam contenderunt. Ex qua 15. Auguſt. Ducatum Brunſwicenſem contingentes, Erici Principis Cancellarium & Conſiliarios obvios habuerunt. Hammeliæ die Dominica quieſcentes, Joannem a Hettaco, nomine Ducis Prutenici de die acceſſus Francofurtenſis percunctantem, invenerunt. 17. Auguſt. Hildesheimium, indeque a Julio, Duce Brunſwicenſi, invitati, & ex eo Brunſwichum 20. Auguſti, 22. Halbelleben/ Epiſcopi Magdeburgenſis oppidum, 23. Magdeburgum, 26. Loburgum, 27. Ziegeſeram, in Marchionatu Brandenburgico, 28. Brandenburgium, Dremeram & Spandaviam, 1. Septembr. Bernaviam, 2. Monachobergam, 3. Francofurtum ad Oderam appulerunt, ubique imprimis ab Electore Brandeburgico regaliter excepti, verbisque ac muneribus honorati, ubi octo diebus ibidem manſiſſent, degeneri Ducis Prutenici miſera conditione certiores facti, 11. Septembr. inde ſolventes, 12. Cilentzkiam, 13. Meſeritziam, 14. Neoſtadium, Bockium, 16. Poſinainam Poloniæ, 18. Pravodiskam, 19. Ginſenam, 20. Treneslaum, 22. Leslaviam, 23. Turonam, 26. Colmenſeam, 27. Grandentzam, Marienwerderam, ibidemque Boruſſiam Ducalem, 30. Riſenburgum, ſedem Epiſcopi Pomezanenſis, 2. Octobr. Marchiam Prutenicam, 3. Hollandiam, 5. Frawenbergam, ſedem Epiſcoparus VVarnicenſis, cui tum præfuit Stanislaus Hoſius, 6. Heiligenbielam, 7. Brandeburgum pervenerunt; ubi quieſcentes, a Cancellario Prutenico Creutzio, gratulatione facta, Duce Prutenico Dominum parentem & ſponſam Ducalem ſalutante, 9. Octobr. excepti, 10. Montem regium invecti ſunt, arcubus triumphalibus ubique erectis, in quorum primo in veſtibulo arcis Montis regii conſtituto latere inſcriptum:

Ingredere Heroum genus, Illuſtriſſime Princeps,
Qui lata Rheni tractum ditione gubernas.
Jam redit & virgo, redeunt Saturnia regna,
Quæque diu facies apparuit aſpera rerum,
Porrigit haud dubiam ſpem commutata Boruſſis:
Marchia Juliacæ domui felicibus aſtris
Jungatur, faveat Pax & Concordia, cives
Et leges vigeant ſanctæ, Pietasque Fidesque
Inter ſe figant conjunctis oſcula dextris.

Alteri vero lateri:

Hunc arcum Leonora *tibi pro more vetuſto*
Cum deſiderio magnus Amor poſuit.
Quem ſatis ardentes demonſtrant undique flammæ,
Pegma calefactum de quibus omne flagrat.

Ingredere o felix Divum genus optima Sponſa,
Ingredere Auſtriacæ gloria magna domus.
En cœli tibi temperies favet, en tibi aperto
Blanditur nutu fulva Tonantis avis.

In ſecundi a Senatu Kneiphovienſi erecti facie una:

Ergo te Mariam Leonoram *ſtemmate claro*
Prognatam accipimus, noſtraque vota damus.
Omine Rex ſuperum fælici læta ſecundet
Fœdera Marchiacæ Juliacæque domus.
Candida nunc omni ſe luctu Pruſſia ſolvat,
Voce, ſono, plauſu, compita cuncta ſtrepant.
Tanta ſuper nigros ales ſeſe exerat urſos,
Imperii moderans ſceptra benigna ſui.
Hic Aſtræa ſimul, nivea ſe veſte ſerenans,
Has habitat ſedes, hæc tibi templa parat.
Vivat cum Maria Fridericus, *vivat, & omni*
Tempore juſtitiam cum pietate colat.

Faciei vero oppoſitæ:

Ingreſſus Leonora *tuos cum Pruſſia lætos*
Aſpiciet, cingens undique fronde domos.
Sic pia dum conjunx Alberti *ſceptra juvabis,*
Floreat & fructu divite vernet humus.
Et quia noſtra tibi Reſpublica læta precatur,
Hunc arcum auſpiciis condidit illa tuis.

14. vero Octobr. ſolenni copulatione & feſtivitate nuptiali peractis, VVilhelmus parens, Dux Juliæ, Cliviæ, Montium, ex Monte regio, filiæ Duci Comitiſſa Lippienſi, nobiliſſa Hœnia, Camerario Knippingio, Rolshuſio, Quado, Hanxlerio, Keſſelio, Herzingio, Lulsdorfio nobilibus, Doctore Herm. Cruſerio cum uxore, & Medico Reinhero Solinandro, aliisque relictis, 26. Octobr. per Brandeburgum, Heiligenbielam, Frauwenbergam, Melbingam, Nerweideckium, Dorſaviam, Dantiſcum, Rameliam, Lauwenburgum, Stolpam, Slauwam, Keſſelinam, Colbergam, Groiſenbergam, Gelnauwam, Damiam, Stetinum, Paſſewalckum, Fredelandum, Anclam, Daminum, Gnogeram, Roſtochium, Creppelinam, VVismariam, Grevesmulheimium, Lubecam, Mullenium, Luneburgum, Arzenam, Zellam, Hannoveram, Hammeliam, Lemgoviam, Bilefeldam, Marunfeldum cœnobium, Unnam, Hordenum, Eſſendiam, 19. Decembr. Duſſeldorpium ſalvus & incolumis rediit.

Domiductio Annæ.

Nunc quoque ad Annæ, alterius filiæ, domiductionem, ab eodem Domino parente Neoburgum usque factam, devenimus, quam idem **Feierabendt** Francofurtenſis ita texuit: Cum enim hoc quoque conjugium, Deo benigniter providente, conſenſu Cæſareo confirmatum eſſet, ipſe ſponſus Philippus Ludovicus Palatinus 28. Martii anno 1574. Richardo Palatino agnato, ſuoque fratre Friderico Palatino comitatus, Clivopolim appulit, ubi ſolenni tum poſtulatione, tum deſponſatione facta, feſtivitas nuptialis ad 27. Sept. Neoburgi ad Danubium celebranda decreta eſt. Ad eam ubi VVilhelmus, Juliæ, Cliviæ, Montium Dux, decenter ſe præparaſſet, ipſe quidem comitatu ſtipatus Hermanni Novaquilani & Mœrſæ, Hermanni Manderſcheidiæ & Blanckenheimiæ, VVirichii a Dhaun, Falckenſteiniæ Comitum; Joannis a **Reuſchenberg**/ Domini in **Setterich**/ Mareſchalci, VVilhelmſteinii & Eſchweilerani, Godefridi, Baronis a **Schwartzenburgh**/ aulæ Præfecti, Grevenbruchii & Gladtbacenſis, Theodori a **Palandt**/ Domini in **Bredenbendt**/ Camerarii, VVaſſenbergenſis, Georgii a **Romberg**/ Stabularii, VVetterani Præfectorum; Henrici Rudolphi a **Weyt**/ & Conradi Furſtenbergii, J. U. Doctorum & Conſiliariorum: Nobilium vero aulicorum ſelecta copia, utpote Joannis **Hurdt** a **Schourck** in **Rinſchein**/ Ducatus Julii Archimareſchalci, Joannis a **Lutzenhadt**/ VVindecciani, Joannis Vlatteni, Marcodurani & Norvenicii, Jodoci a **Reck**/ Lunenſis, Friderici a **Marck**/ Swertenſis, Joannis a **Wilack**/ Holtenſis, Bertrami a **Lantzberg**/ Vlothani Præfectorum, Theodori a **Wilack**/ Stabularii, Theodori Ketleri, Domini in **Aſſen**/ Henrici ab **Eliupt**/ Domini in **Burgau**/ Bertrami

trami Quaed in **Eller**/ Wilhelmi **Spieß** in **Malſum**/ Philippi **Roilt**/ Pilgrami de **Hekeren**/ Borgenſis, Volmari a **Scheidt**/ dicti **Weßpenningh**/ Blanckenbergii, Joannis a **Bawpe**/ Conradi a **Reck**/ Henrici a Plettenberg, Stephani a **Wylich** in **Kervenheim**/ Wilhelmi a **Bungart**/ Degenhardi a **Wittenhorſt**/ Chriſtophori a **Rolshauſen**/ Henrici ab **Hövelich**/ Ludovici Rauteri, Chriſtophori **Schenck** in **Hellenrade**/ Degenhardi **Haeß**/ Domini in **Conradtheim**/ Henrici ab **Eichel**/ Bernhardi a **Nevenhoff**/ Wilhelmi a **Waldenberg**/ dicti **Schinckern**/ Arnholdi **Schenck**/ Henrici a **Vlodorff**/ Johannis a **Reuſchenberg** in **Luppenaw**/ N. ab **Hoeun**/ N. ab **Harff** in **Loerßberg**/ VVolfgangi Caſpari **Adelman**/ VVolfgangi Theodori ab **Hoeten**/ Theodori a **Diepenbruch**/ VVilhelmi a **Neſſelraed**/ Johannis a **Nievkirchen**: Reinheri Solinandri & Johannis Lithodii, Doctorum medicorum: VVinandi Thomaſii, aulici concionatoris: Jacobi **Kremer** & Johannis **Rieff**/ culinæ graphiariorum, cum reliquis ad tam ſplendidam aulam neceſſariis miniſtris. Sponſam vero Ducalem comitatæ Margaretha ex familia Marcana, Arenbergæ & Barbanſonii, Amœna a Dhaun, Falckenſteinii, Gumperti, Novarienſis & Alpenſis, vidua, Comites, vidua Hallenſis, aulæ præfecta, Chriſtina & Arnholda a **Wachtendonck**/ Anna ab **Hurdt**/ Maria Bilandica, cum nobiliſſimis, Buirena, Elleria & Schureria, virginibus aulicis. Ultima Auguſti Siegeberga ſolvens equitatum per Tencteros, (**Hundsruggen**) ductoribus ei per Johannem a **Reuſchenberg**/ Dominum in **Setterich**/ aulæ Mareſchalcum, Volmaro a **Scheidt**/ dicto **Weßpenning**/ præfecto Blanckenbergio, & Joanne Buxt, conſtitutis, Weiſenkircha Andernacum pergentes, ibidem ab Hermanno, Manderſcheidiæ & Blanckenheimiæ Comite, Georgio a **Ley**/ Magiſtro aulæ provinciali, Wilhelmo ab **Horſt**/ in **Heimertzen** hæreditario, & Joanne **Kretzrock**/ Licentiato, nomine Archiepiſcopi Colonienſis: Treviri vero a Friderico a **Reiffenberg**/ Galliæ Chiliarcha, Joanne **Zandten** a **Merle**/ & Conrado a **Reck**/ Licentiato, verbis & munneribus excepti, 1. Sept. Confluentiam appulere, ubi ab ipſo Electore Treviro in ripa ſalutati, inque arcem Ehrenbreitſteiniam ducti, Erneſtum Hennebergium cum uxore Weitenbergia, Joannis Naſſovii conjuge, & Comite Reitterſcheidia, ex balneo ſylveſtri reduces, obvios habuerunt. 2. Sept. navigium cum Philippo Naſſovio rurſus ingreſſi, S. Goarini a Landgravii Philippi Cancellario, D. Nordeccio, accepti, & Bacharachum 3. Septembris prætervecti, Carolo Arnsbergio comitante, Bingium aſpexere, ubi, cum Reichardus Palatinus per Cancellarium & nobiliſſimum Geiſpitzium, quod ipſius ob erurifragium non veniſſet, ſe excuſaſſet, 4. Septembris Moguntiam devenere; ſed prius a Mareſchalco Bickenio, vice-Domino Brendelio & Doctore Philippo, contecto navigio in Rheno præventi, inque caſtrum Martinianum deducti, ex eo ab Alberto Packio, Burggravio Alzeano, conducti ſunt. 6. Septembris igitur Moguntia Openheimium progreſſi, a Philippo Wamboldo ab **Umbſtadt**/ ad novam arcem invitati, ubi 7. Septembr. Gernsheimii in arce Moguntina pernoctaſſent, 8. Wormatiam devenerunt; qua in urbe præfectus Germersheimius, Chriſtophorus a **Gotfarth**/ nomine Electoris Palatini, & Joannes, Falckenſteinii Comes, cum ſorore Anœna, vidua Novaquilana, comparuere: Inde undecima Septembris ad Norcum arcem, exque ea Spiram 12. appulere, a Marquardo ab **Hatſtein** Epiſcopo excepti. 13. poſt peracta ſacra Reinhuſium, 14. Mulbrunnum, 15. Stutgardiani, ſedem Ducis Wirtembergenſis, & 16. ibidem quieſcentes, 17. Elslingam, 18. Hoppingam contigerunt, ab Adamo a **Gelen**/ Principis Neoburgici œconomo, excepti, 19. ibidem pernoctantes, Geislingani, 20. Heidenheimium, ubi 21. quieſcentes, 22. Laugingam, patriam Alberti M. perrexerunt, 23. in Danubiana Inſula ab Archiducis Ferdinandi legato, Carolo Welfero, Barone Limburgio, & Marchionatus Burggravici præfecto, itemque circa veſperam a ſponſi Ducalis aulæ magiſtro, Chriſtophoro **Landſchaden** a **Steinbach**/ & Gualtero Drechſelero, Cancellario, excepti, deque ingreſſu conſultatione habita, 25. Neoburgum advenerunt, & ubi 26. Septembris legatus Cæſareus, Fridericus, Comes Oetingenſis, ibidem appuliſſet, benedictio conjugalis 27. Septembris peracta eſt.

Hæc de liberis: jam porro ſtylus noſter ad patris ipſius Wilhelmi hiſtoriam revertatur. Is anno 1542. Mercurii poſt Paſcha, Ruræ jura publicavit. Eodem anno, (1) *Edicta publica.*

(1) Quam Autor ex *Turckii* Supplemento deſumſit.

Digitized by Google

13. Septembris, privilegia Statibus Montanis ſub manu Cancellarii, Joannis Gogrevii, & Secretarii Waſſenbergenſis, confirmavit.

Anno 1554. 10. Octobris, leges politicas de Anabaptiſtis, Sacramentariis, blaſphemis, clandeſtinis præconibus, conjurationibus, prædonibus, incendiariis, latronibus, eorumque aſſeclis, typographis item & libris, exteris militibus, vagabundis, mercatoribus, ſive inſtitoribus, mendicis, Zigeunis, erronibus, circumforaneis, agyrtis, otioſis, fœminarum raptoribus, adulteris, clandeſtinis copulis, ebrietate, cauponis, &c. rogavit.

Eodem anno & die de pauperibus, viduis, orphanis, eorumque proviſoribus, Xenodochiis, &c. ſtatuta promulgavit.

Anno 1555. modum ſive ordinem, in judiciis & proceſſibus obſervandum, mandavit.

Anno 1559. de præfectis & prætoribus, judiciorum ſcabinis, ſequeſtratione, arreſtis, ſucceſſione nepotum, loco parentum & filiorum, fratrum in capita, reſtitutione in integrum, ſalvo conductu, carceribus, cenſu, limitibus, &c. leges publicavit.

Opera Eccleſiaſtica. Anno 1551. de jurisdictione eccleſiaſtica, Papæ interdicta, programma evulgavit. Urbes Veſaliam, Suſatum, Lippiam, reformatas contra Fiſcalem Cæſareum in puncto exemptionis defendit.

Anno 1554. 12. Januar. ſtatuta Eccleſiæ S. Clementis Wiſchelenſis, a proavo Joanne I. an. 1475. feſto aſcenſionis Domini, renovara, tanquam ejus patronus confirmavit.

Anno 1569. collegium Canonicorum, quod ab anno 1342. Nideccæ hactenus fuerat, Juliacum una cum corpore S. Chriſtinæ Stommelenſis, ut vult Streithagenus, Canonicus Hinsbergenſis, tranſtulit.

Anno 1573. Abbatiſſa Hervordienſis, Comes Limburgia, jus ſuum, quod in urbem illam habebat, in Wilhelmum derivavit.

Anno 1583. 6. Novembr. Calendarium Gregorianum, in omnibus ſuis ditionibus obſervandum, Hambochii promulgavit.

Opera politica. Inter opera politica eminent propugnaculum metropolitanum Julium, Duſſeldorpienſe item ad Rhenum antemurale, & Orſovienſe, cum Hinsbergii & Gennepii caſtrorum ampliori munitione. Accedunt portæ cum Cancellaria & tabulato novo ad arcem Cliviam, & ſacelli Duſſeldorpienſis, arcum Hambochiæ & Gochiæ, Sporenbergiæ, Bensbergenſis, Brugenſis, Grevenbruchiæ, curiæ ampliſſimæ Sittardienſis conſtructiones & expolitiones uberiores, anno 1559. & deinceps factæ.

Anno 1548. permutatio de Lobithano telonio (1) cum oppido & telonio Huiſſeno, a Geldris propoſita, non ſucceſſit, ordinibus Cliviis an. 1550. Eſſendiæ in comitiis proponentibus, ſe Huiſſenum, provinciæ Cliviæ antiquum oppidum, ſanguine ſuo aſſeruiſſe, Lobithum vero emptionis & belli titulo an. 1479. Cliviæ acceſſiſſe: qua declaratione Geldri randem an. 1552. acquieverunt.

Cum vicinis (2) Principibus & Comitibus ſequenti ordine & tempore pactus eſt; utpote cum VVilhelmo, ejusque filio, Hermanno, Novæ Aræ & Mœrſæ Comitibus, anno 1541. 1557. & anno 1574. cum Adolpho Novenarienſe ob Comitatum Mœrſanum.

Anno 1557. 13. Junii, compoſitioni ob Comitatum Cattimelibocenſem, Francofurti inter Haſſum & Naſſovios initæ, cum Ottone Henrico Palatino, Auguſto Saxone, Electoribus, Chriſtophoro item, Duce VVürtemberg. interfuit.

Tranſactiones. Cum Geldris anno 1552. & Domino in Affferden de terminis diſtrictus Gochiani. Cum Electore Colonienſi de limitibus Recklinghauſiis anno 1562. Cum Carolo a Brimeu, Comite Megenio, anno 1565. de foſſa marina Harenia in dynaſtia Ravenſteinienſi. An. 1551. cum Cuyckienſe Comite de terminis Uffeldiis tractavit. Anno 1560. nobilem

Span-

(1) Quod Comites Geldriæ jam ante Friderici II. tempora exegerant, is vero Imperator prohibuit. Vide ejus literas apud *Wilhelmum Hedam* p. 195. & 196. Recuperatum vero Carolus Audax, poſtquam Geldriæ Ducatum ab Arnoldo, Geldriæ Duce, acquiſiverat, in Johannem I. Ducem Clivenſem, propter auxilium, quod in bello Geldrico ipſi præſtiterat, & ad compenſandos ſumptus, quos in illud bellum impenderat, damnaque paſſa, cum aliis tranſtulit. Quæ de permutatione cum oppido & teloneo *Huiſſeno* habet Autor, e *Turckii* Supplemento petita ſunt, qui Jureconſultos Galliæ, Carolum præcipue Molinæum, tunc a Clivenſibus conſultos, pro Clivenſibus pronuntiaſſe ſcribit.

(2) *Turckius* in Supplem.

Digitized by Google

Spanderbrochium ob feudum Hegdanum in dynaſtia Gennepia aculeavit. Anno 1565. cum Wilhelmo, Montium Comite, de limitibus Embricenſibus; anno 1566. de feudo Dominii Millingenſis & Bilandii cum eodem; anno etiam eod. 1566. cum Domino in **Lembeck**/anno 1569. cum civitate Tremonienſi transegit. Anno 1570. jus Dominii Herbedeni, quod Kacifingo cœnobio competebat, a Maximiliano Cæſare accepit, illudque in Conradum ab **Elverfelt** certis conditionibus tranſtulit. Anno 1572. de pagis Dingdenſi & Bruinio cum Monaſterienſi Epiſcopo hac conditione convenit, ut Dingdenſis Monaſterienſi, Bruinius, cum cœnobio Pacis Marianæ, Cliviæ accederent. Anno 1573. Duisburgo de electione Magiſtratus, & officio Majoris ſive Prætoris, leges tulit. Anno 1574. de Werdæ & Werdenbrochii limitibus, & anno 1582. de terminis Marcæ, Hammonæ, Wernæ, cum iisdem Monaſterienſibus. Cum Joanne a **Milendonck** de dominio Meidericenſi eodem anno, ſicut antea cum Domino Hetterſchedio de dominio Vennio, compoſuit. Anno 1587. Mulhemium fruſtra in oppidum redigere conatus eſt.

Maria, conjux Wilhelmi, anno 1581. 12. Decembr. Hambochii mortua; ipſe pius Princeps 25. Januarii, 10. veſpertina, anno ætatis 75. quinque menſium & octo dierum, Chriſti 1592. Duſſeldorpii Montium obiit. De quo Streithagenus: *Obitus.*

Quid Marci Aurelii fictos miraris honores?
Quid Cyrum, arguti nomen inane Sophi?
Perfecti vivum ſpeculum ſi Principis optas,
Id tibi Wilhelmi *bellaque paxque dabunt.*

Duſſeldorpii vero Montium in Eccleſiæ collegiatæ templo primario conditi. Pompam funebrem Theodorus Graminæus, legum Licentiatus & Scriba Provincialis Montenſis, deſcripſit. Ibidem tale Optimo Principi erectum eſt Epitaphium:

Quis jacet hic? Dux Juliacus: qua ſtirpe parentum?
Clivorum illuſtri ſanguine natus erat.
Quæ conjunx? Maria illa fuit: quo ſtemmate? Magni
Cæſaris, & Divo Cæſare nata ſoror.
Quid juvenis coluit? Martem: quid adultior annis?
Pacem: quid ſenior? juſtitiam atque Deum.
Quo morbo periit? ſenio cordisque dolore:
Qualiter? invicta ſpe ſtabilique fide.
Ergo fuit? vivit pars prima: quid altera? ſurget:
Unde? ex hoc tumulo: quando? vocante tuba.

Epicedium vero ſequens, quod apponimus, ei deſtinatum eſt a Lamberto Lithocomo, J. U. D.

EPICEDIUM,

In Illuſtriſſimi Principis ac Domini, Domini GUILIELMI, Ducis Juliæ, Cliviæ & Montium, Comitis Marchiæ & Ravensburgi, Domini in Ravenſtein, &c. mortem conſcriptum a Lamberto Lithocomo, Ludolphi filio.

Magnanimum Heroëm, fama trans æquora notum,
Cujus & eximium cœli ferit ignea nomen
Sydera, terrarum & populorum jure potentem,
Conſiliis annisque gravem, belloque togaque
Conſpicuum, dum vita fuit: nunc morte ſolutum
Proſequimur lachrymis, totque uno funere raptas
Lugemus dotes, terramque polumque cientes.
O Pater omnipotens, qui ſolus ab æthere ſummo
Cuncta moves, ſolo nutu qui concutis orbem,
Hoccine conſtituit tua ſic veneranda voluntas?
Hoccine fatorum jubet irremeabilis ordo?
Principe ut orbatos fido, patriæque parente,
In nos juſta tuæ vindictæ ſpicula figas?
O patriæ GULIELME decus, ſplendorque ſenilis!
O fidei exemplar veræ, oppreſſisque ſalutis

Digitized by Google

Portus, & in dubiis o conſtans anchora rebus!
Quos fugis aſpectus, quorum te ſubtrahis uſu?
Induc funeſtos mecum nunc Julia *vultus,*
Tuque ferox olim Dominos experta Sicambros
Terra, *tuum plorato Ducem, cinerique ſupremo*
Grates ſolve pias: Tu, qui ſub montibus altis
Per valles, belli ſecurus, & arva, profundæ
Otia pacis agis, tanti pars addita luctus,
Plange tuæ mitem ſublatum pacis Alumnum:
Tu quoque, cui gelidam late perrectus in Arctos,
Servit ager, lachrymas oculis, & pectore planctus
Excute, da gemitus, & tanta clade notatam
Devotam tenebris, faſtis explodito lucem.
O patriæ GVLIELME pater, quænam invida nobis
Auguſtum fortuna caput ſubtraxit? & atro
Te dempto involvit mortalia pectora luctu?
Quæ te cunque poli curis annisque ſolutum
Excepit regio, ſi quando ad inania mundi
Lumina contorques, quam te lachrymentur ademptum
Aſpicis, atque tui quando teneantur amore,
Quos placido quondam imperio cum laude regebas.
Tu patriam ornaſti meritis, tibi candida cordi
Juſtitia, *innocuæque datrix divina quietis*
Pax *fuit, & largis cuſtos* Concordia *rebus:*
Ah quoties belli totum dum fama per orbem
Spargeret in vulgus furias, ferrumque minasque
Alter in alterius truculentis improbus iris
Spiraret mortem, ne tantæ incendia cladis
Damna tuo ferrent populo, te cura coquebat:
Ah quoties tua, Mars, bellandi pectora Princeps
Ne quicquam ſtudio tentabat: at una Triumphis
Innumeris Pax viſa prior, patriæque ſalutis
Cura tibi potior, tam vota infenſa repreſſit:
Ah quoties Muſis, terraque marique fugatis,
Hoſpitii ſacra jura dabas, & honoribus auctas
Clementer, fruſtra Marte indignante, fovebas.
Nunc tua, poſt tantos humana in ſorte labores,
Digna polo regnare, alioque effulgere Divum
Concilio, & ſuperos æternum habitare penates,
Enthea mens eſt viſa Deo, patriisque recepta
Sedibus, inviſis quæ mutet gaudia curis.
Per te Relligio, *per te* Obſervantia *recti,*
Juſtitiæque *decus,* Pax, *Aoniæque* Sorores,
(O vere egregium Heroëm!) ſine labe vigebant,
Longis florentes annis; Te propter eundem
Relligio, *& juxta comes* Obſervantia *recti,*
Juſtitiæque *decus,* Pax, *Aoniæque* Sorores,
Vir, mulier, miſtique ſenes, pueri atque puellæ
Certatim mœſtis feriunt nunc queſtibus auras.
Hunc tu Phœbe *Ducem, quo ſe non juſtius alter*
Jactet amore tui, qui te tot dotibus auxit,
Ornavitque tuos, cujus tot pectore dotes
Concluſit natura parens, a nomine mortis
Solve, vetesque mori, & fama ſuper æthera condas.

Diſti-

Diſtichon numerale, annum, menſem & diem mortis continens:

SoL qVInCtVs IanI radIos Vt CondIdIt VndIs,
OCeanI PrInCeps ah! GVILIeLMVs obIt.

JOHANNES WILHELMUS, ſub Rudolpho II. Imp. Cliviæ VI. Juliæ 10. Montium 7. Dux, Marcæ Weſtphalicæ Comes in ordine 19. omnium vero harum provinciarum ultimus Princeps, dictus Bonus & Simplex.

Natus anno 1562. (1) 28. Maji, inter 1. & 2. matutinam, & ex fonte ſacro a Wilhelmo, Auraico Principe, Joanne, Comite Arenbergenſe, Wilhelmo, Comite Montano, in præſentia utriusque Auraici fratris, Joannis & Ludovici vel Adolphi, Comitum Naſſoviorum, Theodori ſenioris Manderſcheidiæ, Hermanni Mœrſenſis, Schauwenburgici, & junioris Mansfeldici, Comitum, ſuſceptus. *Nativitas.*

Hic Princeps, a pueritia Eccleſiaſtico ſtatui deſtinatus, primum Præpoſitus Santenſis factus, atque reſignatione Comitis **Manderſcheidt/ Gerolſtein/** Canonicatum in metropolitana Eccleſia Colonienſi conſecutus eſt, ejusque reſidentiam ex ſingulari indulto in Eccleſia Santenſi habuit; deinde poſt reſignationem Wilhelmi Ketleri, Epiſcopi Monaſterienſis, anno 1557. factam, & obitum Bernhardi Rœsfeldii, ejus ſucceſſoris, anno 1572. conſenſu Imperatoris & Pontificis, Epiſcopatus Monaſterienſis adminiſtrator electus, (2) illo laudabiliter aliquandiu functus eſt, donec, defuncto Romæ fratre, Carolo Friderico, ſtatu Eccleſiaſtico abdicato, a parente regimini adhibitus eſt.

Anno 1585. 16. Junii, cum Jacobæa Badenſi, deinde hac, quo neſcio fato, (3) an. 1597. mortua, & Dusſeldorpii in monaſterio Crucigerorum ſepulta, anno 1599. cum Antonetta Lotharingia (4) copulatus eſt; prius conjugium Theodorus Graminæus, Licentiatus, & Scriba provincialis Montenſis, deſcripſit. *Conjugium.*

Anno 1592. 25. Januar. Duſſeldorpii Montium patri mortuo in regimine ſucceſſit, cui ob id Cæſar Rudolphus II. 2. Martii gratulatus eſt.

An-

(1) Propter adverſa tempora, quibus ejus Ditiones ſubjectæ erant, debilitate animi & corporis correptum fuiſſe, refert *Turckius* in Supplem. ita ut niſi vocabulum Principis ſuſtinuerit. *Puffendorff.* de R. G. *Frider. Wilhelmi* p. 203.

(2) *Turckius* ibid.

(3) Fuit hæc Jacoba Philipperti, Marchionis Badenſis, filia, atque in *Bavarorum Principis* (Avi ſui materni, Wilhelmi IV.) *Gynæceo liberaliter educata*, anno 1585. Johanni Wilhelmo, ultimo Cliviæ Duci, nupſit, *Sleidanus* ad cit. a. ſed miniſtrorum inſtinctu adulterii cum Comite quodam Manderſcheidio aliisque apud Imperatorem Rudolphum II. accuſata, & cum objecti criminis nondum convicta eſſet, nocturno tempore in lecto ſuo fuit ſuffocata. *Reidanus* Annal. Belg. an. 1597. p. 396. *Voſſio* interprete, *Igitur*, ait, *quia nefas Pontificiis, uxorem ob polluta matrimonii ſacra dimittere, aut novam inducere, Conjugi Ducis, (quæ accuſata, ceterum haud dum damnata detinebatur,) ſubito & noctu laqueo fauces præcluſæ, juſſu Senatus, ut prudentioribus & propinquis creditum, cum per opportunum fatum, tum quia verosimile haud videbatur, naturali morte extinctam, quæ pridie valens cubitum conceſſerat. Simul vexatæ fauces laquei veſtigia prodebant. Id certum, nec fuit eam manibus periiſſe, nec alteri id, quam Senatui, auſum, cujus in manu & cuſtodia erat. Wilhelmus Turckius* in Supplem. *famam*, ſcribit, *fuiſſe, quod Jacoba ex ſententia Cæſarii ultimo ſupplicio clam fuerit affecta, ſed a cædis autoribus procul dubio ſparſam.* Certe nulla ſententia in ea cauſa ab Imperatore dicta fuit, apparetque ex Actis inquiſitionalibus, quæ inſpexi, Jacobam criminis objecti convinci non potuiſſe. *Adel. Erichius* in Chron. Juliac. hoc de illa encomium refert:

Principibus celſis Badenſibus orta Jacoba,
Cliventis quondam prima marita Ducis.
Si formam ſpectes, ſi cetera, femina, dicat,
Digna hac fortuna Pol! meliore fuit.

Ceterum feſtivitates nuptiarum Jacobæ cum Johanne Wilhelmo peculiari & rariſſimo libro, anno 1585. ſub titulo: **Fürſtliche Hochzeit, ſo der Durchleuchtige Hochgebohrne Fürſt und Herr, Herr** Wilhelm, **Hertzog zu Gülich, Cleve und Berg, ꝛc. dem Durchleuchtig-Hochgebohrnen Fürſten und Herrn, Herrn** Johann Wilhelm, **ꝛc. Ihrer F. G. geliebten Sohn, und der Durchleuchtigen Hochgebohrnen Fürſtinen, Freulin** Jacobæ, **gebohrnen Marggräffin zu Baden, ꝛc. in Ihrer F. G. Statt Duſſeldorff gehalten**, edito, deſcripſit *Diedericus Graminæus*, J. U. L. & Secretarius provincialis.

(4) Caroli, D. Lotharing. Barrenſis, filia, inſolitis conditionibus. *Turckius* ibid.

Digitized by Google

Res geſtæ. Anno 1596. cum Colonienſibus, quod miſſis Hagam-Comitis legatis nihil obtineret, de non permittendo Hollandis tranſitu, fœdus percuſſit.

Anno 1598. dum in Aquenſes rebelles executionem, ſibi & aliis a Cæſare demandatam, pararet, conſilio VVilhelmi a **Waldenburgh** / dicti **Schinckern** / ſupremi aulæ Juliæ Officiati, ſola auctoritate eos ad obedientiam reduxit, ut anno 1600. Respublica plene pacata fuerit.

Anno eodem 1600. uxorem, juxta decretum Comitiorum Juliacenſium, in regimine ſociam admiſit. Anno 1602. & 1604. cum Geldris de cenſu Grevenwerdano, Hulhuſio, Grondſteinio, & Inſulæ lapideæ, ab incolis exacto, tractavit, eumque abrogavit: In ſpecie vero dominium Hulhuſium, anno 1386. VVilhelmo a Reeſs, Equiti, a Cliviæ Comite Adolpho oppignoratum, probavit. Anno 1605. cum Aquenſibus, varia cauſantibus, fruſtra in Monaſterio S. Cornelii ad Indam tranſigere conatus eſt, & quod iidem anno 1606. uxori cum fratre, Principe Vaudemontio, ingreſſum in urbem denegaſſent, contra eos bello agere conſtituit, ſed tamen anno 1608. menſe Quintili, cum iis, interventu Electoris Colonienſis & Mantuani Principis, pacifice tranſegit.

Obitus. Obiit (1) 25. Martii, anno 1609. nullo hærede relicto, poſtquam languido ac diutino morbo aliquandiu laboraſſet. Uxor Lotharingia 18. Auguſt. anno 1610. Nancæ ipſum ſecuta, & ibidem ſine pompa funebri tumulata; Maritus vero ejus Duſſeldorpii, poſt 19. annorum obitum, anno 1618. 30. Octobris, præſente & ordinante VVolffgango VVilhelmo, Palatino Neoburgico, conditus eſt. De quo Streithagenus:

Sextus ab antiquo Clivorum ſanguine Princeps
Illuſtris clauſit nomina longa Domus.
Hoc tantum infelix, una quod prole beare
Non potuit populi tot pia vota ſui.

Anno 1606. in Comitiis Eſſendienſibus, Principes Prutenicus & ambo Palatini, cum uxoribus, Ducibus Juliis, Cliviis, Montanis, quia nulla prolis ſpes ſupererat, vocati, cum iis de ſucceſſione actum eſt; poſtea Maria Eleonora an. 1608. & Princeps Joannes Guilhelmus, ut jam diximus, anno 1609. obierunt, cum paulo ante induciæ Belgicæ duodecim annorum promulgatæ eſſent. Nomine ergo Johannis Sigismundi, (2) Electoris Bran-

(1) Ultimam ejus Diſpoſitionem vide in Cod. Diplom. No. CXXXV.

(2) Defuncto nempe absque relicta prole *Johanne Wilhelmo*, varii in ejus Ditiones competitores extiterunt, atque

I. In *univerſas* illas Ditiones ſuccedere voluerunt

1.) JOHANNES SIGISMUNDUS, Elector Brandenburgenſis, Conjugis ſuæ *Annæ* nomine ac jure tum promiſcuæ Succeſſionis, quæ in illis Ditionibus jure Francorum & recepta conſuetudine obtinuit; tum Unionis illarum Ditionum, annis 1418. & 1496. Ordinum conſenſu factæ, & a Cæſaribus confirmatæ; tum Primogenituræ per memoratam Unionem introductæ, atque tam ab Imperatoribus, quam factis in favorem liberorum primogenitorum Renunciationibus confirmatæ, quibus juribus omnibus *Maria Eleonora*, Johannis Wilhelmi ſoror natu maxima, ejusque deſcendentes ſoli legitimi illarum Ditionum heredes conſtituantur, excluſis tantisper reliquis ſororibus, earumque poſteris.

2.) PHILIPPUS LUDOVICUS, Dux Neoburgicus, Conjugis ſuæ *Annæ*, Johannis Wilhelmi ſororis ſecundogenitæ, & filiorum ex illa ſuſceptorum nomine, quod Ditiones illæ feuda eſſent maſculina, atque privilegio demum Caroli V. filiæ ſucceſſionis capaces fuerint reditæ, ita ut ipſæ ſolum & filii illarum ſuccedere in his Ditionibus poſſint.

3.) SAXONIÆ DUCES tam *Albertinæ*, quam *Erneſtinæ* lineæ, vi Expectativæ, ſ. ſpe ſucceſſionis in Ducatus Juliæ & Montium, quam in caſum deficientium maſculorum heredum in illis Ditionibus Fridericus III. Imp. *Alberto*, lineæ Albertinæ Stirpi, fecerit, atque Maximilianus I. in ejus fratrem *Erneſtum*, lineæ Erneſtinæ Stirpem, extenderit; Duces vero lineæ *Erneſtinæ* in omnes Ditiones Johannis Wilhelmi vi pactorum Dotalium inter Johannem Fridericum, El. Saxoniæ, & Sibyllam, Johannis III. Ducis Clivenſis, filiam, quibus cautum fuerit, ut, ſi nec Johannes ille & Maria heredes maſculos, neque hi rurſus tales relinquerent, Johannes Fridericus & Sibylla, eorumque heredes in Ditionibus, de quibus ſermo, ſuccederent.

II. In *partem* illarum Ditionum jus prætendebant

1.) MAGDALENA, tertia defuncti Ducis ſoror, Johannis, Bipontini Ducis, vidua, & 2.) CARO-

Digitized by Google

Brandeburgici, ejusque conjugis, Annæ Pruteniæ, Mariæ Eleonoræ Juliæ &c. filiæ primogenitæ, Ernestus Marchio &c. frater Electoris; nomine Ludovici Philippi, ejusque conjugis, Annæ Juliæ &c. VVolffgangus VVilhelmus, filius eorum primogenitus, possessionem omnium relictarum provinciarum adierunt, & Tremoniæ atque Hallis, consilio

ROLUS, Marchio Burgoviæ, uxoris suæ *Sybillæ* nomine, natu minimæ Johannis Wilhelmi fororis, qui Provincias illas æquis partibus inter superstites illius Ducis sorores dividendas esse contendebant.

2.) CAROLUS, Dux Niversius & Mantuæ, in Ducatum Cliviæ & Comitatum Marcanum, utpote ab *Engelberto*, altero Johannis I. Ducis Clivensis & Com. Marcani, filio, ortus.

3.) In Comitatum Marcanum solum COMITES MANDERSCHEIDII & BULLIONII DUCES, utpote ab *Engelberto II.* Comite Marcano, recta linea descendentes. Vide *Tabulas Genealogicas* Ducum Clivensium & Comitum Marcanorum, supra suis locis insertas.

Singulorum argumenta succincte referunt *Hoppius* in der kurtzen Beschreibung des Landes und Genealogie der Grafen und Hertzoge zu Cleve, p. 181. & seqq. *Pufendorff.* de R. G. *Frid. Wilhelmi* lib. 4. §. 2. 3. 4. 5. & 6.

Scripta vero, quæ in hac controversia prodierunt, præcipua sunt:

I. COMMUNIA *Brandenburgico-Neoburgica*, ex quo utraque domus possessionem arripuit ditionum Juliacensium, Clivensium, &c.

1.) Der Durchleuchtigen und Hochgebohrnen Fürsten, Herrn Johann Sigmund, Churfürsten zu Brandenburg, und Frawen Anna, Pfaltz-Gräfin beym Rhein, Ausschreiben, darin jedermänniglich fürgestellet wird, mit was für unförmlichen, nichtigen und unbilligen Procellen Ihro FF. GG. bisher beschweret, und zu dieser Kriegs-Rüstung und Defension genöthiget worden. Düsseldorff 1610.

2.) Appellatio secunda der Durchleuchtigen Fürsten, Herrn Ernsten, Marggrafen zu Brandenburg, und Wolffgang Wilhelms, Pfaltz-Grafen beym Rhein, in puncto retinendæ Possessionis. Düsseldorff 1610.

3.) Wahrhaffte Relation der zu Cölln mit denen Brandenburgischen und Neuburgischen Gesandten in Beyseyn des Hochwürdigsten Ertz-Bischoffen zu Trier gehaltenen gütlichen Handlung, auf Keyserlichen Befehl zum Druck verfertiget durch Zachariam Palthenium. Anno 1610.

4.) Appellationes tres in puncto retinendæ possessionis.

II. PARTICULARIA, quibus singulorum Competitorum jura exposita & deducta fuerunt:

(1.) *Brandenburgensia.*

1.) Kurtze Anzeig derer Ursachen, welche den Durchleuchtigen Fürsten, Herrn Johann Sigismund, Marggrafen und Churfürsten zu Brandenburg, &c. bewogen, daß Ihr. Churfl. Gnaden bisher nichts von ihren habenden Recht an den Gülichischen Fürstenthümern und Landen, wie von andern geschehen, deduciren, und durch den Druck publiciren lassen. Berlin 1609.

2.) Discursus utcunque juridicus super prænobili & celeberrima Successione Juliacensi, utri Principum illa hodie competat? Auctore Anonymo.

3.) Apodixis, s. Replica utcunque juridica, pro utcunque juridico discursu, opposita discursui vere juridico, Julio-Clivio-Montium Autore.

4.) Gründlicher Discurs und Bericht, warum der Durchl. Fürst, Herr Johann Sigismund, von wegen Sr. Churfl. Durchl. Ehe-Gemahlin, auf Absterben Herrn Johann Wilhelms, Hertzog zu Jülich, &c. &c. in dessen nachgelassenen Landen männiglich zu præferiren sey.

5.) Discurs und Bericht, daß die Durchleuchtigste Churfürstin zu Brandenburg der Gülichischen Lande Erbin seye, gestellet durch einen Patrioten.

6.) Discursus Apodicticus, Brandenburgicæ sententiæ defensionem latius vindicans.

7.) Klare und so wohl in Rechten, als in den Geschichten gegründete ausführliche Deduction des jetzt regierenden Herrn Churfürstens zu Brandenburg an den verledigten Fürstenthümern Jülich, Cleve, und Berge, &c. &c. habenden Rechtens und Gerechtigkeit, darin das Jus Majoratus und der Primogenitur behauptet wird, &c. durch Waremundum Julium von Kleuberck. 1617.

8.) Centuria Juris Electoralis Brandeburgensis, s. eine kurtze und warhaftige Deduction, daß die Clevische und Jülichische Lande dem Hause Brandeburg von Rechtswegen alleine zugehören. Anno 1638.

9.) Synopsis & brevis assertio Juris & universalis Successionis, Domino *Friderico Wilhelmo*, Marchioni & Electori Brandenburgensi, in Ducatus Juliæ, Cliviæ, Montium, nec non Comitatus Marcæ, Ravensbergæ, competentis. Berolini 1655.

(2.) *Palatino-Neoburgica.*

1.) Pfaltz-Neuburgischer kurtzer und Summarischer Bericht von der Succession in den Jülich-Clevischen &c. &c. Landen, benehen einer Genealogie. Anno 1610.

filio Mauritii Haſſi, inter ſe uniti, gubernaculum earum conjunctim, dum ſucceſſor legitimus decretus eſſet, adminiſtrarunt, usque ad annum 1614. irrita compoſitione, Santenſi eodem anno 12. Novembr. concluſa, diviſum animis, & provinciis diſtractum imperium habuerunt, imo motu Germanico novo orto, & induciis Belgicis anno 1621. exſpirantibus, maximam ditionum partem Palatinus Neoburgicus, ope Hiſpanorum, Julia metropoli & mitra papali, omnibusque ordinum & Electoris Brandeburgici præſidiis expugnatis, ſolus obtinuit. Tandem vero cum Electore Brandeburgico, Georgio VVilhelmo, Joannis Sigiſmundi filio primogenito, ex compoſitione ordinum Belgii confœderati, anno 1626. (1) ad 25. annos Hagæ unitus, ille quidem Cliviam, Marchiam & Ravensburgiæ medietatem; hic vero, præter alteram ejus partem, Juliam & Montes integros cum Ravenſteinia, Brabantiæ feudo, VVienendalia, atque Breskeſia in Flandria, conſecutus eſt.

Ad

2.) Diſcurſus vere juridicus de Succeſſione Juliacenſi, oppoſitus Diſcurſui utcunque juridico, Autore Joh. Julio Montenſi. Anno 1617.

3.) Apologia pro Diſcurſu vere juridico contra Diſcurſum quaſi juridicum, ejusque Apodixin; Autore eodem.

4.) Anti-Centuria Juris Palatin. Neoburgici, oppoſita Centuriæ prætenſi juris Brandenburg. 1647.

5.) Lucii Veronenſis Diſſertatio, in qua Wolfgangi Wilhelmi, Com. Palatini Neoburgici, jura in Provincias Clivix, Juliæ, &c. &c. defenduntur, contra jus Domus Brandenburgicæ, ejusque Centuriam editam 1646.

6.) Lucii Veronenſis Hyperaſpiſtis Apologia & Notationes in ſingulos Apologiæ articulos, quæ cum præcedenti Diſſertatione & Brandenburgenſi refutatione an. 1669. edita eſt ſub Titulo: *Succincta & Hiſtorica Enodatio Queſtionum & Controverſiarum circa jura in ditiones Juliæ, Clivix*, &c. H. A. von E. N. P. cum Mantiſſa Diplomatum & Autoritatum.

(3.) *Saxonica.*

1.) Informatio, was das Hauß Sachſen an den erledigten Jülichiſchen, Cleviſchen, Bergiſchen, ꝛc. Landen für Anſpruch habe.

2.) Ausführliche wohlgegründete Deduction des Chur- und Fürſtl. Hauſes Sachſen an den erledigten Fürſtenthümern Jülich, Cleve, Berge, ꝛc. habenden Rechtens und Gerechtigkeit, auf Churfürſtl. Sächſiſchen Befehl. Leipzig 1609.

3.) Sächſiſche Apologia und Rettung der zwo Schrifften, ſo in jüngſt-verwichenen Jahr 1609. von des Chur- und Fürſtl. Hauſes Sachſen an den erledigten Jülichiſchen, Cleviſchen ꝛc. Landen habenden Rechtens, durch öffentlichen Druck publiciret worden, mit einverleibter der hin und wieder im Heil. Reich ſpargirter Gegenſchrifft, genannt Refutatio Deductionis Saxonicæ. Leipzig 1610.

(4.) *Bipontina.*

1.) Klarer und ſo wohl in Rechten, als in den Geſchichten gegründeter Bericht, was maſſen die Durchleuchtige Hoch-Gebohrne Fürſtin und Frau, Frau Magdalena, Pfalz-Gräffin beym Rhein, ꝛc. ꝛc. gebohrne Hertzogin zu Cleve, vor ſich und Ihrer Fürſtl. Gnaden Männliche Leibes-Erben, zu der Succeſſion weyland des auch Durchleuchtigen ꝛc. Herrn Johann Wilhelms, des letzten Hertzogen zu Jülich, Cleve, ꝛc. Ihrer Fürſtl. Gnaden Herrn Brudern, hinterlaſſenen Fürſtenthümern ꝛc. befuget und berechtiget ſeyn.

2.) Cauſa Bipontina acta atque demonſtrata.

(5.) *Burgovica.*

Libellus Summarius Anwalts Ihro Fürſtl. Gnaden, Hn. Carls, Marggrafen zu Burgow, an ſtatt Dero Frau Gemahlin, Fr. Sybillen, Marggräfin zu Burgow und gebohrnen Hertzogin zu Gülich, ꝛc. contra die erſcheinende Befehlhaber Ihr. Churfl. und Fürſtl. Gnaden, Hn. Joh. Sigismund, Churfürſten zu Brandenburg, und Hn. Philipp Ludwigen, Pfalz-Grafen beym Rhein, im Nahmen Dero Gemahlin producirt am Keyſerlichen Hoff. 1609.

(6.) *Manderſcheidenſia.*

Kurtze Genealogiſche Deduction, daraus des Wohlgebohrnen Herrn, Hn. Philipſen, Grafen zu der Marck und Manderſcheid, Freyherrn zu Lumay und Serain, ꝛc. an der erledigten Grafſchafft zu der Marck gebührendes und habendes Recht augenſcheinlich abzunehmen.

(7.) *Niverſia.*

Literæ *Caroli Gonzagæ*, Duc. Niverſ. & Mantuæ, ad Ordines Clivix &c. & horum reſponſio apud *Lundorpium* T. III. lib. 2. c. 110.

(1) Cujus æque ac præcedentium transactionum, & quæ poſtea anno 1629. Duſſeldorpii, 1630. ibidem, 1647. ibid. 1651. Clivis inter Brandenburgenſem & C. Palatinum Neoburg. Electores, initæ fuerunt, Tabulas exhibet *Lunigius* Parte Spec. Contin. II. Diviſ. 4. Anno demum 1666. Clivis pacto perpetuo inter eosdem Principes Juliacenſis hereditas ita diviſa fuit, ut Du-

Digitized by Google

Digitized by Google

ad pag. 361.

TAB. VIII. GENEALOGICA

COMITUM MOERSANORUM,

juxta *Johann. Turckii*, Secret. Clivenſis, *Supplem. Chron. Schuren.*

THEODORICUS, qui Com. Morſanum feudum Ligium agnovit Comit. Clivenſium. Vide Chartam ejus de anno 1287. in Cod. Dipl. No. 135.

- THEODORICUS, qui itidem anno 1294. Vaſallum Ligium C. Cliv. ſe agnovit. Vid. Dipl. No. 136.
- FRIDERICUS, qui fratris literis de an. 1294. ſubſcripſit.

FRIDERICUS I. Ux. *Walpurgis*, Com. de Saerwerden. — *Johannes.*

- FRIDERICUS II. Uxor *Engelberta*, Com. de Marca.
  - VINCENTIUS. Uxor *Anna* Bav-Palat.
    - FRIDERICUS III. obiit ante patrem. Uxor *Eliſabeth* de Rodemacher.
      - BERNHARDUS, qui ab avo pro ComiteEgmondano Gallis obſes datus fuit, redux autem factus, acta Vincentii circa Comit. Mörſanum irrita habuit.
      - *Margaretha*, cui Vincentius avus Comitatum Mörſanum ceſſerat. Ux. *Wilhelmi*, C. de Wiedt.
        - *Anna*, alii *Catharinam* vocant. Ux. *Wilhelmi*, C. de Nuenaer.
          - HERMANNUS, absque liberis obiit 1578.
          - *Walpurgis.* Uxor 1. *Philippi* de Monmoranci. 2. *Adolphi*, C. de Nuenaer.
- *Theodoricus*, Archiepiſc. Col.
- *Walramus*, Epiſcop. Monaſt.
- *Henricus*, Ep. Mon.
- JOHANNES, Com. de Saerwerden. Uxor *Adelheid* de Gerolseck.
  - JACOBUS, Com. de Saerwerden. Ux. *Anaſtaſia*, C. de Leiningen.
    - JOHANNES. Uxor *Anna* de Monte.
      - *Catharina.* Uxor *Johannis Ludovici*, C. Saarbruggenſis.
      - JOHANNES, obiit 1574. ſine prole.
      - *Adolphus*, ob. 1559. ſine liberis.
      - *Catharina.* Ux. *Emichonis*, C. de Leiningen.
    - *Jacobus.*

Ad Provinciam Cliviam

APPENDIX QUADRUPLEX,

De Comitatu Mœrſano, & Dynaſtiis Ravenſteinenſi, Wienendalia & Ghemenſi.

Appendix Prima,

De Comitatu Mœrſano, ad Celſiſſimum Illuſtri proſapia, nec minus multis & magnis rebus, pro confœderato Belgio fortiter geſtis, FRIDERICUM HENRICUM, Principem Auraſionenſem, & Naſſovio-Cattorum Comitem, &c.

Quia provinciæ Clivenſis antiquum & præcipuum feudum Comitatus Moerſenſis, ad quem bona quoque, in campo Keslerino ſita, ſpectant, a Clivenſibus habetur, ideo de eo hic etiam aliquid adjiciemus.

Anno ergo 1287. Theodoricum patrem, & anno 1294. Theodoricum filium, cum fratre Friderico, Comitatum Moerſenſem a Theodorico Clivenſi, ejus nominis Octavo, Joanne de Cuyck, Joanne de Heuſden/ Joanne de Hinsborg/ Arnoldo de Sluſa, Wernhero de Lennep/ Swedero de Alpen/ & Henrico de Wolffscuelen/ regulis præſentibus, accepiſſe, & fidelitatis juramentum præſtitiſſe, traduntur. (1) Illudque poſtea Ludovicum Imperatorem (2) anno 1317. privilegia venationis & telonii terreſtris Theodorico Moerſenſi largiendo, & Joannem, Comitem Clivenſem, anno 1351. in privilegiis civitatis Orſovienſis, civibus jus venationis toto Comitatu Moerſenſi, tanquam feudo ſuo, permittentem, confirmaſſe, imo a Joanne, Comite Clivenſi, anno 1356. novum Theodoricum Comitatu inveſtitum fuiſſe, Clivenſes prætendunt. Et poſt obitum ejus Fridericum quoque Moerſenſem, cum uxore Walburge Saerwerdena, anno 1375. ab Adolpho, Comite Clivenſi, Comitatu, præter dictas Eliſabetham, Bernh. Lippenſis, Annam, Nicolai Teckleburgenſis, uxores, inauguratum fuiſſe. Hic Fridericus ex uxore (3) Hochſtratena Domina filios, Fridericum ſucceſſorem, Theodoricum Col. Waleramum & Henricum Monaſterienſes Epiſcopos, & Johannem; Fridericus viciſſim ex Engelberta Clivia, Adolphi Marcani, Comitis Clivenſis ultimi, filia, Vincentium genuerunt. Hic porro ex Anna Palatina, Stephani Bipontini, & Annæ Veldentiæ, patriſque Friderici ultimi, ejusdem Comitis hæredis, filia, anno 1455. ducta, iterum Fridericum, & iſte denique Bernhardum procrarunt.

Contra Moerſenſes anno 1402. literas feudi abſolutorias (4) a Joanne, Comite Clivenſi, anno 1361. datas fuiſſe, quas Gualtheri Steckii uxori, Richardis a Dollendorff/ & filia ejus, Richardis Steckia a Beeck/ virgo, & Coloniæ ad S. Cæciliam Veſtalis, hactenus occultatas fuiſſe, confeſſæ ſint, propoſuerunt. Quibus idcirco Adolphus, primus Clivorum Dux, Adolphi Marcani, ultimi Comitis, filius, & fallâm, & ſuppoſititiam manum eſſe, demonſtrare niſus eſt. Cum autem Fridericus Saerwerdenus, Archiepiſcopus Colonienſis, ad quem controverſia hæc anno 1411. devoluta, ſicut etiam Theodoricus Morſanus in dignitate hac ipſum anno 1414. ſecutus, eandem ad annos 1442. & 1451. ſuſpenderent, Vincentius etiam, Moerſenſis Comes, Friderico filio ante ipſum mortuo, Bernhar-

---

Ducatus Clivenſis cum Comitatu Marcano & Ravensbergenſi Electori Brandenburgenſi, Ducatus vero Juliacenſis & Montium cum Dynaſtia Ravenſteinenſi Comiti Palatino Neoburgico relinquerentur; jura autem Imperii & Circuli communia manerent. Vide Tabulas in Cod. Dipl. No. CXXXVI.

(1) Atque liquet ex ipſorum literis, quibus ſe Vaſallos & fideles Comitum Clivenſium agnoſcunt. Vid. Cod. Diplom. No. CXXXVII. CXXXVIII.

(2) Qui in tabulis ſuis ita inter cetera ſcribit: *prout per illum illiusque prædeceſſores ab olim usque nunc recipi conſucta, & hactenus eadem a Theodorico, Comite Clivenſi, ſuisque progenitoribus, in feudum tenuit*, unde liquet, Comitatum Clivenſem jam antiquum fuiſſe Comitum Clivenſium feudum.

(3) Integram Genealogiam *Comitum Mœrſenſium* vide *Tab. VIII.* Quam *Hermannus Hamelmannus* tradit Oper. Hiſt. Polit. p. 402. haud genuina eſt.

(4) Quas vero ſuppoſititias ſatis docuerunt, quod ab ignota manu ſcriptæ, atque ultra 40. annos non ſine ſuſpicione doli latuerint, ipſe quoque Fridericus, qui eas primum produxit, Comitatum Mœrſanum interea in feudum accepit a Duce Clivenſi. *Joh. Turckius* in cit. Suppl.

Digitized by Google

hardo vero, ex eodem Friderico nepote, in Gallia pro Carolo Egmundano, Geldriæ Duce, obſide, nepti ſuæ Margarethæ, Wilhelmi Wiedani conjugi, Comitatum anno 1493. traderet, Bernhardus tamen, ex Gallia redux, non Wiedanos, ſed Saerwerdenſes Comites veros in Comitatu ſucceſſores declaravit; adeoque Comitatus poſt Vincentium, 10. Aprilis anno 1500. mortuum, ejusque poſteros defunctos, ad Joannem, Comitem Moerſenſem & Saerwerdenſem, Friderici ex Walburge Saerwerdena quartum filium, ejusque ex Jacobo filio nepotes, Jacobum, anno 1500. extinctum, & Joannem, in quo ſtirps maſcula anno 1510. deſiit, pervenit: ab his ad Wilhelmum, Comitem Novarienſem, per Annam VViedanam, VVilhelmi VViedani & Margarethæ Moerſenſis filiam, VVilhelmi conjugem, Comitatus derivatus eſt, qui eodem etiam, intercedente apud Joannem & VVilhelmum, Duces Clivorum, VVilhelmo Naſſovio, cognomento Divite, certis pactis, a Cancellario Julio, Joanne Gogrevio, an. 1542. præſcriptis, cum Fremersheimio, Gracovio, Creiveldio & Budbergio, dominiis, & pro villa Gilveradia, quæ Marchicum eſt feudum, cum VVeileriana permutata, anno 1553. inveſtitus eſt. (1) Ex Anna vero VViedana & Moerſenſi Hermannus anno 1514. prognatus, cui Magdalena Naſſovia, VVilhelmi modo dicti ex priore conjuge VValburge Egmundana filia, conjugio, licet ſterili, copulata fuit. Ipſo vero 4. Decembris anno 1578. defuncto, quia Clivia feudum ſibi iterum apertum contenderat, eodem VValburgeni, Hermanni ſororeni, & Adolphum Novarienſem, Gumberti & Amœnæ Falckenſteiniæ filium, poſt Philippum Monerantium, Hornæ Comitem, Bruxellis anno 1568. 5. Junii, decollatum, ſecundum VValburgis maritum, & anno 1584. Geldriæ & Ultrajecti gubernatorem, VVilhelmus, Dux Clivorum, donavit, hac tamen conditione, ut poſt ipſorum mortem ad Cliviam revertereiur. Quia vero Adolphus in bello Belgico, ordinibus ſuffragatus, partes eorum defendit, hinc Alexander Farneſius, Dux Parmenſis, Regis Hiſpaniarum Belgii Adminiſtrator, an. 1586. Moerſam expugnavit, gubernatore Camillo de Modiliano conſtituto: quo cum Adolphus, tacentibus Clivenſibus, conſenſu ordinum, anno ſeq. de Morſa pactus eſt. Cum vero 8. Octobris, anno 1589. Adolphus ex pulveripyrio Arenaci extingueretur, Mauritius Naſſovius an. 1597. VValburgem, Moerſa recuperata, reſtituit: quam etiam Admirans Arragoniæ, Franciſcus de Mendoza, Gubernator Belgii regius, ſequenti anno, præſidio impoſito, in poſſeſſione confirmavit: ipſa vero 26. Maj. an. 1600. Moerſæ mortua, & apud patrem atque fratrem in templo extra urbem, jam deſtructo, inhumata. Clivenſes oppidum & ditionem integro anno occuparunt: quos Mauritius Naſſovius, teſtamento VValburgis ſcriptus hæres, anno 1601. inde ejecit, adeoque Comitatum integrum, urbi præſidio impoſito, retinuit, & ad fratrem transmiſit. (2) Dominio Frimorsheimio primum VVilhelmus a Frimorsheim, deinde anno 1236. Domini & Comites Montani ab Abbatibus VVerthinenſibus inveſtiti; poſtea anno 1297. Eberhardus Marcanus eo donatus, qui illud ad Engelbertum, & hic ad Adolphum, Cliviæ Comitem poſtmodum factum, derivavit. Cujus poſteri hoc quoque dominium, Comitatu antiquius, ideoque liberum, Moerſenſe dictum, integræ provinciæ unitum, cum eadem Comitibus reliquerunt.

Ex Comitibus Moerſenſibus Fridericus, & Engelberta Clivia, anno 1466. monaſterium Carmelitarum Morſæ: Vincentius, ejus filius, & Anna Palatina uxor, cœnobium Cruciferorum in urbe Brugenſi Ducatus Julii, quam pignoris titulo a Geldriæ Ducibus poſſidebant, circa annum 1500. fundarunt.

APPEN-

(1) Literis quoque feudi abſolutoriis, quarum ſupra mentio facta, ſimul abolitis. *cit. Aut.*

(2) Videlicet Fridericum Henricum, cui filius Wilhelmus, & nepos Wilhelmus Henricus, Rex Angliæ, in illo Comitatu ſucceſſerunt, dum legitimi Domini temporis injuria impedirentur, quo minus illum ſibi potuerint vindicare. Wilhelmo itaque Henrico, Principe Arauſionenſi, Regeque Angliæ, anno 1702. defuncto, Rex tandem Pruſſiæ hunc Comitatum, tum ut feudum Duci Cliviæ ſæpius apertum, tum ex transactionibus cum Walpurge, ipſoque Mauritio, tum ex Teſtamento Friderici Henrici, aliisque in eum juribus, quæ in Diſquiſitione *de juribus Regiæ Majeſtatis Boruſſiæ in Comitatu Moerſenſem* prolixius exponuntur, ſibi aſſeruit. Jus vero, quod Principes Naſſavio-Diezenſes æque ac Saarbruggenſes in eundem Comitatum ſibi competere contenderunt, ſcriptisque apud *Fabrum* in der Staats-Canzley T. XII. expoſuerunt, non impedivit, quo minus Imperator Joſephus I. F.M. anno 1707. in Principatuum Imperii numerum eum retulerit, ſuffragiumque in Comitiis ejus nomine Regi Pruſſiæ conceſſerit, juxta Tabulas in Cod. Diplom. No. CXXXIX.

Digitized by Google

Digitized by Google

ad pag. 363.

TAB. IX. GENEALOGICA

DYNASTARUM HERPENORUM & RAVENSTEINENSIUM.



Digitized by Google

Appendix Secunda,

De Dynaſtia Ravenſteinenſi.

Ravenſteinenſis Dynaſtia olim Dominii de Herpen (1) nomen obtinuit, usque dum VValradius Falckenburgius, Bornæ & Sittardi Dominus, arcem Herpenam demolitus, in ejus locum Ravenſteiniam conſtruxit. Herpena autem olim Dominium & Allodium fuit, quod Henricus de Cuyck, uxore & liberis conſentientibus, anno 1191. (prout Diploma habet,) Henrico, Lotharingiæ Duci, in feudum obtulit. (2)

Udena vero, ſingulare Dominium & maſculinum Clivix feudum, poſt mortem Reinholdi Falckenburgici, ſine virili hærede excedentis, ad Adolphum Clivium rediit, ſicut Joannes, Comes Salmenſis, an. 1397. in ſaltu Clivio ab Adolpho Duce cum aliis captus, cum omnis ſui in Herpenam juris reſignatione, obſignatis literis fatetur. Et licet Simon Salmenſis, filius Joannis, eam patris renunciationem, utpote vi & metu extortam, irritam eſſe exiſtimaret; Adolphus tamen Clivius, quod Salmenſis contra Dominum feudi ſeſe oppoſuiſſet, ſententiam in aula Brabantina pro ſe obtinuit, dominiumque Ravenſteinenſe anno 1431. a Philippo Burgundo in feudum accepit. Ejusdem etiam Philippi Burgundi opera anno 1439. quæ Engelbertus & Henricus, Comites Naſſovii, Bredenſes, cum Roberto & VVilhelmo, Comitibus Virneburgicis, ob uxores prætendebant, 21. aureorum millibus perſolutis redemit, atque ſic totam Dynaſtiam ad domum Clivenſem pertraxit, & anno 1437. cum Arnholdo Egmundano, Geldriæ Duce, de eadem pactus eſt: quibus omnibus transactis, Adolphi filio primogenito Joanni, patre conſentiente, anno 1440. a Philippo Burgundo tributa eſt, quam poſtea ex tractatione, an. 1450. Clivis inita, Adolpho fratri reſignavit, qui eadem anno 1463. potitus eſt. (3)

Appendix Tertia,

De Dynaſtia Wienendalia.

Wienendalenſe Dominium, ab amœnitate Saltus ita dictum, cuique Turnhoutum municipium adjacet, caſtrum vero Philippus Clivius inædificavit, in Flandriæ Comitatu ampliſſimo ſitum, cum ditione liberorum, (**der Herpen**) a Roberto Frize, ſecundo Flandriæ Comite, & uxore ejus Elſa, Bernhardi Saxonis filia, conditum eſt, qui illud usque ad annum 1278. poſſedit. Tunc enim Guido Dampierius, Comes Flandriæ, cum ex Iſabella Lutzenburgia & Namurcenſi tres filios, totidemque filias ſuſtuliſſet, uxori & poſterioribus liberis illud aſſignavit, ut Diploma Gallicum, (4) eodem anno datum, teſtatur, quod Philippus, Rex Galliæ, anno 1281. in Julio confirmavit. Ab eo tempore Comites Namurcenſes usque ad annum 1407. illud habuerunt, quo Johanni, Duci Burgundiæ, dominium vendiderunt, Johannes autem, Philippi filius, Adolpho, Clivix primo Duci, cum filia Maria in dotem conceſſit, (5) qui viciſſim cum Ravenſteinenſi Dynaſtia filio ſecundo genito, Adolpho, idem tradidit, cujus poſſeſſionem, a fratre Joanne literis fiducialibus acceptis, anno 1463. adiit, ſed anno demum 1473. Joanne Burgundo, Niverſii Comite, & Jacoba, ejus uxore, defunctis, potitus eſt. Et poſtmodum Philippo, filio unico, anno 1492. reliquit, cui Maximilianus Imp. Breskeſium quoque dominium dono perpetuo adjecit. Philippus vero, cum nullos hæredes haberet legitimos, Adolphum, Joannis ſecundi, Clivorum Ducis, filium ſecundum, nepotem ſuum, adoptavit: quo ipſo etiam juvene in Hiſpania, ut diximus, an. 1525. exſtincto, Dynaſtia Ravenſteinenſis & VVienendalia poſt obitum Philippi Clivii, 28. Jan. anno 1528. defuncti,

(1) Cujus Dynaſtas vid. in *Tab. Geneal. IX.*

(2) Juxta Tabulas in Cod. Diplom. No. CXL.

(3) Eoque defuncto frater ejus Philippus, poſt cujus obitum Dynaſtia hæc Ravenſteinenſis ad Clivix Duces rediit. Vide ſupra vitam *Adolphi & Philippi.* Clivix Ducibus extinctis, ortaque circa Succeſſionem in eorum terras controverſia, ita tandem de Dominio Ravenſteinenſi Electores Brandenburgenſis & Neoburgicus transegerunt, ut Dynaſtia hæc, ſolutis Brandenburgenſi quinquaginta millibus Imperialium, Neoburgico relinqueretur, hujus vero heredibus maſculis extinctis, ad Brandenburgenſes reverteretur. *Puffendorff.* de R. G. *Friderici Wilhelmi M.* Lib. 9. §. 74.

(4) Quod vide in Cod. Diplom. No. CXLI.

(5) Vide ipſas Tabulas in Cod. Diplom. No. CXLII.

Digitized by Google

ad Cliviam rediit, licet Ravenſteiniam Sylvæ-Ducenſes, tradente ipſis ejus Præfecto ex teſtamento, ut ajebant, Philippi, ad Ducis Brabantiæ, Domini feudi & legitimi ſucceſſoris, ſecuritatem, occupaſſent. Ideoque Joannes III. Clivorum Dux, anno demum 1538. admiſſus; utramque Dynaſtiam, Ravenſteinian & VVienendaliam, VVilhelmus, ejus filius, a Carolo V. Cæſare ſuperatus, an. 1543. in feudum accipere coactus eſt.

Appendix Quarta,

De Dominio Ghemenſi, ad Illuſtrem & Generoſiſſimum Ottonem, Schouwenburgium & Steinbergium Comitem, Dynaſtam Ghemenſem.

Ghemenſe Dominium ad Borckenam, territorii Monaſterienſis (1) oppidum, ſitum eſt, illudque anno 1180. Theodoricus, nominis Octavus, ut ſupra annotatum, Comes Clivenſis in ordine 24. Godefrido & Goſwino a Ghemen, patri & filio, jure feudi contulit. Poſt hos Henricus de Ghemen, quia VVilhelmo, Juliæ & Geldriæ Duci, in bello Brabantino fidelem operam præſtiterat, Bredevorda, cum Alteno & VVinterswichio pagis, anno 1389. inveſtitus eſt. Joannes, Dominus de Ghemen & Bredevorth, Henrici filius, animoſus heros, anno 1464. a Joanne primo, Duce Cliviæ ſecundo, eadem Ghema inauguratus eſt: Shorenbecium tamen, Clivorum oppidum, anno 1483. invaſit atque occupavit. Hic filiam unicam & hæredem VVilhelmi VVevelinchovii, Mareſchalci hæreditarii Colon. duxit: ex eaque filium ſuſtulit, Henricum iterum dictum. Is viciſſim ex Brunckhorſtana duas tantum filias genuit: quarum prima, Eberwieno Bentheimio, Arnholdi filio, nupta, eidem VVevelinchoviam attulit: ſecunda Carda Joannem Schowenburgium & Holſteinium, Ottonis filium, ex multis familiæ unicum propagatorem, Ghema dotavit; (2) ex qua, cum annorum quinquaginta eſſet, ne familia illuſtris interiret, ſingulari Dei benedictione, Jodocum accepit, qui, ducta VVilhelmi Naſſovii filia, Maria, iterum Henricum, in puritia extinctum, Adolphum, Archiepiſcopum Col. Joannem, ex Eliſabetha Friſia improlem, Ottonem ſucceſſorem, Antonium, poſt fratrem Adolphum Archiepiſcopum Col. Erneſtum & Jodocum cum Henrici Brederodii filia, Henrici Joannis, Ottonis VVilhelmi, Præpoſitis Hildesheimenſi atque Meſchedenſi, Hermanni Georgii & Erici patrem, fœcundo conjugio progeneravit.

Henrici filio, Jodoco Hermanno, anno 1635. in cœlibatu extincto, patrui Georgii filius unicus, Otto, omnium Comitaruum & Dominiorum hæres factus, in iisdem ex aſſe ſolus ſucceſſit. Porro, ut hoc addamus, inter Comites Schowenburgicos illuſtres admodum fuerunt: (3) Adolphus primus, Holſatiæ & Stormariæ Dux, temporibus Conradi II. Imp. anno 1020. Joannes, dictus Liberalis, Ericus, antiſtes Hildesheimenſis, Gerhardus, antiſtes Mindenſis, Gerhardus, dictus Magnus, ejusque filius Henricus, dictus Ferreus, hujusque iterum filius Gerhardus, primus in hac generoſiſſima familia Sleſwici Dux, cujus frater Henricus antiſtes fuit Oliabrugenſis, Adolphus & Antonius fratres, Jodoci filii, Archipræſules Colonienſes, Adolphus denique, qui uxorem Mariam, Meſtivoi, Pomeraniæ Ducis, filiam, accepit. Ex eadem familia prodiit Gerhardus quoque, primus Diethmarſiæ Dux, cujus filia, Theodorico Oldenburgico nupta, regium Daniæ ſtemma per Duces Holſatiæ propagavit.

Unita-

(1) Minime tamen propterea Epiſcopo Monaſterienſi ſupremum Dominium in Dynaſtiam Gehmenſem competere, Comites Limburgo-Styrumii, nunc Domini Gehmenſes contenderunt, qua de re vid. Scripta in *Fabri* Staats-Canzley P. V.

(2) A Schaumburgicis vero ad Comites Lymburgo-Styrumios matrimonio, inter *Mariam* Schaumburgicam & *Jodocum* Limburgenſem circa finem ſeculi decimi ſexti inito, pervenit, atque adhuc ab iisdem poſſidetur. Vid. adjectam *Tab. Geneal.* Dynaſt. *Gehmenſium* & Comit. *Schaumburg.*

(3) Originem illuſtri huic familiæ dedit Nobilis de Sandersleben, ortus ex antiqua Sandersleboriorum in ditione Magdeburgenſi familia. *Cranzius* Saxon. lib. 8. c. 26. *Chytræus* lib. 1. *Spangenberg.* in Chron. Schouenburg. Nobilem de *Salingsleve* vocant, atque a Francis *Salingis*, i. Saliis, ortum fuiſſe ſcribunt, quos *Meibom.* in Notis ad *Lerbecii* Chronic. Schauenb. merito redarguit. Ceterum integram Genealogiam *Comitum Schowenburgenſium*, atque ex his ortorum *Dynaſtarum Gehmenſium*, ex MS. meo Eſſendienſi *Tab. X.* adjicere operæ pretium viſum fuit.

Digitized by Google

ad pag. 364.

, quo absente Henricus de Badewida Holfatiam &

olfatiæ adjecit.
a vice nupsit HENRICO, C. Orlamundensi, tutori Adolphi IV.

nsis, ab expedit. e suo in — ALBERTUS, C. Orlamundensis, cui Waldemarus II. R. Daniæ, Holfatiam dedit, pulso Adolpho IV. Hamburgensibus 1500. Marcis jus suum in civitatem illam vendidit, captus ab Henrico, C. Swerinensi.

um — BRUNO, Episc. Olmucensis. — CONRADUS, Com. Schownb.

HARDUS, bellum gessit cum fratre propter idum Kilonienſe, & contra Regem Daniæ pro le, Duce Slesw. & ejus filiis.

bella gessit cum duce ipsorum, ociis Nobilium. olo Cathedr. — *Henricus I.* D. Holfat. infelix cum fratre in expeditione Dithmarsica. Vectigal mercibus exterorum Hamburgi imposuit. Ob. 1310. Ux. *N.* filia D. de Bronchorst. — *Ludgarda*, vel *Agnes*, Uxor Johannis, D. Luneburg.

Ericus, D. Sl… ab Avunc… defensus a… sus Regem… niæ, captui… Hamburgi… custodia de… tum. Ux. N… ptis Avunc… Gerhardi.

Woldemarus, *Henricus Otto*, mortui sine liberis.

Gerhardus, Ep. Mind. Conditor Arcis Petershag. Ob. 1353.

GERHARDUS III. *Magnus*, cum fruſtra speraſſet dignitatem Ecclesiasticam ab Hartwico Reventlo, Holfatiæ fuit præfectus, & Adolpho occiso Segebergam obtinuit. Adolphum VIII. Com. Schownb. & Christoph. Daniæ R. captivos duxit, interfectus tandem a Nob. Dano *Nigels* 1332. Ux. *N.* filia Johann. II. D. Sax. inf.

JOHANNES V. qui bellum cum fratre contra Dithmarsos gessit, sed cæsus ab iis vix evasit. Ob. 1359.
|
Agnes, Ux. Erici II. D. Saxon.

Ericus, D. Slesw. — *Wa… Slef…

(1) ADOLPHU… C. Holsat. ab… wico Reven… interfectus, q… cædem istan… mam profect… solutionem… travit. Ex co… na, sorore R… lovii, suscep… um naturalem… mul interfec… cum patre 13…

HENRICUS *Ferreus*, bellis, adversus Lubecenses, Hamburgenses, Finnos, Regem Galliæ, pro Eduardo, R. Angliæ, in quo Johannem, Boh. R. cepit, atque in Apulia pro Urbano VI. Pontif. gestis, celebris. — *Nicolaus*, qui Flensburgensibus jura civitatis concessit, bellis quoque feliciter gestis inclytus.
|
N. filia — Uxor (1) Alberti III. D. Megapol. (2) Eric. III. D. Saxon. — *Elisabetha*, a sponso Hacquino, R. Norwegiæ, deserta, Monasterium S. Brigittæ in Suecia ingressa. Ob. 1362.

Gertrudis — GERHARDUS V. C. Holst. Storm. D. Slesw. I. & C. Dithm. mortuo Nicolao patruo. Uxor *Catharina*, filia Magn. Torq. D. Brunsw. Victa cum Tutoribus ab Henr. — *Henricus*, Ep. Osnabrugg. relicto, cum Tutoribus filiorum Gerhardi V. bellum gessit, tandemq; in Monasterio Bardenshol. ob. 1421.

Adolphus XI. ob. juvenis 1474. — *Eric…* ob. 14… ἄπαϊ…

Henricus, Sponsus interfectus, cum Flensburgum obsideret, 1427. — *Hedwigis*, Uxor 1. Balthas. D. Megapolit. 2. Theod. Com. Oldenburg.
|
Christianus, R. Dan. & Successf. Adolphi patrui in D. Holst. — *Adolphus VIII.* D. Slesw. ultimus D. Holsat. ex familia Schownburgica. Ob. 1459. — *Gerhardus VI.* ob. 1433. Embricæ in itinere ad March. Badens. cujus filiam *Agnetem* uxorem habebat.

Otto ob. puer. — *Henr…* fe… — *Erneſtus.* — *Ma… Nicolen.* — *Elisabeth.*

Digitized by Google

Unitarum Juliæ, Cliviæ, Montium, Marchiæ & Ravensburgiæ provinciarum modernarum

MEMBRUM TERTIUM,

De Provincia Julia, ejusque Comitibus, Marchionibus & Ducibus.

Poſt Comites Clivorum viginti octo, Comitesque Marcanos novendecim, Duces denique Clivorum ſex, qui ex his orti, ſequitur, ut Juliorum Comitum, Marchionum & Ducum ſeriem expediamus.

Ipſa Provincia, ut eam ante omnia deſcribamus, inter Moſellam, Moſam & Rhenum interjacet. Aërem ſaluberrimum, ſolum frugum feraciſſimum habet, vinum etiam in ſuperioribus partibus producit.

Præfecturas, urbes & oppida continet: Zinzigienſem & Regiomagiam, Comitatum Nuenaricum, Monaſterienſem Eyfliæ, Euskirchianam, Thombergiam, Nideccíam, Norvenichiam, Heimbachiam, Montis-Jovíam, Marcoduranam, Birckesdorphiam, Staelbergenſem, Elchweileranam, Juliam, Aldenhoeviam, Pierenſem, Hambochiam, Schonforſtanam, Wilhelmſteiniam, Millenſem, Bornenſem, Sittardiam, Fucentiam, Gangoltinam, Geilekirchiam, Heinsbergiam, Waſſenbergiam, Randeraediam, Linnichiam, Boeslariam, Brugenſem, Dulkeniam, Dalenam, Suichteliam, Waldenielam, Gladebacenſem, Grevenbruchiam, Caſtrenſem, Berchemiam & Duromagiam. *Præfecturæ, urbes & oppida Provinciæ Juliæ.*

Harum præfecturarum & oppidorum multa, tum Impp. Romanorum & Comitum Palatinorum Rheni, Imperii Electorum, qui a Francorum Regibus eadem acceperunt, beneficio, ſeu titulo feudi, tum emptione atque conjugio, bello denique acquiſitæ, ad Juliam tranſierunt. Nam Zinzigium & Regiomagum oppida anno 1348. titulo pignoris Carolus IV. Imp. Wilhelmo I. Juliæ Duci, contulit. Marcodurum Fridericus II. Imp. primo quidem Wilhelmo, nominis V. Juliæ Comiti, 50. mille florenorum pretio oppignoravit: ſed poſt eandem Carolus IV. anno jam dicto, cum Zinzigio & Regiomago oppidis confirmavit.

Otto vero, Palatinus Comes, Dux Bavariæ, patre Ludovico, avo Ottone genitus, primus hujus familiæ Elector Septemvir, 16. Cal. Martii, an. 1330. Advocatias in Briſack, Vilich, VVeſelich, Bercheim, Pfaffendorph, Holtzweiler, Munſter, Greſſenich prope Staelbergam, Vrotzheim, & in Tolbiaco, hodie Zulich/ bona multa, curtes nimirum 23. cum earundem jurisdictione, item patrocinium Eccleſiæ ibidem S. Mariæ, Dornich, integrum denique Comitatum & jus nemoris, cum bonis allodialibus in Lœvenich, eidem Wilhelmo, Juliæ Comiti ultimo, primoque ejus Marchioni & Duci, Francofurti in feudum tradidit: (1) Præſentibus VVilhelmo, Advocato Aquisgranenſi, Chriſtiano Pincerna de Niedecke, Henrico Bouff & Carſilio, milite Julio. *Marquardo Freberus in originibus Palatinis.*

De his feudiſ Palatinis idem VVilhelmus, primus Juliæ Marchio & Dux, Ruberto ſeniori, Comiti Palatino Rheni, Duci Bavariæ, 26. Januar. an. 1457. fatetur, etſi Comitatum Julium in Ducatum, Dominium Falcobergium in Comitatum Carolus IV. Imp. ex clementia Cæſarea evexerit, hoc tamen fidelitati ſui homagii neutiquam derogaturum.

Iidem Palatini bonam partem Comitatus Nuenarici Principibus Juliis in feudum largiti ſunt.

Falckobergium Dominium anno 1346. a morte Theodorici, ultimi ejus Dynaſtæ, in bello Leodienſi occiſi, & ſine hæredibus mortui, cum Dynaſtia Bornenſi, ſub qua Sittardia, ad eundem VVilhelmum, primum Juliæ Marchionem & Ducem, ejus avunculum, pervenit, cujus poſteri poſtea cum Dominio Caſtrienſi illud permutarunt.

Heinsbergicam Dynaſtiam, ſub qua olim arx Millenia, Fuichtum, Gangoltum, Geilenkirchium oppida, conjugio an. 1472. VVilhelmus, in hac familia Ducum Juliorum ultimus, Eliſabetha Heinsbergiæ copulatus, acquiſivit, inprimis an. 1494. omnia hæc oppignorata iterum redemit, propriaque vendicavit; & tandem an. 1499. cum aliis Dominiis permutavit.

VVaſ-

(1) Ut patet ex Wilhelmi literis Recognitionis Feudalis in Cod. Diplom. No. CXLIII. Errat vero Autor, quando Wilhelmum illum ultimum Comitem & primum Marchionem Juliæ vocat.

Digitized by Google

Waſſenbergia, a Maximiliano Auſtrio Cæſare per conjugium Mariæ Burgundicæ, Brabantiæ Ducis, anno 1498. eidem Wilhelmo, Juliæ Duci hujus proſapiæ poſtremo, Friburgi Briſgoiæ cum Roda & Hertzogenraedia oppignorata, an. 1544. per tractatum Bruxellenſem Juliæ acceſſit.

Similiter præfectura Brugenſis pignus fuit Ducis Brabantini, primo Comitibus Morſenſibus traditum, a quibus ad Principes Julios pervenit.

Linnichia permutatione cum Abbate Prumienſi inſtituta acquiſita.

Aldenhoeviam ab Eccleſia metropolitana Col. Principes Juliæ acceperunt.

Randeradia, a Frid. II. Imp. deſtructa, iisdem obvenit. Sed hæc ſingula in ipſarum urbium Juliacarum ſtatu indicare, latiusque deducere, operæ pretium erit.

P. Streithag. in Syntagm. urbium Juliacarum.

Sunt vero ex omnibus iſtis urbibus metropoles quatuor, quæ ſuffragium in Comitiis habent: Monaſterienſis Eyfliæ, Euskirchia, Durena & Julia.

Monaſterium Eyfliæ ad differentiam ejus, quod in Weſtphalia eſt, ita dictum, & a collegio Canonicorum, qui olim ſub regula communiter vixerunt, jam vero cum aliis ad libertatem hodiernam tranſierunt, appellatum, montibus Eyfliacis, in quibus Eyſla fluvius parvus natus ſteriles agros pertranſit, incingitur, ut non niſi prope conſtituris appareat.

Euskirchia ad Ervatem fluvium amœno & fertili loco poſita eſt.

Durena, Tacito Marcodurum, vicus Ubiorum, ſubacta a Romanis Gallia, in poteſtatem eorum conceſſit; inde a Francis victoribus occupata, & Auſtraſiæ unita eſt. Quo tempore, ut ſupra in antiqua Julia annotavimus, diverſi Regum & Principum conventus ibi habiti ſunt. Mortuo vero anno 912. Ludovico IV. ultimo Carolinæ ſtirpis Franciæ Rege, Gallis omnibus Lotharingia a Germanis exactis, ab Ottone Imp. collegio Aquenſi tradita, poſtliminio ad imperium rediit.

Anno 1124. muris cingi cœpta, ut verſus indicant, frontiſpicio curiæ inſcripti:

Anno milleno centeno bis duodeno
Durenſes duros cæperunt condere muros.

Hæc a Friderico II. Imp. Wilhelmo, Juliæ Comiti, 50. florenorum mill. pretio primum oppignorata, & anno 1348. cum Sintzigio & Regiomago oppidis, a Carolo IV. Imp. Wilhelmo primo, Juliæ Marchioni & Duci, confirmata: inde ædium ſplendore, plateārum nitore & civium negotiatione multum augmentata, Ocellus urbium Juliacarum merito appellatur. A Cæſarianis in bello Geldrico anno 1542. intercepta, aſperrima hyeme a Wilhelmo, Juliæ Duce, recuperata, anno inſequ. ipſa Bartholom. iterum in poteſtatem eorundem pervenit; poſt reconciliationem vero Wilhelmi, Juliæ Ducis, cum Cæſare Carolo, eidem anno 1544. cum integro Ducatu reddita. In hac urbe caput oſtentatur S. Annæ, quod a Latomo Moguntiæ ex æde S. Stephani, circa feſtum conceptionis D. Mariæ virginis, anno Domini 1100. fortim ablatum, & huc allatum fertur: unde diuturna, eaque ſumptuoſa lis inter Moguntinos & Durenos apud curiam Romanam fuit, quam tandem Julius ſecundus Pontifex anno 1507. ita decidit, ut, quia Moguntini caput hoc irreverentius habuerant, atque negligentius, ut furibus præda facta ſit, Marcoduranis maneret, qui illud hodie magna religione colunt, & quotannis multo hominum concurſu circumferunt, inprimis vero, ne ſibi rurſus auferatur, arctius cuſtodiunt.

Juliacum antiquum, (1) a quo ditio integra nomen ſortitur, inter propugnacula a Romanis, contra Barbarorum irruptiones excitatas, numeratur, imo Druſi opus aſſerere non veretur Streithagenus in Syntagmate urbium Juliacarum; illud primo anno 887. a Nordmannis, crudeliſſime per inferiorem Germaniam graſſantibus, una cum aliis multis oppidis conſumptum. Deinde anno 1177. poſt occiſum Aquis in templo regio Wilhelmum Comitem, a Siegfriedo Weſterburgio, Archiepiſcopo Col. graviſſima damna iterum pertulit. Anno 1348. horrendo terræ motu quaſſatum. Anno 1398. a Brabantinis in bello Geldrico deprædatum. Ex quibus omnibus caſibus, cum jam Juliacum Juliaci

(1) Merito antiquum vocat, quippe cujus in *Itinerario Antonini* atque apud *Ammianum Marcellinum* lib. 17. cap. 7. jam mentio fit. A quo autem, an Julio Cæſare, an Julia Agrippina, Neronis matre, a cujus quoque nomine Ubiorum oppidum Colonia Agrippinenſis appellatur, condita ſit, nomenque acceperit, an vero inter quinquaginta Caſtella Druſi, de quibus *Florus* lib. 4. cap. 12. numeretur, incertum eſt. Vide *Nicol. Sellium* in Veſalia Obſeq. p. 45.

Digitized by Google

liaci quærendum eſſet, tempore Wilhelmi, penultimi Ducis, novis ædificiis & propugnaculis, inprimis arce munitiſſima & pulcherrima inſtauratum, inque templum ejus vetuſtum anno 1569. Canonici Nideccæ deducti ſunt.

Ut vero alias præfecturas cum oppidis his quatuor præcipuis accenſeamus, a ſuperioribus ad inferiora deſcendentibus, primo occurrit Sintzigium, non procul a Rheno ſitum, a Sunicis, incolis vetuſtis, ita appellatum, quos Civilis, ſocietate Agrippinenſium, ſicuti in antiqua Julia narravimus, auctus, occupavit, eorumque juventutem per cohortes compoſuit.

Hic anno 1180. Friderico Barbaroſſæ Imperatori legati Regis Francorum, Comitisque Flandriæ, ob Henricum Leonem, Saxoniæ & Angriariæ Ducem, ditionibus ſuis exactum, de rebellione & conſpiratione cum ipſo inita, excuſarunt: Philippus quoque Suevus, Barbaroſſæ ex filio Henrico ſexto, in diademate imperii ſucceſſore, nepos, qui contra Ottonem Saxonem, imperii rivalem, bellum geſſit, ibidem anno 1207. cum aliquibus Principibus convenit, & legatos Colonienſium, in ſuam urbem illum invitantium, audivit.

Regiomagum, quaſi novorum amicorum vicus regius nominatum, in eodem bello Cæſarum Philippi Suevi, & Ottonis Saxonis, a VValramo, Henrici, Ducis Limburgenſis, filio, qui nunc Philippo, nunc Ottoni patrocinatus fuit, exuſtum.

Utrumque vero, tum Sintzigium, tum Regiomagum, ut ſupra diximus, beneficio Caroli IV. Imp. anno 1348. ad VVilhelmum primum, Juliæ Marchionem & Ducem, pignoris titulo pervenit.

Comitatus Nuenaricus non a nova Aquila, ut vulgo exiſtimatur, ſed nova Ara fluvio denominatus; caſtris Nuenarico, Garsdorpio, Rodesbergio & Bickendorphio a Friderico Saerwerdano, Archiepiſcopo Col. anno 1371. deſtructis, Comites ejus ſolum nomen retinuerunt; tum vero ad Comites Vierneburgios per conjugium derivarunt: mortuo autem anno 1545. Cunone, ultimo Vierneburgio & Nuenario Comite, ſine liberis, bona Comitatus Nuenarici pars ab Electore Palatino, Friderico ſecundo, VVilhelmo, Juliæ, Cliviæ, Montium Duci, cum prioribus feudis Palatinis Juliis, jure fiduciæ conceſſa eſt. *Marq. Freherus in originibus Palatinis L. II. cap. 8.*

Monjoyum, vel quaſi meæ deliciæ, quod in eo & vicino tractu prope Aquasgraneas Carolus Magnus venationis & animi cauſa libenter ageret, dictum, vel potius a Monte-Jovis appellatione, non Franco-Gallica, ſed Romano-Latina, melius & rectius Montis-Jovium ſcribitur. Pro cujus poſſeſſione acriter ſæpe diſceptatum eſt.

Eſchweilera, ſupra Ingam ſita, carbonum, in vicina ſylva erutorum, & per totam provinciam Juliam devectorum, proventu nobilitatur.

Aldenhoevia, ad primum a Juliaco lapidem poſita, quondam, Valerio Andrea teſte, metropolitanæ Eccleſiæ Col. hæreditaria, penes Principes Juliacenſes, qui Advocatiam ejus geſſerant, tandem hæreditaria permanſit.

Niedecca, ab odio, neſcio quo vel cujus, ita dicta, antiqua Comitum Juliacenſium ſedes eſt, ab arce in colle munitiſſima, cum oppido a VVilhelmo Julio primum excitata, ſed quam longinquitas temporis conſumpſit. Eadem a magnificæ aulæ latitudine celebratur, a VVilhelmo primo, Juliæ Marchione & Duce, ſtructa, quæ tanta fuit, ut haſtiludio aliquoties frequentata ſit. Anno Chriſti 1206. ad illam Philippus Suevus Cæſar de Ottone Saxone, imperii rivali, ejusque aſſecla, Henrico Limburgio, triumphavit. Arcis cuſtodiis ſub Wilhelmo IV. Juliæ Comite, an. 1226. Engelbertus Falckenburgius, Ubiorum Archimyſta: ſub Gerhardo vero, ejus filio, etiam Reinholdus Falckenburgius anno 1316. ſub VVilhelmo denique ſecundo, Juliæ Duce, VVenceslaus, Brabantiæ Dux, Caroli IV. Imp. frater, an. 1371. aſſervati fuere. Multis gaudet privilegiis, inque ejus muros antehac cœnobium Virginum Prætnonſtratenſe collocatum, cujus loco hodie Prioratum, quem vocant, Monachi Steinfeldenſes adminiſtrant: VVilhelmus denique primus, Juliæ Dux, authoritate fratris VValrami, Archiep. Colon. an. 1342. collegium Canonicorum ex Stommelio pago huc deduxit, quod poſtea, nempe an. 1569. ut diximus, Juliacum translatum eſt.

Sittardia a Moſa Italico circiter milliari diſtat, unde negotiationi apta, in cultris, ſeris & candelabris ferreis parandis & devehendis occupatur. Eam anno 1234. Joannes

Digitized by Google

Catalogus antiſtitum Leodienſium Joh. Placentini Trud.

Oppianus, Regum Francorum origine clarus, Epiſcopus Leodius, duobus millibus Marcarum acquiſitam, VValramo, aliis Valeriano Falckenburgio, ſuo Mareſchalco, in feudum tradidit, qui Bornæ quoque, cujus metropolis Sittardia, Dominus fuit, & in hac an. 1292. collegium Canonicorum excitavit. Anno 1317. obſeſſa, & 1318. in bello inter Joannem, Brabantiæ Ducem, & Reinholdum Falckoburgium, VValrami filium, poſt gravem obſidionem perpeſſam, expugnata, in illius poteſtate usque ad annum 1334. permanſit. Quo tempore, Adolpho Marcano, Epiſcopo Leodio, multisque aliis Principibus contra Joannem, Brabantiæ Ducem, conſpirantibus, ad antiquum Dominum rediit: a morte vero Theodorici Falckenburgici, qui in prælio, inter Engelbertum Marcanum, Epiſcopum Leodienſem, Adolphi patrui ſucceſſorem, atque ſubditos geſto, anno 1346. cœlebs occubuit, ad VVilhelmum I. Juliæ Marchionem & Ducem, illius avunculum, pervenit.

Sueſterena, Sittardiæ vicina, Moſæque proxima, a tribus ſororibus, earumque templo, quod condiderunt ibi, collegiali, nomen traxit; paucis abhinc annis atroci incendio conflagravit.

Urmunda in ripa Moſæ, vicus magis, quam oppidum, telonio inſignis eſt.

Heinsberga, vel quod Heinrici mons ſit, vel ab equo & aggeſto nomen habet, unde a Petro Streithageno, hic Canonico, mons Caballinus appellatur, in extremitate provinciæ Juliæ, qua Septentrioni objicitur, in confinio Ducatus Geldrici duobus milliaribus Ruremunda diſſita, Dominorum gloria, civium privilegiis, aëris temperie, & ſitus amœnitate, nulli urbium Juliacenſium poſtponenda. Circuitu ad unius circiter horæ ſpatium ejus amplitudo clauditur. Deflectit leviter ab Oriente in Septentrionem, & planum in paludes, quod, ſicut de Anxure oppido Volſcorum Plinius ait, formam oblongam præbet. Templum D. Gangolphi in clivo exſurgit, cui caſtrum in altero latere ex adverſo reſpondet, utrumque altiſſima turri longe lateque conſpicuum. Caſtrum inſigni Canonicorum collegio, ab Oda, Heinsbergi Domina, an. 1140. fundato, condecoratur. In umbilico vero oppidi Goſwinus II. Heinsbergæ Dominus, & Aleidis Palatina Sombersbergenſis, ipſius uxor, nobilibus virginibus Præmonſtratenſis inſtituti monaſterium an. 1150. excitarunt, quod usque ad Caroli V. tempora mœnibus excludebatur; in bello vero, quod cum hoc Cæſare, ob Ducatum Geldricum, Wilhelmus, Juliæ, Cliviæ, Montium Dux, geſſit, Heinsberga mœnibus, foſſis, portis ac propugnaculis munita, iisdem incluſum fuit, adeo, ut 13. Octobr. an. 1442. a Cæſarianis urbs intercepta, integro anno, ſicut nec Sueſterena, recipi potuerit: in poteſtatem vero Juliæ Ducum an. 1472. per conjugium Eliſabethæ Heinsbergicæ, Wilhelmo, Juliæ Duci hujus proſapiæ poſtremo, copulatæ, pervenit; antea tamen, cum ſibi ſubjectis Gangolto, Milla ac Fuichro, a Theodorico III. Heinsbergenſi Dynaſta, cum pro Comitatu Loſſenſi bellum gereret, & pecuniæ indigus eſſet, pro 24. millibus veterum Scutorum Reinholdo, Geldriæ Duci, an. 1336. obligata, ſed an. 1484. a Wilhelmo ſupradicto, Juliæ Duce, reluitione pignoris, in perpetuum provinciæ ſuæ vindicata.

Quæ ad Dynaſtiam pertinent oppida, Gangoltum a Gangulpho, Heinsbergenſi patrono, & Fuichtum, ſive VValdfuctum, ab humiditate loci, & ſylva, eo loci pro oppidi extructione exciſa, unde hodieque Satyrum pro inſigni habet, nomenclaturam ſortiuntur.

Geilenkirchia olim quoque Dynaſtiæ Heinsbergicæ annexa, ad VVormium fluviolum ſita, cum antea municipium eſſet, anno 1484. a Wilhelmo, Juliæ Duce hujus familiæ ultimo, jure civitatis donata eſt. Hæc mercatu hebdomadario tempore quadrageſimali nobilitatur.

Randenradia itidem ad VVormium fluviolum jacens, ab eo, in geminum alveum excurrente, alluitur. Nomen autem a generoſa familia habet, quæ cum agro vicino eam antiquitus poſſedit, variisque caſibus diverſis temporibus vaſtata fuit. Cum enim Gerhardus Randenradius in bello civili Philippi Suevi & Ottonis Saxonis Impp. cum Bernhardo Horſtmario anno 1214. captus eſſet, Randenradia a Theodorico Heinsbergio, Archiepiſcopo Colon. invaſa & deſtructa eſt. Præcipuam ei vaſtitatem attulit, quod ab Albigenſibus infeſta fuit. Nam ideo Henricus, Brabantiæ Dux, P. Divæo lib. 10. rerum Brabant. teſte, juſſu Gregorii IX. Pontificis, anno 1226. iterumque an. 1239. binis, iisque acri-

acribus, expugnationibus illam totam evertit: ex quibus ruinis quatuor adhuc lateritiæ turres arcis, unde priſtina poteſt colligi magnificentia, ſuperſunt: ſic igitur caſtigata Juliæ acceſſit.

Linnichia, prope Ruram, depreſſiori loco ibi prætерfluentem ad montem, in quem aſſurgit, condita, olim Abbatum Prumienſium peculium, poſtmodum Juliæ permutatione acceſſit, & præfecturæ Boslerianæ unita eſt. Anno 1398. a Brabantinis in bello Geldrico deprædata.

Waſſenberga, quaſi **Wache am Berg**/ id eſt, ad montem excreſcens dicta, quia a pede montis ſenſim cum clivo civitas aſſurgit, primum Geldrici juris fuit. In ea ſiquidem Gerhardus, ejus nominis primus, Comes Geldriæ, Ottonis primi filius, cum conjuge Hedwiege Hollandina, anno 118. collegium Canonicorum fundavit, inde ad Limburgenſes tranſiit. Poſtmodum a morte Walrami, ultimi Limburgenſis Ducis, & fratris Adolphi Montenſis, de ejusdem proprietate controverſia fuit, Reinholdo Geldro, qui Irmengardem, unicam Walrami filiam, duxerat, & Adolpho Montenſe eam ſibi pariter vendicantibus. Ob quam litem bellum Worringenſe anno 1288. exortum eſt: quo Reinholdo Geldro cum Siegfriedo Weſterburgio, Archimyſta Col. a Joanne, Brabantiæ Duce, & Adolpho Montano victis & captis, Waſſenbergam Adolphus Joanni Brab. vendidit. Anno 1295. quod imperium Joannis, Brab. Ducis, filii, itidem Joannis dicti, utpote novi Domini, derrectaret, funditus, ſalva tamen Eccleſia collegiata, everſa eſt. Poſt multorum denique Dominorum mutationem, anno 1498. per Maximilianum Auſtrium Imp. & per conjugium Mariæ Burgundicæ, Brabantiæ Ducis, Wilhelmo, Juliæ Duci hujus proſapiæ poſtremo, Friburgi Brisgoiæ cum Roda & Hertzogenradia obligata: tandem ejus proprietas per tractatum Bruxellenſem anno 1544. Juliacenſi provinciæ in perpetuum ceſſit. Non longe hinc Myrica, locus plurimorum ſupplicio infamis, abeſt, in quo, vel vicinis certe locis paludoſis, an. 1206. Philippus Suevus & Otto Saxo de imperio dimicaſſe leguntur.

Bruga, arcem habens, unde tota præfectura denominatur, pignus quondam fuit Comitum Moerſenſium, qui illud a Principibus Geldris conſecuti ſunt: iisque pignus reluentibus, tandem per tractatum Bruxellenſem ſæpe memoratum anno 1544. etiam Juliæ unita eſt. Hæc præfectura etiam alia oppida ſuo ambitu complectitur: qualia ſunt Dalenum, Dulckenum, Suchtelenum, quæ lino, ut totus ille tractus, copioſiſſimo & optimo abundat.

Dalenum aliud a Dalheimio Limburgenſi, monaſterio religioſarum virginum, & clade Batavorum anno 1568. nobilitatum eſt.

Dulkenum fontem in ſe habet ſalientem, Neetam, qui non longe poſt in fluvium excreſcens, molas circumagit.

Suchtelenum, ſicut & Waldenielium, municipia potius ſunt, quam oppida: quorum iſtud Irmgardis, Zutphaniæ Comes, Eccleſiæ Col. collegio Pantaleonæo legavit.

Gladebacum Joannes Buchlerus, nobilis ejus indigena, lubricum torrentem interpretatur; alii Galbiacum Taciti eſſe putant: ubi ordinis Benedictini monaſterium celeberrimum Gero, Archiepiſcop. Col. circa an. Domini 971. condidit. Oppidum vero, in finibus Agrippinenſium ſitum, Noveſio propius, ſed quatuor milliaribus Juliaco diſtat.

Grevenbruchium, ultimum ad Ervatem Juliæ oppidum, arce ſplendida, patria Wilhelmi Inſulani, Præpoſiti ad D. Adelbertum Aquisgrani, & monaſterio egregio Wilhelmitarum ordinis Eremitarum D. Auguſtini clarum eſt.

Caſtrenſe oppidum, a caſtro magnifico, quo munitur, dictum, itidem ad Ervatem ſitum, cum ditione ei ſubjecta, olim peculiaribus Dynaſtis paruit: Gerhardus enim, Walrami, Juliorum Comitis, frater, ejus Dominus in antiquis literis appellatur. Poſtea cum Dynaſtia Falckenburgica fœde permutatum, ut rythmus habet Germanicus:

Der muß Schandt haben vnd Laſter,
Der Falckenburg gab vmb Caſter.

Berchemium denique, ultimum Juliorum, quia Coloniam proxime contingunt, oppidum, Ervate fluvio alluitur & perluitur, cum integra ſua Dynaſtia a Comitibus Palatinis in feudum Comitibus Juliis conceſſum, olim ſimiliter peculiarem Dominum agnovit.

Digitized by Google

Inferioris Dynaſtiæ Dominia, quæ Ducem Juliæ feudi Dominum agnoſcunt, in ampliſſimo Ducatu & plurima & eximia ſunt. Hæc juxta præfecturas jam porro recenſebimus.

Dominia Provinciæ Juliæ 82.

In præfecturis Zintzigienſi & Regiomagia ſita ſunt: Burgbrœlum, Hersbachium, Kaldenbornium prope Altaquilium, Bocholtium, Francenum, Ginnenichium, Verendorſium, Odinckhovium, Lauterhovium, Lantzcronium, Winteranum, Conigsfeldium, Herckenbachium. In Comitatu Novarienſi: Merckenheimium, Alertzheimium. In Monaſterienſi Eyfliæ præfectura: Lindanum, Freisheimium, Vilchelium, Vettelhovium, Kaldenbornium, Artzdorffium, Merlium, Lamersdorfium, Luſingium, Blanckenheimium, Gerolſteinium, VVeinheimium, VVinterbergium, Marſchalradium, VVildenbergium, Dollendorfium, Holtzium ad Bleibergam, Schmitheimium, Hartzheimium, Gleheimium, Saltzfejum, Zerelium, Antweileranum, VVachendorffium, Burgfejum, Henirodium, Schurenum, Eichium, Lantradium, Sahranum, Blittersbergium. In Euskirchiana præfectura: Billichium, Ruxheimium, Ewenheimium, Bullesheimium magnum. In Heimbachiana unicum Sleidanum. In Nidecciana præfectura Drimbornium, a qua familia nobiliſſima in Ducatu Julio, cujus majores illud poſſederunt, ſed ab illo fato quodam dejecti ſunt, hodieque denominantur: Gortzenum, Eixium, Metternichium, Gladebacenſe, Binsfeldenſe, Druiſium, Burggarium. In Norvenichiana Gortzenichium, Frentzium, Merodium. In Bercheimia Etzweileranum, Turnichium, Vogbellenſe, Freechenſe, Hemmersbachium, Sunddorffium, Fliſtedium. In Caſtrenſi præfectura Newradium. In Julia Weiſweileranum & Settericenſe. In Bosleriana Tetzium. In Gladebacenſi Rhedanum. In Eſchweilerana Stolbergicum. In VVillenſteinia Kintzweileranum, ad Comites Waldeccianos ſpectans, Bergenſe, Heidanum. In Bornenſi Limbergium & Keltzenichium. In Waſſenbergenſi Tuſſenbrochium. In Summa 82. Dominia.

Status Eccleſiaſticus Provinciæ Juliæ.

A Seculari Provinciæ Juliæ ſtatu ad Eccleſiaſticum tranſimus: In quo, præter Dominus Commendatorias S. Joannis, etiam multas Abbatias præclaras, inſignes Eccleſias collegiatas, & multa utriusque ſexus Monaſteria numerat.

Domus Commendatoriæ Ordinis S. Joannis ſunt: Elſenia, prope Grevenbruchium, Slerſtorphiana in præfectura Aldenhœvia, Nidecciana.

Abbatiæ ſunt: Prumienſis in Eyflia, S. Cornelii ad Indam, Gladebacenſis, omnes familiæ Benedictinæ, ſub tutela Juliorum Principis, & Steinfeldenſis inſtituti Præmonſtratenſis.

Prumienſis a Pipino, Caroli M. patre, fundata, etſi diœceſi Trevirenſi ſubjecta, eam hic tamen, tum ob vicinitatem, tum quod ejus beneficio Principes Julii multa loca conſecuti ſunt, recenſemus.

S. Cornelii ad Indam etiam circa Carolina tempora fundata eſt. Anno 1310. a civibus Aquenſibus vaſtata, juſſu Henrici VII. Imp. & Henrici Vierneburgii, Colonienſis Archiepiſcopi, ab iisdem inſtaurata.

Gladebacenſis ſub Ottone primo & ſecundo, patre & filio, Impp. a Gerone, Ludovici Saxonis filio, Archiepiſc. Colon. circa annum Chriſti 971. inſtituta, & S. Viti memoriæ conſecrata eſt. Primus ejus Abbas fuit Sanderadus, authore Molano, cujus natalis in 24. Auguſti, vel 9. Cal. Septembr. incidit. Eadem caput S. Laurentii Martyris aſſervare dicitur, quod nuper adeo Rex Hiſpaniarum, Philippus IV. magnis precibus & donis a Præſule Collegii impetrare non potuit.

Steinfeldenſis itidem in Eyflia inſtituti Præmonſtrati Abbatia Lipſanis Sanctorum, Potentini, Fælicis & Simplici, habitatione etiam B. Joſephi celebris eſt.

Eccleſiæ collegiatæ Provinciæ Juliæ.

Eccleſiæ collegiatæ Provinciæ Juliæ ſunt: Monaſterienſis Eyfliæ, Juliacenſis, VVaſſenbergenſis, Heinsbergenſis, Sororia & Sittardienſis.

Monaſterienſis Sanctorum Chryſanti & Dariæ memoriæ ſacra eſt, quorum reliquias ſub Sergio II. Pontifice Romano, anno 844. Marquardis, Abbas Prumienſis, Roma eo detulit, a quo Prumienſis collegii vicini merito Colonia appellatur. Sic autem dicta eſt, quod Canonici olim ſub regula communiter vixerunt, qui hodierno tempore cum aliis ad libertatem irregularem & ſecularem tranſierunt.

Juliacenſis primum in pago Stommelenſi fundata, inde anno 1342. a Wilhelmo pri-

Digitized by Google

primo, Juliæ Marchione, authoritate fratris Walrami, Archiepiſcopi Colon. Nideccam, indeque Juliacum a Wilhelmo, Clivi æ, Juliæ, Montium Duce, anno 1569. deducta.

Heinsbergenſis ab Oda, Heinsbergæ Domina, Goſwini Falckenburgici ſorore, anno 1140. condita eſt, eique anno 1224. decimæ Kempenſes a Theodorico primo, Godefridi filio, Dynaſta Heinsbergenſe, tributæ: anno vero 1257. ex caſtro, in quo primitus collocata, in Parochialem Eccleſiam ab Henrico primo, Theodorici filio, omnibus illius proventibus una cum ſacellis Kirchovienſi & Kempenſi collegio affignatis, translata.

Waſſenbergenſis a Gerhardo primo, Ottonis filio, Geldriæ Comite, cum conjuge Hedwiege Hollandia, anno 1110. pridie Cal. Octobr. D. Virgini & S. Georgio conſecrata, & conſenſu Otberti, Epiſcopi Leodienſis, in allodio ſuo ſtructa; in quo nihil ſibi ibidem, quam caſtrum & preces Deo famulantium, ut literæ fundationis habent, reſervavit: has Henricus Geldrus, Epiſcopus Leodienſis, anno 1263. recognovit.

Sororiam Canonicorum & Canoniſſarum Willibrordus Epiſcopus molitus eſt. Nam anno Dagoberti, Francorum Regis, quarto, Chriſti 714. ſexto Nonas Martii, Pipinus, Major domus regiæ, ipſi villam, ſicut Theofridus, Abbas Epternacenſis, in vita VVillibrordi loquitur, in pago Moſariorum, a præterfluente rivo Sueſtra nomen ſortitam, & per Plectrudem ab ingenuis coëmptam, contulit, in qua VVillibrordus illuſtre virginum Canonicarum collegium, cui etiam Canonici additi ſunt, condidit. Illud poſtmodum tres ſorores, Gertrudis Nivigillæ, Aldogundis Mambolii, & Amelberga, hujus authores, auxerunt. In quo etiam Swentiboldus, penultimus Lotharingiæ Rex, ob flagitia & vitæ turpitudinem an. 1009. interemptus, cum filia Cæcilia inhumatus eſt.

Sittardienſis a VValramo Falckenburgio anno 1292. in ædem, D. Petro ſacram, collocata eſt. Templi hujus turris faſtigium ante annos aliquot cœleſti igne conflagravit, Deo præſtigiatorem, quod inde per ſunem decurriſſet, vindicante.

Monaſteria in Ducatu Julio utriusque ſexus recenſentur. *Monaſteria.*

Monachorum quidem diverſorum ordinum, Eremitarum S. Auguſtini, ſpecialiter VVilhelmitarum, Cruciferorum, Carthuſianorum, Franciſcanorum, Dominicanorum. *Monachorum.*

VVilhelmitarum cœnobium eſt Grevenbruchi.

Cruciferorum: Swartzenbergium in præfectura VVillemſteinia. Item aliud eorundem Cruciferorum Brugis Vincentius Moerſanus & Anna Palatina, conjuges, anno 1499. ædificarunt.

Hohenbuſchium etiam, communiter Hompeſchium, in præfectura VVaſſenbergenſi, Crucigeris conſecratum eſt. Ex hoc etiam Dulkenum deductum eſt.

Carthuſianis clauſtrum ad avium concentum, **zu dem Vogelſangh**/ prope Juliacum oppidum, anno 1504. VVilhelmus, Juliæ hujus proſapiæ ultimus Dux, cum conjuge Sybilla Brandeburgica, ſtruxit.

Franciſcani minores ſunt in VVelchenbergio pago obſervantes Marcoduri.

Monaſteria veſtalium nobilium, Sweinheimium, Hocvenium, Veſſenichium, in præfectura Thombergenſi ſita ſunt. *Monialium.*

Ex quibus Sweinheimium anno 1238. Godefridus de Thombergh Eques inſtituit, & Heinricus a Molenarck, Archiepiſcopus Col. præſente fratre Friderico, inauguravit.

In præfectura Noervenichia eſt Ellenſe inſtituti Præmonſtratenſis cœnobium, milliari infra Marcodurum ſitum, ubi crucis ſegmen, inter navis onera in mare tempeſtuoſum ejectum, cum pixide inter medios fluctus ſine latore eo miraculoſe traductum eſſe, ſcribit Ægidius Gelenius in Staurologia ſua.

Nideccæ etiam magnificum ejusdem ordinis Præmonſtrati collegium fuit, quo collapſo monachi Steinfeldenſes Prioratum, quem vocant, ejusdem adminiſtrant.

In Heinsbergenſis oppidi umbilico Goſwinus II. ditionis illius integræ Dynaſta, & Aleidis uxor, iisdem nobilibus veſtalibus inſtituti Præmonſtrati cœnobium anno 1150. conſtituerunt, (1) ab Alexandro II. Epiſcopo Leodienſi, conſecratum, cui anno 1184. Godefridus I. ejusque frater Philippus, Archiepiſcopus Col. Heinsbergenſes Domini, manſos tres, anno 1217. & 1223. Theodoricus primus, & hujus filius, Henricus primus, an-

(1) Tabulas inſtitutionis, ut & confirmationis & donationum, quæ huic Cœnobio factæ fuerunt, refert *Aubert. Miræus* Diplom. Belgic. p. 327. & ſeqq.

Digitized by Google

no 1245. Theodoricus vero II. omnes itidem Heinsbergenſes Domini, anno 1267. 68. 74. & 82. prædia & bona multa largiti ſunt.

In præfectura VVaſſenbergenſi Dalheimium, inſigne veſtalium nobilium ordinis Ciſtercienſis monaſterium, ſitum eſt.

Cœnobia vero monialium plebejarum multa ſunt in ampliſſimo Ducatu. Qualia ſunt: Mierurelerium in præfectura Noervenichia. In Heinsbergenſi uff dem Hilvarth/ quaſi dicas Sanctorum ſtatione. Sinzigium S. Antonii. Gerzenſe item. Et Dalenum tertii ordinis Franciſci in præfectura Brugenſi. In quibus moniales, præter Pietatis exercitia, veteri inſtituto, nendo & texendo ſe ſuſtentant.

Provinciæ Juliæ Flumina.

Juliam provinciam, præter Moſellam, quæ ad Eyſliam eam longinquius reſpicit, Moſam & Rhenum, qui ambiunt, & quaſi convexis brachiis inter ſe concludunt, etiam Inda, Rura, Wormia, Swalmia & Erverus interlabuntur. De Rheno, &, qui eum influunt, fluminibus, qua omnes Juliæ, Cliviæ, Montium, &c. Provincias concernit, ſupra generaliter dictum eſt. De iis jam ſpecialiter, & de Moſella (1) quidem ita Bernhardus Mollerus in deſcriptione Rheni:

Moſella.

Naſcitur in Belgis ad anbeli fragmina Ruræ,
Puniceo lambens amne Moſella ſolum.
Cominus ad lævam dimittit flumina Moſæ,
Eminus ad dextram flumina Rhenus agit.
Non caret unda bonis, locuplete quod obſita Baccho (*Auſonius.*)
Arva ſecat, ripes urbe Moſella tegit.
Rumarici clauſtrum ſubiens illuſtre, Volæi
Fluminis ad dextram tollere gaudet aquas.
Præterit ab levo ſpinali cardine muros,
Inde Moſelburgi tecta liquore rigat.
Præterit a dextris Bojani mœnia, Tullum
Nobile, Condei poſtea ſpectat agros.
Excipit obliquo Mortana flumina tractu,
Flumina ſquammigero digerit apta gregi.
Monte cadit celſo, fertur Mortana Brinerum,
Et teneris ripam lambit utramque labris.
Ramberti villamque ſubit, villamque Geberti,
Hinc abiens Mortæ prædo juvatur aquis.
Montis ab excæſi glomeratur vertice Morta,
Morta Theodati valle coactus abit.
Contiguum dextra linquit tellure Ravonum,
Danubrium læva mittit abire manu.
Excipit a dextris monti quod ceſſerat albo
Flumen, & ad Lunæ culmina volvit aquas.
His ſimul ac auxit ſeſe Mortana fluentis,
Undiſona clarum fronte Roſetan adit.
Inferius potat quod dat Ruxinga fluentum,
Nivolei pergens teſta rigare parat.
Linquitur illuſtris Lotharingo Nancea tractu,
Nancea priſcorum tempore clara viris.
Undiſona major creſcit virtute Moſella,
Linquitur arx, nomen motio Pontis agit.
Inde Metis petitur populo veneranda Metenſi,
Nobilis illuſtri Sella ſub urbe perit.
Udam Sella rotat, Lenderi naſcitur æſtu
Æquoris, ad Duſæ culmina volvit aquas.

Præ-

(1) Eleganter quoque *Auſonius* Moſellam deſcripſit Idyllio decimo, quod propterea *M. Freherus* peculiari Commentario illuſtravit.

Præterit herboſo Marſellam turbidus amne,
Caſtra procul fugiens eſſe Salina videt.
Inferius fluviei ſubigit reſonante Nomenum,
Sella gravi Sellam bile Moſella rapit.
Tot ſimul ac undis ſeſe prædator adauxit,
Clauſtra Dinoduri mole Moſella rigat.
Digerit ad lævam brevioris cornua Suræ,
Grandior ad dextram turbine Sarrus adeſt.
Sylva pium Suræ confert Arduenna fluentum,
Flumen Aliſontis Sura ferire facit.
Lutzelburgorum ſedeis explorat Aliſo,
Flumine nil ipſo dulcius eſſe reor.
Tecta Viandenæ ſimul ac auguſta reliquit,
Urus adit Suræ flumen, amittit aquas.
Mordicus abſorpto Pronæam flumine Sura
Digerit, ac Nemeſæ flumina mole capit.
Egreditur pulchra Sarrus tellure Quirini,
Nominis ad proprii caſtra nec ire timet. (Saerbrug.)
Culmina Vinſtingæ, Sarwerdam poſtea linquit,
Inde Buchenhemi tecta venuſtat aquis.
Dives ubi læto vigilat Sargmunda vigore,
Sarrus inoffenſo rura liquore coquit.
Accipit accurſu famulantis cornua Bliſſæ,
Cornua multijugis comiter aucta vadis.
Sed quæ Bliſſa prius gemino ſunt cognita ponti,
Flumina Luenburgi partibus acta rapit.
Dum ſolito pergit curſu tranare Moſella,
Candida terrarum candidus arva lavat.
Vitrea fœcundi penetret dum flumina Niddæ,
Mox propriis Niddæ labra maritat aquis.
Fertur ab occaſu Treverim, defertur ab Euro,
Novomagum curvo lingit inane gradu.
Conſtantina levi metitur nomine caſtra,
Eminus advecto cernitur amne palus.
Mordicus abſorbet violenti cornua Gelbis,
Gelbis ab Arctoo naſcitur orbe caput.
Hujus & urgetur Tarbellia margine rivi,
Cujus & Ephaliæ nomina tractus habet.
Abluitur curvi gyro Cuſana Moſellæ,
Flumina Mæandri flexibus inſtar eunt.
Piſciferum viridi rapiunt legione Leſuram,
Exigua fluvium mole Leſura vehit.
Conditur hic amnis dextra, qui liquerat ante
Mœnia Waldechi, divite ſtructa loco.
Limite mox dextro ſtationem præterit Humni,
Ephaliam lævo mittit abire gradu.
Præterit ad lævam Meinfeldi jugera longe,
Imminet a dextris Alcona, ſpectat aquam.
Defluus excelſo Cobarenum gurgite linquit,
Flumine jam feſſo longius ire nequit.
Ut Boream læva, dextris ſuſpexit Eum,
Sceptriferis Rheni conciliatur aquis.

Moſa, (1) ex montis Vogeſi radice prope caſtrum Neoburgum ſcaturiens, Birſeni & Sor- *Moſa.*

(1) Ita dicta a lacu Moſa, unde oritur. Cl. *Alting.* in Notit. G. Inf. P. 1. p. 98. qui & decurſum ejus & oſtia pluribus ibidem deſcribit. Vid. quoque *J. C. Spener.* in Notit. Germ. Antiq. p. 68.

Digitized by Google

Sorſonæ gurgitibus abſorptis, Michaëlis ſanum, Verdenum, Maſeriam, Jambeſium, Namurcam tranſit, ibidemque Sabi fluvio, ab Hannonia deducto, hauſto, Hogenum, Leodium, fluviisque inibi Legia, Murtio & Aſpro iterum auctus, Viſetum & Trajectum præterit: ex Tongria vero, Icaria nacto, Gelenium prope Sittardum lambit: ubi quoque, fundo ſuo deſerto, quaſi in aëre penderet, juxta Sufterenam ſubſiſtit: tum Stepha-inſulanum, Hornæum atque Gugernos pertranſit; & Ruremundæ, Ruræ, de quo mox, junctus, caſtellum Venlonum, Blariaco objectum, & tandem Gennepium præterlabens, ibidem, Niero commixtus, Ravenſteinium, Gravenum, Bataburgum, Mœganum caſtra tranſit, ubi Vahali commixtus, (1) moxque ab eodem flectens, flumine Pomello læva, dextera Boxtelum, Pælandiam, Helmontum adit, indeque Sylvam-Ducis delatus, circa rupem Leoniam, Vahali abſorpto, in mare defertur. De quo ita idem Bernhardus Mollerus in deſcriptione Rheni:

Moſa caput fontis Vogeſi radice meretur,
Ante Neoburgi caſtra rotatur aquis.
Gurgite Birſenum, Sorſanos gurgite lambit,
Ante Michaëlis tecta profuſus abit.
Mœnia Verduni præclaro præterit amne,
Pulcro Maſeriam pulchrior amne rigat.
Eminus Arduennæ veneratur jugera ſylvæ,
Hiſtoricis paſſim nobilitata libris.
Jambeſium dextra ſubigit, lævaque Namurcum,
Fluctifer hic Moſæ cornua Sabis init.
Sabis ab Hannonia deducit divite fontem,
Poſteritas Scambræ nomen ineſſe dedit.
Præterit Hoienum modico non agmine Moſa,
Moſa Leodinas inde pererrat opes.
Tecta Leodinæ pertranſit Legia gentis,
Legia præluſtri nobilis amne latex.
Urtius adverſa Moſam delabitur urbe,
Urtius Arduennæ flumen ab urbe ferens.
Accipiens Aſprum Veſeni digerit undas,
Flumina Veſeni mordicus inde rapit.
Nomine Viſeti quæ jam Taxandria pollet,
Urbs veterum pollet laude, propinquat aquis.
Dives ab antiquo Trajectum tempore ſurgit,
Illuc Icarium Tungria flumen agit.
Utraque Falconum ſimul ac ad mœnia ceſſit,
Irriguo Moſam calle Guellus adit.
Gurgite Stochemum, Maſeicas gurgite lambit,
Flumina Gelenii flumine Moſa bibit.
Gelenii Sittarda vadis accedit eodem,
Incola Neuſtadii viſitur amne cohors.
Hinc Stephani curvo circundatur Inſula fluctu,
Inſula Maesbrachii deſinit iſta ſolo.
Lætius exili dum volvitur impete Moſa,
Dividuis iterum diſſociatur aquis.
Præterit Hornæum læva, quod deſpicit undas,
Aſtalia Ruram parte ſuperbus habet.
Mœnia Rurmundi, nomen teſtantia Ruræ,
Præterit, hic geminus flumina Moſa coit.
Culmina ſuſpectat Caſtelli nomine clara,
Culmina Venlonum nomine clara rigat.

Flu-

(1) Olim non niſi in oſtio communi cum Vahali ſeſe miſcuiſſe Moſam, atque ſuperius eiusdem curſum ſuum mutaſſe, docet *Alting.* l. c.

Digitized by Google

Flumine Bergæum liquido protenſus, ad ima
Rudera Gennepii ductile vertit iter.
Gennepium fertur duplex, præcurrit utrumque,
Qui gelido cedens amne Niarus adeſt.
Urbs paulum ripa Moſæ ſemota videtur,
Proximus ad Moſæ cornua pagus abit.
Mœnia Cuickeni delibat gurgite Moſa,
Rudera Catvici gurgite Moſa ferit.
Atque ſitum vaſta ſubigit torrente Gravenum,
Ante Ravenſteini caſtra profundit aquas.
Caſtra Batenburgi tumulis impoſta ſalutat,
Ardua Megeni tramite ſaxa ferit.
Inde ſubit Vahalim, ſed mox deflectit eodem,
Et ſolito ſolitum more reducit iter.
Flumina Domelli prædatur fluctibus aucta,
Adit & audaci flumina mole vehit.
Adin ab auſtrali rapit Oſterwichia parte,
Vicus & Eoi nomina ſolis habet.
Domelli lævam Campinia præterit ingens,
Dextera Boxtelum ſuſtinet ora jugis.
Alterius dextram Peelandia diſtinet Adis,
Adis ad Helmonti mœnia fundit aquas.
Inde Ducis-ſylvam ſimul ac adverſus obivit,
Cærula Domelli fluctibus ora ſubit.
Longius arrepto procedit gurgite Moſa,
Brachia protenſo longius amne trahit.
Inſula Vallanti ſepitur flumine parvo,
Hægdenium cujus fauce relinquit aqua.
Cominus apparent antiquæ brachia Moſæ,
Nunc alio ruptum Moſa peregit iter.
Alta leoninæ ſimul ac faſtigia rupis
Attigit, arrepto flumine Valis init.
Nec jam ſubducet ſeſe, velut antea, Vali,
Valis in imperium Moſa ſed ire negat.
Valis habet Moſam, læva concurrit utrumque
Flumen, & audaci verberat amne ſolum.
Horrida civili peraguntur prælia motu,
Armat Valis aquam, cedere Moſa negat.
Imperium quærit præclarus origine Rheni
Valis, adhæc Rheni jactat inermis opem.
Rhenus adeſſe nequit, nam longius effugit ipſe,
Seque minor non jam ſufficit ipſe ſibi.
Exurgens animal pugnare potentia Moſam,
Major enim Vali Moſa timere nequit.
Moſa necat Valim, pedibus proſternit inermem,
Nec patitur Valis nomen ineſſe Vado.
Illum propterea Rheno quid profuit ortum,
Degeneri cedit nobile crebro genus.

Inda, Monaſterium S. Cornelii alluens, in pago Gyrbergio Dynaſtiæ Heinsbergenſis Ruræ conniſcetur. *Inda.*

Rura Orientalis, ad differentiam Ruræ Occidentalis concitatus Marcani fluminis, in præfectura Montis-Jovia ſub pago, quem frigidum hoſpitium nominant, fontem ſuum habet, & inde verticoſo alveo decurrens, univerſam provinciam Juliam inundat, Juliacum, Linnichium alluit, donec Randenradiæ, Wormiæ & Swalmiæ, qua in medi- *Rura.*

Digitized by Google

terraneis Juliis ei conjunguntur, unitus, apud Ruremundam, ut jam diximus, a Moſa abſorbetur. De quo ita Bernhardus Mollerus in deſcriptione Rheni:

Præterit audaci Gugernos flumine Rura,
Julia Gugerni creditur eſſe domus.
Mœnia Juliaci ſimul atque potentia vidit,
Linnichium parvo ſpectat abeſſe ſitu.
Digerit obliquo Wormæi flumina tractu,
Eminus Heinsbergæ culmina ſtare videt.
Mœnia Rurmundæ, nomen teſtantia Ruræ,
Præterit, hic geminus flumine Moſa coit.

Inprimis de ejus curſu, urbibus, rivulis ingredientibus, accolis, piſcibus, virgultis, avibus, ſegetibus, paſcuis, hoc inſigne, quod mox ſequitur, Poëma Petrus Streithagenus, Canonicus Heinsbergenſis, contexuit, nobisque ſubmiſit.

Ervetes. Ervates denique, qui ab aliis Arnapha dicitur, Tarbellia, ſive Eyflia exortus, Euskyrchiam, Lechnichium, Carpenam, Berchemium, Coſteram & montem aquilium alluens, a ſiniſtris ſaltum, qui Comitis dicitur, relinquit, indeque fluvio, qui Fletus appellatur, itemque Crura acceptis, juxta Noveſium Rhenum influit, ſicut iterum Bernhardus Mollerus canit:

Ervetus oblongo rimatur flumine terras,
Eiphaliæ gaudet matre fluenta dari.
Præterit hamato Lechninum gurgite, vaſtis
Ditia Carpenæ fluctibus arva ſubit.
Julia Bergonam veniendo paſcua lambit,
Mœnia Caſteræ civibus apta rigat.
Candida prolabens Aquiloni culmina montis
Irrigat, ad Comitum ſerpere luſtra nequit.
Flumen ab illuſtri defertur jugere Fletus,
Ervetus hunc rapido gratior amne vorat.
Qui dum progreditur labente valentior unda,
Hunc ſubito Rheni læva furore bibit.

SOMNIUM, ſive POEMA IN RURAM,
præcipuum Juliæ Provinciæ fluvium.
Sereniſſimo ac Potentiſſimo Principi,
DN. GEORGIO GVILIELMO,
Marchioni Brandenburgico, S. Romani Imperii Archi-Camerario & Electori, Boruſſiæ, Juliæ, Cliviæ, Montium, Stetini, Pomeranorum, Caſſubiorum, Vandalorum, Lacaoniæ & Croſnæ in Sileſia Duci, Burggravio Norinbergenſi, Principi Rugiæ, Comiti Marchiæ & Ravensbergi, Ravenſteinio ac Heinsbergio, adeoque utriusque Ruræ Dynaſtæ,
PETRUS A STREITHAGEN,
Ejus auſpicio ac benignitate Canonicus Heinsbergenſis,
In grati animi ſignificationem & æterni cultus, aut ornamentum,
Ruram a ſe deſcriptam, una cum Tetraſtichis in Principes Juliæ, Cliviæ ac Montium, dedicat, conſecratque.

ARGUMENTUM POEMATIS.

Fingit Author, ſe juxta fundum Hackianum, qua ad collegium Heinsbergenſe ſpectat, in ſylva, dum ſolis ardorem declinat, ſub frondibus arborum, obdormiviſſe. Ibi Ruram, quæ illac præterlabitur, monuiſſe in ſomniis, ut exemplo Auſonii, qui Moſellam dedit, ſe quoque carmine celebraret. Si feciſſet, futurum eum aliquando Canonicum Heinsbergenſem, & de dicto fundo pariter participaturum. Moviſſe hanc promiſſionem ejus animum, ut in laudes fluvii venam laxaret; eoque facto, Ruræ prædictionem effectum ſuum ſortitam, eique Canonicatum Heinsbergenſem collatum.

For-

Digitized by Google

Somnium.

Forte fatigatus ferventi Solis ab æſtu,
Frondoſæ ſubtus convexa cacumina ſylvæ
Carpebam dulces viridanti in gramine ſomnos:
Hackia, Gangulphi templo qua debita villas,
Frugiferos oſtentat agros, & prata benigna
Paſcendo pecori multoque comantia flore.
Nec mora, dum varia luduntur imagine ſenſus,
Diverſoque abeunt per mille inſomnia motu,
Viſus adeſſe mihi coram Rura obſitus annis,
Humida populeo redimitus tempora ramo,
Tauri vultus erat, barba biſpida, corpus aquoſum,
Tanquam Hydrope tumens, ideoque ingentia terga
Inſiſtens fluvialis equi, curſuque fatigans.
Obſtupui faciem inſolitam, motusque ſenilis
Corporis aſſiduos, nec viſum frontis honorem.
Sed poſtquam humano mecum eſt ſermone locutus,
Conceptus ſubito longe timor aufugit omnis.
Sic vero fluido capit mox ore profari:
Ergone lente jaces ſomnoque oppreſſe Poëta,
Nec te tot voces avium tam dulce canentum,
Nec te tam rides æſtivi temporis aura
Commovet, ut cytharam cupias tentare vacantem,
Et lætum celebrare melos, quo protinus omnis,
Vatis ad Iſmarii ſacinus, tibi ſylva reſultet?
Quin age, ſi nulla eſt propior tibi cauſſa canendi,
In laudes aſſurge pias, atque ubere vena
Auſonii noſtros fluctus compone Moſellæ.
Quod ſi tanta manet patrii reverentia Ruræ,
Ecce tibi villæ partem prædico propinquæ
Obventuram olim, ſociis cum junctus in Æde
Gangulphi, Canonum referes de nomine nomen.
Ne quid diffitear, moverunt præmia mentem,
Et ſortis fortuna ſacræ, blandique ſoporis
Somnia, traxerunt cani ad præconia Ruræ.
Hoc magis, arrepta cum puro e gurgite lympha,
Infauſtos longe juſſit diſcedere viſus,
Et menti ſolum Parnaſſi objecit amorem.
Atque ita, quod mirum poſſit fortaſſe videri,
Iſta ſoporifero deprompſi carmina corde.
Qui Ruræ ignorat famam, qui flumina neſcit,
Audiat, & noſtra doctus veneretur ab arte.
Rura, *vetus retinens Ruraco a Principe nomen,* *Trithem.* Ruræ nomen.
(Quem vada conantem gravibus tranſire ſub armis
Merſit:) & Eifaliæ decurrens montibus ora,
Juliacam pertranſit humum, creſcenſque fluentis Fluxus.
Pluribus, in Moſam pleno ſeſe impete volvit.
Ter felix fluvius, ſi munera magna ruentis
Attendas, liquidique ſinus miracula centum.
Quis rapidis etenim citius delabitur undis?
Quis reſonet graviore vado? quis murmura lapſu
Nobiliora ciet? quis pronius æquora plana
Permeat, & auſum currendo prævenit ipſum?
Longinquo tractu ſinuoſa volumina torquens,
Nunc obliquus abit, nunc rectus defluit amnis,
Nunc gyros iterat, nunc leni volvitur orbe.

Digitized by Google

Non ſecus ac ſerpens obſcuro egreſſus ab antro,
Implicat errantes ſpicas, corpusque revolvens
Verrit humum, lentæque trahit veſtigia caudæ.
Jam ſæcum exoſus cœnum ſordesque paludis,
Ipſe ſibi ſilices, per quos longe avius erret,
Procreat, & fœta ſemper producit ab alvo.
Quippe velut prima lapides ætate cadentes
Aſſumpſere hominum formam, durique nepotes
Evaſere ſenis, ſervati a turbine ponti:
Lapides. *Haud aliter mediis lapides gignuntur in undis,*
Eque liquore levi ſenſim ſaxa aſpera fiunt.
Et vero ingentes ſilicum fert copia fructus.
Hinc etenim plateæ mixta ſolidantur arena,
Sternitur hinc domus, & domui ſimul area juncta.
Quin teſſellatus, patrii de more, lapillis
Exiguis nitet inde focus, quin atria ſplendent,
Inde pavimentum variis cruſtata figuris.
Aqua. *Adjice, quod dulces toto vomit amne liquores,*
Non ſale reſperſos, qualis maris unda refertur,
Non ferrugineos, quales dat Bilbilis hauſtus,
Sed nec mortiferos, quales Styx atra propinat.
Hinc ſudore fluens, & laſſus ſole viator
Ambabus bibit e manibus, ſi cumque calore
Guttur ab humentis madidat dulcedine potus;
Hinc prope oberrantes per paſcua lætæ juvencæ
Nunc explere ſitim, nunc pectora ad usque natare
In mediis lætantur aquis; hinc ipſe frequenter
Villoſæ pecudis depurgat vellera paſtor,
Et mollem adverſo depectit flumine lanam.
Urbes, quas alluit. *Quid dicam, ut varias æterni nominis urbes*
Alluat, & placido lambat quoque mœnia rore?
Montis-Jovia. *Prima intercepto gaudet* Montjoia *fluento,*
Nidecka. *Deliciis ſacrata olim,* Nidecka *ſubinde*
A tetra invidia (famæ ſi credere dignum eſt,)
Perpetuum retinens per ſeros dedecus annos.
Dura. *Mox ingens* Dura *eſt, ter ſancto vertice felix,*
Anna beata, tuo, quem fabri provida quondam
Dextra Moguntinæ tulit e penetralibus Ædis.
At contra infelix ter magni Cæſaris olim
Obſidione gravi, qua triſtia fata ſuorum
Vidit, & ingentes profuſi ſanguinis imbres,
Juliacum. *Poſt hæc* Juliacum *ſupremo inſignis honore*
Urbs jacet, immani caſtro, murisque ſuperba,
Atque ideo Nemeſin toties experta furentem.
Linnichium. Linnichium *ſubit hinc* Prumiæ, *ſub Præſule quondam*
Prumia. *Conſiſtens, patriæ ſed nunc quoque legibus utens.*
Mox quæ creſcentis poſita eſt ſub culmine montis
Heinsberga. *Adverſa* Heinsbergæ, *tum quæ poſtrema perenne*
Nomen ab effuſo fluvio, Moſaque recepto,
Ruræmunda. Ruræmunda *tenet, ferosque tenebit in annos.*
Rivi ingredientes. *Quid pariter memorem, Irleno quot gurgite rivi*
Inga. *In Rura cupiant tenues abſcondere lymphas?*
Hos inter rapidis decurrens fluctibus Inga *eſt,*
Et jam tum Magni Caroli ſub tempora notus
VVormius. VVormius, *a crebro flexu ſortaſſe vocatur.*

Tu

Tu quoque, qui noſtri clareſcis carmine Patris,
Mertzia, *in exiguo magnum ſortita fluente* — Mertzia.
Nomen, & aſpirans gelidas Salmonis ad undas.
Circumſtant alii, propiusque accedere gaudent. — Circumſtantes.
Erpa *vagus nunquam glaciali frigore torpens,* — Erpa.
Quantumvis ſcythiis Boreas graſſetur ab axe.
Et Sualma *inſignes adiens & Nierſa Sicambros,* — Swalma. Nierſa.
Et qui Gladebaco *per lubrica ſaxa volutus* — Gladebacum.
Impoſuit nomen, torrens Buchlere perenni
Tempore victurus, ſed te victurus alumno.
Prætereo reliquos, tanquam ſacra arte minores,
Et nimis obſcuros fama, dignosque latere.
Sed non transgredior populos, qui flumina Ruræ — Populus occola.
Inde vel Imperii primum tenuere ſub ortum.
Julia, *quæ geminas inter confinia ripas*
Nunc Rheni, Moſæque tenet, lætiſſima tellus,
Quæque renaſcentis veſtit ſe lumine Phœbi
A muris Agrippa *tuis, propiorque cadenti*
Tangit ab oppoſitis Eburonum *ſedibus agros;*
Quæ media de parte poli, madidata Moſella
Leucorum læta arma videt, gelidoque ſub axe
Rura paludoſis ſemper poſſeſſa Sicambris:
Illa ſuos olim patria de voce Gugernos
Indigenas dixit, tanquam quos nomen equorum,
(Quippe alacres matrum generoſo e ſanguine nutrit,)
Ducere ab affectu, ſed & uſu crederet æquum. — *Tacitus.*
Quin & Romanos contra ſtimulavit ad arma,
Cum Batavæ gentis motor Civilis *in hoſtem*
Duxit, & antiqua pro libertate cruentas
Conſeruit pugnas, infeſtaque partibus arma.
Inde ubi degenerem poſt ſæcula plurima vultum
Accepit jam Roma *ſenex, rugisque pudendis*
Lucida, deflevit canos per tempora crines,
Et facta eſt imbellis anus, contemptaque cunctis:
Incurſus varios prima inter Belgica Rura
Senſit, & allectas terræ uberioris amore
Pertulit a Getico famoſas cardine turbas;
Donec ab invicta Francorum *gente ſubacta*
Magnanimi Clodovæi opera eſt, *qui fortia tollens*
Signa Crucis, Chriſtique ſacra perfuſus ab unda,
Barbara promeruit victor ſibi ſubdere colla,
Imperiumque novum ſolidis fulcire columnis.
Quanquam Pannonias ducens ferus Attila *turmas,*
Belgicos circum circa conſumeret agros
Crudelis, ſolitusque ſitim placare cruore.
At vero deinceps jam regno in membra quaterna
Diviſo, Auſtraſiæ manſit ſub Regibus oræ
Tempore permulto: ſed cum Ludovicus obiret,
Ultimus e ſerie Regum, bellumque cruentum — *Frodoardus anno 923.*
Germanos, Gallosque inter Lotharinga crearent
Sceptra, *ſuper Ruram, (quæ laus quoque maxima Ruræ eſt,)*
Nempe ſuper Ruram, firmata pace perenni,
(Quam pepigere ſimul clarus pietate Robertus
Cæſar ab aucupio,) *diviſa e finibus arctis,*
Perpetua Dominos accepit lege creatos,

Juliacæque etiam diſtincta eſt limite terræ.
Hos igitur Populos piſcoſo flumine Rura
Pavit abundanter, nec adhuc quoque paſcere ceſſat.
Piſces Ruræ. *Quippe frequens* Salmo, *falſis fugitivus ab undis,*
Pernici ſubit impulſu, dulcique liquore
Victus, in anguſtis ſubſiſtit finibus alvo.
Libertate carens, quin non minus impete præſtans,
Uſque Lupus *rapido fertur ſuper æquora curſu,*
Atque inhians piſces avido vorat ore minores.
Sed quisnam blanda vel paulum ſiſtere voce
Lubrica confidat fluvialis terga caterva?
Labuntur manibus, nedum ut verba ulla morentur,
Et tamen aſpicias juvenes mira arte trahentes
Squamigeros cives vaſto de gurgite rivi.
Unde etiam captæ prædæ dulcedine læti,
Indigno afficiunt fato nil tale merentes.
Namque illos, vulſis primum interioribus alvi,
Impoſitos crati, torrent, ſartagine frixos,
Dimembrant alios, aliosque liquamine mergunt.
Sed nulli gravius manibus crudelibus inſtant,
Quam miſeræ Anguillæ, *cui ſummo a vertice pellem*
Diripiunt, totosque artus (miſerabile) nudant.
Marſia ceu quondam te victum durus Apollo
Exuit humana ſpecie, ſparſitque cruore,
Nequicquam diros Nymphis lachrymantibus auſus.
Et merito fugit in fundum, nec mortua ſaltem
Suſtinet aſpectus hominum tolerare feroces,
Cum tam ſæva ſibi norit tormenta parari.
Quid, quod non licitis corrumpant artibus alvum.
Sed commixta gravi medicamina plura veneno,
In medios jaciant fluctus, queis protinus hauſtis,
Innocui piſces cerebro vertigine læſo
Diverſum fluitant, utroque ad littus euntes,
Captori ſeſe manibus patiuntur apertis:
Non aliter, quam cum paphio ſuccenſa furore,
Philtra ſuo miſcet fratri infeliſa puella,
Queis miſer intectus mox deteſtatur amatam,
Mox tamen usque cupit, amens (pro crimen!) amansque.
Atque utinam miſeris pareant animalia ſaltem
Piſcibus, & propria tutos in ſede relinquant.
Ecce vagus circum ripas quoque Caſtor *oberrat,*
Prædæ inhians, prædæ intentus, liquidasque cateruas
Cogit, ut ingentem repleat melioribus alvum.
Non impune tamen deprenſus furta reſectis
Teſtibus exſiluit, medicorum inſignis in uſus.
Sed jam Muſa monet virides attexere ſepes
Flandris, & cana pallentia fronde ſalicta,
Sub quibus egreſſas patrii penetralibus amnis,
Najades amplexu Fauni *ſtrinxere petulco.*
Quis neget? ipſe oculis, dum me requieſcere credunt,
Nuper anhelantes in mutua corpora vidi,
Et labra jungentes repetita per oſcula labris.
Ni tamen egreſſum pago par forte propinquo,
Credula Dinomum decepit lumina forma.
Quippe ſolent varias congreſſus quærere cauſas,

Quos

Quos eadem Cyprii pueri vis læſit amantes.
Hinc ſimul in ſylvas carpturi dulcia fraga,
Carpturique nuces veniunt, curasque parentum
Sollicitas, falſi prætextus ſcbemate, fallunt.
Dic, o dic, quotics hæc blanda incendia Rura
Videris, & denſa ramorum texeris umbra.
Sed ne dic, quoties hæc blanda incendia Rura
Videris, & denſa ramorum texeris umbra.
Scilicet indignum eſt, dulces efferre calores,
Debitaque Italiæ violare ſilentia matri.
Nec vero tantum ripæ vaga crimina celant,
Ingentem pariter præſtant mortalibus uſum.
Aſpice, quæ magno numero virgulta *Colonus* — Ruræ virgulta.
Colligit, & findens ſupremo cortice nudat.
Inde retexendo multum, multumque plicando
Flexibiles frondes, *& quovis ductile vimen,*
Palladios calathos *miranda perficit arte;*
Quos poſtquam exiguo precio ſibi virgo paravit,
Ad lævam appenſos cunctis oſtendere geſtit.
Adde nec adſtrictos, nimium, nimiumve ſolutos
Cancellos *patulis faciles inferre feneſtris,*
Omnia quo videas, nulli tamen ipſe videndus.
Adde etiam corbes, *teretes ſimul adde* caniſtros,
Adde etiam cunas *teneris infantibus aptas,*
Et ſi qua aſſimili docte confecta labore
Artificem produnt operam, ſed paupere lucro.
Quis Palamedias volucres, anatumque catervas — Ruræ volucres.
Tranſeat? ingenti ſonantes æthera voce, — Anas.
Deſuper in Ruram pronæ læto agmine ſiluni.
Et nunc merſantes tremulum caput usque ſub imam
Planitiem pelagi poſtico corpore ſurgunt:
Impete nunc rapido ſuper æquora lævia lapſæ,
Dividuo ſamiam pingunt in flumine formam.
Ardea *quin etiam multum ſpatiatur ad undas,* — Ardea.
Et rapit errantes oblongo gutture piſces;
Atque hominum ſolers oculos eludere mergus, — Mergus.
Et viridi alcyones *pluma, rubraque micantes.* — Alcyon.
Sed nulla in toto res tam mirabilis amne eſt,
Quam ſimul ac Borea frigus ſpirante coëgit,
In glaciem liquidos latices, in fruſta fluores.
Tunc etenim durus fluvius, tunc mollis & idem eſt;
Tunc pariter ſtabilis, pariterque eſt mobilis idem;
Tunc homini greſſum præbet, præbetque natatum
Piſcibus, & quamvis varius, tamen unicus ipſe eſt.
Hinc ſpecta, ut pluvia cælo labente deorſum,
Subſiliant fluctus, & lubrica ſyrmata Ruræ
Gemmatis cingant bullis, pingantque decenter,
Atque algæ virides promiſſis crinibus ornent
Tempora, & ut teretes addant diademata gyri.
Parthorum dominum dicas, cui fronte comata
Splendet apex, trabeatque decus tergum implicat ingens.
Scilicet & tali Rura eſt quoque dignus honore,
Qui non infames nebulas, halitusque malignos,
Sed puro ſanos exſpirat ab amne vapores.
Inde nec aligeras deturbat ab axe catervas,

Quod

Quod potis eſt triſtis vitii damnatus avernas.
Inde nec ingentes gignit, paſcitve colubros,
Quod præſtat ſœdis corruptus Rhindacus antris.
Inde nec infeſtis accendit corpora morbis,
Quod Tyberis Latia crebro conſuevit in urbe.
Nec refert vaſtas fugiat quod ferre carinas,
Jam ſuper adſerpens ſilices, jam conditus imo
Gurgitis in barathro, tenuis jam, jamque ſuperbus.
Sic etenim immanes prohibet quoque creſcere fraudes
Mercurii, longeque arcet commercia *vana.*
Sic vitiis frænum imponit, ſic ſpernere cogit
Delicias alieni orbis, vitamque parato
Ducere, & ingluviem dapibus compeſcere inemptis.
Juliæ Ruræ segetes. *Cæſar lib. 2. de bello Gallico.* *Nempe ſeges nuſquam cumulo majore redundat*
Luxuriæ, nuſquam ſcelerum contagia plura,
Quam quo dira loco merces uſura flagellat,
Et vehit externas adverſo a cardine gazas.
Felices igitur! patriæ queis munera terræ
Sufficiant, patriique greges, queis corpora veſtit
Fuci omnis lana ignorans, queis corpora nutrit
Menſa adventitiis nunquam inſtaurata caniſtris.
Hanc vitam primo gentes duxere ſub ævo,
Hic orbis fuit ordo novi, cum ſancta parentes
Simplicitas juvit, cum mentes dira cupido
Illiciti voti nondum de tramite recto
Flexit, & ad ſolos naturæ ſubſtitit uſus.
At nunc infecto longa torpedine mundo,
Atque annis quantum, tantum creſcente nefandis
Febribus, & tumulum jamjam ſpectante malorum,
Amplius haud modus eſt vitiis, ſceleratus ubique
Quæſtus, & inſanæ triſti pro fœnore lites
Imperium retinent, quin & maleſana libido
Incæſtæ Veneris, ſpiransque incendia fœda,
Jura pudicitiæ provolvit calce feroci.
Ipſa etiam tumido veſana ſuperbia faſtu
Altius ingreditur, cœlique ad ſidera tollit
Verticis infandi culmen, ſuperosque laceſſit.
Hinc bella, hinc morbi, mundi rectore ſceleſtos
Caſtigante hominum mores, & facta maligna.
Sed Ruram repeto, ſi quam contraxero labem,
A ſæcli vitiis (etenim contagia lædunt,)
Abluturus aquis, ut puro gutture, quicquid
Eſt reliqui, ſicut Vatem decet, ordine pandam.
Paſcua. *Rura etiam pingui cognomina Rura fluento*
Irrigat, & veteres excedens gurgitis oras,
Per campos miſſis liber ſpatiatur habenis,
Fœcundatque ſolum, glebaſque per arva jacentes.
Quod ſi nonnunquam majori turgidus æſtu
Præcipitet latices, & raptans obvia ſecum,
Agricolis damnoſus erat, damnatus haberi
Idcirco haud poterit, fluviis hoc omnibus unum
Contingit vitium; vel ſi fas dicere verum eſt,
Has lacrymas acri mentis de turbine fundant,
Quando triſtis hyems homines algore tremendo
Afficit, & generi cuivis ſua pabula tollit.

Nec

Nec minus indignis infenſus ſæpe colonis,
De propriis deducit agris, dignisque reponit.
Quin & nec pontes dorſo perferre recuſat
Sublicios, ſeu marmoreos, quo commoda præſtet
Civibus, & lentæ tollat faſtidia cymbæ.
Quin & nec ſtrepitus, vertigine nempe molarum,
Excitos labentis aquæ perferre recuſat,
Quo duram Cererem panis convertat in uſum.
Præterea lætos præbens æſtate natatus,
Membra exercitio refovet nudata ſalubri.
Hunc igitur pondo propenſam corpore cernas
Findere vel manibus, pedibusve liquentia terga
Fluminis, hunc verſo reſupinum corpore ferri,
Adverſos illum nitentem vincere fluctus,
Illum præcipitem contra labi amne ſecundo.
Nec minus aſpicias, nonnullum audacius ima
Intrantem fluvii, mediis remanere ſub undis;
Et dum jam auxilium patulo ſtudet ore vocare,
Mortiferos fluctus contra ſua vota bibentem,
Qualiter aſſuetus ſiculum tentare profundum *Alexander ab Alex. l. II. & Majolch in Canicularibus.*
Calanus, totosque dies conſumere ponto,
Tandem, dum fatagit projectum educere fundo
Craterem, rapido vita privatus ab æſtu eſt.
Dignus nempe malo, qui non temeranda Deorum
Arcana acceſſu voluit violare profano.
At ſocii mœſti, plorantes omina caſus,
Nequicquam carum cupiunt ſervare ſodalem.
Ecquid enim pulſu tentatus Rura frequenti?
Ecquid correptus lembus, ſtudiumque benignum
Scrutandi circum ripas hinc proderit ultra?
Ille vagos ſequitur fluctus, quoque impulit æſtus,
Volvitur exanimis, vel piſcibus eſca futurus,
Vel fors poſt aliquot luces ex amne trahendus.
Hæc ſuper accedit, gregibus quod lympida ſervat
Pocula, & a fœdis nunquam polluta latrinis.
Dum, ſi quas ſordes caſu contraxerit olim,
Præcipiti devolvit aqua, Moſæque remittit.
Namque jugi madidum torquens curvamine corpus,
Odiliæ poſtquam collem, Divique Vironis
Culmina, magnanimo quondam fundata Pipino,
Tranſiit, exceptus cataractis ſpumea tollit
Guttura, & undiſono Moſam procul ore ſalutat.
Tam cupidus ſocii, gemina ut mox brachia pandat,
Et totum amplexu cupiat ſtrinxiſſe benigno.
Quod quia multiplici prohibet pons fornice ſurgens,
Inque unum cogit rurſus coaleſcere flumen;
Ruropoli infenſus, nil præter nominis umbram,
Ne prorſus ſubeat Lethæa oblivia, linquit.
Nec bonus ipſe ſuum munus tunc Miſa recuſat,
Sed patulo effuſus gremio, totamque cohortem
Najadum ducens, venientem murmure læto
Excipit, & ſolio ſecum componit eodem.
Quas ibi tum voces, quæ verba utrimque profentur,
Qualiter antiqui recolatum temporis acta,
Præſentisque vices, quæ mutua gaudia carpant,

Mortali vetitum cuiquam cognoſcere ſenſu.
Illud ſat notum, quod mixti fluctibus una
Ad Batavos abeant, nec diſſocientur, ad ipſa
Quam veniant avidi ſpatioſa cubilia Nerei.
Famque gravi ſomno nondum, nondumque ſolutus,
Omnes, quæ poſſent fluvio contingere, dotes
Prodideram meliore lyra, nullaque relicta
Materia laudum, finem factturus agebam.
Cum cura inceſſit promiſſi muneris olim,
Atque alio longe mentem flammavit ab æſtu,
Ergo adeo ad Ruram converſus, præmia, dixi,
Quin promiſſa diu, noſtro pro carmine ſolvis?
Quin pactam das mercedem? quin ſiſtis in Æde?
Finieram votum, nec ſe mihi Rura negare
Dixerat, & noſtros laudans ſuper æthera cantus;
Felicem te Petre, inquit, cui Phœbus Apollo
Indulſit biſidis conſcendere verticis arcem,
Et ſacros ſpectare choros, penituſque madere
Bellerophontei divino flumine fontis.
Me quoque felicem tali te vate, parumque
Ceſſurum Auſonii poſthac in laude Moſellæ.
Perge agedum, & ſanctis inſiſtens usque Camœnis,
Sperne humiles animos, infandaque ad otia natos,
Sperne leves populi curas, ſperne improba vota,
Non alia a Muſis vita eſt ſub cardine cæli.
Et jam ne dubita, patriæ duo ſidera, Patres,
Aſſenſere tuis precibus, contraque malorum
Invidiam, cenſu te donavere ſacrato.
Hinc vero ingenti perfuſus pectore toto
Lætitia, moxque excitus, cum flumine ſomnum
Cedere, & eventum ſenſi promiſſa tenere.

NOTÆ ad Poëma Streithag.

verſ. 42. *Rura vetus retinens Ruraco a Principe nomen.*

Non huic Ruræ, ſed alteri, in Rhenum excurrenti, nomen dedit Roricus, Clodomiri, Francorum Regis, filius, in eo ſubmerſus. Althamerus fol. 28. Comment. in Germ. Taciti juxta Trithemium Spanheimenſ. is ſi eſſet ad manus, lis hæc facile dirimeretur.

v. 87. 88. *Prima intercepto gaudet Montjoia fluento,*
Deliciis ſacrata olim, Nidecka ſubinde.

Quia author non attendit vetuſtam nomenclaturam locorum, ſed modernam flexioni Latinæ adaptat, relinquatur Montjoia, litera ſaltem t. in s. converſa. Cæterum non a deliciis, ſed Jove, non Franco-gallico, ſed Romano-latino etymo, locus iſte dicitur. Ergo alter verſiculus ſic corrigatur: *Antiquis ſacrata Jovi, Nidecka ſubinde.*

v. 117. *Et Sualma inſignes adiens & Nierſa Sicambros.*

Subſtitue pro Sicambris Menapios. Menapii enim cis Rhenum fuere, non Sicambri, quanquam Sicambrorum appellatio Geldris communi errore tribuitur. Ut vero verſus metrum ſtaret, juxta Martialem Menapi pro Menapiis dicendi, licet ille ſecundam corripiat, quod, quia vox Romanis fuit Barbara, non attendendum, libere igitur ſecunda vel corripienda, vel producenda relinquitur, ſicque verſus corrigendus: *Et Sualma inſignes adiens & Nerſa Menapos*, vel: *Et Sualma inviſens Menapos & Nerſa propinquos.*

v. 132. *Rura paludoſis ſemper poſſeſſa Sicambris.*

Alienum a veritate hiſtorica, ſi Ruram, Juliac. Ducatum irrigantem, intelligis, igitur ſubſtitue: *Rura paludoſis ſemper poſſeſſa Menapis*, vel: *Rura paludoſis Menapis habitata rotatur.* De iis Cæſ. 1. 6. bell. Gall. Erant Menapii propinqui Eburonum finibus, perpetuis paludibus ſylvisque muniti.

v. 133. 134. *Illa ſuos olim patria de voce Gugernos*
Indigenas dixit, tanquam quos nomen equorum.

Illa ſcil. Julia dixit Gugernos indigenas ſuos, ſc. in quadam parte, ubi 4. oppida, Bruggen, Dalen, Glabbeck, Wallerbeq, & his ſimilia: cætera pars ad Eburones pertinet. Synecdochice igitur intelligenda poëtæ verba. Sed Gugernorum nomen ortum ſub Auguſto, ubi Sicambrorum nonnulla pars captiva cis Rhenum e Germanico ſolo ducta, inque Menapiorum agris collocata per Tiber. ſicque Sicambrorum & Menapiorum nomen iſto quidem tractu ſub Gugleno appellatione coaluit. Opinio de etymo Gugernorum poëtæ relinquatur, quod ex Tacit. narratur, de Gugernis intelligendum, qui ſocietatem Civilis acceperant, eodem auctore teſtante lib. Hiſtor. 4.

Digitized by Google

De Juliæ Comitibus, Marchionibus & Ducibus,

Sectionibus duabus explicatis.

Sectio Prima,

De Juliæ Comitibus.

De origine & progreſſu Principum Juliorum ita variant authores, ut vix duo ſint, qui inter ſe conſentiant. Cauſa autem hujus rei eſt, quod ſicut Agamemnonis majores, viri fortes, ut Horatius ait, vate ſacro carentes, omnes illachrymabiles, longaque nocte ſepulti jacent, ſic etiam Julii Principes antiquitus Chronologis ſuis deſtituti; res ab ipſis geſtas vel nulli, vel pauci, & non niſi obiter, quatenus ad propoſitum ſuum ſingulare faciebat, in literas miſerunt. Hinc primum Juliorum Comitem Munſterus Hermannum, alii Conradum vocant. Erneſtus Brothufius, & ex eo Adelarius Erichius in Chronico ſuo Julio, a Conrado, Franconiæ Duce, (1) P. Merſæus Cratepolius a neſcio quo Ottone originem eorum deducunt. Alii denique ab Euſtachio demum Bulionæo, Godefridi, Regis Hieroſolymitani, fratre, incipiunt, ut Chronicon Carionis, (2) a Philippo Melanchtone & C. Peucero auctum, cum tamen ducentis propemodum annis Julii Principes hunc ſuperent. *Hor. at. l. 4. Oda 9.*

Ut vero genuinum eorum ortum atque ſeriem indagemus, primo omnium ex antiqua noſtra Julia repetendum, Juliam provinciam oræ Gallicæ partem, ſub Imperio Romanorum, ſicut appellatio nominis, a Julio Cæſare derivata, ſatis indicat, tantiſper fuiſſe, donec Franci, Romanis ejectis, hic rerum potiti ſunt. Quod inprimis ſub Clodovæo Magno contigit, qui ex Regibus Francorum Chriſti Sacra primus amplexus eſt. Poſt illum Attila, Hunnorum Dux, Juliam aliasque Provincias finitimas vaſtavit. Imperio autem Francico in 4. membra diviſo, Julia Auſtraſiæ ſubfuit. Cum autem, Ludovico, ejus nominis IV. Arnulphi filio, ex proſapia Caroli Magni, Regum Francorum ultimo, defuncto, Imperium Romanum a Francis ad Germanos anno 912. tranſiret, Julia ad eosdem acceſſit: inprimis cum Henricus Saxo, dictus Auceps, qui Conradum, Francorum Ducem, octennium tantum diademate potitum, in Imperio anno 920. ſecutus, cum Roberto, Rege Francorum, Hugonis Capeti, Comitis Pariſienſis, filio, ad Ruram Occidentalem, in Saxonia & Weſtphalia ſitam; Otto vero, ejus filius, cum Carolo, ut Lotharingiam, in Ducatum mutatam, jure fiduciæ ab Imperio acciperet, tranſegiſſent. Sic igitur Julia, Romani imperii Provincia, primum Præfectis ab Imperatoribus gubernanda tradita: poſtea ab iisdem Comitibus, ob fida ſibi imperioque præſtita obſequia, in hæreditatis ſucceſſionem conceſſa eſt. *Paulus Æmilius in Ann. Francorum.* *Franc. Irenicus in Exegeſi Germaniæ.*

Sed quia hæc omnia ſupra (3) in antiqua Julia ſatis ſuperque demonſtrata ſunt, ut juſtam Comitum Juliorum originem atque ſeriem habeamus, Archiva, inque iis literæ authentiæ, in quibus eorum mentio & teſtimonium, cum Ludorum nobilitatis Germaniæ Equeſtrium, quibus præſentes quoque multi fuerunt, Catalogo, nobis luſtranda veniunt.

Primi igitur Juliaci Comitis Gerhardi mentio eſt apud Georgium Sabinum, in rebus geſtis Cæſarum Germanicorum, ex variis monumentis collectis & carmine deſcriptis, quando eum anno 912. ludum Equeſtrem nobilitatis Germaniæ, Magdeburgi, ſive

(1) Imo Gerhardum, Juliacenſem Comitem, non ortum fuiſſe ab illo Conrado, ſed ſub ipſius vexillo Henrico Aucupi adverſus Hungaros auxilium tuliſſe, refert ex *Brotuffio Adel. Erichius* lib. 6. fol. 288. col. 2. coll. fol. 206. col. 2.

(2) Cujus lib. 4. p. 589. hæc ſunt verba: *Lotharingiæ ad Arduennam tractus tenuit Godefridus, is, qui poſtea, Ducatu Bullioneo vendito, memorabili in terram Sanctam cum Balduino & Euſtathio fratribus expeditione, victricia arma per Aſiam, Syriamque, in urbem Hieroſolymam intulit, Turcis procul ex anteriore Aſia abactis ad Pontum: Saracenis depulſis, atque concluſis in Ægyptum, & regnum excitavit, quod ipſo mortuo adminiſtravit Balduinus frater. Tertius Euſtathius domum ex Paleſtina rediit, a quo* Juliacenſes Principes *ortum ducere exiſtimantur.* Aſt præterquam, quod Juliacenſes Comites Euſtathio multo antiquiores ſint, nullum inter ipſos & Euſtathii proſapiam cognationis veſtigium apparet. *Spener.* Hiſt. Inſign. lib. 1. c. 93. §. 4. *Frid. Lucæ* in des Heil. Röm. Reichs Uhralt. Fürſten-Saal. 1214.

(3) Parte I. libro III. in fin.

Digitized by Google

ſive Parthenopoli habitum, frequentaſſe ſcribit: Erneſtus quoque Brothuſius (1) in hiſtoria prælii Martisburgici eundem commemorat. Et quod Henrico primo Aucupi Imperat. cum Conrado, Franconiæ Duce, contra Hunnos anno 933. militarit, narrat. Idem author vult, Gerhardum quoque hunc ludo Equeſtri Gothopoli anno eodem, & biennio poſt Parthenopoli cum Arnoldo, ejus nominis primo, Clivorum Comite in ordine 12. Hermanno Ravensburgio, & Reinhero Zuitphano, interfuiſſe. De hoc igitur ita Petrus a Streithagen in Tetraſtichis ſuis, quos ut in Clivorum Principes, ita in Julios quoque & Montanos ſcite admodum adornavit:

Poſtquam Lotharici defecit gloria regni,
Interque anguſtos eſt revocata ſinus:
Gerhardus patriis, propriis quoque dotibus ingens,
Juliacum Comitis nomine rexit agrum.

Porro Wilhelmum, (2) Juliaci Comitum ſecundum, Gerhardi autem primi filium, ſub Ottone primo, Henrici Aucupis filio, Imp. circa annum Domini 940. vixiſſe, filiosque Gerhardum ſucceſſorem, Wazonem, (3) Leodienſium antiſtitum in ordine 23. anno 1043. electum, & Wenzonem, Abbatem Florinenſem, ex uxore Sueva genuiſſe, Annales Juliani ex Johannis Placentini Catalogo Epiſcoporum Leodienſium tradunt. De quo Streithagenus:

Perpetui primus factus ſucceſſor honoris,
Exigua fama notus in orbe micat.
Quippe illum a multis deducta ſilentia ſæclis
Immemorem longa conſtituere mora.

Gerhardi, ejus nominis ſecundi, Juliaci Comitis in ordine 3. ſub Henrico ſecundo, dicto Claudo, & ſancto Imperatore, cum Hermanno & Adolpho, Comitibus Ubiis & Montanis, Advocatis Tuitienſibus, ſeu Divitienſibus, anno 1003. mentio fit (4) in Diplomate, quo Heribertus, Epiſcopus Colonienſis, monaſterio Tuitienſi decimas Regiomagias attribuit: Eſchwieleriam, item Arviclerium & Pierium pagos, prædiaque in Mersheim, Stockheim & Gutterswich largitus eſt. Idem in ejusdem Heriberti literis, quibus an. 1009. Tuitio, a ſe inaugurato, Zundorphium attribuit, nominatur. Eundem ex uxore Wilhelmum ſucceſſorem edidiſſe, Annales Juliani perhibent. De quo Streithagenus:

Ignavo pariter torpeſceret obrutus ævo,
Ni facerent priſca ſcripta notata manu.
Hæc per-in antiquis chartis manet usque ſuperſtes,
Quas Divitenſi ſervat in æde chorus.

Alte-

(1) Ex quo eadem refert *Ad. Erichius* Chronic. Juliac. lib. 5. fol. 207. & lib. 6. fol. 288. col. 2.

(2) De quo MS. Honſel. *Wilhelmus*, refert, *Juliæ Comes, ut creditur, primus, ea tempeſtate in caſtris Henrici III. Imperatoris fortiſſimum ſe Athletam exhibuit. Quandoquidem Godefridus Barbatus, Brabantiæ & Lotharingiæ Dux. Neomagium cum Imperatore, a Friſonum correctione revertente, obſidione vallaſſet, anno 1001. ut latere præcedente dicitur. Genuit autem e filia Ducis Suevia Gerardum Succeſſorem, Vaſonem & Wenſonem. Vaſo, Vir in literis ſacris excellenter inſtructus, ex Leodienſi Cantore & Scholaſtico Epiſcopus ordinatur A. 1042. qui & Godefridum Barbatum, ex Brabantia fugientem, Lotharingiam verſus itinera militibus obſervando prohibuit, arceaque dejecit & latibula, quibus tutari poſſet. Wenſo autem Abbas fuit Florinenſis, Vir ſanctus & Prophetiæ dono illuſtratus.*

(3) De quo, ut & fratre Wenzone, *Chronic. M. Belgic.* hæc habet p. 109. *Wazo vel Gvazo ex clero S. Lamberti, Vir Spiritu ſapientiæ & ſcientiæ, & fervore religionis inſignitus, ordinatur Leodienſis XXIII. Epiſcopus & LII. a beato Materno A. D. 1042. Pontificatus Benedicti IX. anno decimo. Præſuit annis ſex, & centum & quinque annorum erat, quando fuit electus. Iſte S. Pontifex, frater Wenzonis, Abbatis de Florinis, ante Epiſcopatum ſub Nothgero Capellanus fuit, &c. Placentius* quoque hunc Wazonem fratrem vocat Comitis Juliacenſis.

(4) Nullam vero neque hujus Gerhardi, neque Walrabi, neque Wilhelmi, ejus nominis ſecundi, MS. *Honſelerianum* meminit, ſed primo adſcribit, quæ Autor de ſecundo refert. Nec *Adel. Erichius* Gerhardum II. & III. commemorat; adeo ut non minus antiquorum Comitum Juliacenſium Succeſſio, quam origo incertiſſima ſit, cujus rei procul dubio ratio eſt, quod Comites initio hereditarii non fuerint, talesque circa Henrici IV. & V. turbulenta Imperia demum cœperint, a quo tempore Comitum quoque Juliacenſium ſeries certior eſſe incipit.

Digitized by Google

Alterius quoque Juliaci Comitis, nomine Walerami, ſive Eubuli, qui aliis dicitur Valerianus, Munſterus meminit in Coſmographia ſua p. 1054. quem ludo Equeſtri Trevirenſi ſexto cum Theodorico, Clivorum Comite, ejus nominis ſecundo, in ordine vero 15. interfuiſſe ait: an vero Gerhardi filius vel frater fuerit, non conſtat. Ideoque Streithagenus:

Multa licet jaceant annorum adoperta tenebris,
Et dubium ſpargant tempora priſca jubar.
Si tamen a ludo quisquam eſt memorandus Equeſtri,
In Procerum numero, pars quotacunque fuit.

Wilhelmus, ejus nominis ſecundus, Gerhardi filius, Juliorum Comitum in ordine quintus, Henrico III. Conradi Saliqui filio, Imp. patrocinatus, cum a correctione Friſonum revertentem, anno 1050. a Godefrido Barbato, Brabantiæ & Lotharingiæ Duce, atque Balduino, Flandriæ Comite Inſulano, Neomagi obſeſſum, cum Theodorico II. Clivorum Comite, dicto Volante, aſſeruit. Idem contra vota Hildebrandi, Pontificis Romani, Henrico IV. Imp. Henrici III. filio, patrocinatus eſt. Ex uxore Hannonia Gerhardum ſucceſſorem reliquit. De Wilhelmo patre ita Streithagenus:

Cæſaream cauſam conſtanti pectore fovit,
Pontificis contra juſſa verenda pii.
Hinc, niſi ſi deceat Capiti ſuccurrere membra,
Ambiguæ poterat laudis inire notam.

Gerhardus, ejus nominis tertius, Juliaci Comitum in ordine ſextus, longe a ſuo genitore alius, Henrico V. Imp. authoritate Pontificia ſubnixo, contra patrem (1) Henricum IV. cum Friderico, Epiſcopo Colon. adhæſit, qui, Pontifice & filio bello ſuperatis, Gerhardo capto, Juliacum rapinis & incendiis (2) depopulatus eſt: ut propterea Streithagenus ſic de eo canat:

A patre diverſus Romanæ ſedis amore,
In partes abiit relligione ſacras.
Verum infælici tentavit prælia fine,
Juliacum cernens captus in igne ſuum.

Idem Gerhardus dimiſſus cum Lothario Saxone Cæſare, Henrici V. ſucceſſore anno 1125. electo, Italiam adiit, Juliacumque ab eo recuperavit. Ex uxore vero Seinenſi (3) Walramum, in juventutis flore extinctum, Wilhelmum ſucceſſorem, & Alexandrum, in Epiſcopum Leodienſem anno 1129. juxta Joh. Placentinum electum, (4) & anno 1138. mortuum, Richardem denique, Ottonis Geldri, (5) & Margaretham, Eberhardi Altenani, Comitum, uxores, ſuſcepit.

Wilhelmus, ejus nominis tertius, Juliaci Comes in ordine ſeptimus, Conrado III. Imp. Lotharii Saxonis anno 1138. ſucceſſori, contra Catulos (6) egregiam operam præſtitit:

(1) Imo Henrico IV. adverſus filium adhæſiſſe, refert MS. Honſeler. *Gerhardus, Comes Juliæ, ea tempeſtate inſignis floruit, qui ex filia Landgravii Haſſiæ Wilhelmum Succeſſorem habuit. Ipſe Henrico IV. omnem fecit, quam potuit, aſſiſtentiam contra filium illius Henricum V. patrem perſequentem 1105. Iterum cum Friderico, Colon. Archiepiſcopo, ceteris que Principibus inferioribus, adverſus eundem Henricum Imp. V. fortiter dimicavit, captusque fuit, & Juliacum everſum. Omnes fere Germaniæ inferioris & Galliæ Belgicæ Principes Henrico IV. adhæſerunt. Cumque Henricus V. patre mortuo, libertatem Germanorum opprimere ſtuderet, atque inclementius cum Lothario, Saxoniæ Duce, egiſſet, quippe in gratiam non recepto, priusquam aſſumto rcorum cultu, nudis pedibus & vili ſago tectus, humi ſuſus ad Henrici pedes in Procerum corona ſe abjeciſſet, idem Fridericus, Archiepiſcopus Colonienſis, Gerhardus Juliacenſis, aliique Saxoniæ & Weſtphaliæ Principes denuo fœdus adverſus Imperatorem inierunt. Urſpergenſ.* ad ann. 1114. *Ott. Friſing.* lib. 7. c. 15. *Schaten.* Annal. Pad. lib. 7. p. 679.

(2) *Gobel. Perſon.* p. 267. *Gulicke*, ait, *præſidium diruit.* Vid. quoque cit. Script.

(3) MS. *Honſeler.* Haſſiacam fuiſſe refert.

(4) Sed coactum Epiſcopatu ſe iterum abdicare, quod inveſtituram per annulum & baculum ab Henrico jam excommunicato accepiſſet. *M. Chron. Belgic.* p. 150.

(5) Imo hujus prior conjux fuit *Adelheida*, filia Wichardi, Geldriæ Præfecti, poſterior *Sophia*, filia Wichmanni, Comitis Zutphaniæ. *Aquilius* in Chron. Geldr. p. 11. *Pont.* Hiſt. Geldr. p. 90.

(6) Henricum videlicet Superbum, Bavariæ & Saxoniæ Ducem, Lotharii generum, qui Imperium

Digitized by Google

tit: Eidemque, contra Saracenos ad bellum ſacrum proficiſcenti, cum aliis Comitibus, prædicatione Bernhardi excitatis, adfuit. Ex uxore vero Haſſa (1) Gerhardum & Wilhelmum (2) genuit, quorum in fundatione cœnobii Meerenſis prope Noveſium, ordini Præmonſtratenſi an. 1160. conſecrati, itemque in literis authenticis an. 1166. & 1185. mentio. De patre Wilhelmo ita Streithagenus:

Auguſto nimium credens ſua limite claudi
Facta, peregrino quæſiit orbe decus.
Unde & Conradum contra Saracena ſecutus
Signa, ſuo ſemper robore clarus agit.

Gerhardus, ejus nominis quartus, Juliaci Comes in ordine octavus, Friderico primo Imperatori, dicto Barbaroſſæ, poſt Conradum anno 1152. diademate potito, charus fuit, in antiquis ſchedis Caſtrorum Dominus appellatus; eidem Imperatori in expeditione Mediolanenſi, & correctione Henrici Leonis, Saxoniæ Ducis ſuperbiſſimi, anno 1174. inſtituta, adfuit: (3) Gerhardum etiam, Geldrorum Comitem, pro Velavia adverſus Balduinum Hollandum, Epiſcopum Ultrajectinum, decertantem, adjuvit: Fridericum tandem Barbaroſſam in bellum ſacrum anno 1180. proficiſcentem, comitatus, ubi cum Imperator occubuiſſet, & poſt obitum filii, Henrici ſexti, anno 1197. in Apulia ſimiliter defuncti, de imperio Philippus, Henrici ſexti filius, (4) cum Ottone Saxone anno 1198. contenderet, primum Ottoni, (5) inſtinctu Innocentii Papæ, ab Adolpho Altenano, Archimyſta Colon. perſuaſus, adhæſit, ſed Philippo auro & argento prævalente, deficiente Epiſcopo, ipſe quoque (6) partibus Philippi acceſſit, ab eoque opimum prædium (7) impetravit. Ex conjuge Schowenburgica Wilhelmum quartum ſucceſſorem, & Gerhardum, (8) quorum in literis Friderici II. Imper. anno 1237. mentio, edidit. Obiit anno 1218. De quo Streithagenus:

Imperii Proceres inter ſuffragia ceſſit,
Cum Leo de patriis pulſus abivit agris.

Quin

rium ſibi deberi contendebat, & Welfonem, ejus fratrem, quos Autor Catulos appellat, a fabula de duodecim puerulis, Iſenberto, Comiti Altorfenſi, ſimul natis, quorum vero undecim, tanquam *Catulos* abjici juſſerat ejus uxor. *Cruſ.* Annal. Suev. lib. 12. Ceterum ortis ex hoc bello civili inter Conradum & Henricum *Gibellinorum* & *Welforum* factionibus, vid. *Andreas Presbyter* p. 25. & *Martin Schookius* libro de Factionibus.

(1) Hanc MS. *Honſeler.* attribuit Wilhelmi patri, filio autem Wilhelmo *Scinenſem.*

(2) Gerhardi tantum, & duarum ſororum, Richardæ, uxoris Comitis Geldriæ, & alterius, uxoris Comitis de Altena, meminit *cit. MS.*

(3) Hoc, ut & auxilium Geldriæ Comiti præſtitum, *cit. MS.* Wilhelmo, patri Gerhardi, adſcribit, quod veroſimilius, quia alias Gerhardi vita & Regimen nimis extenderentur. Certe ultra annum 1204. Wilhelmum vixiſſe, liquet ex *Arnoldi Lubecenſ.* Chronic. Slavic. lib. 7. c. 1. ubi, Wilhelmum, Comitem Juliacenſem, ut plurimi Principes Ottonem deſeruerint, effeciſſe, his verbis memorat: *Cum igitur Otto Rex Coloniam potenter obtinuiſſet, & amplior ei proſperitas arridere videretur, repente inopinata adverſitas contra eum exorta eſt. Siquidem Comes de Gulicke contra eum inſidias moliri cœpit, ita ut Philippo Regi literas & nuncios occulte dirigeret, hoc demandans, ſi ipſum divitiis & honoribus ampliare vellet, quod non ſolum omnes Principes fautores Ottonis Regis, ſed & ipſum Archiepiſcopum Colonienſem in ſuam partem adducere vellet. Qui gaviſus eſt, hoc remandans, ut ſuper hoc negotio ad locum determinatum ſibi occurrere vellet. Quod & factum eſt. Philippus igitur, eum ſibi ſub juramento arctius adſtringens, curiam quandam, 600. Marcas perſolventem, ei in beneficio conceſſit, & ditatum auro & argento, veſtibus pretioſis & equis ad ſua remiſit, omnesque ei obſequentes bene induit.* Wilhelmus *igitur Comes ipſum Archiepiſcopum & omnes nobiliores ita præſtigit circumvenit, ut omnes Ottoni renunciaverint, & in partem Philippi inclinarint.*

(4) Imo Henrici frater natu minimus. *Alb. Stad.* ad ann. 1185.

(5) Patris inſiſtens veſtigiis, quem itidem Ottoni adhæſiſſe, liquet ex ſubſcriptione Tabularum, quibus Otto Eccleſiæ Colonienſi Privilegia confirmavit, apud *Schaten.* Annal. Paderb. lib. 9. pag. 915.

(6) Imo Wilhelmum Archiepiſcopum aliosque commoviſſe, ut in partes Philippi tranſierint, teſtatur *Arnoldus Lubecenſ.* l. c. *Adel. Erichius* in Chronic. Juliacenſi p. 240.

(7) Curiam vocat *Arnoldus*, 600. Marcas perſolventem.

(8) MS. *Honſeler.* Wilhelmi tantum meminit, & filiæ, Adolpho, Comiti Montenſi, deſponſatæ.

Digitized by Google

Quin & odoríferas Libani comitatus odoras,
Magnanimo ſubiit digna pericla Duce.
Imperio feſſus Suevo cum Cæſare fecit,
Proque dato auxilio commoda multa tulit.

Wilhelmus, ejus nominis quartus, Juliaci Comes in ordine nonus, anno 1218. poſt patrem præſſe cœpit: ante obitum tamen ejus cum Adolpho Montano anno 1211. contra Waldenſes & Albigenſes (1) profectus. Anno eodem, quo pater obiit, cum eodem Adolpho Montano, aliisque Principibus Chriſtianis, Syriam adiit, & Damiatæ recuperationi interfuit: quo etiam in literis Monaſterii Vilicenſis teſtis citatur, anno ſcilicet 1218. Anno 1226. Henricum a Molenarck, Archiepiſcopum Col. in correctione Friderici Iſenburgici, parricidæ anteceſſoris ſui Engelberti Montani, adjuvit. Anno 1233. contra Stadingos (2) hæreticos decertavit. Anno 1235. ludo Equeſtri Herbipolitano, a Franconica Nobilitate celebrato, interfuit. (3) Anno 1237. Friderico Imp. contra Papam adhæſit; ob multa adulteria male audiit. Et ſicut vixit fœde, ita quoque mortuus eſt, (4) in ſinu nempe nobilis fœminæ, a ſe raptæ. Ante mortem tamen, Cæſario, Monacho Heiſterbacenſi, lib. 12. Dialogorum cap. 5. teſte, Melodia Angelica ad pœnitentiam revocatus, quam Engelbertus Montanus, tum adhuc Præpoſitus ſummi templi Colonienſis, poſtea autem Epiſcopus, percipere non potuerit. Ex uxore Loſſenſi Wilhelmum quintum ſucceſſorem, & Waleramum, quorum in literis authenticis anno 1250. & anno 1263. mentio, ſuſtulit. De quo Streithagenus:

Si qua ſacris Scriptis, ut conſtat, ratio habenda,
Nec cadit in ſanctum fraudve dolusve virum.
Impuram infauſto concluſit funere vitam,
Et nunc in Stygiis, heu dolor! aret aquis.
Et tamen occiſo crudeli cæde nepotis,
Myſtæ ad inferias adfuit enſe ſacras.

Wilhelmus, ejus nominis quintus, Juliaci Comes in ordine decimus, anno 1247. patri ſucceſſit, & ſub Friderico II. ejusque filio, Conrado IV. itemque, poſt varios Imperii

(1) Homines, qui jam ſeculo V. ex Italia in Valles Pedemontii, ut ab invaſionibus barbararum gentium tuti eſſent, ante ſtabilitos errores Pontificios auffugerant, atque ſeculo VII. ſimplicitate vitæ & puriori Evangelii Doctrina ibi jam innotuerunt. Seculo vero XII. vitiis atque erroribus Romanæ Eccleſiæ palam ſe oppoſuerunt, eaque conſtantia, ut nullis Alexandri III. R. P. ejusque Succeſſorum minis potuerint inhiberi, atque Innocentius III. expeditionem cruciatam adverſus eos inſtituerit, nihil tamen aliud effecerit, quam ut immani hac perſecutione in Picardiam, Flandriam, Angliam, Germaniam, Bohemiam fuerint diſperſi, atque Reformationi tandem Eccleſiæ dederint occaſionem. Vid. pluribus *Joh. Paul. Perrinum* & *Legerium* in Hiſt. VValdenſ.

(2) Vid. ſupra *Hiſt. Cliv.* ſub *Theod. V.*

(3) De *Gerhardo*, Comite Juliacenſi, hoc memorat *Adel. Erich.* p. 243. ſed perperam.

(4) MS. *Honſelar.* de eo, *Wilhelmus*, inquit, *Juliæ Comes, ex filia Comitis Loſſenſis Wilhelmum genuit Succeſſorem, cumque naturæ dotibus polleret variis, eſſetque armorum peritia clarus, Chriſtianæ fidei zelo fervens, cum cæteris Germaniæ Proceribus adverſus Hæreticos Stadingos fortiſſime decertavit anno 1233. Dein a priſtinis deficiens moribus & devotione, in varia prolapſus eſt ſcelera. Nam Friderico Imperatori II. per Papam & Lugdunenſe Concilium depoſito, inimicus cum illo eſt effectus Eccleſiæ & Miniſtrorum Dei, quos mirabiliter in rebus & corpore damnificavit, cepit, & exſpoliavit & mutilavit, quaſi non eſſent ſacro oleo delibuti, quapropter & conſimilem excommunicationis cenſuram pertulit, quam ſuperba mente contempſit, unde & a Deo in reprobum verſus ſenſum, uxorem propriam adulterii crimine impoſito incarceravit, factus ipſe adulter peſſimus & virginum deflorator. Infirmatus in arce Nydeggen, ut Medicorum ſanaretur Pharmacis, Coloniam migravit, indeque a Medicis deſperatus, ad propria remeans, miſere in pratis defecit in ſinu nobilis militiſſæ, quam viro vi abſtulerat anno Domini 1245. De cujus vita, morte & damnatione terribilia narrat Cæſarius, Monachus Heiſterbacenſis, in Speculo Exemplorum.* Verum ut Friderico II. horrendæ blaſphemiæ a Pontificum mancipiis falſo imputatæ fuerunt, ita & VVilhelmo multa afficta fuiſſe nullus dubito. Certe aniles fabulæ ſunt, quæ de ejus anima referuntur in *M. Chron. Belg.* p. 238.

Digitized by Google

rii rivales, (1) Rudolpho I. Habsburgico, Impp. præfuit. Uxorem habuit Walerami, Ducis Limburgici, filiam: ex qua Wilhelmum, Waleramum & Gerhardum, filios, cum Peronetta, (2) filia, Ludovico Arisburgico desponſata, matre Mechtildis, Engelberti Marcani, ejus nominis ſecundi, conjugis, ſuſcepit. Friderico autem Imp. patrocinatus, primus Nemoris Comes anno 1237. ab eo appellatus. Anno etiam 1269. Advocatus Aquenſis ſalutatus eſt. Durenam denique pro 15. mille florenorum pignore impetravit. In ejus imperium bella Reipublicæ Colonienſis & Aquenſis inciderunt.

Mortuo enim anno 1237. Henrico a Molenárck, Archiepiſcopo Colonienſe, Conradus Hochſtedenus, Lotharii & Mechtildis filius, qui illi ſucceſſit, ſibi, cum Germania bello civili arderet, advigilandum ratus; dum Innocentii III. Pontificis Romani, authoritate niteretur, ab eo non tantum poteſtatem, Regem Romanum Aquis a ſe & ſucceſſoribus, Epiſcopis Colonienſibus, inaugurandi, (3) anno 1240. impetravit, ſed etiam jus cudendæ monetæ ad ſe ſolum derivare niſus eſt. Et hic ille Epiſcopus eſt, qui non tantum Dynaſtiam ſuam (4) Eccleſiæ Colonienſi conſignavit, ſed etiam templum majus cathedrale anno 1248. moliri cœpit.

Respublica autem Colonienſis idcirco Epiſcopo adverſata, eum nonniſi ob Pallium (5) citra Alpes Romam profectum, & acceptum, ab Imperatore confirmatum, admittere voluit.

In hac controverſia Wilhelmus Juliacus, Archiepiſcopo addictus, nomine ipſius Coloniam obſidione cinxit, & Imperatori Friderico II. in omnibus fidelis, (6) 3. Cal. Decembr. anno 1241. cum Johanne Prætore, Wilhelmo Advocato, Scabinis, & univerſa urbe Aquenſi, de nullo alio, quam Friderico II. ejusque filio, Conrado Rege, agnoſcendo, fœderi junctus eſt.

Anno 1258. Conradus Hochſtedenus Epiſcopus, ab Hermanno a Vitinchoſen perſuaſus, obſidionem quidem ſolvit, ſimultatum vero ſemina inter Magiſtratum & cives, ejusdem Vitinchoſii conſilio, ſparſit, & primo quidem civibus ſpecioſis immunitatum promiſſis ineſcatis, Magiſtratu antiquo abolito, novum ſubſtituit, honeſtioris etiam animi cives, libertatis amiſſæ recuperandæ ſtudioſos, biennio ante mortem, captivos in arcem Airam abduci juſſit, & ſic totam Rempublicam liberam ſub poteſtatem ſuam miſit.

Ejus

(1) *Henricum*, puta, *Raſponem*, *Wilhelmum*, C. Hollandiæ, *Alphonſum*, R. Caſtiliæ, & *Richardum*, Cornwalliæ Comitem.

(2) Petronellam vocat *Schaten.* T. II. Annal. Pad. p. 134.

(3) Jus illud jam ante Archiepiſcopo Colonienſi, non tam jure Diœceſeos, quam primariæ provinciæ, in qua Aquisgranum ordinarius inaugurationis locus ſitus eſt, tradiderat. Cum enim illa provincia in ſacris Archiepiſcopo Colonienſi ſubſit, ab alio quoque inauguratio Regis fieri non potuit. Innocentius vero III. Quod igitur *Philippus Cæſar a Tarantaſienſi Epiſcopo fuerit coronatus, in contemptum Adolphi, tum Archiepiſcopi Colonienſ. qui ſolummodo Reges & Imperatores coronare debeat; ex Eccleſiæ Colonienſis dignitate* factum dicit in Epiſtola ad Adolphum, apud *Baluzium* in Epiſtolis Innocentii p. 6. Lite poſtea inter Moguntinenſem & Colonienſem Archiepiſcopum circa coronandi jus exorta, ita inter eos anno 1657. transactum eſt, ut coronationem quilibet in ſua Diœceſi, extra vero utriusque ditionem diœceſanam alternis vicibus eam peragant. Vid. Tab. in *Theatr. Europ.* T. VIII.

(4) Inſuperque caſtra Waldenberch & Wede emit, qua de re *M. Chron. Belg.* p. 238. *Idem quoque*, refert, *Conradus Comitatum de Hogſtaden cum omni jure ſuo & attinentiis, nec non nobile Caſtrum Are cum ſuo diſtrictu, una cum Caſtro Nurberch cum pluribus allodiis, ad ipſum ex ſucceſſione paterna pertinentibus, Eccleſiæ Colonienſi contulit. Item Caſtrum Waldenberch & Caſtrum Wede cum Miniſterialibus & Villis atque poſſeſſionibus ſuis pecuniis comparavit, & Eccleſiæ Colonienſi usque in hodiernum diem nobiliter applicavit.*

(5) Id eſt, tanquam Archiepiſcopum absque ſupremo in civitatem Colonienſem Imperio, quod Archiepiſcopi ſibi arrogare cœperunt a tempore Brunonis, cui ejus frater Otto Imperator, in Italiam iturus, Advocatiam ejus Urbis commiſerat. Vide de hac controverſia Scripta ap. *Fritſch.* in Notis ad *Limnæum* lib. 7. c. 10. *Lundorpium* T. IX. lib. 10. *Puffendorff.* lib. 11. §. 20. l. 18. §. 125. & 19. §. 5.

(6) Cui & inter ceteros Principes Coloniæ operam ſuam obtulit, *Mutius* lib. 20. pag. 178. poſtea tamen, partes civium amplexus, Conradum cepit, atque novem menſes in caſtro Nydecke detinuit. *M. Chronic. Belg.* p. 237.

Digitized by Google

Ejus ſucceſſor Engelbertus Falckenburgicus anno 1261. factus, id continuavit; (1) & 8. Junii, anno 1262. clavibus urbis in ſuam poteſtatem redactis, ad exemplum Præſulis Moguntini, caſtra bina, quibus cives compeſceret, utpote Beyenſe, & alterum in muris prope turrim Cuniberti, ſtruxit, novasque exactiones civibus impoſuit. Hi ergo iterum commoti, omnibus caſtris expugnatis, Beyenſi vero ſolo in memoriam victoriæ relicto, in libertatem amiſſam ſe poſtliminio aſſeruerunt.

Tandem opera hujus noſtri Wilhelmi, Juliaci Comitis, ſicut etiam Henrici Geldri, Epiſcopi Leodienſis, ejusque fratris Ottonis, Geldriæ Comitum, Hermanni denique Vitinchofii, pax inita, civibus ſex mille Marcas argenti Epiſcopo pendentibus.

Hujus tamen conditiones Archiepiſcopus non rite ſervavit: nam Hermannum Grynæum Conſulem, ad convivium vocatum, Leoni objecit, qui, pallio ſuo, ori ejus ingeſto, pugione necatus, duos viciſſim Canonicos ſummi templi in porta Papienſi ob id ſuſpendit anno 1262. Cum vero ſic parum proficeret, a Papa Clemente IV. banni literis impetratis, cives ex improviſo per inſidias cum fratre Theodorico obruere cogitans, cum eodem captus, intercеſſione vicini Epiſcopi Leodienſis, Henrici Geldri, ejus fratris Ottonis, Geldriæ, & Engelberti, Marchiæ Comitum, dimiſſus eſt. Anno viciſſim 1266. cum Primaribus per duos Monachos contra cives conſpiravit, unde iterum funeſtus animorum concurſus exortus eſt, donec enervati cives vicinis quatuor Comitibus, Ottoni Geldro, Wilhelmo noſtro Julio, & Adolpho Montano, atque Catto, civitatem concederent, quod propter Wilhelmus noſter, deſerto Archiepiſcopo, urbi adhæſit. Quo ipſo adeo commotus Engelbertus Archiepiſcopus, ut ditionem Juliam invaderet, & Zintzigiam ejus expugnarit. Wilhelmus contra, ope Ottonis Geldri, Engelbertum viciſſim adortus, primo quidem ſuccubuit, deinde pugna reſtaurata, victoriam de Archiepiſcopo, inter Tulpetum & Lechenichium vicos, inſignem ac memorabilem reportavit, ipſo die Luciæ anno 1267. Archiepiſcopo cum Theodorico Clivio (2) captis, & Nideccam abductis. Ex quibus hunc tamen, data in matrimonium ſua gnata, Eliſabetha, ejus filio Gerhardo, Caſtrenſi Domino, dimiſit, Archiepiſcopum vero in arce Nideccia tribus annis cum dimidio captivum detinuit. Ex illo tempore per quatuor annos urbs Colonienſis banno condemnata vixit: & quamvis anno 1270. die 14. poſt ferias Paſchales, conſilio Theodorici Clivii, per Albertum M. Epiſcopum Ratisponenſem, hac lege, (3) ut urbi privilegia ſalva manerent, pax publicata fuerit, Epiſcopus tamen, anno 1272. mortuus, cives a banno abſolvere noluit. Succeſſor ejus, Siegfridus VVeſterburgius, eodem banno conſtrictam urbem tenuit, imo ut Anteceſſoris ſui carceres ulciſceretur, ubi anno 1278. Wilhelmus noſter cum filio primogenito, Wilhelmo, & duobus filiis naturalibus, Aquisgranum armata manu intraſſet, iique a civibus in furorem actis 16. Martii occiſi eſſent, ob id Miſſam feſtivam de S. Petro (cujus initium: Nunc ſcio vere, quod miſit Dominus Angelum ſuum, & liberavit me de ore Leonis,) (4) cecinit; deinde Juliacum obſedit, & antequam illud caperetur, cum militaribus Wilhelmi copiis conflixit, victoriam conſecutus, totum Comitatum, Nidecciano & Hambochio caſtris exceptis, ſibi ſubjecit, Juliaque arce ſolo æquata, aliam ad Tulpetum poſuit; Provinciæ ereptæ partem poſtea Walramus & Gerhardus, filii ſuperſtites, ope Comitis Loſſenſis, concordia inita receperunt, (5) donec in pugna Worringenſi (6) Reinholdo Geldro a Joanne, Brabantiæ Duce, cum

(1) Pluribus has turbas deſcribunt MS. *Honſeler.* & *M. Chronic. Belgic.* p. 260. *Schaten.* T. II. pag. 115. & ſeqq.

(2) Addit *Ubbo Emmius* Rer. Frif. lib. 10. Simonem, Epiſcopum Paderbornenſem. Sed priorem evaſiſſe poſt pugnam, teſtatur MS. *Honſel.* poſteriorem captum fuiſſe, negat *Schaten.* l. c.

(3) Jurejurando ab utraque parte firmata Coloniæ in Templo S. Mariæ. *Centur. Magdeb.* Cent. XIII. cap. 8.

(4) *M. Chron. Belg.* p. 237. hunc Wilhelmum appellat *Eccleſiæ Colonienſis illo tempore infeſtiſſimum perſecutorem.*

(5) Pluribus hoc deſcribit *M. Chron. Belgic.* p. 266.

(6) Ducibus Brabantiæ & Geldriæ, cui Archiepiſcopus Colonienſis adhærebat, de Succeſſione in Ducatum Lymburgicum inter ſe contendentibus. Vide *Hiſt. Marcanam* ſub *Everhardo III.* & infra *Hiſt. Montanam.*

Digitized by Google

cum Adolpho Naſſovio, Siegfrido vero Epiſcopo ab Adolpho, Montium Comite, captis, non tantum ope Joannis, Brabant. Ducis, tota regio anno 1288. ad filios rediit, ſed etiam caſtrum Tulpetum deſtructum, & oppidum Lechnichium a Comite Juliacenſi, & Eberhardi Marcani (qui Rodenburgum interea obſedit & expugnavit,) filio, Arnburgi Domino, cinctum & deditum eſt; Juliacenſes etiam cum Marcanis contra Colonienſes, in villa Nemore prælio commiſſo, Victores abierunt. Archiepiſcopus Siegfridus VVeſterburgius, cum poſt ſeptennalem carcerem pro redemptione, conſenſu Capituli, ditionem Bensbergiam, cum Duſſeldorpiana, aliisque pagis & caſtris ultra Sigeburgum ſolveret, & banno urbem liberaret, dimiſſus eſt, qui tamen ſtatim, contra fidem datam, Adolphum Montanum per ſuos dolo iterum comprehendi juſſit, neque vinculis, in quibus an. 1295. mortuus, & Greveradiæ tumulatus, eum liberari voluit, pecuniam licet & reliqua omnia Archiepiſcopo reſtituere paratus eſſet.

In hanc Colonienſem controverſiam altera quoque Aquisgranenſis incidit, quam, quia VVilhelmum noſtrum etiam concernit, breviter attexemus. Nam cum Richardus, Rom. Rex, ſedem Regiam Aquenſem anno 1269. ei obligaſſet, ut ſupra diximus, hic judicio tanquam Advocatus & Præfectus urbis præſedit, & præterea anno 1276. in Nemus Sapulienſe, tanquam ab eodem Richardo ſibi datum, jurisdictionem exercuit, quod tamen a Rudolpho I. Imp. pro 700. Marcis tantum ei obligatum erat. Aquenſes igitur cum Siegfrido VVeſterburgio, Ubiorum Archimyſta, adverſus quem etiam Ubiopolitanis, contra ſe inſurgentibus, conſilio VVilhelmus adfuerat, fœdus inierunt; his ut occurreret, cum ad expeditionem Bohemicam contra Regem Ottocarum, juſſu Rudolphi Habsburgici Imp. ſibi impoſitam, ſe accingeret, eumque in uſum pecuniam, ab Imp. civibus impoſitam, exigeret, filio primogenito VVilhelmo, & duobus filiis naturalibus, aliisque Comitibus ſtipatus, inſuper 472. equeſtris ordinis Viris, ipſa memoria Heriberti Epiſcopi, profeſto B. Gertrudis, inclinata jam die, ſub nonam veſpertinam, anno 1278. 16. Martii, de improviſo Aquenſem urbem ſpe ea potiundi intrat, ſed a civibus ad arma provolantibus, occluſis portis, & disruptis parietibus, circumventus, e regione Monaſterii, quod albarum Virginum nunc vocant, ubi etiam rei geſtæ monumentum ſaxeum viſitur, a lanio, & ut quidam volunt, fabri ferrarii malleo miſere una cum filio trucidatur, (1) unde verſus:

Enſes Granenſes ſenſerunt Juliacenſes,
Gentes elatæ, Gertrudis nocte Beatæ,
Mille trecentis quater ſex binc modo demptis.

Chro-

(1) Vide *Schaten.* Annal. Pad. T. II. p. 134. *Adel. Erich.* fol. 289. col. 2. *Haræus* Annal. Brabant. T. 1. p. 281. ubi factione Ducis Brabantiæ, ut nonnulli ſcribunt, id factum fuiſſe, refutat teſtimonio Trithemii. *Mejerus* Annal. Flandr. p. 93. *Job.* a *Leydis* in Chron. Belg. lib. 24. cap. 12. ita ſcribit: *Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo octavo Wilhelmus, Comes Juliacenſis, cum filio ſuo primogenito in crepuſculo noctis civitatem Aquisgranum, a Siphrido, Archiepiſcopo Colonienſe, inimico ſuo, tunc obſeſſam, dolo viſus eſt obtinere, quam multis cum armigeris clam ingreſſus eſt: Stationarii vero excubatores de tanta hoſtium caterva inopinate ſuperveuientium ſtupefacti, excitis a ſomno felociter civibus inſurrexerunt, armatorum exercitum adeſſe. Cives vero excitati, armis ſe munientes, conſeſtim ad defenſionem urbis accelerarunt, exhortantes ſe mutuo ad pugnam. Itaque cum cognoviſſent, Comitem Juliacenſem adeſſe, occurrerunt ei cum furore ad dimicandum in medio foro. Juliacenſes ex illo impetu nimium formidantes ac paulatim diffugientes, dictum Comitem cum filio deſeruerunt ſuo, qui cum quadringentis & ſexaginta pugnatoribus ibidem fuit proſtratus. Quapropter Juliacenſes in ultionem ſui Comitis Aquisgranenſes multis militum excurſibus plurimum devaſtarunt, & armorum potentia eorum Remp. ublicam labefactarunt. Tandem pax compoſita inter eos, ut ab utraque parte arbitri feligerentur Viri provida, prudentes & virtute conſpicui. Quorum demum arbitrio diffinitum eſt, ut Juliacenſes omnem rancorem deponerent, & omnem offenſam Aquenſibus remitterent, ac omnes viatores atque peregrinos in terris ſuis defenderent, & ut omnes, qui in omni ſeptennio civitatem Aquenſem pro indulgentiis viſitare vellent, ab omni prædonum & hoſtium injuria ſecurarent atque reducerent, pro quibus laboribus Aquenſes Comitibus Juliacenſibus perpetuis temporibus præſtare promiſerunt gratioſe meditatem omnium oblationum, quæ in Eccleſia Deiparæ Virginis Mariæ ex devotis Chriſti fidelium oblationibus ſingulis ſeptenniis provenirent & contingerent Aquenſibus.* Vide quoque *P. Bertium* R. G. lib. 3. p. 461. Coactos inſuper Aquisgranenſes fuiſſe, crucem in ejus rei memoriam erigere, ex *Frecheri* teſtimonio memorat *Meibom.* T. 1. S. G. p. 420.

Digitized by Google

Chronicon vero Gemblacenſe ita exprimit:

Anno milleno bis centeno heptaque duodeno.

VValeramus vero Falcomontius, paternis cautus periculis, Theodori ſcilicet, Engelberti Archiepiſcopi fratris, qui ſimili caſu a Colonienſibus interfectus fuerat, ſaniore uſus conſilio, cum cæteris introitum diſſuadere non poſſet, macellum cum eis intrare (1) conſtanter recuſans, retrocеſſit. Poſt quam cladem Siegfridus, Colonienſis Metropolites, tum ob illata ſibi damna, tum pacto fœderi cum Aquenſibus facturus ſatis, Ditionem Juliacenſem invadit, (2) Duram & Juliacum, everſo funditus, quod ibi, Caſtro, expugnat, univerſaque propemodum oppida, præter Nideccam & arcem Hambochiam, ſuæ poteſtatis fecit, eoque magis in Juliacos deſæviit, quo injuriam, Engelberto Falcomontio prædeceſſori trium & dimidii annorum captivitate illatam, vindicaret.

Anno 1278. Johannes, Dux Brabantiæ, & Guido, Flandriæ Comes, cædem ulturi, Aquisgranum magno exercitu obſident, ſed tandem re infecta (3) diſcedunt. Archiepiſcopus igitur Colonienſis oppidum Durenum & multa alia Caſtella eripit: Dux vero Limburgenſis, cognati ſui injurias ulturus, viciſſim in ditiones Epiſcopi involat, & eum, ut erepta reſtituat, cogit. Poſtremo Martino IV. Papa intervenіente, non tantum concordia inita, & omnia dominia, caſtra & oppida ab Archiepiſcopo reſtituta, ſed cum vidua quoque VVilhelmi anno 1280. vigilia D. Matthæi, ejusdemque tribus filiis, VValramo, Præpoſito Aquenſi, Ottone, Trajectenſium Præpoſito, & Gerhardo, conſiliis Siegfridi Archiepiſcopi, Joannis, Lotharingiæ & Brabantiæ Ducis, Aquenſes, numeratis ei 15. marcarum Denariorum millibus, qui vulgariter Anglici Brabantini dicebantur, (12. ſolidis pro quavis marca computatis,) & quatuor altaribus, uno in albarum Cœnobialium monaſterio, altero Portzenſi templo, & duobus in urbe Nideccienſi, in ſolatium animæ defuncti Comitis erectis, ſingulisque decem marcarum Sterlingiorum proventibus dotatis, reconciliati ſunt. Triethem. in Chron. Hirſ. addit, tertiam partem (4) oblationum in Eccleſia B. Mariæ virginis ex devotione peregrinorum, vel undecunque cedentium, cum præpoſitura Aquenſi, additam fuiſſe. De eo ita Streithagenus:

Bello, pace bonus nimium, ſed partibus hærens,
In ſanctos Domini protulit usque manus.
Non impune tamen: commotis civibus olim
Granenſi jacuit cæſus in urbe miſer.

Waleramus, Wilhelmi V. filius, patre & fratre Wilhelmo anno 1278. Aquisgrani occiſis, ſub Adolpho Naſſovio & Alberto Auſtrio Impp. Comes Juliæ ex Præpoſito Aquenſi ædis Marianæ factus in ordine 11. Guidonis, Flandriæ Comitis, filiam uxorem habuit, qui, præter ditionem avitam, ſuppetiis Joannis, Brabantiæ Ducis, recuperatam, etiam eidem Johanni, Duci Brabantino, & Adolpho Montano, anno 1288. contra Siegfridum VVeſterburgium, Archiepiſcopum Colonienſem, & Reinholdum, Geldriæ Comitem, in prælio VVorringenſi (5) ſuffragatus, anno 1292. capto Epiſcopo, cum Eberhardo Marcano, VVeſtphaliam & Angriviam vaſtavit.

Idem anno 1301. Eberhardo Marcano (6) contra VViegboldum Holtenum, Archiepiſcopum Colonienſem, qui Siegfrido VVeſterburgio ſucceſſit, adjumento fuit. Caſtra enim ille Lechenichium, Hoveſtadium, Rodenburgium vero Eberhardus Marcanus obſederunt. Hujus etiam filius primogenitus, Engelbertus, VValeramo in pugna nemoris villani adfuit, in qua victoria inſigni contra Colonienſes potitus eſt. Belli motu & metu ſedato, animisque Ducum reconciliatis, ab Archiepiſcopo Tulpetum VValeramus emit, quod poſtea tamen Cono Falckenſteinius, Archipræſul Trev. & Colonienſis adminiſtrator, redemit.

Ad-

(1) Verba ſunt *Diod.* apud *Hæreum* T. I. p. 281.
(2) *M. Chron. Belgic.* p. 266. *Hæreus* l. c. *Lib.* 2 *Northof* ap. Meibom. p. 391.
(3) *Hæreus* l. c.
(4) Ita quoque *Bertius* l. c. *Johannes* a *Leydis* l. c. medietatem dicit.
(5) *Hæreus* T. 1. Annal. Brab. p. 286. Vid. infra *Hiſt. Montan.*
(6) Vide ſupra *Hiſt. Marcanam* ſub *Eberhardo.*

Digitized by Google

Advocatiæ autem seu præfecturæ Aquensis, quæ antea Joanni, Duci Brabantiæ, collata fuerat, anno 1292. Adolphus Nassovius Imp. VValeramo huic pro pecunia, qua eidem obligata erat, redimendi potestatem fecit, eodemque anno, mense Septembr. pro 1300. Marcis plene gubernandam commisit; eidem Joannes, Dux Brabantinus, Villicaturæ redimendi potestatem, item Adolphus Nassovius an. 1297. concessit. Atque sic libera & Imperialis civitas Aquensis, quæ prius circa ullum medium Cæsaream Majestatem attingebat, deinceps tutelæ & patrocinii nomine Comitibus & Ducibus Juliæ fuit obstricta.

Mejerus in Annal. Flandricis fol. 86.

Filium habuit VVilhelmum VI. dictum Bello-Clericum, (1) Comitem Juliaci in ordine 12. qui primum Præpositus S. Servatii Trajecti ad Mosam factus, mortuo anno 1302. VViegboldo Holteno, cum Henrico Vierneburgio, & Reinholdo VVesterburgio, in electione concurrit, (2) ipse tamen, favore Bonifacii VIII. Papæ, Colonienſis Archiepiscopus factus, sed fago magis, quam toga aptior, nepotibus Joanni Guidoni, & Henrico Flandris adversus Philippum, Galliæ Regem, cum injurias, ab hoc avo materno trium horum patri Guidoni illatas, concoquere non posset, a Brugensibus accitus, & bello præfectus, relicta Ecclesia, (3) pugnæ Flandricæ anno 1297. præfuit, & apud Furnas captus est. (4)

Postea in anno Comitatus quarto, Christi 1304. sine uxore & liberis decessit, eique patruus Gerhardus V. VVilhelmi V. filiorum tertius, Castrensis Dominus, sub Alberto Austriaco, Henrico VII. Lutzenburgio, & Henrico IV. (5) Bavaro, Imperatoribus, atque in Diplomate, ab Alberto civitati Duisburgensi anno 1296. concesso, cum Theodorico Clivio & VVilhelmo Montano testis, successit, Juliæ Comes in ordine 13. & ultimus, qui ex Elisabetha Clivensi VVilhelmum, VValeramum, & Godefridum, Dominum in Bercheim, testes in literis Adolphi Marcani, Episcopi Leod. anno 1329. ejusdemque in bello, contra cives gesto, anno 1321. cum Reinholdo Geldro, Adolpho Montano, Engelberto Marcano, suffragatores, genuit. VValeramus, in Academia Parisiensi & Aureliacensi in erudita pietate institutus, gradumque Baccalaureatus & Licentiatus nactus, ex Præposito Leodiensi anno 1331. post Henricum Vierneburgium, circa festum Epiphaneias eodem anno mortuum, Joannis XXII. Pontificis Romani, Avenionæ residentis, & fratris favore & patrocinio, contra vota capituli, Adolphum Marcanum, Episcopum Leodiensem, desiderantis, cum annorum esset 28. in Archiepiscopum Colonienſem promotus, (6) sequentibus tamen annis fratrem adversum habuit. (7) Tandem vigilia Assumptionis Mariæ anno 1349. mortuus, (8) Coloniæ in summo templo inhumatur.

Pater Gerhardus anno 1301. castrum & oppidum Lechenichium, nomine fratris VValerami, suppetiis ab Engelberto Marcano, Eberhardi filio, 100. equitum submissis, obsedit & cepit.

Anno 1308. in Diœcesi Osnabr. a suis derelictus, vulneratus est. Idem anno 1302. a Theodoro Falckenburgio præturæ Aquensis, pignoris pro certa pecuniæ summa, qua patri

(1) Vide de hoc nomine *Buchelium* in Notis ad *Hedam* p. 234.

(2) *M. Chronic. Belgic.* p. 285.

(3) Antequam Sacerdotio esset inauguratus. *Lev. Northof.* p. 396. apud *Meibom.* Vide quoque supra *Hist. Clivens.* sub *Johanne*, ultimo Comite Clivensi.

(4) Non interfectus, ut *M. Chronic. Belgic.* scribit l. c. sed postea in carcere defunctus. Ita enim *Mejerus* in Annal. Flandriæ pag. 100. *Duo summi Duces hac pugna sunt sublati, Philippus, Atrebatis filius, qui ex vulnere accepto non ita multo post moriebatur, cujus in vindictam Wilhelmum Juliacensem, ad Fanum Odomari in vincula conjectum, squalore carceris mori Atrebas coegit.*

(5) Imo rectius Ludovico IV. alias Bavaro, cui adversus Fridericum Austrium, opera potissimum Archiepiscopi Colon. Henrici Virnenbergici electum, adhæsit, unde is Archiepiscopus adversus Gerhardum Comitem castrum Lechenich munivit. *M. Chronic. Belgic.* p. 296. *Schaten.* Annal. Pad. T. 2. p. 234.

(6) Qua de re, ut & ceteris ipsius rebus gestis, vide pluribus *M. Chron. Belg.* p. 295. 296. & 297.

(7) Orta discordia, quod Walramus castrum Lechenich magis muniret, fratre suo plurimum invito atque renitente. *cit. Chron.*

(8) Parisiis, in Galliam profectus, ut expensis domi parceret, quod, *quæ Ecclesiæ, castrorum & mensæ Episcopalis reditus erant, solvendis debitis in creditorum manus pervenerant. M. Chron. Belgic.* pag. 297.

Digitized by Google

patri Theodorici VValeramo obligata erat, redemptionem impetravit. Eidem an. 1309. 13. Cal. Novembr. Coloniæ Albertus Imp. præfecturæ Aquenſis redemptionem a Theodoro Falckenburgio, qui a Waleramo patre, cui etiam obligata fuerat, ut jam dictum, acceperat, & anno 1305. libras Ital. 1400. priori æri addiderat, Reinholdus vero Falckenburgius an. 1306. 6. Cal. Auguſti, 400. Marcas auri Francofurti adjecerat, confirmavit.

Quia vero ob eandem præfecturam cives Aquenſes cum Gerhardo hoc noſtro Julio, & Reinholdo Falckenburgio, diffidebant, in partes Principum tractus Abbas D. Cornelii ad Indam, an. 1310. ab Aquenſibus cum Monaſterio exſpoliatus, plerisque cœnobitis extinctis, ipſum clauſtrum incineratum fuit; tandem juſſu Henrici VII. Imp. Henricus Vierneburgius, Archiepiſcopus Colon. & Johannes, Brabantiæ Dux, paciſcuntur, iis mediis, ut Aquenſes Comiti Julio & Domino Falckenburgio mulctam ſolverent, defunctorum manibus parentarent, ipſum denique cœnobium inſtaurarent.

Gerhardus autem noſter Johanni, Brabantiæ Duci, (1) contra Reinholdum Falckenburgium patrocinatus, anno 1316. cum arce ſua expulit, & in caſtrum Nideccium captivum abduxit, ab eoque ingentem æris ſummam extorſit; & poſtquam annis ſex & viginti Juliæ præfuiſſet, anno 1328. obiit.

De Waleramo ita Sreithagenus:

Electus juvenis Mariana Præſes in æde,
Mox patris accepit frœna regenda loco.
Et ſimul extincti ſuffecit manibus aras,
Hoc pius; at factis imperioque bonus.

De patruo vero ejus Gerhardo:

Caſtrorum e Domino Comitis dignatus honore,
Belgarum coluit reque fideque Ducem.
Inſuper & Bavarum Regalem induxit in urbem,
Cæſarei ut poſſet culmen adire throni.

Sectio Secunda,

De Juliæ Marchionibus & Ducibus decem.

Wilhelmus, ejus nominis VII. Gerhardi filius, primus Juliæ Marchio a Ludovico Bavaro Imp. Francofurti, Reinholdo Geldro in Ducem tum quoque creato, Theodorico Clivorum, & Adolpho Marcæ Comitibus præſentibus, anno 1339. (2) factus, & non longe poſt, nempe anno 1356. a Carolo IV. Imp. Metis ejusdem primus Dux ſalutatus eſt, (3) ſub quibus Impp. duobus etiam vixit, & Johannam, (4) Wilhelmi III. Hollandiæ

(1) Tertio ejus nominis, cujus quoque patri auxilium tulerat in componendis turbis Bruxellis, inter plebem & Nobiles ortis. *Hæreus* T. 1. p. 299. Bellum vero inter Brabantiæ Ducem atque Reinaldum Falcoburgium inde erat exortum, quod Reinaldus, a Gerhardo Julicenſi captus, magna pecuniæ ſumma promiſſa, eſſet dimiſſus, quam ut Reinaldus ſolveret, Brabantiæ civibus in ſua ditione grave tributum impoſuit, ægre id ferente Duce Brabantiæ. Bellum inde exortum, & ſæpius renovatum, ut tandem componeretur, Johannes, Brabantiæ Dux, *Gerhardum, Juliaci Comitem, amicorum ſuorum integerrimum, ac plurimorum in Brabantia poſſeſſorem, pacis interceſſorem paravit: quo agente, præſtituta die colloquio Rodæ conventum eſt, decretumque ibi, ut Falcoburgi muri dirucrentur, &c. Hæreus* T. 1. p. 309.

(2) Ita quoque *Trithemius* ad cit. ann. *Cuſpinianus* in Chronic. Part. 2. p. 47. *Adel. Erichius* fol. 290. *Tölnerus* in Notis ad Cod. Diplom. *Hiſt. Palatin.* p. 70. lit. h. referunt. Alii anno 1329. id jam factum fuiſſe ſcribunt, quos etſi *Pontanus* in Hiſt. Geldr. p. 212. merito rejiciat, cum prioribus tamen quoque errat. Jam enim anno 1337. Wilhelmum *Marchionem* fuiſſe, ex Ludovici Bavari & Philippi, R. G. fœdere, in quo Wilhelmus Marchio vocatur, patet. Vide Tabulas apud *Leibnizium* in Cod. Diplom. p. 146.

(3) *Trithemius* ad cit. ann. *In eodem*, ſcribit, *Conventu Principum Wilhelmus, Marchio Juliacenſis, conſenſu omnium Principum in Ducem de Juliaco per Carolum Imperatorem creatus eſt. Pontan.* in Hiſt. Geldr. p. 270. Diploma refert, cui Wilhelmus Ducis titulo jam anno 1357. ſubſcripſit. Vide quoque *Adel. Erichium* fol. 290.

(4) *Adel. Erich.* Mariam vocat, Reinhardi, Geldriæ Ducis, filiam, duplici errore, quod Wilhelmum I. cum II. cujus Maria uxor fuit, confundat, ejus patrem Reinoldum appellet Reinhardum.

Digitized by Google

diæ & Hannoniæ Comitis, filiam, an. 1313. ductam, uxorem habuit, ex qua Gerhardum, Montium Comitem, de quo porro in Membro IV. (1) Wilhelmum ſucceſſorem, & filias, Richardem Marcanam, Engelberti III. conjugem, aliam Seinenſem, Joannam Wiedanam, & Philippam, (2) Godefrido Dalenbroichio, Comiti Loſſenſi & Heinsbergæ Domino, nuptam, ſuſcepit, quæ anno 1390. ipſa Bartholomæi, maritus vero ejus anno 1395. relicto ſucceſſore filio Joanne, exceſſerunt.

VVilhelmus autem, Juliæ primus Dux, de quo agimus, anno 1327. vivente adhuc patre, Ludovicum Bavarum Imp. in Italiam a Gibellinis evocatum, comitatus eſt: anno 1330. poſt triennium, patre jam defuncto, cum eodem ovante reverſus, dicto anno, 16. Cal. Martii, feuda Palatina (3) in provincia ſua omnia ab Ottone, Comite Palatino, primo hujus familiæ Electore, accepit, deque iisdem Juliæ Dux anno 1356. Metis a Carolo IV. ſalutatus, anno inſequenti 1357. 26. Januar. Ruperto ſeniori, Comiti Palatino, quod dignitas hæc fidelitatis homagii a ſe præſtiti neutiquam derogatura ſit, promiſit.

Anno 1331. Philippo Valeſio, Franciæ Regi, qui bellum contra Joannem tertium, Brabantiæ Ducem, propter ſuſceptum Robertum Atrebatenſem, (4) parabat, una cum aliis Principibus adhæſit.

Anno 1333. Ludovico, Flandriæ Comiti, propter Mechliniam, quam ab Adolpho Marcano, Epiſcopo Leodienſi, coëmerat, ſuffragatus, (5) intempeſta hyeme Rodam, fortiſſimum juxta aquas municipium, expugnavit. Reinholdus Geldrus contra, ut Flandrenſibus patrocinaretur, Sittardum obſedit: ſed obſidione ſoluta, Trajectum poſtea, licet irrito quoque conatu, aggreſſus eſt. Anno vero 1334. pace inter partes authoritate Regis Franciæ confecta, 30. millia florenorum ex contractu accepit.

Anno 1331. mortuo Henrico Vierneburgio, Archiepiſcopo Col. eodem anno VValramum fratrem, (6) ipſo apud Papam procurante, in locum ejus electum, anno 1334. ſplendidiſſimo cum comitatu Coloniam deduxit, qui ibidem anno ſeq. 1335. monaſterium

(1) De *Provincia Montana.*

(2) De qua vide infra *Appendicem tertiam.*

(3) Literas Recognitionis feudalis vide infra in Cod. Diplom. No. CXLIII. quas Autor initio quoque hujus membri pag. 365. ad annum 1330. retulit, atque huic Wilhelmo primo Duci adſcripſit. Sed perperam, quia Ludovicus & Otto, ejus filius, Comites Palatini, & Duces Bavariæ, a quibus feuda hæc accepta fuerunt, ſuperiori ſeculo vixerunt. Quare a *Frehero* Orig. Palat. P. 2. cap. 3. pag. 30. 31. & *Tolnero* in Cod. Diplom. ad *Hiſt. Palat.* No. 82. itemque *Fridr. Lucæ* Fürſten-Saal p. 1220. ad annum 1230. referuntur. Error Autoris inde procul dubio ortus eſt, quod Wilhelmus, Dux Juliacenſis, feuda illa Palatina anno 1357. denuo recognoverit, nihilque Ducalem ſuam dignitatem ipſis obeſſe profeſſus fuerit. Vide literas infra in Cod. Diplom. No. CXLIV. Quod vero ad originem horum Feudorum Palatinorum in Ducatu Juliacenſi & vicinis terris attinet, repetenda illa eſt ab antiquis Provinciæ Rhemenſis Ducibus & Majoribus Domus, qui multas ibi terras patrimoniales ſibi acquiſiverе. Vid. *Illuſtr. a Coccejus* Jurisprudent. publ. cap. 3. §. 93. Quid pace Osnabruggenſi de iis fuerit decretum, & poſtea actum, vide *Pac. Oſn.* Art. IV. §. 11. & apud *Lundorp.* T. 6. lib. 3. cap. 166.

(4) Qui ſucceſſionem in Comitatu Atrebatium prætendebat, & iratus, quod a Curia Pariſienſi pro amita ejus Mathilda eſſet pronunciatum, ad Comitem primo Namurcenſem, poſtea Henricum, Brabantiæ Ducem, conſobrinum ſuum, auffugit. In bello inde exorto *Hæreus* T. 1. p. 312. inter fœderatos adverſus Brabantiæ Ducem memorat *Gerhardum* Juliacum, patrem Wilhelmi, qui vero anno 1328. juxta Autorem noſtrum jam obierat; Forte autem Gerhardus Montenſis cum vicinis ſibi Principibus, Archiepiſcopo Colon. Comitibus Marcæ, Reinaldo, Duce Geldriæ, aliisque, adhæſit Regi Galliæ, dum frater ejus Wilhelmus partes ſequeretur Ducis Brabantiæ.

(5) *Hæreus* T. 1. p. 313. & 314. ubi hoc bellum ex alienatione oppidi Mechlinienſis ortum deſcribit, nullam inter ejus ſocios mentionem fecit Wilhelmi Juliacenſis, meminit vero *Johannes* a *Leydis* Chron. Belgic. lib. 17. c. 23. *Mejerus* Annal. Flandr. p. 157. memorat Gerhardum Juliacenſem, eodem errore, quo *Hæreus* Not. præced. Ceterum eodem anno cum Archiepiſcopo Colon. & Balduino Trevirenſi fœdus iniit contra latrones & turbatores pacis publicæ. *Schaten.* Annal. P. T. 2. p. 271.

(6) Vide de eo Not. ad pag. 394. Meminit quoque ejus *Theodorus Rhay* p. 20. *Anim. illuſtr.* tanquam Eccleſiæ decoris, gentis Juliæ delicii, & ſubditorum amoris.

Digitized by Google

um Carthuſianorum, eo ipſo in loco, inquit Streithagenus, quo olim S. Severinus Bellartini animam in cœlum angelico cum concentu deportari viderat, ædificavit.

Ab hoc VValramo, Colon. Archimyſta, quia Ludovicus Bavarus Imp. alienior erat, quod juſſu Papæ Clementis VI. Carolum IV. Johannis Lutzenburgii, Regis Bohemiæ, filium, Henrici VII. Imp. nepotem, in Regem Romanorum unxiſſet, frater quoque ejus, VVilhelmus noſter Julius, cum Marchiæ, Arnsburgi & VValdeccíæ Comitibus conjunctus, contra illum inſurrexit: a quibus VValramus ſuperatus, ad Rhenobergam bellum inſtauravit, ſed denuo multitudine victus, palmamque cædere coactus, poſt proſtratum exercitum Pariſios in Galliam fugit; ubi anno 1349. mortuo, VVilhelmus a Gennep in præſulatu ſucceſſit.

Anno 1336. Godofrido fratri mortuo VVilhelmus noſter in Dynaſtia Burcheimia ſucceſſit. Eodem anno 1336. cum prius ludo Equeſtri Ingelheimii interfuiſſet, primus Nemoris Comes (1) appellatus. Anno 1337. a Ludovico Bavaro ad Benedictum XII. Pontificem legatus, cum Roberto nepote, Adolphi, Montium Ducis, filio, Avenionem deſtinatus eſt: (2) Et poſtquam redux factus, eundemque iterum Romam comitatus eſſet, anno ſeq. 1338. in comitiis Francofurtanis in Marchionem evectus eſt; licet alii id in annum ſeq. 1339. rejiciant: quo etiam Reinholdus, ejus nominis II. Comes Geldriæ 9. in Ducem, præſentibus Philippo Pulchro, Galliarum, & Eduardo, Anglorum Regibus, avunculo & ſocero, evectus eſt.

An. eodem (3) 1338. inter Philippum Valeſium, Franciæ, ac Eduardum III. Angliæ Reges, Imperii rivales, (4) ſua potiſſimum opera, Eduardum Vicarium Imperii (5) declarari procuravit.

Anno 1339. Hannoniam cum eodem Eduardo Anglo ingreſſus, Cameracum & Hanecourtium obſedit.

Et anno 1340. ab ipſo quoque arbiter pacis cum Gallo ineundæ conſtitutus eſt.

Anno 1342. collegium Canonicorum ex pago Stommelenſi, auctoritate fratris Walrami, Epiſcopi Col. una cum corpore D. Chriſtinæ, ut putat Streithagenus, Nideccíam transportavit.

Anno 1343. ab eodem Eduardo Anglo affine, (duas enim ſorores, Wilhelmi III. Hol-

(1) Dicitur hic Comitatus Nemoris ab ingenti ſylva, quæ præ magnitudine vulgo die Wiſt, die Wele appellatur, cujus meminit *Lev. Northof.* ad ann. 1301. *Tölnerus* in Hiſt. Palatin. pag. 201. atque in notis ad Cod. Diplom. p. 70. Eſt vero feudum Palatinum, ut patet ex *literis Recognitionis* No. CXLIII.

(2) *Schaten.* T. II. Annal. Paderb. p. 281.

(3) Quo & cum Johanne, Duce Brabantiæ, Reinoldo, Geldriæ Comite, & Walramo, Archiepiſcopo Colon. Cæſaris juſſu, bellum intulit Adolpho, Epiſcopo Leodienſi, propter ejus ſtudium in Gallos. *Schaten.* p. 288.

(4) Imo potius Regni Francici, in quo, Carolo pulchro ſine maſcula prole anno 1328. defuncto, Eduardus III. quippe Caroli ex ſorore Iſabella nepos, ſuccedere cupiebat, cui vero Philippus Valeſius, Caroli patruelis, a Proceribus Galliæ præferebatur, quod lege Salica fœminæ, illarumque poſteri a Succeſſione in Regno Galliæ excluderentur. Bello hinc inter Anglos & Gallos orto, Ludovicus Bavarus, Johannes, Dux Brabantiæ, Wilhelmus, Comes Hollandiæ, Reynaldus, D. Geldriæ, Wilhelmus, C. Juliacenſis, Theodoricus, C. Clivenſis, aliique, Eduardo adhæſerunt. *Albert. Argent.* p. 127. & ſeqq. *Joh.* a *Leydis* lib. 27. c. 25. & lib. 28. c. 3. *Joh. Froſſardus* in Chron. lib. prior. *P. Æmilius* lib. 9. *Robertus Gaguinus* lib. 8. & 9. *Haræus* T. 1. p. 317. aliique.

(5) In Gallia Belgica, ut ita Eduardus Principes iſtius provinciæ adverſus Regem ſibi haberet addictiores. *Albert. Argent.* l. c. *Pontan.* Hiſt. Geldr. p. 225. *Schaten.* T. II. Annal. Pad. p. 289. *Conring.* de Finib. Imp. lib. 2. c. 3. Regnum vero Angliæ Imperio propterea ſubjectum fuiſſe, perperam inde colligunt *Victor* de cauſis Exemt. *Limnæus* lib. 1. c. 9. J. P. quod is honor aliis quoque Principibus exteris contigerit, absque tamen ditionum illarum ſubjectione Imperio. Wilhelmum enim *Pulchrum*, Arauſionem Principem, a Friderico II. Imper. Regni Arelatenſis *Vicarium* conſtitutum fuiſſe, teſtantur *Cæſar Noſtradamus* Hiſt. Prov. P. II. p. 182. *Andr. du Chesne* Hiſt. Burg. lib. 4. p. 638. qui tamen errat, quod ſub Friderico I. id accidiſſe ſcribat. Ejusdem Regni Vicarium conſtituit Carolus IV. Delphinum Galliæ. *Chifflet.* in Vindic. Hiſp. c. 13. *Schurzfleiſch.* Diſſert. 69. ubi fabulam de Regno Arelatenſi, a Carolo alienato, inde natam refutat.

Digitized by Google

Hollandiæ & Seelandiæ Comitis, filias, duxerant,) Comitatum Cantabrigenſem in Anglia dono accepit, quamvis literæ antiquæ eum titulum non præferant.

Eodem anno inter Adolphum Marcanum & Walramum fratrem, Archiepiſcopum Colonienſem, una cum Johanne, Brabantiæ Duce, & Adolpho, Montium Comite, pacem conſtituit.

Anno 1347. oppignorationem variorum locorum, inprimis præfecturæ Aquenſis a Carolo IV. Imp. accepit: hæc vero anno ſeq. 1348. ulteriores vires nacta. Wilhelmo noſtro poſt reditum ex Italia pro 10. mill. librarum Hallingenſium ulterius obligata, Kerpenſis & Werthinenſis præpoſituram collationis jure oppidorum Durenſis, Zinrzigiani & Regiomagi, caſtrique Cæſarinſulani, pignoribus additis: Ex his pignoribus caſtrum Sintzigianum cum avito ſuo Nidecciano amplificavit: in hoc vero, aula ampliſſima & ſplendida ſtructa, reſedit.

Durenſe tamen oppidum, antea Wilhelmo, ejus nominis V. Juliæ Comiti, a Friderico II. Imp. pro 50. mille floren. obligatum, hoc anno 1348. Wilhelmo noſtro, Marchioni & Duci, ulterius oppignoratum & confirmatum eſt.

Anno 1350. coronationi Caroli IV. Aquisgrani interfuit, & cum Brandeburgico de loci prærogativa (1) diſputavit.

Anno, ut diximus, 1356. Metis ab eodem Carolo in Ducum Imperii numerum cooptatus eſt: quo anno & Aurea Bulla ab Imp. publicata, & frater Wenceslaus, Lutzenburgi Comes, Imperii Ducibus aſſidere juſſus eſt.

Anno 1357. inter ipſum & Walramum de Borne, ob caſtrum & Dominium Falckenburgium, controverſia exorta eſt.

Anno 1358. cum filiis caſtrum Burgenbachenſe obſedit: ſed ex iis Gerhardum primogenitum, Montium Comitem, anno 1360. amiſit: cui idcirco, anno 1361. mortuo, Wilhelmus ſecundogenitus ſucceſſit: uxor anno 1374. in Februario maritum inſecuta. De ipſo ita Streithagenus:

Altius aſſurgens ſenſim per limen honoris,
Antiquos titulis exſuperavit avos.
Et quod promeruit Cydaris diadema Ducalis,
In feram primus juſſit adire domum.

WILHELMUS, ejus nominis VIII. 2. Juliæ Dux, Falckenburgi Comes, & Montis-Jovis Dynaſta, Wilhelmi vero tertii, filii primogeniti Geldriæ Ducis, Tutor.

Wilhelmus, ſecundus Juliæ Dux, ſub Carolo IV. & VVenceslao, (2) ejus filio, Impp. vixit. Uxorem habuit Mariam, Reinholdi I. Geldriæ Ducis, filiam ſecundogenitam. Ex hac VVilhelmum & Reinholdum, mutuos patris ſucceſſores; Johannam item, a Johanne XIII. Herculeo ductam, vel potius raptam, ſuſcepit. Ex Johanna porro Wilhelmus ab Arckel, qui in pugna Gorcumienſi ab Hollandis interfectus eſt, & filia Maria, Johanni Egmundano nupta, prodiit, Arnholdi Egmundani, poſtmodum Geldriæ Ducis, Johannis, Comitis Egmundani, & Wilhelmi, Iſelſteinii & Baerenſis Dynaſtæ, mater.

Wilhelmus vero noſter Julius, patri, per mortem intempeſtivam fratris, anno 1361. ſuccedens, an. 1362. tabulis pacis inter Patricios & plebem Loſſenſem erectis, 3000. aureor. pro diligenti navata opera dono accepit. Tulpetum, quod Walramus, Juliæ Comes,

(1) De qua controverſia *Henricus Rebdorf.* ad annum 1349. pag. 445. apud *Freherum* T. 1. *In qua Coronatione* (Caroli IV.) *cum Marchio Juliacenſis ſceptrum teneret regale, Ludwicus, Marchio Brandenburgenſis, recipere voluit ſibi de manu, dicens, ad officium ſuum hoc ſpectare; propter quod rumor eſt inter eosdem Dominos ſuſcitatus, quem Rex intercepit, & per Principes extitit diffinitum: quod quando Rex Romanorum coronatur, tunc ad officium Marchionis Brandenburgenſis ſpectat, ſceptrum regale tenere, ſin autem feuda regalia concedit, tunc ad officium alterius Marchionis hoc ſpectat.* Perperam vero ad ann. 1350. hæc refert Autor, quod Coronatio Caroli anno 1349. peracta, & Wilhelmus an. 1350. usque in ſequentem a filiis in cuſtodia detentus fuerit. MS. *Honſeler. Schaten.* T. II. Annal. Paderb. pag. 327.

(2) Quorum ille anno 1377. hic 1380. de Ducatu Juliacenſi, ceterisque ditionibus, eum inveſtivit. Vid. Tab. in Cod. Diplom. No. CXLV. CXLVI.

Digitized by Google

mes, enierat a Cunone Treviro, Archiepiſcopatus quoque Colonienſis nomine, Engelberto Marcano adminiſtratore, redemptum, eidem viciſſim ceſſit. (1) Anno 1366. Altare B. Mariæ virginis in oppido Caſtrenſi fundavit, quod poſtmodum in arcem Juliacenſem an. 1569. a Wilhelmo, Cliviæ, Juliæ, Montium Duce, translatum eſt.

Inter ipſum & Wenceslaum, Lutzenburgi & Brabantiæ Ducem, Caroli IV. Imper. fratrem, Johannæ Brabantinæ ſecundum maritum, an. 1371. in vigilia Bartholomæi, ob mercatores Brabantinos, per agros Julios iter facientes, haud exiguo Ducis eorum deſpectu exſpoliatos, pecuniaque exutos, magnum exarſit belli incendium: In quo Wenceslai caſtra Lambertus de Leſpoy, Magiſter militiæ Leodienſis, Robertus & Ludovicus fratres, Namurcenſes & ſani S. Pauli Comites; Wilhelmi vero noſtri partes Eduardus Geldriæ, & Wilhelmus primus Montium, Duces, ſecuti, (2) in campeſtribus Baeſwieleranis acie congreſſi, incerto diu Marte conflictarunt, donec, victoria ad Wilhelmum noſtrum inclinante, utrimque plus, quam 8. mill. hominum cæſis, Robertus Namurcenſis inter cadavera proſtratus, a ruſtico Julio, Gallicæ linguæ ignaro, occiſus, VVenceslaus cum Petro Barrenſi, Seranio Domino, capti, & Nideccam a Wilhelmo abducti ſunt: Ex ipſius vero aſſeclis Eduardus, Geldriæ Princeps, vel initio congreſſus, ut vult Divæus, vel ut alii, poſt conflictum, ab Hermanno a Leerß / proprio ſervo, cujus uxore abutebatur, vulneratus, triduo poſt occubuit. *Mejer. in Annal. Flandr. Chron. Colon. Chron. Brab.*

Johanna igitur, Brabantiæ Domina, ut de mariti captivitate nuntium accepit, Galliæ Regis Caroli conſilium ſecuta, Carolum IV. Cæſarem, Wenceslai fratrem, Conſluentiæ anno 1372. compellavit: qui, ejus infortunio motus, Wilhelmum primum proſcribit, deinde 11. Epiſcopis, 10. Ducibus, totidemque Comitibus, 83. Baronibus, & mille Equeſtris dignitatis Viris in arma vocatis, magnis in illum viribus movere decrevit, inſignem & triſtem ibi agrorum vaſtitatem facturus, ni Principum aliquot Electorum interceſſione, qui mali putabant exempli ſocium Imperii ſic oppreſſum iri, mitigatus fuiſſet. Aquisgrani enim circa feſtum Joh. Baptiſtæ coram adductus Wilhelmus Julius, cum Wenceslaum Brabant. etiam ultro ibi ſiſteret liberum, poſt acrem objurgationem Cæſari reconciliatus, & proſcriptione liberatus, pro filiis vero VVilhelmo & Reinholdo Geldria inveſtitus eſt. (3)

Anno eodem 1372. ipſa Gregorii, idem VVilhelmus, nomine filii primogeniti VVilhelmi minorennis, & octo tantum annos nati, Ducis Geldriæ, in provincia Geldrica, civibus omnibus privilegiis confirmatis, inauguratus eſt: ſpecialiter vero Gochenſium bona, ob damna in bellis civilibus perpeſſa, ab omni cenſu, tributo & exactionibus, omnibusque terreſtribus & aqueis teloniis ſuis exemit, ſeque nullas ibi amplius portas conſtructurum, nec lectos civibus quoque in uſum ſuum ablaturum, promiſit.

Anno 1372. eodem Engelbertum Marcanum, Adolphi & Margarethæ Cliviæ filium primogenitum, cui Eduardus, Geldriæ Dux, pro fideli adverſus fratrem Reinholdum navata opera, Limerſiam anno 1361. in pignus tradiderat, hoc tempore 5000. florenis annuis ex eadem Limerſia aſſignatis, vaſallum ſuum conſtituit: & Adolpho quoque ejus fra-

(1) *M. Chron. Belgic.* p. 316. *Inter alia allodia Eccleſiæ alienata Dominus Cuno a Wilhelmo, Duce Juliacenſi, nobilem antiquam poſſeſſionem redemit, videlicet oppidum Tulpadenſe cum ſuis juribus & diſtrictu, quod quidem allodium a longiſſimis temporibus, videlicet a Pontificatu olim D. Wicboldi Archiepiſcopi, in manibus Comitum Juliacenſium obligatum fuit.*

(2) Una cum Ruperto Naſſavio Hademario, Johanne Naſſavio Dillenburgenſi, Gerhardo, C. Cazenellenbogico. *M. Chron. Belg.* p. 309. *Hæreus* A. B. T. 1. pag. 344. & ſeqq. *Pont.* in Hiſt. Geldr. lib. 7. p. 290. *Browerus* A. Trevir. lib. 18. *Schaten.* p. 383. & 384.

(3) Eduardo enim, Geldriæ Duce, ex vulnere, in prælio Baswileriano a proprio ſuo armigero, cujus uxorem ſtupraverat, accepto, ejusque fratre Reinoldo ſine prole mortuis, Wilhelmus, Dux Juliacenſis, jure matris Mariæ, quæ Eduardi & Reinaldi ſoror erat, Ducatum Geldriæ ſibi vindicabat, eoque a Carolo IV. 1372. inveſtitus fuit, juxta literas inveſtituræ apud *Pontan.* Hiſt. Geldr. lib. 7. p. 300. Vid. quoque *M. Chron. Belg.* p. 311. *Joh.* a *Leydis* in Chron. Belg. p. 294. 295. ubi vero errat in primo Duce Juliacenſi, quem Wilhelmum, hoſtem Wenceslai, fuiſſe putat. *Schlichtenhorſt.* lib. 8. initio, & infra *Hiſt. Geldr. Schaten.* p. 386.

Digitized by Google

fratri, Comiti Clivio, pro 38. millibus Scutatorum Embricam cum inſulis adjacentibus oppignoravit. (1)

Anno 1375. fœdus (2) ad avertenda larrocinia, quæ paſſim fiebant, cum variis Principibus percuſſit.

Anno 1376. in coronatione Wenceslai, Caroli IV. filii primogeniti, & Johannæ, Alberti Bavari, Hollandiæ & Hannoniæ Comitis, filiæ, Imperatricis, menſe Julio Aquisgrani per Fridericum Saerwerdanum, Archiepiſcopum Colon. facta, cum Wenceslaus, Brabantiæ Dux, VVenceslai Regis patruus, enſem prægeſtare Cæſareæ Majeſtati vellet, idemque jus Electoris Dux Saxoniæ ſibi vendicaret, pene ad amica Marti ſigna conclamatum fuiſſet, Rege Wenceslao nepote, Alberto Bavaro, Wilhelmo hoc noſtro Julio, ipſique urbe Aquenſe, Wenceslao Brabantino, Electoribus vero inprimis Eccleſiaſticis Saxoni patrocinantibus, quæ tamen Caroli IV. Cæſaris prudentia compoſuit. (3)

Anno 1377. ipſa Luciæ, filius ejus VVilhelmus, 14. annorum juvenis, in Geldriam, ſibi ob matrem debitam, introductus, & a civibus, privilegiis eorum confirmatis, inauguratus eſt, præſentibus ex conſilio Julio: **Frambach**/ Marſchalco **Biergel**/ Daniele ab **Epemich**/ Joanne ab **Haernen**; ex Geldria vero, Sandero a **Roſſum**/ Wilhelmo a **Beuchshuſen**/ Joanne a **Keſſel**/ Henrico **van der Straeten**/ Equeſtris dignitatis Viris; Præpoſito Zutphanienſi, Henrico de **Wichraede**/ VVilhelmo de **Steinbergen**/ itidem antiquæ nobilitatis Viris.

Anno 1378. oborto in Eccleſia Leodienſi ſchiſmate, (4) negotio huic Wilhelmus noſter ſe immiſcuit, verum irritatus inſolentia (5) Brabantini, brevi poſt domum reverſus eſt.

Anno 1379. Mercurii poſt diviſionem Apoſtolorum, civibus Gochenſibus appellationem Geldrienſem in Ruremundanam convertit, & iisdem, VVenceslauno, Brabantiæ Ducem, a ſe captum, nonniſi privilegiis ipſorum in teloniis confirmatis dimiſſum, profeſſus eſt.

Anno 1380. ad coronationem Caroli VI. Galliarum Regis, cum filio evocatus eſt.

Anno 1381. bello Marcano, inter Engelbertum Comitem, & Fridericum Saerwerdanum, Archiepiſcopum Colon. inito, interfuit.

Anno 1388. cum Leodienſes exercitu 40. millium, ob cives eorum, mercatores ali-

(1) Vid. ſupra *Hiſt. Cliv.* & *Com. Marcan.*

(2) Tam fœda enim Comitum, Nobilium & prædonum licentia erat, ut Wilhelmum, Montium Comitem, haud procul Tremonia captum, abductumque non prius libertati reddiderint, quam 40000. veterum Scutorum penderit. *Schaten.* T. II. Annal. Pad. p. 380.

(3) Filio ſuo Sigismundo, ne alterutrum offenderet, juſſo, ut enſem tum Imperatori præferret, qua de re *Edmundus Dinterus* in *M. Chron. Belg.* p. 326. *Cujus Coronationis tempore permaxima diſcordia, ſive diſſenſio inter illuſtrem Dominum Wenceslaum de Bohemia, Ducem Lucemburgenſem, Lotharingiæ, Brabantiæ & Lymburgiæ, fratrem dicti Domini Imperatoris, ex una, & illuſtrem Ducem Saxoniæ ex altera parte, utroque ſcilicet Lucemburgenſi, occaſione Ducatus Lotharingiæ & Brabantiæ, ſed Saxoniæ Duce, ratione officii ſacri Mareſcallatus Imperii, arrogante ſibi jus deferendi enſem regalem, ſive Imperialem coram Rege, tam in ſua Coronatione, quam in aliis ſolennibus actibus, & res eo devenit, ut uterque pro ſui juris conſervatione & manutentione ad arma ſe comparavit. Quod Imperator percipiens, miſit ad prædictos contendentes illuſtrem Wilhelmum, Ducem Juliacenſem, ac Villicum Burgimagiſtrum & Rectores Imperialis ſedis Urbis Aquenſis, ad pacificandas partes prædictas, jure cujuslibet ſemper ſalvo. Et interim, tumultu durante, Imperator ſagax tempore Coronationis, in Eccleſia, ſive Capella Imperiali Beatæ Mariæ ibidem, ut moris eſt, celebratæ, illuſtrem Sigismundum, Marchionem Brandeburgicum, filium ſuum ſecundo genitum, tunc juvenem, & non niſi decem annos habentem, enſem regalem ante ſe præferre juſſit, ut a prædicto Domino Sigismundo, tunc Rom. ac Ungariæ, Dalmatiæ & Croatiæ, &c. Rege, in ſacro generali Conſtantienſi concilio anno Dn. 1415. ex ore ejus proprio commemorari ſæpius audivi.*

(4) Inter duos ſimul electos Epiſcopos, Arnoldum de Hoerne & Euſtachium Perſand, quorum hic a Clemente VII. ille vero ab Urbano VI. erat confirmatus, atque defendebatur a Duce Brabantiæ, cui auxilio venere Dux Juliacenſis & Archiepiſcopus Colonienſis. *M. Chron. Belgic.* p. 323. *Heda* de Epiſc. Ultraj. p. 258.

(5) Quod Dux Brabantiæ Epiſcopatum Leodienſem igne vaſtaret, invitis Duce Juliacenſi & Archiepiſcopo Colonienſi. *Ibidem.*

Digitized by Google

aliquot bonis exutos, in terram Juliacenſem irruerent, ægre admodum, datis nobiliſſimis quibusque obſidibus, cum iisdem tranſegit.

Anno 1388. etiam VVilhelmum filium, jam tum Geldriæ Ducem, & propter Graviam bellum (1) cum Johanna Brabantina gerentem, primo adjuvit, deinde Carolo, Galliæ Regi, qui conſanguineæ, filii denuntiatione ſuperba irritatiori factæ, in ſubſidium adventabat, eum reconciliavit, (2) de quo in filio plura.

Anno 1392. relicto ſucceſſore filio primogenito Wilhelmo, ex hac vita abiit: quem Maria Geldrica conjux an. 1397. inſecuta eſt. De Wilhelmo ita Streithagenus:

Fratre prius rapto per triſtia fata priore,
Obtinuit populi jura ſuprema ſui.
Inde Brabantinas pugna concidit amara,
Et Procerum ingentes cum Duce cepit opes.

WILHELMUS, ejus nominis IX. tertius Juliæ, ac quartus Geldriæ Dux.

Sub Carolo IV. & Wenceslao, patre & filio, Impp. utrique Provinciæ maxima cum laude præfuit, Geldria vero a Carolo IV. in vigilia S. Andreæ anno 1372. Juliaci inveſtitus, uxorem duxit (3) Catharinam, Alberti Bavari, Hollandiæ & Seelandiæ Comitis, filiam, quæ prius Eduardi, avunculi ſui, Geldriæ Ducis, ſponſa (4) fuerat: verum nullam ſobolem ex illa ſuſcepit.

Primum in Geldria, defuncto an. 1371. altero avunculo Reinholdo, Eduardi fratre, aſſiſtentibus ſibi Bronchorſtiis contra Heckerianos, (5) fœmineum feudum jam a longis annis propter Mechtilden, Reinholdi primi Ducis filiam primogenitam, Reinholdi & Eduardi ſororem, aſſerentes, ſucceſſit. Inprimis quia Mechtildis annoſa erat, & ex triplici conjugio ſterilis, & hanc Maria Geldra, mater ſua, proxime ſequebatur: quem idcirco Carolus IV. Imp. literis, Juliaci in vigilia S. Andreæ, anno eodem 1372. datis, & a Nicolao, Præpoſito Cameracenſi, mandato Imp. ſubſignatis, in eodem Ducatu confirmavit: Provinciam tamen pater, filii minorennis tutor, adminiſtravit; imo anno 1374. pro ipſo bellum, a Mechtilde (6) matertera, nepotem ſibi adhuc ſuperſtiti in avito Ducatu præferri indignata, indictum, animoſe geſſit.

Anno vero 1377. ut in Hiſtoria patris diximus, annorum 14. juvenis ipſa Luciæ in Geldriam introductus, & a nobilitate atque civibus, privilegiis eorundem confirmatis, inauguratus eſt.

Non longe quoque poſt, defuncto Wenceslao, Brabantiæ Duce, a Johanna Brabantina, ejus vidua, quemadmodum Eduardus avunculus antea quoque fecerat, arcem Millenſem, cum Gangoltino & Fuichtano oppidis, Reinholdo, avo materno, a Theodoro III. Hinsbergæ Domino, cum terris iisdem ſubjectis, anno 1336. cum pro Comitatu Loſſenſi bellum gereret, oppignorata, Eduardo etiam patruo arctius obligata, ſed tamen iterum Friderico, Comiti Morſano, ab eodem in *ἀντίχρησιν* conceſſa, ab hoc vero Johanni, Braban-

(1) Ita tandem Rege Galliæ & Duce Burgundiæ intercedentibus compoſitum, ut ſummum, de quo contendebatur, in Graviam imperium Duci Brabantiæ maneret. *Pontan.* Hiſt. Geldr. pag. 329. *Hæreus* T. I. pag. 357. ubi Brabantinorum & Geldrorum jura in urbem Graviam refert.

(2) Arnholdo inſuper, Epiſcopo Leodienſi & Archiepiſcopo Coloniensi, ſimul intercedente apud Regem Galliæ. *M. Chronic. Belgic.* p. 330. & *Joh.* a *Leidis* in Chronic. Belg. p. 305. *Pont.* in Hiſt. Geldr. p. 329. *Hæreus* p. 360.

(3) Auctoritate Pontificis, quod nimis ſibi eſſent propinqui. *Joh.* a *Leidis* p. 297. Vid. quoque *M. Chron. Belg.* p. 311.

(4) Virgo adhuc intacta. *Aquilius* in Chron. Geldr. p. 35. Nuptias enim nondum celebraverat. *Pontan.* p. 294. Viduam tamen vocant *M. Chron. Belgic.* & *Joh.* a *Leidis* l. c. atque ipſa Catharina occiſo ſponſo ita conqueſta legitur:

Dat moet ſyn Godt geklaecht,
Dat ick ben Weduwe ende Maecht.

Pacta dotalia inter Albertum & Wilhelmum inita vide apud. *Pontan.* p. 314.

(5) De quibus factionibus vid. infra *Hiſt. Geldr.*

(6) De quo vide infra *Hiſt. Geldriæ.*

Digitized by Google

bantiæ Duci, vendita, repetiit: (1) quarum reſtitutione denegata, gliſcebat paulatim magis ac magis odium: & quia tum Brabantina fœdere Galliæ juncta, Philippus etiam Burgundus, Caroli Valeſii, dicti Sapientis, ejus nominis VI. Regis Galliæ, frater, Johannæ viduæ ſucceſſurus erat; erat enim Margarethæ ſororis neptis maritus: Wilhelmus hic noſter Julius & Geldrus, ut qui familiæ huic omni ſtudio ſtudebat ægre facere, quo ſuum in Angliam, quæ cum Gallia de corona contendebat, amorem declararet, eo profectus, bellum poſt Gallo atrociſſimis verbis (2) denuntiavit: plurimum etiam Brabantinis, ob arces & dominia ſupra dicta ſibi ablata, infeſtus, adeo, ut Burgundus, a vidua certior factus de quotidianis impreſſionibus, Equitum turmam ad finium tuitionem eo mittere cogeretur.

Ph. Commineus. Gallo alii ſuorum bellum ſuadebant, alii ob Britoniæ Ducem prius placandum diſſuadebant: quorum ſententia vicit. Cum enim is non obſcure de rebus ſuis cum Anglo videretur paciſci, imo jam Angliæ aliquot naves inter Normaniam & Britoniam mare tenerent, miſſis legatis cum eo transactum, & Coneſtablio omnia reſtituta ſunt.

Pace confirmata, anno 1386. bellum pro Johanna Brabantina cum Wilhelmo noſtro ob Graviam, Moſæ flumini vicinum oppidum, quam VVilhelmus obſeſſam expugnaverat, & ſui juris fecerat, ſuſcepit. Brabantini igitur iterum obſidione cinctam ferme ad deditionem compuliſſent, niſi Wilhelmus alio ſtratagemate obſidionem ſolviſſet. Cum enim tunc, Noviomagi ſubſiſtens, ab Anglicanis auxilia ex condicto (3) implorata, ſed ob domeſticas turbas & belli Scotici metum denegata, fruſtra exſpectaret, in oppidanis atque præſidiis ibi relictis fiduciam habuit; cum igitur Brabantini, fruſtraneo conatu hactenus oppidum oppugnantes, circiter decem millia ad deprædandum agrum hoſtilem emiſiſſent, VVilhelmus noſter anno 1387. etſi plerique diſſuaderent, contractis plus minus trecentis equis, & in aciem productis, inter Nyfferich & Oſterwick pagos, uno agmine conſertim in hoſtem imparatum ex improviſo involavit, & opinione citius oppreſſum, cum vix reſpirandi haberet otium, facili manu fudit, & cæſis aliis in conflictu, aliis, & quidem 400. fuga ſe in Moſam præcipitantibus, deſiderati ſunt plurimi. VVilhelmus victoria obtenta ſub dio cœnam in Nyfferich celebravit, ſignisque Brabantinorum militaribus potitus, 18. eadem magno pietatis documento Neomagi ad Aram D. Virginis (4) ſuſpendit. Cladis hujus nuntio in caſtra ad Graviam perlato, tantus illico fuit exortus terror, ut, rebus & impedimentis omnibus relictis, reliqui omnes profugerent: Brabantini tamen ſuorum auxilio Linnichium & Neoſtadium poſtea occuparunt.

Galliæ vero Rex Carolus, ejusque frater Ludovicus, Dux Aurelianenſis, quos mirus gerendi adverſus Wilhelmum noſtrum belli ardor, ob literas illas petulantiæ & contumeliæ plenas, inceſſerat, legatis & literis ipſis ad Cæſarem miſſis, ingentem Exercitum contraxerunt: Et cum acceſſus per Brabantiam denegaretur, per Campaniam, ſuſcepto itinere ad ſylvam Arduennam, tribus millibus præmiſſis, qui viam alioqui inacceſſam aptarent, Lutzenburgicam ditionem ingreſſi, cum jam vicini eſſent agro Leodienſi, Epiſcopus ejus Arnholdus Hornanus, a Præſule Colonienſi incitatus, apud Regem pro Juliæ Principe, Wilhelmi patre, qui primus furorem belli excepiſſet, interceſſit. Hic adductus ad Regem, cum belli cauſam deprecatus eſſet, filium etiam ſe moniturum promiſiſſet, in gratiam primum receptus eſt. Deinde ad filium cum Archiepiſcopo Colon. profectus, vix multis & minis & precibus, (5) ut culpam in Anglum transferret, perſuaſit: qui

(1) Altera cauſa erat controverſia de oppido Graviæ. Accedebant injuriæ, quas ſubditis ſuis a Brabantinis illatas eſſe ajebat Wilhelmus. *Haræus* T. I. p. 357. & ſeqq. *Pont. Heut.* lib. 2. ad an. 1387. Ab Anglis inſuper Wilhelmum, multis millibus conductum, fuiſſe inſtigatum, refert *Mejerus* Annal. Flandr. ad an. 1387. Vide quoque *Schaten.* T. II. A. P. p. 425. & Not. ad pag. præced.

(2) Literis nempe, quibus Comitatum Vierſen a Rege Galliæ repetebat, ſimulque bellum ei indicebat, atrocioribus verbis ſcriptis. *Pont. Heut.* l. c.

(3) Fœdere nimirum cum Richardo II. inito, de quo vid. *Pontanus* p. 324.

(4) *Mejerus* l. c. XVII. ſigna militaria capta, & ad aram Virginis Matris in perpetuam memoriam poſita fuiſſe, memorat.

(5) *Pontus Heut.* de Reb. Burg. l. 2. ad an. 1388. *Sed*, ſcribit, *dum Pater duobus comitatus Epiſcopis*

qui demum anno 1388. ad Carolum, Galliæ Regem, quem ſuis literis tam acerbis magnopere offenderat, acceſſit, ac, interveniente caduceatore ſupradicto, pacem cum Brabantina contraxit. Rex enim, conſpecto Duce, & accepta illius oratione ſingulari, propenſione commotus, non tantum factum magna facilitate condonavit, ſed etiam impenſius, ac ſi nunquam irritaſſet, amare cœpit.

In hoc bello Arnholdus ab Hœmen, injuria a Wilhelmo Duce affectus, ad Johannam Brabantinam defecit: & accepto exercitu ſelectiſſimo, Heſſum, Nederboſchium, VVichenium & Neiſſerichium pagos in regno Neomagenſi depopulatus eſt: ſed caſtris ſuis Hœmen, Moldickio, Aveſatio & Middelerio, a VVilhelmo cum ipſo captis, veniam deprecatus, eandem obtinuit. Quia vero in expeditionibus his omnibus Henricus a Gehmen fidelem VVilhelmo noſtro operam præſtiterat, huic Bredevordenſe caſtrum, (1) cum Alteno & Winterswichio pagis, in pignus anno 1389. conceſſit, qui illud poſtea in Steinfurti Comitem tranſtulit.

Durante etiam bello, anno 1382. ab Engelberto Marcano præfecturam Limerſiam, pro 8500. Scutatis redemptam, viciſſim accepit: Et anno 1387. cum Adolpho Marcano, Engelberti fratre, Comite Clivio, de mutua ſubditorum ſecuritate, arceque Afferden convenit.

Anno 1389. otii & quietis impatiens Wilhelmus noſter, militi conſcripto in Boruſſiam (2) contra infideles Rutenos profectus, militaris animi admodum illuſtria indicia exhibuit.

Anno 1392. mortuo patre VVilhelmo, Juliæ & Geldriæ Ducatus conjunxit.

Anno 1395. iterum cum Adolpho Clivio pactus, eidem literas Mechtildis matertera de Emmerica confirmavit.

Anno 1396. Reinhardum, (3) Schonforſtæ ac Sichenarum Dominum, bello impetiit, menſe Auguſto caſtro ejus Schonforſtano obſeſſo, quo feſto Remigii ab obſeſſis, incolumitatem vitæ ac fortunarum pactis, dedito, arcem VVilhelmſteiniam, quæ eidem Reinhardo una cum Advocatia Aquenſi titulo pignoris obligata erat, occupavit: Ideoque anno inſeq. 1397. novis pactis cum Aquenſibus tranſegit.

Anno 1397. ob multos ſuorum Geldrorum, (4) a Buſcoducenſibus occiſorum, iterum Brabantinis infeſtus, ſuppetiis Friderici Saerwerdani, Colon. Friderici Blanekenheimii, Traject. Ottonis Hoyenſis, Monaſt. Theodori Hornæi, Oſnabrugg. Epiſcoporum, exercitu 30. mill. militum plus minus contracto, & Nyſterici Moſa trajecto, Brabantiam vaſtavit, in memoriam rei geſtæ ſub Ilia Oſterwycena cœna celebrata. Contra Brabantini auxilio Johannis Bavari, qui in Leodienſem Præſulem electus fuit, & VValeramo

ſcopis ad filium proficiſcitur, ſtolide ferocem animum flectere nullis rationibus potuit. Cum enim Regis potentiam Exercitusque magnitudinem ob oculos pater poneret, tanto, inquit, mihi meisque victoria glorioſior queſtuoſiorque erit. Tandem patre Ducatus Juliaci exheredationem minitante, conſideranti, Anglico fœdere nil præter magnifica ſe conſecutum promiſſa, patris arbitrio de ſuperba belli indictione, contumelioſiſque ſcriptis dictisque ſe excuſat, Anglicoque fœderi renuncians, pacificatore Audace veniam pacemque impetrat, Regeque ei dextram præbente, menſa ejus familiariter adhibetur. Dehinc cum Brabantinis pax concluditur: Habeto, ſervatoque, quid quisque tum obtinebat, Brabanto ſummum in Gravium imperium manento, poſſeſſorque ſe ejus beneficiarium præſtito jurejurando profitetor: Captivi utrinque gratis dimittuntor: Belli utraque pars ſumptus ferto.

(1) *Pontanus* Hiſt. Geldr. p. 330. & ſupra Appendix IV. *Hiſt. Cliv.* MS. *Honſeler.*

(2) Bis illuc expeditionem ſuſcepit, anno videlicet 1384. & 1388. atque cum altera vice per Pomeraniam religioſo habitu proficiſceretur, captus ibi, & in caſtro Valckenburgenſi ſemeſtre ſpatium detentus, honorifice tandem dimiſſus fuit. *Pont.* Hiſt. Geld. p. 331. MS. *Honſel.*

(3) *Pontanus* p. 335. Reinaldum, Wilhelmi fratrem, ab Reinhardo, factis in Ducatum Juliæ excurſionibus, captum, nec niſi multo ære ſoluto dimiſſum fuiſſe, refert; ad quam injuriam vindicandam Wilhelmus Reinhardo bellum intulerit. Vide quoque *Hæreum* T. I. p. 365.

(4) Cauſas moti rurſus in Brabantinos belli prætexebat Geldriæ Dux, ut Arnoldum Hoymenum, Equitem, ob negatum ipſi a Brabantinis ſtipendium, ad ſe profugum, & ſupplicium a Gvalthero Trans-Rhenano, vulgo Wolter van Over-Rhyn, (*Hæreus Wilhelmum* vocat,) ex familia Gelriæ Ducis, ſumptum, vindicaret, bello Ravenſteini anno 1398. compoſito. *Hæreus* T. I. p. 365. 368. *Pont.* p. 338. *Mejerus* in Annal. ad cit. ann.

S. Paulini a Phil. Audace cum 200. Equitibus in ſubſidium ſibi miſſis, Julia invaſa, Neoſtadium occuparunt, Ruremundam acri obſidione preſſerunt. Pace autem circa octavam Petri & Pauli Apoſtolorum anni ſeq. 1398. inita, obſidio ſoluta.

Anno 1400. uxorem Catharinam Hollandinam amiſit.

Anno eodem 1400. VVenceslao ob ſocordiam & ſegnitiem (1) imperio iterum deſtituto, cum Robertus Palatinus menſe Auguſto, ſententia Electorum ſuffectus, (2) Aquis coronandus eſſet, quia Aquenſes, ſacramento VVenceslao religioſe devincti, VVilhelmi noſtri Julii ſui Archipræfecti auxilio ſubnixi, Roberto introitum in urbem negabant, (3) Coloniæ in Templo cathedrali a Friderico Saerwerdano, Archipiſcopo Colon. coronatus eſt.

Anno 1402. Ludovico Aurelianenſi (4) contra Burgundum, fœdere cum eo in odium Brabantinorum facto, 500. Equites adduxit: ſed inde domum reverſus, anno eodem 1402. 16. Februar. aliis Cal. Martii, diem clauſit in his terris ſupremum, in clauſtro Monchuſio prope Arenacum cum uxore conditus. De quo Streithagenus:

Addiderat titulis Geldros Wilhelmus avitis,
Et duplicis trabeæ ſyrmate clarus erat.
Sed tamen oppreſſus bellorum fortibus armis,
In Pruſſos bellum pro pietate tulit.

REINHOLDUS, nominis III. quintus Geldriæ, ac quartus Juliæ Dux.

Reinholdus, frater VVilhelmi, prius, ſicut literæ, ab ipſo anno 1397. datæ, teſtantur, Monaſterii, Eyfliæ & Berchemii Dominus, mortuo anno 1402. fratri, privilegiis in utraque provincia Nobilitati & civibus die Martis poſt Gregorii confirmatis, anno vero 1410. Lunæ poſt Matthæi Apoſtoli plenius repetitis, ſucceſſit, & utrique cum Juliæ, tum Geldriæ, ſub Roberto Palatino & Sigiſmundo (5) Impp. præfuit. Uxorem duxit Mariam Harecurtiam, Arthefiæ Comitem, Arſchottæ & Borbeccæ Dominam, ex qua ille quoque ſobolem nullam ſuſtulit: Imo poſt mortem ejus anno 1426. a Roberto, Montium

(1) Cauſæ abrogati Wenceslao Imperii, quæ ex *Emundo Dintero* in *M. Chron. Belg.* p. 326. 327. & 328. & in ipſa ſententia adverſus Wenceslaum in *Obrechti* Apparatu *juris publici, Actitque* ibidem Depoſit. Wenceal. p. 56. & ſeqq. prolixius referuntur, huc redeunt: *quod jura Imperii imminuiſſet: quod publicæ ſecuritatis conſervandæ curam omiſiſſet: quod prædationes & latrocinia permiſiſſet: quod juſtitiam non curaviſſet: quod contemtoribus ſacri ordinis indulſiſſet: quod ſævitiæ in innocentes ac publicæ privataque improbitati laxaviſſet frenos.* An idoneæ fuerint? examinat *Schurzfleiſchius* Oper. Hiſtor. Polit. p. 938. cujus hoc eſt ea de re judicium: *Non dubium eſt, Wenceslaum multa crudeliter & injuſte feciſſe, ac opes & jura quædam Cæſarei patrimonii deminuiſſe: An vero animum opprimendæ Reipublicæ & convellendarum omnium Imperii legum habuerit, & una habuerit animum tyranni proprie dicti, nondum pro vero quisquam affirmaverit. Quod ad imminutum Imperii patrimonium ſpectat, reponere ſaltem potcrat anteceſſorum exemplum, ſalvo nihilominus ordinum jure ad repetendum, quod ſine ipſorum conſenſu imminuiſſet ipſe, aut quo modo abalienaſſet. Quod de contemtu ſacri ordinis obvertitur, ſatis in aperto eſt, id exaggerari nimis, quod, quia Johannem Huſſum tam cnixe foverat, variæ confuſiones in ſacrorum officia irrepſiſſent, fiebat exoſus, & ſacri ordinis contemptor habebatur. Sed qui rem rectæ æſtimant, dicent forte, una illa re bonum fuiſſe, & certe fratre Sigismundo meliorem, ut, qui fidem Huſſo datam fregiſſet: tum vero tradit Emundus, Imperio privatum fuiſſe, non vocatum, non convictum, ſine cauſæ cognitione, ut forent haud dubie, qui colligerent, rem tam arduam, nec dum ſatis in morum legumque via expeditam eſſe, non naturæ, nec gentium, nec civili.*

(2) Poſtquam Fridericus, Dux Brunſvicenſis, Imperator electus, domumque profectus, ut ad coronationem ſe pararet, in itinere eſſet occiſus. Vide *Meibomii* Diſſert. de *Friderici, Ducis Brunſvicenſ. & Lunch. in Imperat. electi & miſera cæde* T. III. S. R. G.

(3) A Ruperto propterea in perſonis & bonis mulctati. *M. Chronic. Belgic.* p. 342. *Gobelin. Perſon.* ap. Meibom. p. 288.

(4) Ad Imperium Galliæ adſpiranti, dum Carolus Rex, ejus frater, mentis inops, hujusque filius, matri eſſet exoſus, quibus Ludovici molliminibus ſeſe opponebat Philippus Audax, D. Burgundiæ. *P. Heuterus* de Reb. Burgund. lib. 3. *Mejerus* Ann. Fl. l. 14. ad annum 1402. *Haræus* A. B. T. I. p. 371.

(5) Quorum ille anno 1407. hic anno 1414. Reinoldum de Ducatibus Geldriæ & Juliæ inveſtivit. Vid. Tab. in Cod. Dipl. No. CXLVII. & CXLVIII.

Digitized by Google

um Duce, Adolphi filio, ducta, nec hunc prole beavit. Bella, Clivenſe, Gorcumienſe & Brabantinum, geſſit. Nam anno 1347. prælio ſaltus Clivenſis, (1) quod VVilhelmus primus, Montium Dux, adverſus Adolphum primum, Clivorum Ducem, affinem ſuum, ob telonium Cæſar-inſulanum (vulgo Keyſerswerth) ſuſcepit, cum aliis VVilhelmo patrocinatus, interfuit. Cum autem victoria penes Adolphum eſſet, captus eſt Reinholdus, & ab Adolpho libere dimiſſus. Anno 1401. & 1405. cum ipſo de variis tranſegit: Inprimis vero an. 1402. hebdomade poſt Lætare, eidem Embricam (2) urbem, quam prius Mechtildis, Geldriæ Dux, matertera, Engelberto Marcano, patruo Adolphi, in pignus conceſſerat, VVilhelmus autem frater, ſicut in hiſtoria ipſius annotatum, redemerat, vendidit, & Limerſiam quoque pro decem Scutorum millibus amplius an. 1406. oppignoravit. Præterea affini Joanni Herculeo contra VVilhelmum, Hollandiæ Comitem, anno 1405. auxilio fuit. Cum enim is Alberti, VVilhelmi patris, redituarius eſſet, (3) ipſo ſenio confecto, filius Cabeljovios, a patre in pretio habitos, odiſſe cœpit, omnesque, & inter eos quoque Joannem, rationum ſibi diſtrictim reddendarum prætextu, exattuoravit: quas tamen non quidem VVilhelmo filio, ſed vel Joanni Burgundiæ, vel Anthonio Brabantiæ, Ducibus, vel Joanni denique Bavaro, fratri patris Alberti, Epiſcopo Leodio, ſe redditurum promte offerebat. VVilhelmus igitur, Friderici Blanckenheimii, Epiſcopi Ultrajectini, & Adolphi, Clivorum Ducis, nepotis, auxilio, Dynaſtiam Joannis Herculenam integram vaſtavit: Metropolim deinde ejus Gorcumiam 22. ſeptimanis obſedit; obſeſſi, Walrami Brederodii conſilio, obſeſſori reconciliandi, a Petro Johanne ſe ad filium Wilhelmum Herculenum, Wilhelmo Hollandino gratiorem, defecturos, proponunt: verum nihil obtinent. Quocirca VVilhelmus, a patre iterum in gratiam admiſſus, deſerto Gorcumio, ad avunculum, Reinholdum hunc noſtrum, Juliæ & Geldriæ Ducem, confugit, oppidumque eidem obtulit, quod intelligentes cives, Hollando ſeſe dedidere: VVilhelmus tamen ſuppetiis Reinholdi, ſtratagemate militari nocte urbe conſenſa, iterum ſibi vindicavit, ſuique juris reddidit. Contra VVilhelmus Hollandinus eos iterum obſedit, donec a Joanne Bavaro, Epiſcopo Leodienſi, anno 1412. pax his conditionibus (4) ſancita eſt, ut Gorcumium Hollandiæ accederet, pro eodem vero Reinholdus centum Coronatorum millia, affinis Joannes Herculeus caſtrum & dominium Oyenſe cum 6000. floren. annuis ex telonio Lobithano, filius VVilhelmus dominium Bornenſe in Provincia Julia viciſſim a Reinholdo acciperent. Porro illuſtris hæc familia Hollandina, Valencinis VVilhelmo jam ſæpius dicto, ultimo ejus hæredе maſculo, an. 1417. mortuo, defecit: de Provinciæ hæreditate Joanne Bavaro, Epiſcopo Leodienſi, patruo VVilhelmi, qui relicta hac dignitate, Anthonii, Brabantiæ Ducis, viduam uxorem acceperat, & VVilhelmi filia, Jacoba, contendentibus. Qua occaſione VVilhelmus Herculeus, avitam urbem & ditionem recuperare contendens, ibidem in cruento prælio occubuit: Et ſic in familiæ Herculenæ (5) ditiones Egmundana per conjugium Joannis Egmundani, Arnholdi filii, Mariæ Herculenæ copulati, ſucceſſit.

Ad Brabantinam denique controverſiam quod attinet, ſupra dictum eſt, quod frater ejus VVilhelmus inter cætera etiam ob Graviam cum Johanna belligeravit: Quod quia compoſitum, & Gravia jure clientelæ Geldriæ unita manſit, hanc Reinholdus, Rober-

(1) De quo vide ſupra *Hiſt. Cliv.* ſub *Adolpho*, Duce Cliveni, & infra *Hiſt. Mont.* ſub *Wilhelmo I.* Duce Montium.

(2) Vide ſupra *Hiſt.* ejus Civitatis, & *Pont.* in *Hiſt.* Geldr. p. 337.

(3) Id eſt, Receptor Hollandiæ, terrarum Mechliniæ & Pierlepont, qua de cauſa cum Albertus, Comes Hollandiæ, a Johanne Arkelio rationes exegiſſet, atque is eas reddere ſuperbe recuſaſſet, Albertus filio ſuo Wilhelmo, ut Arkelium ad officium redigeret, demandavit. *Joh.* a *Leydis* in Chronic. Holl. lib. 31. cap. 60. Bellum hinc ortum, in quo Reinaldus, Dux Geldriæ, Johanni Arkelio, utpote ſororio ſuo, auxilium præſtitit, pluribus deſcribunt idem *Scriptor* cap. 61. & ſeqq. *Pontan.* in Hiſt. Geldr. lib. 8. *VVilhelmus Heda* ſub *Friderico*, Epiſc. LI. p. 267. & ſeqq.

(4) Ut quoque referunt *Joh.* a *Leydis* lib. 32. cap. 16. *VVilhelmus Heda* pag. 269. *Pontan.* p. 386. *Fuit*, ſcribit, *ex eo tempore urbs Gorichem una cum ditione Arculenſi Hollandiæ inſerta, ejusque Comitatus portio ad hunc usque diem habita.*

(5) Vide infra utriusque familiæ *Tab. Genealog.*

Digitized by Google

berto Palatino (1) Imp. ſubnixus, Anthonio, Philippi II. Burgundi filio, anno 1406. præſtare recuſavit: Unde bello ab eo impetitus, anno 1407. 23. Octobr. eandem præſtitit.

Anno 1418. caſtrum Middelerium & nemus imperiale Adolpho primo, Clivorum Duci, pro 16667. Ducatis oppignoravit. Tandem ſibi tamen morte, equo deſcendens, ut naturæ opus expleret, nullis relictis hæredibus, in Lathum prope Arenacum, in profeſto Joannis Baptiſtæ, anno 1423. defecit, & in clauſtro Monchuſio ad latus fratris VVilhelmi tumulatus eſt. De quo Streithagenus:

Non ſuffecturus ſublato pignora fratri,
Orbatos moriens Principe liquit agros.
Hinc pars Montenſi multa cum clade Virorum,
Pars Egmundanis lite favente data eſt.

Et recte quidem. Nam poſt ejus fata quidem Julia Adolphus ſecundus, Montium Dux, VVilhelmi primi Ducis filius, Reinholdi vero ex avo VVilhelmo primo, Juliæ Duce, nepos, a Gerhardo, avi fratre, Margaretæ Montanæ copulato, prognatus, potitus eſt: Imo ob eandem cauſam Geldriam ſibi quoque jure deberi, recte contendit, (2) ſicut etiam utraque hac provincia a Sigiſmundo Imp. an. 1425. inveſtitus eſt Budæ Pannoniæ. Contra ipſum tamen Geldriam Arnholdus Egmundanus invaſit, ut in ſequentibus explicabitur.

Ad Provinciam Juliam
APPENDIX TRIPLEX,
De Comitatu Neuenarico, & Dynaſtiis Falcoburgica & Heinsbergia.

Appendix Prima,
De Comitatu Neuenarico.

Comitatus Neuenaricus, qui hodie vicos & pagos ſub ſe complectitur tantum undecim, vulgo Novæ Aquilæ appellatur: Unde Eraſmus Hermannum, Comitem Neuenaricum, Præpoſitum Colonienſem & Aquenſem, doctiſſimum Heroa in Epiſtolis Neaetium vocavit. Hic vero, ut erat Vir rerum omnium peritiſſimus, ipſum monuit: non ab Aquila, quam tamen nigram in armis ſuis gentilibus exhibent, ſed ab Ara fluvio (3) Comitum horum proſapiam, ſicut quoque Areburgenſium, & vicum eximium Aræ-VVeilerium illuſtri nomenclatura denominari.

Quod autem (quo jure, quave injuria id factum, noſtrum non eſt dicere,) Principes iſti, quibus alioqui luculenta dominia, in variis Provinciis diverſa, hactenus non defuerunt, hujus Comitatus poſſeſſione elapſi, ſolum nomen Neuenaricum tantum retinuerint, in cauſa eſt: quod primo quidem Fridericus Saerwerdanus, Archiepiſcopus Colonienſis, caſtra Neuenaricum, Garsdorpium, Rodesbergium & Bickendorfium anno 1371. deſtruxit. Deinde etiam Comitatus Neuenaricus, qui partim Archiepiſcopatui Col. partim Electoribus Palatinis jure feudi ſubjectus eſt, conſenſu eorundem in aliam familiam, per variam conjugiorum permutationem, tranſiit. A Neuenaricis enim ad Vierneburgios Comites pervenit. Mortuo autem anno 1545. Cunone, ultimo Vierneburgi & Novæ Aræ Comite, ſine liberis, Vierneburgium quidem Comitatum, qui Pallentiam utramque, majorem & minorem, ſub ſe complectitur, ab Henrico Lutzenburgio Imp. ejus nominis Septimo, ob fratrem Balduinum, Archiepiſcopum Trevirum, Eccleſiæ huic cathedrali donatam, ab Electoribus vero Palatinis feudi titulo receptam, inque ſubfeudum iisdem Epiſcopis Treviris conceſſam, Joh. Ludovicus, Archiepiſcopus, conſentiente Friderico II. Electore Palatino, ad ſe tranſtulit: Sed poſteris ſecutisque

(1) Qui miſſis quidem ad Antonium minacibus literis, ut Brabantia cederet, aut ſibi Beneficiarii fide adſtringeretur, Reinaldo animum addebat, ſed copiis mox retractis cauſa fuit, ut Reinaldus Duci Brabantiæ fidem jurare debuerit. *Haræus* p. 376. Literas Homagii refert *Pont.* p. 367.

(2) Vide infra. *Hiſt. Ducatus Montium.*

(3) Vide ſupra initio hujus Membri.

Digitized by Google

Digitized by Google

ad pag. 407.

TAB. XI. GENEALOGICA

COMITUM LYMBURGENSIUM AD LEHNAM ET COMITUM NUENARIORUM.

EVERHARDUS, Com. Isenb. filius Arnoldi, Com. Altenani.
Vid. supra Tab. Gen. *C. Alten. & Marc.*

Fridericus, C. Isenb. Parricida. Ux. *Margarita*, sor. Henrici, D. Lymburgensis.

Bruno, Episc. Osnabr.

Theodoricus, Ep. Monast.

FRIDERICUS, C. Limb. ad Lehnam.

Theodoricus, C. Lymb.

Henricus.

THEODORICUS, Com. Lymb. obiit prælio Woring. 1288.

EVERHARDUS Domum suam Tremoniensem Telonario vendidit.

Gerlacus. *Ludovicus.*

JOHANNES, Com. Lymb. interfectus prælio Woring.

EVERHARDUS.

THEODORICUS, Com. Lymb. A.C. 1320. ad 1343.

Elisabetha, ux. Theod. Wolmenst.

Johannes, Com. Lymb. Ux. - - de Gutersw.

Johannes, Com. Lymb. Ux. - - de Ahuis.

Theodoricus, C. Lymb. Dn. in Styrumb.

THEODORICUS, C. Lymb. Ux. - - C. de Seyn.

Johannes, C. Lymburg.

THEODORICUS, C. Lymb. Ux. *Luitgarda* de Brouch.

WILHELMUS, C. Lymb. Brouch. & Bedbur. Ux. MECHTILDIS a Rifferscheid-Salm, heredit. in Bedbur.

THEODORICUS, C. Lymb. Dn. in Brouch. Ux. *Henrica* a Wisch.

Johannes. *Henricus.* *Theod.* WILHELMUS, C. Lymb. D. in Brouch & Bedbur. Ux. *Metza* a Runckel. *Everhardus.*

MARGARETHA, Ux. GUMPERTI, C. *Nuen.* cui D. Bedbur in dotem attulit, præreptam vero a patruelibus.

JOHANNES, Com. Lymb. D. in Brouch, ἄπαις. Sororis suæ filiæ maritum heredem instituit.

Maria, Ux. Sebast. C. Seyn. D. in Homberg.

FRIDERICUS, C. a Nuenar, D. in Alpen & Linnep. Hered. Præfect. Colonienſis. Uxor EVA, heres de Linnep.

Johannes, Præp. Aq.

Wilhelmus, Ux. C. de Manderscheid.

Wilhelmus, Ux. *Anna* Wiedana.

Theodor. *Anna.*

Irmgarda, Ux. Wirici a Dhun.

Johannes, C. Seynensis, D. in Homberg.

Hermannus, Successor ob. 1578.

Walpurgis, Ux. (1) Philippi Horn. (2) Adolphi, gentilis sui.

GUMPERTUS, C. a Nuenar, D. in Alpen & Linnep. Præf. Hered. Col. Ux. AMALIA de Wertheim.

Theod. Can. Colonien-sis.

Elisabeth, Ux. *Johannis*, C. Lymb.

GUMPERTUS, C. Nuen. & Lymb. D. in Alpen & Linnep. Præf. Hered. Col. Ux. (1) CARDA, C. Schaumb. (2) MARGAR. filia Wirici a Dhun.

Magdalena, Ux. Arnoldi, C. Benth.

ADOLPHUS, C. Nuen. & Lymb. Ux. *Walpurgis* a Nuen. ἄπαις.

Digitized by Google

que Electoribus, Ottone, Henrico & Friderico III. repugnantibus, aliis jure feudi obtigit. Et ſic bona Comitatus Neuenarici pars VVilhelmo, Juliæ Duci, eadem feudi conditione, obvenit: Unde hodieque Provinciæ huic accenſetur. (1)

Veri autem Novæ Aræ Comites in familiam Limburgiam (2) tranſierunt, qui Comitatus Provinciæ Montanæ, ut infra ſuo loco indicabitur, feudum eſt, in Comitatu licet Marcano ad Lenam ſitus; Joannis enim Reiferſcheidii, Bedbergæ & Dickiæ Dynaſtæ, ex primo conjugio filia Mechtildis, vel Metta, ut communiter appellatur, VVilhelmo, Comiti Limburgio, Bruichii Domino, nupta, Bedbergam in dotem attulit. Ex qua itidem filia nata, Margaretha, Gumprechto, Novæ Aræ & Limburgio Comiti, Alpenæ & Gaersdorfii Domino, copulata eſt. A quibus conjugibus filii bini deſcendunt: Quorum primus, Fridericus, ducta Eva, Barone & hærede Lennepia, novum Gumprechtum, isque iterum ex Amelia VVertheimia tertium Gumprechtum: Hic denique ex prima uxore, Carda Schowenburgia, Ameliam tantum filiam, auſpicatiſſimis nuptiis Friderico tertio, Electori Palatino, enuptam: Ex ſecunda, Amœna Falckenſteinia, Adolphum, ultimum Novæ Aræ, Limburgi & Mœrſæ hujus rami Comitem, anno 1589. defunctum, & Magdalenam, Arnholdo Bentheimio, &c. Comiti deſponſatam, ſuſtulit.

Ex filio vero Gumprechti primi ſecundo, Wilhelmo dicto, cum VValburge Manderſcheidia conjuncto, novus VVilhelmus, & Anna, VValradii Brederodii uxor, parentes Mariæ Brederodii, Gothardi Mielendoncii conjugis, deſcendunt. Wilhelmus autem, ducta Anna VViedana, VVilhelmi VViedani & Margarethæ Morſenſis filia, Hermannum ſucceſſorem, anno 1578. mortuum, ejusque ſororem VValburgem edidit. Hæc primis votis Philippo, Comiti Hornano: Deinde, hoc Bruxellis anno 1566. decollato, ſecundis Adolpho, Novæ Aræ & Limburgi Comiti, gentili ſuo, ut jam diximus, (3) nupſit, & a fratre, ſine hæredibus defuncto, Comitatum Morſenſem, de quo, utpote Cliviæ feudo, in ejus Appendice prima dictum eſt, accepit.

Appendix Secunda,
De Dynaſtia Falcoburgia.

Falcoburgia Dynaſtia, a Falconibus denominata, inter Trajectum ſuperius & Moſam, dominium Bornenſe, cujus oppidum præcipuum Sittardum, & ſedem Imperii regiam Aquisgranum, interjacet, Dynaſtæ ejus Leone nigro cum trabe, coloribus albo & rubro diſtincta, pro inſignibus uſi ſunt, quibus etiam originem ſuam debet Heinsbergenſis Dynaſtia. Oda enim, prima ejus Domina, cujus circa annum Chriſti 1140. prima mentio, ſoror fuit, ut jam dicemus, Goſwini Falcoburgici.

Anno 1234. Joannes Oppianus, ex regio Francorum ſanguine natus, Epiſcopus Leodienſis, Bornam, ejusque oppidum præcipuum Sittardum, VValramo Falcoburgio, duabus millibus Marcarum comparatum a Johanne, Lutzenburgiæ filio, qui in Chronico Leodienſi Valerianus appellatur, ſuo Mareſchalco, in feudum tradidit: qui, neſcio qua occaſione, conditiones infringens, Sittardum, tum adhuc vicum, tectis combuſſit, & Antiſtitem erga ſe provocans, ad Montem Jovis ſeceſſit. Deinde fortius irrumpens, opes Eccleſiæ diripere, & caſtrum, cui nomen eſt Smaragdo, uſurpare auſus, Antiſtitem ſe, maxime Flandrorum copiis, inſequi coëgit. Quibus ad Moſam convenientibus, *Joh. Placentinus Trud. in Epiſcop. Leodiis.*

(1) Atque pactis anno 1666. inter Electores Brandeburgenſem & Neoburgico-Palatinum circa hereditatem Clivenſem initis, Neoburgico obvenit. *Puffendorf.* in Hiſt. *Frider. VVilhelm.* lib. 9. §. 76. Adverſus quæ Pacta cum Elector Colon. proteſtaretur, atque jus in Comitatum Nuenaricum prætenderet, Brandeburgenſis & Neoburgicus Electores Scripto apud *Lundorpium* Tom. II. lib. 12. cap. 40. No. 18. ſibi proſpexerunt.

(2) Ortam a Friderici Iſenburgici, Parricidæ, altero filio, Friderico, dictamque a caſtro Limburgenſi ad Lehnam, quod Henricus, D. Limburgenſis, huic Friderico & fratri ejus Theodorico, ſuis e ſorore nepotibus, in ſolatium vaſtatarum ditionum paternarum condidit, atque ab avito ſuo caſtro appellavit, ad memoriam parricidii delendam. Vide ſupra *Hiſt. Marcanam*, & infra *Hiſt. Montium* Append. I. Genealogiam vero ejus familiæ, atque affinitatem cum Nenenaria, in adjecta *Tab. XI.* ex MS. meo *Eſſendienſi.*

(3) In Append. I. ad *Hiſt. Cliv.* de *Comit. Mærſ.*

Digitized by Google

bus, dum medius equitaret, ſubito dolore correptus, & inſciis prætoribus, extra aciem Hoyum advectus, obiit: Ob cujus mortem Leodini, exercitu dimiſſo, Valerianum diutius perſequi non potuerunt. Eandem Falcoburgiam Dynaſtiam nobilitarunt Engelbertus Falcoburgius, Ubiorum Archimyſta, qui ab anno 1261. uſque ad annum 1267. diœceſi Colonienſi præfuit, a VVilhelmo, ejus nominis quinto, Juliæ Comite, captus, & Nideccam abductus, in carcere vitam finiit: Cujus frater fuit Theodoricus, ambo VValrami ſupradicti filii, quorum poſtremus novum VValramum, & Eliſabetham, Engelberto Marcano, Adolphi & Margarethæ Geldricæ filio, ſecundis votis ductam, genuit; Hic Walramus Reinholdum iterum edidit, qui Eliſabethæ Juliacæ copulatus, cum Joanne, Brabantiæ Duce, bellum ob Dynaſtias Falcoburgiam & Bornenſem geſſit. Anno 1316. arce ſua pulſus, & Nideccam a Gerhardo Juliaco abductus. Sittardum anno 1318. bis obſeſſum: unde in poſtrema obſidione expugnatum, in poteſtatem Brabantini usque ad annum 1334. pervenit; quo tempore, Adolpho Marcano, Epiſcopo Leodio, aliisque multis Principibus, contra Joannem Brabantinum, Joannis jam dicti filium, inſurgentibus, ad antiquum Dominum rediit. Ab obitu vero Theodorici, ultimi Falcoburgi Domini, anno 1346. in bello Leodienſi occiſi, & ſine hærede mortui, integra Dynaſtia Falcoburgia, cum dominio Bornenſi, ad Wilhelmum I. Juliæ Marchionem & Ducem, ejus avunculum, pervenit; Et poſtmodum anno 1356. cum Comitatus Julius in Ducatum eveheretur, dominium Falcoburgium viciſſim in Comitatum erectum: Ob quem anno inſeq. 1357. idem Wilhelmus, Juliæ Dux, cum Walramo Bornenſi controverſiam habuit, donec Reinhero, Falcoburgi, Bornæ, Sittardi, Brugæ & Ravenſteinii Domino, cum Eliſabetha Clivia, Adolphi, Marcano-Clivenſis Comitis, filia, copulato, viciſſim in feudum traditus eſt: quo anno 1400. mortuo, ad Juliam iterum pervenit, cum Caſtrenſi dominio, ut volunt, permutatus.

Appendix Tertia,
De Dynaſtia Heinsbergia.

Dynaſtia Heinsbergenſis a Monte vel Henrici, ſive Heinonis, vel a caballis caballino dicto, denominationem ſortita eſt. Dynaſtæ ejus Leonem argenteum, in area ſeu clypeo rubro incedentem, in armis ſuis gentilitiis exhibent. Ditionem vero olim habuerunt ſatis amplam, quippe qui non tantum ipſum Heinsbergiam, ſed etiam Geilerkirchiam, Gangoltam, Milleniam, Fuichtam, omniaque his ſubjecta loca poſſederunt. Originem ſuam, ut jam in Falcoburgicis Dynaſtis indigitavimus, ad hos referunt. Oda enim, prima Montis caballini Domina, fuit ſoror Goſwini Falcoburgici, cujus circa annum Domini 1140. mentio, authore P. Streithageno, Canonico Heinsberg. in Schemate quarto. Hæc autem maritum habuit Goſwinum, ejus nominis primum, Heinsbergæ Dynaſtam, eique Gerhardum & Goſwinum filios genuit. Et anno 1140. aut circiter, Baſilicam in caſtro ſuo Heinsbergenſi una cum collegio Canonicorum fundavit, agrisque ac decimis dotaram, divinæ ſervituti obtulit. Anno 1161. aut circiter, vivis exempra.

Goſwinus ſecundus ſub Friderico I. Imp. dicto Barbaroſſa, præfuit. Uxorem Aleiden Palatinam Somersbergenſem habuit: Ex qua Philippum, Archiepiſc. Colon. Goſwinum, Hermannum, & Godefridum ſucceſſorem, filios, item Odam, Mechtildem & Salomem, filias, ſuſcepit. Hic Goſwinus, Odæ filius, ſicut mater collegium Canonicorum, ut jam indicavimus, ſic ille Canonicarum regularium ordinis Præmonſtratenſis monaſterium anno 1150. aut circiter, extra muros Heinsbergenſes cum uxore fundavit, ab Alexandro II. Epiſcopo Leodienſi, anno 1156. confirmatum, in quo, ſicut in aliis omnibus, juxta primam inſtitutionem, viri ac fœminæ conjunctim habitarent. Obiit autem Goſwinus circa annum Domini 1182. Filium ſuum primogenitum Philippum, anno 1167. cum Friderico Imperatore Mediolani abſentem, in Archipræſulem Colonienſem electum, anno 1168. per mare & Gallias reducem, Coloniæ inaugurandum, eodem ſplendido comitatu deduxit

Godefridus I. Heinsbergi Dominus, ordine tertius, ſub eodem Friderico I. Imp. vixit, uxoremque matris cognominem Aleiden duxit: Ex qua Theodoricum ſucceſſorem, Agnetem, Veſtalem Heinsberg. & alteram, Nobiliſſimo a **Steinhauß** nuptam, ſuſtulit. Anno 1184. cum fratre Philippo, Colon. Archiepiſcopo, tres manſos jam dicto monaſterio

Digitized by Google

rio contulit. Anno 1191. eundem in Apulia, poſtquam Pontificatui annos 24. præfuiſſet, amiſit, ipſe vero anno 1193. diem ſuum obiit.

Theodoricus I. Heinsbergi Dominus, in ordine quartus, ſub Henrico VI. Ottone IV. & Friderico II. Impp. Summam Montis caballini adminiſtravit: Ex uxore Ilalda Henricum ſucceſſorem, & Theodoricum, Archiepiſc. Colon. quem alii fere omnes, ſed male, Comitem Montium vocant; Filium itidem ante patrem defunctum, filiam denique in monaſterio Heinsbergenſi Veſtalem. Anno 1217. & 1223. donationes quasdam eidem monaſterio: anno 1224. collegio Canonicorum decimas Kempenſes attribuit. Anno 1228. vitam cum morte commutavit.

Henricus, ejus nominis primus, Heinsbergæ Dominus, in ordine quintus, Wilhelmo Hollando & Richardo Anglo imperantibus, fuit, qui ex Agneta uxore Theodoricum ſucceſſorem, Henricum, ſummæ Ædis Colon. Canonicum & Theſaurarium, & Alerden, Theodoricoe VII. Clivorum Comiti, nuptam, procreavit. Anno 1257. aut circiter, Canonicos e Caſtro, ubi hactenus reſederant, in parochialem Eccleſiam traduxit: ejusque tum vacantes decimas, omnesque proventus, una cum ſacellis Kirchoſienſi & Kempenſi, liberaliter admodum ipſis contulit. Anno 1264. mortuus.

Theodoricus, ejus nominis ſecundus, Montis vero caballini in ordine Dominus ſextus, ſub Richardo, Rudolpho & Alberto I. Impp. præfuit, & uxore ducta Joanna, Henricum & Walramum, ante patrem, & illum quidem anno ſalutis partæ 1287. defunctos, Godefridum ſucceſſorem, & Theodoricum, majoris Eccleſiæ Colon. Canonicum, filios, cum Margaretha, monaſt. Heinsb. Veſtali, genuit. Anno 1267. 1268. 1274. 1282. eidem monaſterio bona quædam largitus eſt. Anno 1278. cum VValramo, Duce Limburgio, Engelberto & Theodorico Falckenburgiis, atque Theodorico Clivio, Colonienſes muros, adhibitis ſcalis, fruſtra ſcandere niſus eſt. Anno 1285. Reineri de Lunbruch, Canonici, donationem villæ patrimonialis Danenſis; Godefridi item, cellarii ſui, & Gertrudis, ejus uxoris, largitionem, altari B. Mariæ Magdalenæ, in Eccleſia recens erecto, factam; An. 1287. donationem, altari S. Johann. Baptiſtæ in crypta a Viris aliquot piis collatam, confirmavit. Anno 1290. Canonicos ab omnibus exactionibus, tributis & oneribus civilibus exemit, domos quoque eorum liberas & immunes pronuntiavit. An. 1291. diſſidium, inter monaſterii Præpoſitum Brunonem & Veſtales obortum, cum Gerhardo Naſſovio, Archidiacono Leodienſ. Godeſchalco de Kneſſteden, & Laurentio de Hamburne, Abbatibus, mediator compoſuit. Altari B. Mariæ Magdalenæ an. 1286. 12. ſolidos uſualis monetæ, ſimiliter etiam an. 1296. reditus aliquos aſſignavit. Obiit an. 1300.

Godefridus, ejus nominis II. Heinsberg. vero, itemque ex dote Blanckenbergi Dominus, in ordine ſeptimus, imperantibus Alberto I. Henrico VII. ac Ludovico Bavaro, vixit. Uxorem habuit Mechtilden, Arnholdi, Comitis Loſſenſis penultimi, filiam: Ex qua Theodoricum ſucceſſorem, Godefridum, Præpoſitum Aquenſem, & Joannem, filios; Margaretham etiam, antiſtitem Thorenſem, ſuſcepit. In Eccleſia collegiata altarium uni decimas a Lamberto de lignea via, cive Heinsberg. collatas anno 1305. S. Jacobi etiam feſto, anno 1313. donationes, ab aliis piis Viris factas, ſuo calculo approbavit: Ipſe vero altari B. Mariæ Virginis 6. marcas Brabantinas in perpetuum anno 1328. aſſignavit. Anno 1333. defunctus.

Theodoricus, ejus nominis III. Heinsberg. & Blanckenb. Dominus, in ordine 8. ſed & poſt mortem Ludovici avunculi Comes Loſſenſis, ſub Ludovico Bavaro ac Carolo IV. Impp. ſummam rei adminiſtravit: Et uxore ducta Cunegunde, Eberhardi III. Comitis Marcani, ex conjuge Irmgarde Montana filia, Godefridum unigenitum ſuſtulit. An. 1330. Philippo, Galliæ Regi, in bello, quod contra Joannem III. Brabantiæ Ducem, propter ſuſceptum Robertum Atrobatenſem, parabat, cum aliis Principibus adhæſit. Anno 1333. Ludovico, Flandriæ Comiti, propter Mechliniam contra eundem adfuit. Anno 1335. donationem, qua Agnes, Gerhardi de Sylva vidua, altare S. Antonii dotavit, approbavit. Anno 1336. poſt mortem Ludovici, ultimi Comitis Loſſenſis, qui absque liberis ipſa nocte S. Vincentii diſceſſerat, Comitatum occupavit; refragante tamen Eccleſia Leodienſe, & donationem a Ludovico, alio Comite, an. 1202. factam allegante, cui Theodoricus conſanguinitatem & ultimam avunculi voluntatem oppoſuit.

Digitized by Google

Hinc ergo inter partes diſſidio graviſſimo ſuborto, Theodoricus anno 1337. civitates, nobiles ac primores totius dioceſis Leod. transactionis cum iisdem ineundæ cauſa, ad capitulum citavit: Verum ab iis deluſus, nullus ad deſignatum diem comparuit. Anno ergo 1338. quinque capituli Leodienſis villas per Godefridum filium incendio devaſtavit: quin etiam, depoſitis officialibus Comitatus Loſſenſis, magnam partem ſubditorum contra Epiſcopum eduxit. Eodem anno Brabantinum quoque contra Epiſcopum adjuvit, & per ſententiam Archiepiſcopi Colon. & Hannoniæ Comitis, Loſſenſis Comes, favente Epiſcopo, ſuo affine, filii vero avunculo, Adolpho Marcano, declaratus eſt. Anno 1342. Godefridum, filium unicum, amiſit, cum prius Mechtilden Geldram, Reinholdi primi Ducis primogenitam, ſibi matrimonio, eoque ſterili, copulaſſet; quæ poſtmodum ſecundo conjugio Joanni, Comiti Clivenſi, & anno 1368. hoc defuncto, tertio Johanni Bleſenſi nupſit.

Eodem anno 1342. Theodoricus fundationem Altaris trium Regum & S. Agathæ, a Reinhero Loevenich quæſtore factam, Diplomate ſuo approbavit.

Anno 1343. reſumpta lite Comitatus Loſſenſis, mortuo filio, & compoſitione iterum tentata irrita, authoritate Apoſtolica excommunicatus eſt: An. tamen 1344. per Imp. Bohemiæ Regis, Caroli IV. filium, Leodium ad capitulum a ſe deſtinatum, ſententiam Archiepiſcopi Colon. & Hannoniæ Comitis confirmari poſtulavit: Verum major pars Canonicorum non parum offenſo Rege aſſenſum denegavit, inprimis quia Adolphus Marcanus Epiſcopus, ipſi, utpote affini, addictus, eodem tempore in fata conceſſit. Tandem nihilominus an. 1346. per Abbatem S. Nicaſii Rhemenſem, ad hoc a Pontifice ablegatum, quinque arbitros a Capitulo obtinuit, eorumque opera rem eo deduxit, ut Epiſcopus Engelbertus Marcanus, qui in locum patrui Adolphi ſucceſſerat, inveſtituram Comitatus, Abbas vero abſolutionem impertirentur. Anno 1347. Engelbertum Marcanum, Leodienſem Epiſcopum, contra rebelles ſubditos, & propter neſcio quem Hæreticum decollatum, ad libertatem adſpirantes, una cum Brabantino & Geldro adjuvit, cæſis in prælio 15. eorum millibus. Anno 1350. multis debitis propter Comitatum Loſſenſem obligatus, jugera quam plurima ex erycetis Geilenkirchienſi ac Brunsradienſi, quæ ſubditi liberaliter conceſſerant, Arnholdo ab Hegen, ejusque uxori, certo pretio divendidit. Anno 1356. Wenceslaum, Brabantiæ Ducem, contra Ludovicum, Flandriæ Comitem, egregie adjuvit. Anno 1357. officium Scholaſtici Heinsbergæ ab Engelberto, Epiſcopo Leodienſi, inſtituti, & incorporatione Eccleſiæ Millenſis dotari, procuravit. Anno 1358. Altare S. Laurentii de ſuo peculio fundavit. Anno 1359. dignitatem Cantoratus, ab Henrico, Brunsradienſi Canonico, inſtitutam, aſſenſu ſuo adprobavit, & ab Engelberto, Epiſcopo Leodienſi, itidem confirmari poſtulavit. Anno 1361. ſucceſſore ordinato Godefrido, Dalenbrachii Domino, propinquo ſuo, rebus humanis exceſſit.

Godefridus hic, ejus nominis III. Heinsbergæ vero Dynaſta in ordine 9. relicto titulo Dalenbrachio, Loſſenſem ſe appellavit: Et Carolo IV. ac Wenceslao Imperantibus vixit. Uxorem habuit Philippinam, (1) Wilhelmi primi, Juliæ Ducis, filiam: quæ ei Johannem ſucceſſorem, Joannam, Comiti Hornano, & Philippinam, Comiti Nuenarienſi, nuptas, peperit.

Anno 1361. occupato Stochemio & vicinis oppidis, fortiter quidem, ſed fruſtra Comitatum Loſſenſem retinere ſtuduit. Quocirca ſeu de jure, ſeu de viribus ſuis deſperans, quicquid ſibi in eum competebat, in affinem ſuum, Arnholdum de Rummes, pro certa pecuniæ ſumma tranſtulit: Eodem anno Arnholdus a Ratheim, Decanus collegii Heinsberg. patrimonium natale capitulo conrulit, quod ipſe ratum habuit. Anno 1372. capitulo privilegium, ut quoscunque e ſubditis ſuis vel ſibi ipſi domeſticis convenire, & pignus ab iis capere poſſint, conceſſit. Anno 1380. Monaſterio bona nonnulla cum uxore largitus. Anno 1382. cum eadem & Joanne atque Joanna primogenitis emptionem villæ Straſſenſis, a capitulo factam, rogante Decano Wilhelmo a Blanckenbergh, approbavit. Anno 1388. bello Geldrio occupatus, inque Brabantiæ prædas agens, ubi Leo-

(1) Cujus nomine Comites Loſſenſes, & ex his orti Comites Naſſavii, in quartam partem reditiuum Ducatus Juliæ jus prætenderunt, de quo extat *Hugonis Grotii* Conſilium Juridicum ſuper iis, quæ Naſſavii in Juliacum & Geldriam competere ſibi dicunt.

Digitized by Google

Leodios, exercitu 40. mill. terram Juliam ingreſſos, Hinsbergæ obſidionem moliri intellexiſſet, ulterius damnum prohibiturus, domum rediit. Anno 1390. uxorem ipſa Bartholomæi amiſit. Anno 1393. ſodalitatem roſariam cum multis Principibus inſtituit. Anno 1395. naturæ debitum exſolvit. Hunc quatuor Johannes ordine inſequuntur.

Johannes, primus ejus nominis, inter Dynaſtas vero decimus, Godefridi filius, Loſſenſ. Heinsberg. Lewenberg. Millenius & Steinenſis Dominus, dictus Bellicoſus, ſub Wenceslao, Ruperto, Sigiſmundo ac Alberto, Imppp. uxore accepta Margaretha, Gennepii Domina, ex ea Johannem II. ſucceſſorem, Wilhelmum, Blanckenheimii Comitem, Joannem, Epiſcopum Leodienſem, Philippam Weidano, Mariam Naſſovio, Comitibus, copulatas, & aliam, Heinsberg. Monaſt. Veſtalem, edidit.

Hic anno 1397. cum Wilhelmi primi, Montium Ducis, partes foveret, ab Adolpho, Cliviæ Duce, in prælio ſaltus Clivii captus, quod pecunia careret, eidem Dominium Gennepenſe pro λύτρῳ tradidit, cujus apocham anno 1411. recepit, & an. 1426. acceptis 10500. Scut. oppignoravit; Et tamen an. 1400. cum eodem Wilhelmo pro Dominio Lewenberg. bellum gerere coactus eſt. Anno 1401. VVilhelmo, Juliæ ac Geldriæ Duci, fœderatus, agmen Buſcoducenſium, qui ſeditionem commoverant, inſeſtum tenuit. Anno 1406. Joanni Bavaro, Epiſcopo Leod. contra rebelles ſubditos aſſiſtens, agros non procul Viſeto ferro flammaque devaſtavit. Anno 1408. Leodienſes ab obſidione Trajectenſi, cum aliis Epiſcopis amicis, rejecit. Et non multo poſt prælio contra eosdem interfuit, in quo ad 13. mill. occidione deleti. Anno 1420. Johanni, Brabantiæ Duci, contra ordines patrocinatus, Bruxellis in carcerem a furente plebe conjectus eſt: Sed anno 1421. a filio Epiſcopo, & proſcriptione Sigiſmundi Imp. liberatus. Anno 1422. cum Anthonio, Brabantiæ Duce, pignoris arcium trans-Moſanarum tabulis redditis, tranſegit. Anno 1423. mortuo Reinholdo, Juliæ ac Geldriæ Duce, partes Arnholdi Egmundani ſecutus, cum ab Adolpho Montano in partem tituli admiſſus eſſet, bello ſe medium interpoſuit.

Anno 1409. cum Alberto ab Alpen iter ſacrum, ſeu peregrinationem Hieroſolymitanam ſuſcepit. Anno 1410. cum Joanne Bavaro, Epiſcopo Leod. filium Anthonii, Brabantini Ducis, e ſacro fonte ſuſcepit.

Anno 1419. Joannem filium, in Epiſcopum Leodienſem electum, una cum Adolpho, Cliviæ Duce, cum quo eodem anno fœdus in mutuam defenſionem percuſſit, Leodium ſplendido comitatu deduxit, qui 19. Octobr. anno 1454. quarto poſt Epiſcopatum reſignatum anno, mortuus eſt: (1) Uxor vero ejus, Epiſcopi mater, anno eodem, quo filius electus, 4. Octobr. vivis exceſſit.

Anno 1428. Aquis, pro Præpoſitura filio obtinenda, in templum Deiparæ irruit, & anno 1429. a Magiſtratu ejusdem urbis contra rebelles evocatus, ſeditionis authoribus punitis, cives ad obedientiam reduxit. Anno 1432. proventus Decanatus, quem anno 1396. unius præbendæ diminutione adauxerat, hoc anno incorporatione Eccleſiæ Bremenſi, ab Eugenio IV. Papa confirmata, adhuc locupletavit. Deceſſit anno 1439. in Vigilia converſionis Pauli.

Johannes, ejus nominis II. Loſſenſis, Heinsbergenſis ac Lewenberg. Dominus, in ordine undecimus, ſub Friderico III. Imp. uxorem habuit, ex qua Johannem III. ſucceſſorem, & filiam, Philippo Naſſovio nuptam, ſuſcepit. Anno 1440. coronationi Friderici III. Aquis interfuit, a quo ei, ut & Colon. & Leod. Epiſcopis, itemque Juliæ Ducibus, protectio capituli B. Mariæ commendata. Obiit ipſis Cal. Maji 1443.

(1) De quo *Theod. Rhay* Anim. illuſtr. p. 45. *Fuit is*, inquit, *excellentiſſimi Dynaſtæ Johannis Heinsbergii & Lœvenſteinii heres, ex Archi-Diacono Hasbaniæ LII. Leodienſis Epiſcopus, cum Archiepiſcopis Colonienſi & Trevirenſi cruce ſignatus, Legato Apoſtolico expeditioni bellicæ contra Huſſitas in Bohemia nomen dedit: Peregrinationem Hieroſolymitanam ſuſcepit, ſed fructis in via inſidiis intermiſit: Friderici III. Coronationi interfuit Aquisgrani, ac deinde pertæſus oneris negotiorum, Epiſcopatum Ludovico Borbonico, Caroli, Ducis Borboniæ, filio, reliquit, Hieroſolymam repetens, ubi mortis meditationi, Deo, ſibique in ejus ſacra ade vacans, nobili coronide vitam clauſit.*

Digitized by Google

Johannes, ejus nominis III. Loſſenſis, Hinsberg. & Lewenberg. Dominus, in ordine duodecimus, ejusdem Friderici III. Imp. tempore vixit, quibus dominiis ex dote Johannæ uxoris, poſt mortem Thomæ fratris, Dieſthemium ac Sichemium quoque adjecit, adeoque hæc dominia ob Joannem Naſſoviæ generum, ſucceſſorem ſuum, ab anno 1450. illuſtri huic familiæ Naſſoviæ parent. Ex hac Johanna, Johanna filia cognomine edita. Ubi anno 1447. acquiſitionem villæ Triſchradienſis, a capitulo factam, aſſenſu ſuo comprobaſſet, anno 1448. ipſa Chryſoſtomi, filia & hærede unica, Johanna modo nominata, relicta, eique tutore Johanne, Epiſcopo Leod. dato, exceſſit.

Johannes, ejus nominis IV. Comes Naſſovius & Saræpontanus, Philippi filius, Johannis, Comitis Naſſovio-Weilburgici, a Gerlaco, Adolphi Imp. fratre, deſcendentis, nepos, Johannam, Johannis III. filiam & hæredem, quæ poſt mortem patris ſub tutela patrui Joannis, Epiſcopi Leodienſis, usque ad annum 1454. fuerat, hoc anno duxit, ex eaque Eliſabetham reliquit, Wilhelmo, 7. Juliæ, ac 4. Montium Duci, copulatam; Hæc anno 1450. mortua. Joannes Naſſovius Saræpontanus Eliſabetham, Ludovici Würtenbergici filiam, ſuperinduxit, ex qua ipſi Johannes Ludovicus, Comitatus Saræpontani hæres, natus eſt. Heinsbergiæ Dynaſtiæ, ubi rarius reſedit, Vicarium Joannem a Rhode, Franckenbergi Equitem, conſtituit. Obiit poſtridie Mariæ Magdalenæ, anno 1472. Loſſenſis, Hinsbergenſis, Lewenbergenſis, Sichemenſis & Dieſthemienſis Dynaſta 13. & ultimus. Unde omnia hæc Dominia ad Juliam Provinciam per conjugium deceſſerunt.

Uni-

Digitized by Google

Unitarum Juliæ, Cliviæ, Montium, Marchiæ & Ravensburgiæ provinciarum modernarum

MEMBRUM QUARTUM,

De Provincia Montana, ejusque Comitibus ſedecim, Ducibus ſeptem, Sectionibus duabus explicatis.

Provincia Montana, ut eam ante omnia primum deſcribamus, partim a Montibus omnibus, quorum in ejus diſtrictu ingens copia, partim a ſeptem illis Burgis, (1) vulgo **Siebenburghe/** ex quibus quatuor tantum, ſicut etiam eorundem rupibus ſeu cautibus, caſtra, ceu ἀκροπύργια, VVindeccianum, Leoburgicum, quæ Montanæ ditionis ſunt, Drachenfelſium Milendonciorum, item & VVolckenburgium, ſic dictum, quod altitudine ſua nubes pulſet, ſupra Bonnam a Friderico Saerwerdano, Epiſcopo Colon. ſtructum, ſed hodie deſtructum, reliquis tribus Burgis inhabitatis atque incultis, inædificata ſunt, nomenclaturam ſortitur. Septem autem Burgi, a Siegena usque & tractu Naſſovio deducti, ab Orientali Rheni parte Colonienſem diœceſin & urbem adſpiciunt. De quibus Bernhardus Mollerus in deſcriptione Rheni:

Sunt procul a dextro ſepteni limite Montes,
Altius in quorum vertice caſtra ſedent.
Pars homini colitur, nec dum deſcivit ab uſu,
Pars hominem neſcit, monſtra fovere ſolet.
Hic lemurum formæ vulgus terrore fatigant,
Hic Acherontæo ſpectra fragore tonant.
Sæpius aſcenſo frontator vertice, viteis
Dum locat inſolito, territus hoſte fugit.
Euro notho ſeptem ſpectare Colonia monteis,
Quin etiam longe caſtra videre poteſt.
Quatuor exſurgunt, nondum quæ ſuſtulit ætas,
Caſtra, Diedunbergam monte venuſtat apex.
Salva Draconinæ reſtant faſtigia rupis,
Nubis adhuc reſtant caſtra, manere vides.

Sunt etiam, qui Provinciæ Montanæ denominationem a Monte veteri, antiquo Principum ſuorum caſtro, quod anno 1133. in monaſterium ordinis Ciſtercienſis commutatum eſt, deducunt.

Originem ſuam debet Herm..nno, ejusque fratri Adolpho, Ubiorum Comitibus, qui Montium, ſicut etiam Divitenſes Advocati primi leguntur, & primitus Provinciæ Præfecti ab Impp. conſtituti, ditiones has poſtea hæreditarie poſſidendas ab iisdem jure homagii acceperunt. *Provincia Montanæ origo.*

Engelbertus V. iſtius nominis primus, Montium Comes in ordine quintus, mirum in modum Provinciam auxit, multis prædiis a Friderico Barbaroſſa, victo ab ipſo Henrico Leone, Saxoniæ, Angrivariæ & Weſtphaliæ Duce, dotatus. *Augmentum.*

Præfecturas hodie numerat 17. quales ſunt, a ſuperioribus ſecundo Rheno deſcendendo, Blanckenbergica, Windeccia, Leobergia, Steinbacenſis, in qua arx Neobergia, Lulsdorphiana, Portzenſis, in qua arx Bensbergia, Miſelonenſis, Monheimia, Angermundenſis, Lansbergia, Medmenſis, Solingenſis, Bornfeldenſis, Hœckeswagiana, Burgenſis, Erverfeldenſis & Bienburgica. Quibus præturæ Siegenbergenſis & Mullenheimia etiam accenſentur. *Status Politicus & Præfectura.*

Ex his Monheimia, Lansbergia, Erverfeldenſis & Hœckeswagiana, a familiis nobiliſſimis denominatæ, mortuis earum Dominis, Montibus accrevere: Miſelonenſis autem præfectura, cum Linepatii & Muiſpatii partibus quibusdam, partim feuda Palatina ſunt,

(1) *Guilielm. Blaeu* in Atlante cum aliis ab oppido Bergo totam illam Regionem nomen accepiſſe exiſtimant; quod vero oppidum ſibi incognitum eſſe, atque a frequentia Montium potius Provinciam illam Montenſem ſive Bergenſem dici, ſcribit Autor MS. *Eſſend.*

Digitized by Google

sunt, partim Adolphus, Montium Comes, a Siegenfrido Westerburgio, Archimysta Colon. an. 1288. in pugna VVorringensi capto, extorsit.

Blanckenburgia, a splendore castri, Leobergia, a Leone Montano appellatæ, primo quidem dotis nomine Godefrido, ejus nominis secundo, & Johanni, Godefridi III. filio, Dynastis Heinsbergensibus, obvenerunt; Leobergia autem anno 1397. Adolpho I. Clivorum Duci, a Johanne Heinsbergensi, qui in bello Saltus-Clivio, Wilhelmo I. Montium Duci, patrocinatus, cum eodem, aliisque multis Viris generosis, captus fuit, in pignus tradita est; Deinde eandem redemptam Wilhelmus, hujus prosapiæ ultimus, Juliæ & Montium Dux, Ravensburgi Comes, per conjugium anno 1472. cum Elisaberha, Losensi, Heinsbergiæ, Blanckenbergiæ, Neoburgiæ, Diestheimii, Sichemii Domina, Johannis, Comitis Nassovio-Saarpontani, filia, initum, accepit, & utramque oppignoratam, reluitione pignoris, Montanæ Provinciæ attribuit, Heinsbergia Juliæ relicta.

Urbes, Oppida & Municipia Provinciæ Montanæ.

In his præfecturis Urbes & Oppida sunt 10. Metropoles 4. Dusseldorpia, Ratinga, Lennepia, VVipperfordia.

Minora Oppida 6. Solingium, Rhadense ante-Sylvanum, Gerrishemium, Blanckenburgium, Mulhemium & Erverfeldium; quorum postremum anno demum 1610. jure oppidanorum donatum est. Siegenburgium, sedes Abbatis, iisdem annumeratur, suis tamen immunitatibus gaudens, cujus præfecturam an. 1420. Adolphus secundus, Montium Dux, acquisivit.

Municipia oppidis addita Hœffenium, in præfectura Leobergia, Wesselichium, prope Colon. Agrippinam, in ejus ora, Monheimium, Angermundanum, Medmenum, Greveradium, in præfectura Solingensi, Burghenium, Huckeswagenium & Bienburgium; quibus Angerorthum castrum, anno 1433. structum, accedit. De quorum omnium nomenclatura, initiis atque incrementis, quæ habemus, annotabimus.

Dusseldorpia, (1) quasi Dusseli fluviis pagus appellatur, quia urbem interlabens, in fine ejus Rhenum influit. Arcem habet insignem, Principum Montanorum sedem, ad quam ex pago oppidum structum, paulatim in tantæ figuræ & molis urbem succrevit, ut hodie ocellus urbium Montensium sit & Metropolis. Hinc Bernhardus Mollerus in descriptione Rheni:

Dussela defertur proprii sub nominis urbem,
Excipit hunc Rheni dextera, flumen amat.

Ratinga (2) primitus Comitum Montensium castrum fuit, cujus rudera adhuc cernuntur: postmodum muris & fossis cincta est.

Lennepa festo Remigii anno 1325. ab Adolpho, ejus nominis VII. Montium Comite in ordine 12. de proprio prætore & judicio exercendo, liberaque Magistratus electione, privilegia accepit. Eadem 26. Septembr. anno 1564. tota conflagravit, vix 17. exiguis ædificiis reliquis manentibus.

Wipperfurdam anno 1222. Engelbertus Montanus, Archiprasul Colonensis, immunitate donavit.

Mullenheimium aliquoties Montium Principes in oppidum redigere conati sunt, Colonensibus semper reclamantibus, quibus cum idcirco Henricus VVindeccianus, Montium Comes in ordine 11. unitus, quod ab opere destiturus sit, accepit. Ab hujus nihilominus filio Adolpho, ejus nominis VII. Montium Comite 12. privilegium se muniendi

(1) De qua idem MS. *Dusseldorpium*, refert, *a Dussula fluvio, se ibidem in Rhenum exonerante, denominatum oppidum, nostris hisce temporibus non modo illustri aula Principum Cliviæ, sed etiam insigni, perque omnem Germaniam cumprimis famigerata schola particulari claret, nullumque habet oblectationis ex prætereunte Rheno.* Hujus meminit *Cranzius* lib. 4. c. 2. Metrop. atque *Egehardus*, inquit, *Marchio Misnensis, vehementer adspirabat ad Regnum festinans in Dusseldorp, ubi audivit Principes conventuros &c. Ergo tunc post Ottonem III. demortuum circa annum 1000. fuit Dusseldorpia clara.*

(2) De quo oppido idem MS. *Ratinga*, inquit, *elegans oppidum; hic plerique fabri ferrarii morantur, qui faciendo forpices & lebetes, cuneosque ferreas fabricantur, indeque sibi victum quærunt. In Chronico Colonensi legitur, quod Dominus Arnoldus de Oist, hostis Colonensium, habitaverit in Ratingen, & tandem facta compositione, Episcopus ipsum Vicarium Comitatus Arnsburgici fecerit.*

Digitized by Google

endi cum jure oppidanorum anno 1322. accepit. Quod Adolphus II. Montium Dux, anno 1417. Colonienſibus in munitionis plenioris controverſia quidem oppoſuit, ſed anno inſequenti 1418. ubi cum Theodorico Morſenſi, Archiepiſcopo Colon. propter fratrem Wilhelmum, ab aliquibus in Præſulem ibidem quoque poſtulatum, tranſegit, cum Republica Colonienſi etiam compoſuit. Anno 1587. de novo Wilhelmus, Juliæ, Cliviæ, Montium Dux, municipium Mullenheimium ad oppidi formam reducere molitus eſt: ſed anno 1589. ſententia ex camera Spirenſi contra ſe lata & accepta, etiam intermiſit. Tandem cum anno 1610. multi civium Colonienſium ob religionis Evangelicæ exercitium liberum eo confugerent, poſſidentes unitarum harum Provinciarum Principes, Johannes Sigiſmundus, Elector Brandenburgius, & Wolffgangus Wilhelmus, Comes Palatinus Rheni, Neoburgi & Bavariæ Dux, illud ampliandum & muniendum conceſſerunt. Quibus, Colonienſibus iterum animoſe ſe opponentibus, juſſu Cæſareo demolitio operis mandata, eaque 30. Septembr. an. 1615. inſtituta eſt.

Ex municipiis Montanis Hœffenium, portis ſuis & muris inſtructum, vinum generoſum producit.

Weſelichium, feudum Palatinum, Principibus Juliis, ut ſupra diximus, conceſſum, aliquandiu inter Montes connumeratum, hodie tamen, ſic urgentibus Juliæ ordinibus, Præfecturæ Berchemenſi adlegitur. Pagus nihilominus Rhowenkirchius, Agrippinam proxime contingens, in ora eadem Ubiorum ſitus, Montibus manſit.

Monheimium, cum integra præfectura, a familia nobiliſſima, quæ illam poſſedit, Dominorum Montibus, quibus jure fiduciæ ſubjecta fuit, acceſſit. Angermundanum a caſtro eximio in ora Angeræ, qua Rhenum influit, denominationem accepit.

Medmenum quaſi ſitu & fertilitate ſua medium dicitur; Greveradium tanquam Comitis Novale. Burgenſe a caſtro ſuo; Huekeswagenium itidem a familia nobili, quæ illud poſſedit; Bienburgium ab apibus, quæ magno ibi numero mel fragrantiſſimum producunt, appellationem ſortiuntur.

Angerorthum, ab Angeræ angulo, qui ibi ſe in Rhenum, ut jam diximus, effundit, appellatum, anno 1433. ab Adolpho I. Clivorum Duce, ædificari cœptum eſt. Cui cum ſe Adolphus II. Montium Dux, auxiliis Theodorici Morſani, Archiepiſcopi Colon. ſubnixus, opponeret, hic Montibus ſuis illud vendicavit. In præfectura ejus pagum Erchradium a nobili virgine Ercha, & agris novalibus, ab ea ibidem cultis, denominatum volunt.

Dominia Provinciæ Montanæ.

Dynaſtiæ & Dominia, quæ Montium Principes jure fiduciæ agnoſcunt, ſunt: Comitatus Limburgius ad Lenam, licet in Comitatu Marcano ſitus; Dominium Bruchium in præfectura Angermundana; Hardenburgium in præfectura Sælingenſi; Steinenſe in præfectura Blanckenbergia; Meerveldicum denique dominium in Diœceſi Monaſterienſi, a quo Dominis & poſſeſſoribus ejusdem nomen, ſimiliter Montanos Principes feudi nomine colit. De quibus omnibus in Appendice.

Baronatus Lienepius etſi a Provincia Montana undique circumſcriptus ſit, eidem tamen minime ſubjectus eſt: ſed peculiaribus ſuis Dynaſtis ſemper paruit, a quibus tandem ad Comites Nuenaricos & Limburgicos per conjugium tranſiit. Fridericus enim, Gumprechti Novarienſis & Limburgici atque Margarethæ Bedbergenſis filius, ducta Eva, Barone ac hærede Lienepia, eum ſibi & familiæ acquiſivit, atque per binos iterum Gumprechtos ad poſterioris filium Adolphum derivavit, qui affini Arnholdo, Bentheimio Comiti, poſt mortem eundem reliquit.

Status Eccleſiaſticus Provinciæ Montanæ.

Quoad ſtatum Eccleſiaſticum, Provincia Montana, præter Domos commendatorias Johannitarum, quatuor Abbatias inſignes, & Eccleſias collegiatas præſtantes, etiam diverſa numerat utriusque ſexus Monaſteria.

Commendatores ordinis Teutonici ſunt: Struendenſis in præfectura Portzenſi; Oulipenſis in præfectura Steinbacenſi, haud longe ab arce Neobergia; & Burghenſis.

Abbatiæ ſunt: Siegebergenſis, Divitenſis, vulgo Tuitienſis, regulæ Benedictinæ, Veteris Montis, & Heiſterbacenſis, inſtituti Caſtericenſis.

Siegebergenſis (1) ab Annone, Comite Daſſelio, Præpoſito primo Goslarienſi, & Hen-

(1) De qua Abbatia idem MS. *Sigeburgum in Ducatu Montenſi diverſum a Markenſi, dictum a Si-*

Henrici tertii Imp. Cancellario, deinde Episcopo Colonienſi, anno 1056. auſpiciis Henrici, Comitis Palatini, fundata eſt; In qua etiam corpus Annonis, extrema ſua voluntate ita diſponente, inhumatum, Coloniam, contra eandem, Priori ab ipſo creditam, non ita pridem traductum fuit.

Prælatus Siegebergenſis Stralenæ quoque Geldrorum cum Principe iſtius Provinciæ concurrentem jurisdictionem habet. Antiquitus etiam eidem Varensburgum, vulgo Furſtenburgium, ſeu Mons Principis appellatum, prope Santos, in Provincia Clivia, ſub Abbate Cunone, poſtmodum Ratisbonenſe Epiſcopo, a Nortberto, Santenſi Canonico, poſtmodum Magdeb. Epiſcopo, anno 1119. ſtructum, tanquam ejus familiæ Benedictinæ Veſtalium nobilium cœnobium, ſubjectum fuit. Poſtea tamen, nempe anno 1259. Abbatis & monachorum Siegebergenſium conſenſu, Ciſtercienſibus, Hierſtenſibus prope Daventriam exuſtis, obtigit.

Tuitienſis ab Heriberto, ex proſapia Comitum Rutenburgicorum ad Tubarim fluvium prognato, Epiſcopo item Colon. ex voto Ottonis III. Imp. anno 1003. prolixa liberalitate cœpta, & anno 1019. magnificentiſſime abſoluta & dotata. Anno vero 1020. in honorem Salvatoris mundi, ejusque genetricis memoriam conſecrata, inque ea author Heribertus, 17. Cal. Aprilis anno 1021. mortuus, (1) tumulatus eſt. Sed tertia Cal. Septembr. anno 1147. ab Arnholdo, Epiſcopo Colon. ſub Eugenio III. Pontifice Romano, & Conrado II. Imp. filiique Henrici III. Imperii primo, non diſſentiente Abbate in ordine 12. Gerlaco, Coloniam translatus.

In collegium Tuitienſe ex Ultrajectino anno 1120. Rupertus, vir doctiſſimus, (2) a Friderico, Epiſcopo Colonienſi, translatus eſt. De hac Abbatia ita canit Bernhardus Mollerus in deſcriptione Rheni:

Annis habet dextram tellure Tuiſcion alta,
Hac genitor ſedis urbe Tuiſco refert.
Condita fatorum minuuntur ſingula lege,
Urbs ſtetit hic, pagi rudera vilis habet.
Obruta dirjecto murorum fragmine vallis,
Vix aliquo referunt valla tumore ſitum.
Si qua ſit in ſenio laus, quam miremur honore,
Non patitur ſenii fama perire locum.
Struxit Heriberto ſenior delubra vetuſtas,
Ad ſuperos templi maſſa levatur humo.

Sum-

Siga, annæ præterfluente. Splendidiſſimum & magnificum ordinis D. Benedicti Monaſterium ejus loci fundavit Anno, ex Præpoſito Goslarienſi trigeſimus quartus Archiepiſcopus Colonienſis in monte Wilberg, vel ſecundum Kleinſorgium in monte Michaelis. Anno 1130. lis orta eſt inter Epiſcopum Colonienſem & Ducem Lymburgenſem, Comitem quoque Bergenſem, propter Advocatiam Cœnobii Siburgenſis, quare ſibi invicem multa intulerunt damna, vicinique haud pepercere. Donec tandem Rex Henricus factis & inductis induciis rem compoſuit. Trithem. in Chronic. Hirſ. ad. c. a.

(1) Cujus vitam, a Ruperto, Abbate Tuitienſi, deſcriptam, refert *Papebrochius* in Actis SS. Vide quoque *Schaten.* A. P. T. I. p. 445.

(2) De cujus Vita & Scriptis vid. *Voſſius* lib. II. c. 49. Hiſt. Lat. *Trithem.* de Script. Eccleſ. *Cave.* Ceterum ſeriem Abbatum Tuitienſium hoc modo refert MS. *Eſſend.*

1. *Valpertus*, de quo vide *Surium* T. 2. fol. 268. 2. *Rodolphus.* 3. *Werimboldus.* 4. *Otho.* 5. *Hartmannus.* 6. *Rudolphus*, Abbas Tuitienſis, Werthinenſis, & S. Cornelii Munſter, Comes de Helffenſtein. Ob. 1113. 7. *Luidfridus.* 8. *Bavo.* 9. *Marcwardus.* 10. *Rupertus*, Vir doctus, multos edidit libros. Hunc Hermannus III. Dives, Arch. Colon. ex Monaſterio S. Laurentii tranſtulit, & propter incredibilem ejus eruditionem Abbatem Monaſterii Tuitienſis conſtituit. 11. *Rudolphus.* 12. *Gerlacus.* 13. *Hartobernus.* 14. *Rembodus.* 15. *Theodoricus.* 16. *Florentius*, Abbas quoque S. Cornelii Munſter. 17. *Godefridus.* 18. *Bruno.* 19. *Joannes.* 20. *Henricus.* 21. *Philippus.* 22. *Walterus.* 23. *Joannes.* 24. *Wernerus.* 25. *Embrio.* 26. *Otto.* 27. *Franco* de Leithen. 28. *Alexander* de Lulsdorff. 29. *Meinerus* Fridach ex Comit. Mark. 30. *Albertus* de Steinhauſs. 31. *Henricus* Lauer de Breitbach. 32. *Bartholdus* Sprenge. 33. *Wilhelmus* Lauer de Breitbach. 34. *Gerlacus* de Breitbach. 35. *Henricus* Horſt, Noveſianus, electus A. C. 1512. ob. 1545. 36. *Henricus* Wredenus, ex Diœceſi Monaſt. 37. *Nicolaus* Wredenus.

Digitized by Google

Summa rotundato ſtringuntur acumine tecta,
Teſtudo facili ſtat laqueata pede.
Pantheon hic eſſet, tectum ſi preſſius eſſet,
Si media tecti parte pateret apex.
Machina conveſi teſtudine nititur aqua,
Angulus & toto neſcit in orbe dari.
Non toretes igitur geſtant delubra columnæ,
Sed paries tectum geſtat inane nitens.
Omnia curvantur, ſed non curvantur in arcum,
In ſpeciem cæli cuncta levantur humo.
Firma ſui nondum juris decreta reliquit
Oppidulum, quamvis multa periſſe ſciant.

In bello Colonienſi anno 1583. tectum ejus plumbeum, igne injecto liquefactum, conflagravit.

Utriusque hujus, tum Siegebergenſis, tum Tuitienſis Abbatiæ Principes Montium tutores ſunt: Prioris tutelam Adolphus, Montium ſecundus Dux, an. 1420. acquiſivit.

Veteris Montis monaſterium 8. Cal. Septembris, ſive Geneſii martyris feſtivitate, cum magna eſſet ſolis Eclypſis, anno 1133. (1) ex Morimundo, ordini Ciſtercienſi a Roberto, Melismenſi Abbate, ex veteri campo anno 1122. (2) ſub Henrico IV. Imp. & Calixto Papa ad preces Friderici, Archipræſulis Colon. germano fratre Henrico cum 12. fratribus miſſis, fundato, deductum, auſpiciis Eberhardi atque Adolphi, Comitum Montenſium, caſtro ſuo, ad Duenam ſito, in monaſterium converſo, conditum, illique veteri campo ejusdem ordinis in diœceſi Colonienſi ſubjectum eſt, ut verſus habent memoriales:

Anno milleno centeno terque deceno
Cum tribus, ut Natus Patris eſt de virgine ſatus,
Hic in honore Dei lux craſtina Bartholomæi
Dat prius optatum, Morimundis it habitatum.

Primus ejus Abbas fuit Berno, juxta ſimilem verſum:

Eſt Abbas Berno primus in Monte veterno.

Idem Eberhardus Zizoni, verius Sieghardo, Comiti Keferbergio apud Thurigos, ejusque uxori Giſelæ, ut ſimile monaſterium in monte S. Gregorii ædificarent, perſuaſit. (3)

In hac autem Montis veteris Abbatia 5. Non. Martii anno 1155. ſub Abbatis Giſeleri anno quinto, cum Eccleſiæ Colonienſi Pontifex Conradus Hochſtedenus præeſſet, illuſtris Vir Adolphus, Montium Comes, ejusque frater Walramus, Dux Limburgenſis, Henrici, Ducis Limburgenſis, & Margarethæ Montanæ filii, primum novi templi pulcherrimi lapidem, in honorem DEI, ejusque genetricis Mariæ virginis, ſanctorumque Benedicti & Bernhardi Abbatum, & ſanctarum 11. mille virginum memoriam, poſuerunt: quod anno 1279. egregie conſummatum, & a Wiegboldo, Epiſcopo Culmenſe, Eccleſiæ Colon. ſuffraganeo, juſſu Siegfriedi Weſterburgici Archiepiſcopi, inauguratum eſt.

Porro anno 1324. cataclyſmus hujus monaſterii aras cum 10. hominibus ſubmerſit chorum, Bibliothecam, Templi ornamenta, cæteraque id genus bona corrupit. Anno 1467. a Palæopedii, ſeu veteris campi Abbate, Henrico a Rhay reformatum.

Monaſterium vero multorum Principum Montenſium, Marcanorum & Juliacenſium Mauſolæum eſt.

Hic

(1) *Johannes Ditmarus* in Catalogo Abbatum Monaſterii Campi veteris anno 1130. id factum refert. Ceterum vide de occaſione inſtituti Cœnobii Aldenbergenſis *Lev. Northof.* p. 383. & 384. ap. *Meib.* T. 1. R. G.

(2) Juxta Diploma fundationis apud *Aubertum Miræum* in Dipl. Belg. p. 316.

(3) *Lev. Northof.* l. c. de familia Kefernbergica, qua in Gunthero circa annum 1379. extincta, Comitatus Kefernburgicus ad Balthaſarum, Landgravium Thuringiæ, devenit. Vide *Meibomium* in Notis ibid. p. 414.

Digitized by Google

Hic enim conditi jacent: Eberhardus & Adolphus fratres, Comites Montenſes & Altenani, ex quibus ille, monaſterii fundator, in eodem monachum etiam profeſſus eſt. Fridericus Arnholdus & Conradus Altenani; Tum duo Adolphi, Engelbertus, novusque Adolphus & Engelbertus, ac iterum Adolphus & Wilhelmus, Montium Comites. Walramus Heinsbergius. Henricus Windeccius, itidem Montium Comes. Godefridus Wefelinchofius, prius ſummi templi Colonienſis Canonicus, deinde veteris hujus Montis monachus.

Inhumatæ præterea hic ſunt Comitiſſæ: Mechtildis, quæ communiter Metta Montana. Margaretha Vierneburgica & Montana. Irmgardis Clivia & Montana. Agnes Clivia & Montana. Margaretha Montana & Ravensburgica.

Duces etiam hic conditi ſunt: Henricus Limburgius, Montium Comes. Gerhardus Julius, Montium & Ravensburgi Comes. Robertus, Montium Dux. Gerhardus Montanus, Præpoſitus ſummi templi Colon. Adolphus, Juliæ & Montium Dux, Ravensb. Comes. Gerhardus, Juliæ & Montium Dux, Ravensb. Comes. Wilhelmus, Juliæ & Montium Dux, Ravensburgæ, Lewenbergæ, Heinsbergæ &c. Comes 6. Septembr. hora quinta meridiana anno 1511. Duſſeldorpii extinctus; Ejusque conjux ſecunda, Sybilla Brandenburgica, quæ 9. Julii anno 1524. obiit.

Epiſcopi denique hic ſepulti: Conradus, Montium Comes, Epiſcopus Monaſterienſis. Daniel Verdenſis. Joannes Scopienſis. Wiegboldus Culmenſis.

Ejusdem ordinis Ciſtercienſis Abbatia eſt Heiſterbacenſis in perfectura Leoburgica, Cæſarii monachi ſcriptis editis (1) clariſſimis nobilis.

Eccleſiam collegiatam Canonicorum, præter eos, qui Gerrisheimii quoque ſunt, Duſſeldorpii anno 1392. Wilhelmus, primus Montium Dux, fundavit.

Ibidem Crucigeris cœnobium erexit Gerhardus, tertius Montium Dux, anno 1445.

Iidem Crucigeri Bienburgi monaſterium habent, anno 1211. vel circiter, ab Adolpho Montano poſt reditum a profectione contra Albigenſes, ut putatur, conſtitutum.

Ejusdem ordinis ſunt quoque monachi Steinhuſiani & Ehrenſteinii in præfectura Blanckenburgia. In qua etiam Budingenſe eſt cœnobium regularium S. Auguſtini, anno 1421. ex ſæcello & collegio quatuor ſecularium Presbyterorum erectum, & ab iisdem regularibus capituli Windesheimenſis inhabitatum.

Sexus fœminei generoſarum & nobilium Virginum Provincia Montana recenſet: Vilicenſe, Rhenodorpium nigrum, Gerrisheimium, Greveradium & Dunewaldium.

Vilicenſe a Mengoſo, Geldriæ Præfecto in ordine ſexto, ad Siegam fluvium in paterno fundo circa annum Chriſti 1000. conditum, & ad Benedicti regulam confirmatum eſt.

Huic anno 1218. Engelbertus Montanus, Archipræſul Colon. Præpoſitis duobus, Gerhardo Carpenenſe & Friderico Monaſterienſe, Wilhelmo etiam, Juliæ Comite, Theodoro Koſſario, Arnholdo Gimmichio, Emundo Braeckelio, ſecularibus Dynaſtis, præſentibus, totius Vilicenſis parochiæ a rivulo Effenbach usque ad fluvium Siegam, novalium quoque agrorum & vinearum decimas liberaliter donavit.

Rhenodorpium nigrum Arnholdus, Archiepiſcopus Colon. ad eundem Siegam ex bonis ſuis hæreditariis ſtruxit.

Gerrisheimium, haud procul Duſſeldorpio in Comitatu Hermanni, Comitis Montenſis, Advocati Tuitienſis, ſitum, a Wilberto, Epiſcopo Colon. qui an. 870. electus, ædificatum, & a Gerrico Comite dotatum, anno 967. ab Ottone II. Imp. efflagitatu Warini, Præſulis Colon. confirmatum.

Greveradium, aliis Comitis Novale dictum, in præfectura Salingenſi Veſtalium nobilium regularium cœnobium, ex vicino quercero fontis limpidiſſimi rivulis irrigatum, 18. Cal. Jan. an. 1185. ſub Friderico Barbaroſſa, Imp. & Lucio III. Papa, occaſione miraculo-

(1) *Libris XII. illuſtrium miraculorum, ſ. Hiſtoriarum memorabilium*, ſcriptis *dialogi* forma, unde *Leibnizius* T. II. S. R. B. excerpta dedit. Vita *S. Engelberti*, *Archiepiſc. Colon.* occiſi, quam notis illuſtravit *Ægid. Gelenius* Faſciculis Mortalitatis, ſ. Homiliis, in quarum præfatione opera ſua recenſet. Vita *S. Eliſabethæ*. Vid. *Leibniz.* in Introduct. ad Script. Brunſ. T. II. p. 47.

Digitized by Google

lorum quorundam, ut ajunt, ad fontem iſtum, cum adhuc ſacellum eſſet, Parochiæ Waldenſi ſubjectum, factorum, a Philippo Heinsbergio, Archiepiſcopo Colon. impetrata a Parochiali exemptione per Eliſabetham, Abbatiſſam Vilicenſem, conſecratum, præter Præpoſitos multos Colonienſes, Ottone Geldro, Theodorico Clivio, Theodorico Hochſtedeno, Henrico Seinenſe, Arnholdo & Friderico, Altenanis Comitibus, Ottone Wickradio, Reinhero Froitbrechtio, Gerhardo Nuenario, Advocato Colon. Gerhardo Volmenſteinio, Goſwieno Alſterano, Hermanno Camerario, Wilhelmo Schillingh, Florentio Kempernon, & Rorico de Niſtere, teſtibus præſentibus.

Gaudet autem cœnobium reliquiis S. S. Sebaſtiani & Catharinæ, item Deiparæ imagine, a Luca, ut volunt, Evangeliſta picta, & hierothecæ inauratæ incluſa: vitam etiam aſſervat S. Catharinæ Hœckeswagianæ, inter beatas numeratæ.

In eo Adolphus, Montium Comes, ejus nominis ſextus, in ordine vero nonus, anno 1295. mortuus, inhumatus. Anno 1471. rogatu Gerhardi, Juliæ & Montium Ducis, atque Sophiæ Saxonicæ, ejus conjugis, a Roberto Bavaro, Archiepiſcopo, per Adamum, S. Martini Coloniæ Abbatem, Thomam Wail, Colonienſem, & Johannem Mangelman, Noveſienſem, Priores, Catharina Neſſelradia, Magiſtra, Wintrude de Oxhum, Catharina Binsfeldica, aliisque Veſtalibus aſſentientibus, reformatum & clauſum.

Dunewaldium in præfectura Portzenſi, inſtituti Præmonſtrati, nobilium Veſtalium monaſterium eſt.

Totam Provinciam Rhenus alluit, niſi quod in paucis locis eam interſecat.

In ipſis vero Montibus fluvii multi: In ſuperiori quidem eorundem diſtrictu, Sigena, Sultza, Achera, Brœla, quæ Sigenæ junguntur; In inferiori vero Wipera, a Vipera, in cujus modum gyrando circumagitur, ita dictus, Duena, Duſſela, Angera, ſcaturiunt, & ditionem perlabuntur. Sigena juxta Witekindi arcem, non procul ab **Harbergen** natus, Sigenam urbem, & caſtrum olim Sicambrorum, nunc Naſſoviorum Comitum, Freudebergam, Windecam, Blancoburgum & Siegeburgum alluit, & ad auſtrum Henſæ Teutonicæ finem deſcribit: Infra Blancoburgum vero, Bruelæ commixtus, Rhenum influit. Sicut idem Mollerus canit:

Principis Weſtphalici Witekindi naſcitur arvis,
Natus ab Harbergi flumina volvit agris.
Tecta Sicambrorum populis exculta, Sigenam
Aggreditur, pulchro rura liquore ſecat.
Culmina Freudbergæ, Vindecam præterit inde,
Edita Blancburgi montibus arva fugit.
Turrigerum fluctu ſubigit lambente Siburgum,
Excipit hunc Rheni dextera, gaudet aquis.
Illud omittendum minime cenſemus, honori
Quod merita cedit parte Sigena tibi.
Flumen Teutonicæ ſpatium quod terminat Anze,
Limes ab auſtrali dicitur eſſe plaga.
Florat, ſed nullo mœſtus ſolante Sigena,
Teutonicas Anze terga dediſſe manus.

Ad confluentes Sigæ hujus & Rheni anno 1621. Vallum Belgicum in Inſula ibidem interjacente ſtructum eſt, quod metrice hunc in modum deſcripſit Johannes Benderus, Pal. Eccleſiæ Langenbergenſis in Dynaſtia Hardenb. miniſter:

Eſt locus, exeſos ubi Siga voluta per agros — Valli Belgici Situs.
Immenſi tumidis Rheni confunditur undis.
Hic mediis in aquis ſciſſi in duo brachia Rheni — Status priſtinus.
Inſula nota jacet, quam campum bucusque Coloni
Dixere. Hic glauca canebant fronde ſalicta, — Arborum.
Hic coryli læves, alnique & populus alba,
Ducebant ſylvam, & late ſerpentibus udum
Virgultis ramisque ſolum foliisque tegebant.
Hic teneras ovibus frondes, hic gramina ſemper

Repperit, & gratas pecori demeſſuit herbas
Ruſticus, & Rheni vada per notiſſima vexit.
Hinc etiam infirmis haſtilia longa, ſudesque
Vitibus aptandas petiit, ſalicesque quotannis
Vimineas, ramos natas vincire fluentes
Cautus vitiſator, ſimul hinc urenda tulere
Sollicitæ matres hyemi ramalia flammis.

Cuniculorum.

Hic & in effoſſis habitaſſe cuniculus antris
Fertur, & in cæca poſuiſſe cubilia terra
Verſicolor, pavidos lepores imitata propago.
Eſt fœcunda, ſuum quoties impleverit orbem
Luna, edens multam variisque coloribus aptam
Progeniem. Talem ſæclo ſub gramine prædam
Sæpe tulit parco rediens ancilla colono.

Avium.

Hic fuit & prima variarum æſtate volucrum
Opportuna domus, nidis ubi fronde ſub alta
Excluſi fœtus, teneris concentibus auras
Implevere, citasque virûm tenuere carinas.
Hic cornix annoſa & pando gutture corvi
Antiquas habuere domos, hic ruſtica perdix
Et merulæ, caraque gemens cum conjuge turtur,
Atque merops, anatesque feræ, raucæque palumbes,
Accipiterque ferox, inimicaque noctua lucis,
Et fulicæ, mergique, humanæque æmula linguæ
Pica loquax, & qua non eſt præſtantior ales,
Permulcere viros cantu philomela ſonoro.
Nec qui dura graves vocat in vineta bidentes,
Abfuit inſano cuculus clamore nec ova,
Quæ foret ignorans cuculi curruca, malignis
Præda futura ſuis miſerandaque fœtibus eſca.
Talis erat quondam facies, talesque fovebat

Status novus.

Corpus aves: at nunc quantum mutatus ab illo?

Inventio Valli.

Namque hic ſæpe vagas acta dum pulvere nitri
Glande petit volucres vir, quem non dextera fallit,
Seu ſit anas ſtrepitans, ſeu trux feriendus Iberus,
Dote ſed ingeniis, ſed major acumine mentis:
Omnem rite locum ac vicinas lumine terras,
Sigæque & Rheni ripas conſiderat omnes,
Et ſpeculatur aquas, camposque agrosque jacentes.
Hic lentas naſti ſalices? hic (inquit) inertes
Eſſe domos avium? locus haud eſt tutior usquam
Hoſtis ab incurſu, quod ſi munimina valli
Inſuper adjicias, quæ vis inimica nocebit?
Valli impeccatis quod nec vicina catervis
Bonna, nec infræni lunata Colonia pube
Diruat, ut nullo quondam prohibente recentes
Mulkemo imbellis muros impune domosque
Æquavere ſolo, damnumque dedere nefandum,
Ante citum multo ſpumantem ſanguine Rhenum
Cernat & Hiſpanis albentes oſſibus agros
Accola, inhumano quam nos dedamus Ibero.
Nec nos dira fames vincet, neque turpis egeſtas.
Pinguet ſolum fruges & fertilis ubere campis
Sufficiet: colles aprici vina: propinquus

Ligna

Ligna dabit ſaltus Sigæ vectanda fluentis.
Tu modo Rex, qui cuncta tuo ſub numine torques, Votum.
Aſpira, duce te nullo metuemus ab hoſte.
Dixit & exemplo Reſæa in caſtra profectus Præparatio
Mauritium, ſortem patriæ telluris Achillem, Valli.
Cuncta docet campique ſitum, geniumque locorum
Continuo inſtructus variis exercitus armis Militibus
Tormentisque globos atrumque vomentibus ignem miſſis.
Horrendo crepitu campis procedit apertis.
Jamque propinquabant Ubiis campumque videbant:
Cum manus agreſtum vicinis undique ab oris
Advolat, hic humeris ingenti pondere rutrum,
Hic acie inſignem ſpirans immane ſecurim, Arboribus
Ille gerit falcem, modo dura in cote ſubactam, cæſis.
Nec mora cæduntur ſalices, alnique rubentes,
Populeique cadunt ſtirpes, corylique, rubique,
Et frutices, ferulæque & lento vimine virgæ.
Una fuit medio ramis frondentibus alba Excepta po-
Populus in campo, ſevam quæ ſolâ ſecurim pulo altiori.
Effugit, qua cœu ſpecula proſpexit ab alto
Excubitor, prima ne nocte irrumperet hoſtis
Vi ſubita. Talem cum vita ſervat honorem,
Cætera procumbunt nullo diſcrimine ligna,
Non ſecus ac flavis cum falcem curvus ariſtis
Supponit meſſor, nutantes pondere culmos
Falce ſecans, ſpicam exiguam ſi forte reliquit,
Hanc quoque regrediens carpit, ſic germina paſſim
Ruſtica crudeli ferro ſecat omnia pube.
Diffugiunt volucres, pennisque per æra lapſæ
Hoſpitium antiquum & nidos gemuere ruentes.
Aſt alii raram, quæ ſignat amuſſis, arenam Munitio
(Namque locum radio menſor deſcripſerat omnem,) Valli.
Effodiunt: nec jam latitare cuniculus ima
Sub tellure poteſt, penetralia ad intima terræ
Deſcendunt raſtris, foſſasque virentibus implent
Caudicibus, lentaque inſternunt fronde ſalicti,
Hæc ſuperinjecta rurſus tellure prementur,
Primo ut vere ſalix alte radicibus actis
Pullulet, & viridi frondeſcat germine ſylva,
Atque ita ſurgat opus, cui nec tormenta, nec ignes,
Nec ferrum noceat, ſævique injuria cœli,
Annorumque ingens ſeries & longa vetuſtas.
Interea valli dum ruſtica turba recentis
Fundamenta locant, miles tentoria ponit,
Impiger & ſummum collecto ſtramine culmen
Obtegit, hic focus eſt fuligineque caminus,
Hic torus, hic pendent de poſtibus arma ſaligni,
Alternique vices mutant, pars compita ſervant
Excubiis, citroque viros, ultroque meantes,
Pars operi incumbunt & jam deſueta labori
Corpora ruricolum commiſti plebe fatigant,
Urget enim rector, nummique immenſa cupido.
Dicitur hæc ſubito vicinas fama per urbes,
Excitique ſua præſto ſunt merce propolæ, Commeatus.

Caſe-

Nominibus ne ſacris res appellare profanas
Fas erat? hic Romane parens, hic utere telo
Fulmineo. Aſt alius ſedatior ore faceto
Noſtra, ait, hæc Mitra eſt, noſtrisque aptabimus olim
Verticibus, Batavo devicto abſiſte moveri.
Tertius hunc contra, facilis victoria ſemper
Ignaris, aliter, vidiſſes ipſe, loquaris,
Non eſt tormentis, non expugnabile ferro eſt
Iſtud opus, longa ſatis obſidione quis anget
Securos, Rheni circumlabentibus undis
Mente ſecuturam jam nunc præſagio peſtem.
Quod quidam excipiens, noſtra de parte ſit iſtud,
Quod præſagis, (ait,) quod docto proſpicis uſu,
Indulgere loco, vobis & dira minari
Usque licet, tutum Domini ſub tegmine vallum
Semper erit, nomenque omni celebrabitur ævo.
An, niſi quod ſanctus ſacraverit ipſe Jehova,
Eſſe poteſt ſanctum? humani commenta cerebri
Vendere pro ſacris ſcelus eſt, facinusque nefandum.
Talibus inter ſe dictis de nomine certant.
At Batavi ardentes operi ferventius inſtant,
Caſtigantque moras, radiisque rigentibus omnem
Aſcenſum impediunt: atque bis e cæſpite vivo
Loricam imponunt glandes munimen ad atras.
Fratris equos nondum nocturno roſcida curru
Luna bis attigerat, rutilosque accenderat ignes
Aggere perfecto: ſcandunt immania ſeptem Tormenta
Acclivi tormenta jugo, quo pondere totum Valli.
Intremuit vallum: ſtant bina minantia Bonnæ,
Bina Agrippinæ, Montanæ cætera terræ,
Nec non & mediis in Rheni fluctibus unco
Tormentis gravidam puppim tenet ancora morſu,
Noctes atque dies nitidis ubi miles in armis
Excubat, erecta ſublimes arbore naves
Obſervans, tenuique intextas abiete cymbas.
Ad ſpatium interius ſtructis ex aſſere cellis Structura
Conferitur, quarum bis binis quæque tenetur, interior.
Militibus ſunt bic firmo ſub fornice glandes,
Sclopique, & pulvis nitratus, & arida fumum
Stuppa vomens, penus bic & pleno copia cornu.
Sed quid ego hæc memoro? rerum quoque cura ſacrarum Templum.
Sollicitat Proceres, veris ut honoribus auſpex
Tanti operis, ſancte Numen cæleſte colatur,
Utque ferox norit miles, quæ recta ſalutis
Æternæ via ſit, juſtæ quæ regula vitæ.
Cumque parum armatus metuat virtutis amore
Peccare, effringens impune repagula legum,
Ætherias media in Mitra conſurgit ad auras
Ingens furca, necem minitans, ſubigensque protervos, Patibulum.
Aut parere Duci, aut deformi occumbere letho.
Vos quoque, qui variis avium concentibus olim
Læti aures nautæ veſtras, animasque dediſtis,
State, brevemque moram, ne ſit grave, dulcibus hymnis
Atque ſalutiferis boram unam impendere verbis.

Sic opere exacto, tanti munimina valli,
Undarumque moræ & cælo venientis ab alto
Spes opis accendunt animos, scloposque corusci
Ostentant, ultroque invitant molibus hostem.
Postquam nemo ausus conclusos aggere bello
Oppugnare viros, fortemque lacessere gentem,
Latius extendunt molem, cæsisque salictis
Pluribus adversæ nulla formidine partis,
Terraque advecta duo propugnacula vallo
Adjiciunt, geminasque ingente sub aggere portas,
Multaque præterea gravium tormenta globorum
Adverso veniunt Rheno, clivumque trementem
Aggeris ascendunt, numerumque horrentibus augent
Aginibus, longeque globos jaculantur & ignes.
Quid memorem furnos? quid plena armaria ferro?
Quid & thesaurum? grandem quid farris acervum?
Quidve molas, binis frangentes tritica saxis,
Non undis actas, sed equis, asinisve rotatas?
Et tandem paucis complectar ut omnia verbis,
Quid, quo defendi vallum queat atque teneri,
Non habet! infestus veniat licet hostis, opusque
Obsidione premat, non arma virosque requiret.

Sic ille quidem cecinit & vovit: Vallum tamen hoc anno 162 . auspiciis Hispaniarum Regis, ab Henrico, Montium Comite, post aliquot mensium oppugnationem, expugnatum, & jam solo æquatum est.

Idem Rhenus infra Coloniam, prope Mulhemium oppidum, Nielium atque Manconium, vulgo Merckenichium pagos, e regione sitos, Dunæum fluvium, ex montibus decurrentem, a dextris excipit, ut recte canit Bern. Mollerus in descriptione Rheni:

Duneus educit Duneo flumina saltu,
Fluminis hunc Rheni dextera jungit aquis.

Vipera vero, juxta Wiperfurdam & arcem Bienburgiam lapsus, perque valles Erverfeldanas & Solingenses fusus, se eidem inter Rindorfium & VVestdorpium pagos committit; de quo ita Mollerus:

Vipera Wipfurdo, nec non diversus ab arce,
Arce Bienbergi nomen habente, venit.
Erverfeldanæ fœcundat gramina vallis,
Hunc domitis Rheni dextra recondit aquis.
Inferius paulo fertur Rhindorpia Rheni,
Pagus amat Rheni dextra vocare locum.

Huic Rheno etiam Dussela, in pago Dusselio orta, a quo metropoli Montanæ nomen, quia per illam lapsus ibidem, conjungitur.

Angera quoque prope Angerortham arcem, a fluvio hoc sic dictam, a dextris Rheno commiscetur. Sicut idem Mollerus canit:

Arce sub Angrorda provolvitur Angera, dextram
Alveolo Rheni liberiore subit.

Ex hoc provinciæ Montanæ inter montes & valles situ, fluviisque permeantibus, fœcunditas ejus apparet: quippe animalium quadrupedum, volatilium, piscium, frumentorum, pascuorum & lignorum, imo vini quoque in superioribus versus Rhenum partibus, est feracissima: Maxime autem incolæ opificiis & mercaturæ dediti, adeo ut nulla omnino civitas aut oppidum sit, cujus cives ejusmodi non tractent: utpote Siegeburgum in pulchris illis ollis & calicibus testaceis excoquendis: Lennepa & VVipperfurda cum Rada antisylvana & municipio Hœckeswagio in pannis: Ratinga in forficibus: Salinga in gladiis & cultris parandis: Cronebergius & Remschedius pagi in falcibus conficiendis: Erverfeldia in emendis, albicandis & contexendis filis, usque in Germaniam

niam ſuperiorem Francofurtum, inferiorem Antwerpiam & Dordracum, indeque in Galliam, Hiſpaniam, & utramque Indiam deportandis, occupatæ.

Habet quoque in montibus ſuis hæc Provincia multorum metallorum, Nitri, Ferri, Plumbi, Stanni, Cupri, imo Argenti etiam atque Auri fodinas, quibus ad labores & divitias incolas vocat, & mercimoniis multis occaſionem præbet.

De Montium Principibus, Sectionibus duabus explicatis.

Sectio Prima,

De eorum Comitibus quatuordecim.

Sed ad ipſorum Principum, qui ex ordine Montibus hisce præfuerunt, hiſtoriam & ſeriem accedentes, primo Comites, deinde Duces luſtremus. De quorum origine illud tenendum, quod ſupra quoque in Juliæ Principibus annotavimus; licet alii adhuc plures & quidem longe antiquiores Viri fortes & illuſtres in Montibus noſtris vixerint, eorum tamen nomina & res geſtas, quemadmodum de Agamemnone Horatius canit, vates hiſtoricos tacuiſſe. Ut vero, quo poſſumus, originem horum deducamus, Ægidium Gelenium, Can. Col. ad S. Andream, in vita S. Engelberti, Montani Comitis & Archiepiſcopi Col. anno 1633. evulgata, imitati, ex antiquis Monumentis, Archivis & Diplomatibus, quæ poſſumus, eruemus.

Hic igitur vult, imo ex Archivo ipſo Col. probat atque demonſtrat, Hermannum, ejusque fratrem Adolphum, Comites Ubios & Advocatos Tuitienſes, ſtirpis hujus Montanæ, & alterius quoque Marcanæ, conditores eſſe. (1) Nam de Ubiorum Comitatu, præter municipium Weſelichium, feudum Palatinum, ad Montes ſpectans, docere quoque, qui eorum antiquum dicit in parochiis Romerskirchiana & Friemersdorpia, quod Adolphus, Montium Comes, anno 1218. cum in procinctu eſſet itineris ſacri, cum fratre Engelberto, Archiepiſcopo Colonienſe, Eccleſiæ Knechtſtedenſi conceſſit, anno 1227. a Conrado Hochſtedeno, Archiepiſcopo itidem Col. accedente patris & fratris Lotharii, qui ſimiliter patronatu aliquo Eccleſiarum iſtarum gaudebant, conſenſu, itemque ab iisdem anno 1240. tandemque ab Henrico Limburgio, Comite Montium, confirmatum.

Specialiter autem Hermanni mentionem fieri aſſerit, in literis fundationis monaſterii Gerrisheimii anno 967. ubi Advocatus, itemque Comes de Monte appellatur: Eundem Hermannum in diplomate, quod Monaſterio Tuitienſi Heribertus, Epiſcopus Col. anno 1009. largitus eſt, Advocatum monaſterii nominari, & cum fratre Adolpho, Gerhardo Julio, aliisque ſubſcripſiſſe teſtatur; Adolphum vero, fratrem Hermanni, in literis donationis, quæ Eberhardus, Comes Clivius, & Bertha, ejus conjux, Colonienſi & Noveſienſi Eccleſiis ſub Henrico IV. Imp. & Gregorio VII. Papa anno 1054. largiti ſunt, abſolute Montium Comitem vocari, & cum eo Ottonem, Geldriæ & Zuitphaniæ, Frider. Henricum, Montis aquilii Comites, Gerhardum Hochſtedenum, Hermannum Norvenichium, Adelbertum Saffenbergium, ceu rei geſtæ teſtes indigitari. In literis Annonis quoque, Epiſcopi Col. quibus ſub annum 1068. imperiali S. Ludgeri monaſterio Werthinenſi de villis & decimis privilegium conceſſit, & in Sieghewini, cui anno 1074. præfuit, & anno 1089. mortuus, diplomate, Eccleſiæ Bremenſi dato, Adolphum & filium ejus Eberhardum expreſſe teſtes citari: Godefridum denique Pantaleonitam tradere ad annum 1225. Tuitienſe caſtrum, Adolphi, Montium Comitis, militibus ſtipatum, multa civitati Colonienſi damna intuliſſe.

Adolphus, frater Hermanni, anno 1132. vel 1136. juxta Roſarium vero 1147. obiit. Hæc Gelenius. Ex quibus efficitur, Adolphum hunc Eberhardum & Adolphum (2) filios habuiſſe, ac per eos (de Hermanni enim, fratris ejus, poſteris non legitur,) utramque

(1) Imo Comites æque Marcanos & Montium Duces e Comitibus Teiſterbantinis, communi cum Clivix Ducibus ſtirpe, ortos fuiſſe, ſupra cenſuimus, ut quoque facit *Adel. Erichius* Chron. Juliac. fol. 287. col. 2. Vid. ſupra *Hiſt. Comit. Marc.* ibique *Tab. Geneal.*

(2) De quibus, ut & Succeſſoribus ipſorum, vid. *Tab. Geneal.* Comit. Marc.

Digitized by Google

que familiam Montanam & Marcanam propagaſſe. Nam hi duo fratres, præter avitum veteris Montis caſtrum, ad Duænam conſtructum, aliud quoque Altenanum ad Lenam condidere: Ubi vero Eberhardus monaſterium, in quod caſtrum Montanum ipſius rogatu a fratre poſtea quoque converſum, ingreſſus eſt. Adolphus, ejus nominis II. ſolus rerum potitus, ex Adelheide, Arnholdi II. Comitis Clivii, filia, Adolpho filio & hærede, atque Brunone, (1) Epiſcopo Colon. relictis, anno 1152. in fata conceſſit, in veteris Montis monaſterio tumulatus. De origine utriusque tum Montium, tum Mareæ Weſtphalicæ Comitatus ita canimus:

Saxo decem numerans ſervantis ſecula Chriſti,
Junge tibi indigenas (nec male junctæ) novos.
Fulmina Saxonico gentis famulata Monarchæ,
Germano Ottoni (tertius Otto fuit.)
Fraternas acies vicinaque regna locarunt,
Altaque Berga tuas, Altenanaque tuas.
Inſedere duo, ſed nomina nulla ſuperſunt,
Tandem Adolphus, tandem Eberhardus adeſt.

De duobus fratribus ita Streithagenus in Tetraſtichis:

In gemino cœpit geminata potentia fratre,
Montia quamque dedit, Altena quamque dedit.
Solus at indultos titulos transmiſit Adolphus,
Fratre cuculligerum mox adeunte gregem.

Bruno, ejus nominis II. Archiepiſcopus Colon. tempore Lotharii (2) Cæſaris factus, cum eo in Apuliam profectus, Bari vivere deſiit, ejusque corpus aromatibus delibutum, plumbeoque Mauſolæo recluſum, in Germaniam relatum, & in eodem veteris Montis monaſterio inhumatum eſt. Adolphus, nominis III. Montium & Altenæ Comes 4. ex Adelheide, Henrici, Comitis Aquilii montis, (Arnsberg,) & Agnetis Rietberghiæ atque Strombergiæ filia, quatuor gnatos, Fridericum & Brunonem, mutuos patrui Brunonis II. in Archiepiſcopatu Col. ſucceſſores, (3) & Engelbertum atque Eberhardum, (4) quorum illi Montium, huic Altenanum Comitatum attribuit, ſuſtulit, mortuus an. 1170. De quo Streithagenus:

Ordine ſuccedens & nomine dictus eodem,
Poſſedit junctas usque parentis opes.
Quas tamen hæredes, extincto ſortibus æquis,
In partes miſſas diſtribuere duas.

Vir autem nobilis in Clivia, qui Comitibus Marcanis parentavit, ſimiliter filiis Adolphi hujus III. ita occinuit:

Continuant famam & res ſucceſſoris avitas,
Pileo ovant, alios infula ſancta beat.
O bene diviſum imperium ſacrum atque profanum,
O fauſtas iſta partitione domos.

Fridericus Archipræſul in expeditione Italica Mediolanenſi cum Friderico Barbaroſſa Cæſare Papiæ extinctus, (5) itidemque ad Montis veteris monaſterium translatus eſt.

Bruno vero, ejus nominis III. poſt Philippum Heinsbergium, Goſwini II. filium, anno 1191. in Apulia defunctum, fratri Friderico ſucceſſit, ex Præpoſito Bonnenſi electus: verum

(1) *Adel. Erichius* f. 255. patrem ipſorum *Conradum* vocat, diſſentientibus reliquis Scriptoribus.

(2) Cujus quoque favore Archiepiſcopus fuit conſtitutus, Godefridi, Præpoſiti Xantenſis, electione irrita declarata. *M. Chron. Belg.* p. 161.

(3) Non tamen continuos. Etenim *Brunoni II. Hugo*, huic *Arnoldus*, frater Brunonis, hujus ejus ex fratre nepos *Fridericus*, huic *Reynaldus*, huic *Philippus*, atque huic demum *Bruno III.* Brunonis II. & Arnoldi alter nepos, ſubſtituti fuerunt. *M. Chron. Belg.* p. 164. 165. 187. 192. & 205. *Gelenius* de Magnitud. Colon. p. 46. 47.

(4) Addit MS. *Eſſendienſe* & *Honſeler. Theodoricum*, ejus nominis primum, Archiepiſcopum Colonienſem, quem vero Dynaſtam Heinsbergenſem fuiſſe, memorat *Gelenius* l. c. *M. Chron. Belgic.* p. 217. ubi de hoc Theodorico agit, generis ejus nullam facit mentionem.

(5) *M. Chron. Belgic.* p. 187. *Lev. Northof.* p. 385. apud *Meibomium.*

Digitized by Google

verum ætate laſſus, (1) anno 1193. inſula cum veſte ſacra in Monte veteri permutata, Adolpho (2) Altenano nepoti, fratris Eberhardi filio, Archidiacono Colonienſi, Archiepiſcopatum reſignavit.

De Eberhardo, ejusque Succeſſoribus, in Comitibus Marcanis dictum eſt.

Engelbertus vero, ejus nominis primus, (3) Montium Comes in ordine quintus, ducta Margaretha, Henrici, Geldriæ Comitis, & Seynaræ Brabantinæ (4) filia, Adolphum & Engelbertum, Archipræſulem Colonienſem poſtea factum, ex ea genuit.

Hic Engelbertus anno 1160. in fundatione monaſterii Meerenſis prope Noveſium, cum Wilhelmo & Gerhardo, Comitibus Juliacis, fratribus, rei geſtæ teſtis citatur.

Deinde ſub Friderico Barbaroſſa contra Henricum Leonem, Saxoniæ, Angrivariæ & Weſtphaliæ Ducem ſuperbiſſimum, una cum Philippo Heinsbergio, Archimyſta Colonienſi, anno 1174. pugnavit, quem Imperator victum, ditionibus exuit, easque partim Eccleſiæ Colonienſi, (5) partim Engelberto noſtro, aliisque Comitibus conſignavit, qui Montes ſuos hinc egregie auxit. *Franc. Irenicus.*

Idem grave minusque auſpicatum bellum cum Montis Aquilii Comitibus geſſit, Godefrido monacho teſte. Anno denique 1189. adverſus Hunnos in bellum ſacrum profectus, ibidem ipſi Martini Epiſcopi obiit, licet Gerhardus ab Horreo in manuſcriptis Chronicis ei vitam usque ad annum 1192. proroget, eumque Imperii 40. exceſſiſſe ſcribat. Ut proinde Streithagenus canat:

Engelberte, tuæ ſplendeſcit gloria famæ,
Semper & in nato ſit reddiviva pio.
Quamvis cum ſociis ſacrata ad bella profectus,
Clauſeris Ungarico fata ſuprema ſolo.

Adolphus, nominis quartus, Montium vero Comes in ordine ſextus, patriſque poſt annos 18. anno 1210. ſucceſſor, in ſchiſmate Imperii, poſt mortem Henrici VI. Friderici Barbaroſſæ filii, anno 1197. in Apulia defuncti, cum Otto Saxo & Philippus Suevus de eo contenderent, Adolpho, Archipræſuli Colonienſi, patruo, (6) qui primum Ottoni adhæſit, ſuppetias ferens, anno 1205. Tuitienſi caſtro præſidio impoſito, cives Colonienſes, qui tum Philippum ſequebantur, vehementer afflixit: Poſtea numinis expugnatus præſul, Philippum ſecutus, eum anno 1205. Aquis conſecravit: quod propter ab Innocentio III. Papa depoſitus, (7) eique Bruno, ex fratre nepos, ſucceſſit.

Idem Adolphus anno 1211. contra Albingenſes (8) cum Wilhelmo Juliaco, aliisque

(1) *M. Chron. Belg.* p. 205. *Bruno vero, cum propter ſenectutem, & tam corporis, quam ſenſus imbecillitatem, ad tantæ Eccleſiæ regimen minus ſufficeret, vix uno anno potitus Epiſcopio, qui convocatis omnibus Eccleſiæ ſuæ primoribus atque nobilibus, Virga paſtorali ſuper Altare Beati Petri poſita, Epiſcopatum reſignavit, ſicque ad domum veteris Montis ſe transferens, in habitu monaſtico defunctus eſt.*

(2) Cujus Epiſcopatus incidit in triſtiſſima belli civilis inter Ottonem & Philippum Imperatorum tempora. Vide ſupra *Hiſt. Comit. Marc.* initio; *Lev. Northof.* p. 385. *Chron. M. Belgic.* p. 207. *Schaten.* T. I. Annal. Paderb. p. 912. & ſeqq. *Adel. Erichius* fol. 255. col. 2. & Cl. *Viri J. P. Gundlingii* Vitam *Philippi Suevi* in Otiis fratris ejus *Hieronymi Gundlingii.*

(3) Hactenus Comitatus Montium a Comitibus Marcanis rectus fuit, inde vero usque ab hoc Engelberto peculiares Principes habuit, de quibus vid. *Tab. Genealog. VI.*

(4) Conjugis videlicet Godefridi Bullionei, Regis Hieroſolymitani, ut exiſtimat *Pontanus* Hiſt. Geldr. p. 110.

(5) Cui dimidia pars Ducatus Weſtphaliæ & Angriæ obtigit, juxta Dipl. apud *Schaten.* A. P. T. I. p. 850. teſte inter alios *Engelberto, Comite de Monte;* altera pars cum Ducatu Saxoniæ tradita fuerunt Bernhardo Aſcanico, juxta idem Diploma, quod *Gelenius* quoque refert, atque *Auream Bullam* Friderici Barbaroſſæ vocat, de *Magnitud. Colon.* p. 73.

(6) Imo *Patrueli.*

(7) Vide ſupra *Hiſtor. Comit. Marc.* initio, & Not. præced. voce *Adolpho.*

(8) *Cæſarius* in Excerptis apud *Leibniz.* T. II. S. R. B. p. 520. *Anno*, ſcribit, *Domini milleſimo ducenteſimo decimo prædicata eſt contra Albienſes in tota Alemannia & Francia crux, & aſcenderunt contra eos anno ſequenti de Alemannia Leopoldus, Dux Auſtriæ, Adolphus, Comes de Monte, Wilhelmus, Comes Juliacenſis, & alii multi.* Vid. quoque ſupra Not. ſub *Wilhelm. IV. Comite Juliacenſi.*

Digitized by Google

Principibus cruce ſignatus, & in illos profectus, poſt reditum monaſterium Crucigerorum Beienburgi ſtruxiſſe dicitur.

Anno 1213. Ottonem Bentheimium, Epiſcopum Monaſterienſem, ob ſupra dictum Imperii ſchiſma captum, & Cæſaris inſulam (vulgo Kepſersweerth) abductum, ea 24. Julii anno 1215. obſeſſa atque expugnata, fideliter aſſeruit. (1)

Anno 1218. iterum cum VVilhelmo Juliaco & Arnholdo Clivio aliisque (2) cruce ſignatus, ubi prius Bensbergæ jus Eccleſiæ Romeskirchenſis & Freimersdorphianæ monaſterio Knechtſtedenſi cum fratre Engelberto, Epiſcopo Colon. donaſſet, in terram ſanctam expeditionem ſuſcepit, ibidem eodem anno, menſe Auguſto, prout ex Oliverii Scholaſtici (3) ad Engelbertum fratrem Epiſtola patet, ante Damiatæ expugnationem, filia Margaretha hæredè relicta, glorioſe mortuus.

Jacobus de Vitriaco lib. 3. Hiſt. Orientalis eum Virum nobilem & potentem vocat, dicitque, claſſi cruci ſignatorum Colonienſium, Bremenſium, Friſiorum, Trevirorum præfuiſſe. Vide etiam Petrum Scriverium in Hiſtoria Hollandica. De quo ita Streithagenus:

Nec quicquam cbari commotus funere patris,
Ivit ad Eoas fortis & ipſe plagas.
Et crebris præſens Chriſti pro nomine pugnis,
Occidit ad muros, urbs Damiata, tuos.

Hiſtoria S. ENGELBERTI, Montium Comitis, Archiepiſcopi Colonienſis, in Epitomen redacta.

Poſt fata Adolphi, frater ejus Engelbertus, (4) anno 1185. natus, Montes rexit, eorum Comes ejus nominis ſecundus, in ordine vero ſeptimus, factus, & in ipſo juventutis flore multis beneficiis Eccleſiaſticis ornatus, an oneratus fuit.

Anno 1203. eidem Epiſcopatus Monaſterienſis, mortuo Hermanno, Cattorum Principe, oblatus eſt, quem ob teniorem ætatem (5) excuſatum, Otto Bentheimius accepit.

Anno vero 1216. 22. Februar. in Archipræſulem Colonienſem (6) ex Præpoſito ſummi templi electus, in eodem, pallio tamen prius juſſu Innocentii III. & Honorii III. ſummorum Pontificum redempto, debitisque multis, ob controverſiam ſucceſſionis de Archiepiſcopatu, apud Rotam Romanam diſputatam, contractis, exſolutis, anno 1217. a Petro Cardinale S. Potentianæ confirmatus, & a Friderico II. Imp. dignitate & ditione Electorali inauguratus eſt.

Anno 1218. cum fratri Adolpho in Montium Comitatu ſucceſſiſſet, inter ipſum & Waleramum, Limburgium Ducem, lis exorta eſt, quæ anno 1220. ubi prius anno præcedenti 1219. Engelbertus Epiſcopus pro Diœceſi Colonienſi contra Gerhardum a Bruback caſtrum Furſtenbergium ſtruxiſſet, ita compoſita, ut Henricus, Walerami filius, qui fratris Adolphi defuncti filiam Margaretham duxerat, annuam ex Montibus penſionem acciperet, poſt mortem vero in iisdem ſibi ſuccederet.

Eo-

(1) Erat Otto, Epiſcopus Coloniæ, a civibus factionis Ottonis IV. captus, atque Werdenæ in Cæſaris Inſula cum aliis captivis in turrim conjectus, e qua cuſtodia cum nullis precibus apud Ottonem interpoſitis liberari poſſet, armis eum Adolphus, Comes Montenſis, juſſu Friderici II. eripuit. *Nic. Schaten.* T. II. A. P. p. 962. & 968. *Stangefol.* lib. 3. p. 317. *Magn. Chron. Belg.* p. 220.

(2) Quos magno numero recenſet MS. *Honſel. Nicol. Schaten.* p. 968. *Cæſarius* l. 10. c. 7. Mirac.

(3) Colonienſis, qui una cum Johanne, Xantenſis Eccleſiæ Scholaſtico, Aquisgrani in conventu Principum, qui coronationi Friderici II. aderant, atque miſſis per provincias Germaniæ ſacerdotibus, tubam ſacram inflabant. *Nic. Schaten.* & *Cæſarius* l. c.

(4) Qui in *M. Chron. Belgic.* p. 218. deſcribitur *ut aſpectu decorus, ſtatura corporis proceruſ, robuſtus viribus, & tantæ pulchritudinis, ut in Clero & populo non inveniretur ſimilis.* Vid. quoque *Schaten.* T. II. p. 972.

(5) Cum annum vigeſimum ſecundum nondum eſſet egreſſus, ut refert *Cæſarius* in ejus vita cap. 2. indeque *Nic. Schaten.* T. II. p. 939.

(6) Depoſitis Adolpho & Theodorico, Archiepiſcopis Colonienſibus, quod ille Philippo adverſus Ottonem IV. hic autem Ottoni eidem adverſus Fridericum II. adhæſiſſet. Vide de illorum depoſitione & Engelberti electione *M. Chronic. Belgic.* pag. 218. *Nic. Schaten.* p. 972. 973.

Digitized by Google

Eodem anno 1220. cum Theodorico, Clivorum Comite, ejus nominis quinto, Arnholdi quarti & Catharinæ Limburgicæ filio, de ſucceſſione Namurcenſi convenit.

A Friderico denique II. Imp. eodem anno 1220. Francofurti in comitiis cum filio Conrado IV. ſuo anno 1250. ſucceſſore, ſibi reliquisque Imperii Electoribus commendato, Henrico, filio primogenito, (1) in Italiam progreſſus, Romæ diademate ab Honorio III. ritu ſolenni exornatus, indeque in Siciliam movens, totius Germaniæ Prorex (2) conſtitutus eſt: Quam ob cauſam in illum Galliæ, Angliæ, Hungariæ & Bohemiæ Reges reſpexere. Imo anno ſæpius dicto 1220. Joannes, (3) Rex Hieroſolymitanus, Coloniæ ipſum convenit. In hac Proregis Germaniæ dignitate pacem quoque Imperii conſtituit, & Diœceſin Colonienſem egregie amplificavit, (4) caſtro Turrino Moſellæ adjacente empto, & Furſtenbergio addito: Inprimis vero in negotiis Eccleſiæ libertatem Eccleſiaſticorum ſtrenue aſſeruit, religioſorum ordines, inprimis Dominicanorum & Franciſcanorum, Coloniam anno 1222. primum ingreſſos, ſancte coluit: Contra Advocatos & de cuſtodia vaſorum ſacrorum leges tulit.

Ac denique eodem anno 1222. Synodum provincialem Coloniæ indixit. In publicis Imperii rebus 4. Idus Maji anni jam dicti 1222. Conradum IV. (5) Friderici II. Imp. filium, puerum duodecennem, apud Aquas Graneas regiis inſignibus inauguravit. Oppidum Attendarienſe novis aggeribus vallavit, ejusque loci incolas in privilegiis Suſatenſibus exæquavit: Wipperfurdenſes oppidanos, ad vadum Viperæ fluvii, cum Adolpho nepote, Henrici Limburgici filio, anno 1222. ab omni ſubjectione perpetuo liberos declaravit: tabulis de hac immunitate iisdem publicis conceſſis. His rebus præclare in Imperio, Diœceſi & Montibus geſtis, nihilominus a Friderico Iſenburgio, quia eundem ob violatam monaſteriorum Eſſendienſis & VVerthinenſis tutelam corripuerat, alii dicunt, quia Montium ſucceſſionem aliquam denegarat, impetitus fuit, & cum Theodorico licet Clivio & Waleramo Lutzenburgio de Namurcenſi, cum Waleramo Limburgio, ejusque filio Henrico de Montium hæreditate pactus eſſet, Theodorico Monaſterienſis, Brunonis Oſnabrug. Epiſcoporum, fratrum Friderici, ad quas dignitates Engelbertus eos promoverat, Ottonis denique Teckleburg. & Lippienſis Comitum factione, 7. Nov. anno 1225. inter Swelmam & monaſterium Gevelsbergium, ab eodem plus quam 46. vulnerum (6) inflictione neſarie interemptus, cujus corpus primo in Gevelsbergium cœnobi-

(1) Cujus tutorem Fridericus in Italiam profecturus conſtituerat Engelbertum Epiſcopum. *Cæſarius* in vita *Engelberti*, lib. 1. c. 5. Biennio poſt eundem Henricum, in Regem Romanorum electum, ab Engelberto Aquisgrani coronatum fuiſſe, refert *Godefridus Monach.* ad ann. 1222. *M. Chron. Belgic.* p. 227.

(2) *Friderico Rege*, ſcribit *Cæſarius* l. c. *ab Honorio in Imperatorem coronato, cum intraſſet Regnum Siciliæ, audita Archiepiſcopi ſibi in Alemannia bene noti probitate, per literas Imperiales Regni negotia citra Alpes illi commiſit, Henrici filii ſui cum conſtituens tutorem, & totius regni Romani per Alemanniam Proviſorem.*

(3) Cujus filiam Jolantam, Conſtantia priore uxore mortua, duxerat Fridericus Imperator Pontificis inſtinctu, *Monach. Pad.* & *Albericus* ad an. 1224. procul dubio, ut Regni Hieroſolymitani recuperandi cauſa ad expeditionem Sacram, a qua abhorrebat Fridericus, tanto magis eum incitaret.

(4) Vid. *M. Chron. Belg.* p. 226.

(5) Imo potius *Henricum*, vid. ſupra Not. ad voc. *primogenito.* Conradus vero, alter Friderici filius, anno demum 1235. Rex Romanorum electus fuit, poſtquam Henricus conſpiratione cum Pontifice facta in cuſtodiam conjectus erat. *Godefrid.* Col. *Albert.* Stadenſ. ad an. 1235. *Acta*, ſive, ut vocantur, *Inſinuationem Electionis* Conradi IV. refert *Leibnizius* in Prodr. Cod. Diplom. No. XI.

(6) Vid. de hoc parricidio *Hamelmann.* Oper. Hiſtor. pag. 384. *M. Chron. Belgic.* p. 226. 229. *Chron. Pict.* T. III. S. R. B. *Leibniz.* p. 360. 361. *Lev. Northof.* ap. *Meibom.* T. 1. R. G. *Albert.* Stadenſ. *Godefrid.* Col. *Chron. Auguſt.* ad an. 1225. *Cæſarius* in vita *Engelberti*, lib. 2. c. 17. *Schaten.* A. P. lib. 10. ad annos citatos. *Pontan.* in Hiſt. Geldr. p. 131. *Anonymi* libellus ſub Tit. Schreckliche und erbärmliche Hiſtorie, wie Herr Friedrich, Graf zu Altena und Iſenberg, ſeinen Vettern, Herrn Engelbrecht, Erz-Biſchoffen zu Cölln, gebohrnen Grafen zu Bergen, auf Käyſerlicher freyen Straſſen mörderlich erſchlagen, ꝛc. Gedruckt 1592, ſine loco.

Digitized by Google

nobium, indeque per Swelmam 25. Febr. an. 1226. in Montis veteris monaſterium, tandem Coloniam deductum, & honorifice inhumatum eſt.

Engelberti autem hujus martyris in Archiepiſcopatu Colonienſi ſucceſſor a Molenarck, ut parricidium hoc nefandum ulciſceretur, Fridericum Iſenburgicum, authorem ſceleris, Noribergæ in comitiis coram Friderico II. Imp. qui filii Conradi, cum Leopoldi Auſtrii gnata copulati, nuptias ibidem celebrabat, accuſatum, capitalem ſententiam, ex curia Norica tanto populi concurſu latas, ut in illa turba 56. Equites aurati comprimerentur, accepit, eamque ejusdem Imp. juſſu executus, primo ditionem Friderici ingreſſus eſt, caſtraque ejus Iſenburgium & Novipontanum diruit, & in Comitatu Altenano ferro & incendiis omnia miſcuit, fratres ejus binos Epiſcopatibus privavit, quibus tamen poſtea reſtituti ſunt: Fridericum vero parricidam ex fuga Leodium inter & Hoyam a Balduino Gennepio retractum, & Gerhardo, Gelriæ Comiti, & ab hoc ſibi 14. Nov. anno 1226. traditum, quæſtionibus ſubjectum, cum factum horrendum negare non poſſet, ante portam S. Severini capitali ſupplicio affici juſſit, corpore in colliculo ſuper lapideam columnam rotæ æneæ (1) impoſito, indeque aliquandiu adhuc ad viſum eminente ac proſtante, jam vero deſtructo. Uxorem Friderici miſellam eodem poſt homicidium a marito admiſſum anno, apud fratrem Ducem Limburgenſem cum liberis profugam, ex mœrore animi defunctam ſcribit Levoldus a Northof in Chronico Marcano: Matrem vero ejus infœlicem, accepto filii ſui horrendo facinore, ita perculſam aliqui tradunt, ut Romam expiandi ſceleris cauſa (2) profecta, poſt reditum ordinis Præmonſtratenſis monaſterium in Comitatus Limburgici vico vicino Elſenio ſtruxerit, in eoque filii ſui crimen copioſis lachrymis defleverit. Notatu vero digna eſt, inquit Henricus Meibomius in notis ad Chron. Levold. a Northof, iſta tam ſevera animadverſio in hominem illuſtri & generoſa familia natum, quæ majorum noſtrorum gravitatem & adverſus ſcelera atque flagitia extremum odium manifeſtat.

Adolpho & Engelberto fratribus, Comitibus Montenſibus, hoc modo extinctis, ad prioris Adolphi filiam, Engelberti neptem, Montium hæreditas pervenit, quæ, Henrico IV. Duci Limburgio, nupta, Adolphum & Waleramum filios edidit: Ex quibus Adolphus, primogenitus licet, Waleramo fratri tamen juniori Ducatu relicto, in Montibus ſucceſſit, quorum adminiſtrationem, ipſo adhuc minorenne, pater cum Limburgica Provincia geſſit, & poſtea filio regimini maturo Montes tradidit.

De Provincia Limburgica.

Cæterum ut de Provincia Limburgica, ejusque Ducibus aliquid conſtet, (3) ex Miræo, Barlando & Harreo in Annal. Brabant. notandum, eam ex 17. Provinciis unitis unam eſſe, cujus caſtrum ad Moſam fluvium a quodam Henrico, ejus loci Dynaſta, ſub Henrico IV. Imp. conditum, qui inde ſe Henricum Limburgicum appellavit. Profici-

(1) Vid. *Script. citat.* & *Buchel.* in Not. ad *Job. Beka* p. 75. ubi ſimile circa idem tempus ſupplicium ab Henrico Gransdorpio & Rudolpho, Caſtellano Covordienſi, deſumtum fuiſſe commemorat.

(2) De ejusmodi profectionibus ſacris, & Monaſteriis expiandi ſceleris cauſa conditis, vid. pluribus *Buchelium* in Notis ad *Beka*m, p. 74.

(3) Scripſit *du Chesnius* Hiſtoriam *de la Maiſon de Luxembourg & Limbourg*, quam inſpicere mihi non licuit. Quos præterea de familia Limburgica conſului, multum a ſe invicem abeunt. Cum itaque & Autor noſter in digreſſione hac de proſapia illa multum erret, anſam id mihi dedit, penitius in originem & Genealogiam *Ducum Limburgenſium*, &, qui ex his orti ſunt, *Ducum Lucemburgenſium*, inquirendi peculiari *Exercitatione*, quam, ad illuſtrandum Autorem, ejusque errores corrigendos, hic inſerere haud abs re eſſe duxi.

EXERCITATIO
De Origine ac Succeſſione Ducum Limburgenſium &c.

§. I.

Cum origo Comitum ac Ducum Limburgenſium in Gallia (*) Belgica obſcurior ſit, atque in ipſorum Genealogia ac Succeſſione multum a ſeſe invicem Scriptores recentiores abeant, in genuina illorum incunabula, veramque proſapiam inquirere tanto magis operæ pretium duximus, quod præter Duces Montenſes multæ aliæ illuſtres Familiæ a Limburgenſibus Ducibus originem ducant; Tecumque, B. L., quæ in eam rem tum probatorum Scriptorum, tum præcipue Diplomatum fide annotavimus, communicare nunc voluimus.

(*) Eſt

ficiſcente vero in terram ſanctam, defuncto Bulloneo, filius ejus Henricus II. Lotharingiam & Brabantiam ab eo accepit gubernandam, ſed poſt ſexennium adminiſtratione exu-

(*) Eſt alias LIMBVRGVM atque Comitatus ejus nominis Liberorum Dynaſtarum & Pincernarum hæreditariorum, ſive, ut vocantur, derer Semper-freyen und Erb-Schencken von Limburg in Franconia, quorum maſcula ſtirpe ante paucos annos in Volratho extincta, de ſucceſſione in Comitatu Limburgenſi controverſia orta eſt, de qua vide ſcripta in FABRI Staats-Canzley T. XVIII. c. 1. & T. XXIII. c. 16. Eſſe præterea LIMBVRGVM in Brisgovia, a quo Hermannus Zeringenſis MARCHIONEM LIMBVRGENSEM ſe ſcripſerit, refert Phil. I. SPENERVS in Sylloge Geneal. Hiſt. p. 611. Eſt quoque LIMBVRGVM caſtrum in agro Wormatienſi, ſedes quondam Ducum Franconiæ, poſtea vero in Monaſterium converſum, de quo vid. TOLNERVS in Hiſt. Palat. p. 21. 104. Eſt inſuper LIMBVRGVM caſtrum ad Leenam, ſ. Lanam, in VVeſtphalia, quod idem autor p. 21. a fluvio vicino, quaſi Lanburg, appellatum exiſtimat, ſed adverſus teſtimonium LEVOLDI NORTHOFII, qui in Chron. Marc. p. 387. „apud Meibomium T. 1. veram nominis rationem reddit, atque, poſthæc, ſcribit, transacto aliquanti temporis „ſpatio, cum filius & hæres primogenitus dicti Friderici, Comitis de Iſenberg, apud Ducem Limburgenſem, „avunculum, qui eum ſibi aſſumſerat nutriendum, una cum matre, quæ eodem anno poſt homicidium, (cædem „Engelberti, Archi-Epiſcopi Colonienſis, propter quam rotæ impoſitus fuit,) per maritum ejus perpetratum, de„functa eſt, idem Dux Henricus, qui & Comes de Monte erat, ſi quo modo nepoti ſuo aliqua de paterna hæ„reditate recuperare poſſet, quæ jam per diverſas manus diripientium erat occupata, congregato exercitu magno „ſuper fluvium Leene caſtrum, cui, ex nomine caſtri ſui de Limborg, nomen Limborg dedit, conſtruxit. Fuit quoque Comitatus ad Lonam in VVetteravia, haud procul VVetzlaria, cujus dimidiam partem Archiepiſcopi Trevirenſes emerunt, alteram vero partem, extinctis Sæc. 14. Comitibus, quoque obtinuerunt. Vid. CHRISTOPH. BROVVERVS Annal. Trev. lib. 17. p. 215. & lib. 18. p. 262. Atque his Comitibus in A. B. Tit. 1. §. 11. injungi, ut Electori Colonienſi conductum præſtent, recte cenſet Cl. LVDVVIG in Notis ibidem. VVilinaburgum denique, ſive VVeilburgum Naſſaviorum, LIMBVRGI nomine appellatur a DITMARO MERSEB. p. 325. T. 1. S. R. B. LEIBNIZII.

§. II. En vero genuinam, ut pluribus poſtea probabimus, Limburgenſium, & qui ex illis orti fuerunt, Montenſium & Luxenburgenſium Comitum ac Ducum proſapiam:

THEODORICUS.

Adela, Comitiſſa de Arlun. — *Sigfridus* de Brie.

Fulco. — WALRAMUS I. C. Limburg. — *Beatrix*, ux.

Fridericus. Beatrix. — HENRICUS I. D. Limburg. — (1.) Bonifacii, Marchionis Etruriæ, &c. (2.) Godefridi, D. Lotharingiæ.

WALRAMUS II.

HENRICUS II. — *Walramus.*

HENRICUS III. — *Margaretha.*

WALRAMUS III. *Henricus*, C. de Waſſenb. *Gerardus* de Horne. *Simon.*

HENRICUS IV. D. Limburg. *Waleramus.* HENRICUS I. Stirps Comit. Luxemburg. *Gerardus. Margareta. Catharina. Maria.*

Adolphus, Com. Mont. — WALERAMUS, D. Limb. *Waleramus.*

Adolphus, Com. Mont. — *Ermgardis*, ux. Reinaldi, Duc. Geldriæ.

HENRICUS II. *Walramus. Balduinus. Johannes. Iſabella. Philippa.*

HENRICUS III. *Balduinus. Walramus. Felicitas.* C. Luxemb. poſtea Imp.

Johannes, Com. Luxemburg. & Rex Bohem. *Maria. Beatrix. Agnes.*

Carolus IV. Imp. *Joh. Henricus. Gutta. Margarita. Anna. Eliſabetha. Wenceslaus I.* Dux Luxemburg.

Johannes, Nothus.

Wenceslaus, Imper. — *Sigismundus*, Imp. *Eliſabetha*, ux. Alberti II. Imp. — *Johannes*, Marchio *Luſat.* & *Görlitiæ*, ut vocatur in Diplomate apud *Oliv. Vredi* Tab. X. p. 406. *Catharina. Margaretha. Helena. Anna.*

Ladislaus, Poſthumus. — *Eliſabetha*, ux. Caſimiri, Reg. Pol. — *Anna*, ux. Wilhelmi, D. Sax.

Iſabella, ux. Antonii, D. Brab.

exutus, cum Brabantia, Godefrido, Arduennæ Principe, defuncto, ad Godefridum Barbatum, Lovanii Comitem, perveniſſet, ille nihilominus titulum retinuit, imo ter cum eo-

§. III. Caſtrum Limburgenſe, a quo Comitatus originem & nomen ſuum habet, ab Henrico quodam, tempore Henrici IV. Imperatoris, conditum fuiſſe, refert *Magni Chron. Belgici* Compilator, atque ad teſtimonium *Alberici* in Chron. his verbis provocat p. 119. *Item ſub iſto Imperatore* (Henrico IV.) *ædificatum eſt caſtrum Limburgenſe ſuxta Leodium a quodam Henrico, Domino ejusdem territorii.* (Hæc *Albericus.*) Verum ſubleſta fide. Neque enim *Albericus* in *Chronico* ſuo, ut recenſetur in Acceſſionibus Hiſtor. *Leibnizii*, ullam Henrici, conditoris Arcis Limburgenſis, mentionem facit, ſed e contrario, a *Walramo* quodam ejus fundamenta poſita fuiſſe, pag. m. 104. ita ſcribit: *Fulco vero genuit Comitem Fridericum & Beatricem, qui ambo mortui ſunt ſine liberis, & jacent apud Sanctum Hubertum in Ardenna. VValeramus vero per uxorem ſuam cæpit habere dominium ultra Moſam prope Leodium, & inchoavit ædificare caſtrum de* Lemborch. Non itaque erat, cur *Aub. Miræus* in Diplom. Belg. ſcriberet p. 191. *N. Comes Limburgenſis, qui a nonnullis vocatur VValeramus, ſed ſine teſte idoneo*, &c. Iſtum tamen errorem *Teſchenmacherus* quoque retinet Annal. p. 434. ubi de Limburgenſi Ducatu, *cujus*, inquit, *caſtrum ad Moſam fluvium a quodam Henrico, ejus loci Dynaſta, ſub Henrico IV. conditum*; Atque cum reliquis non ſolum errat *Meibomius*, ſed & Henricum illum, vulgo conditorem caſtelli, cum Henrico I. Duce Limburgenſi, confundit T. I. p. 417. *Ducatus*, ait, *Limburgenſis eſt in Belgio ad Moſam fluv. Caſtrum, unde agro nomen, Henrico IV. imperante conditum eſt a quodam ejus loci Dynaſta Henrico, qui inde ſe Comitem Limburgenſem appellavit. Proficiſcente vero in terram Sanctam Godefrido Bullionio, Lotharingiam accepit gubernandam, ſed poſt ſexennium ea exutus, titulum Ducalem retinuit.* Aſt vero Henricum hunc, inquieti ingenii Principem, diverſum eſſe a conditore caſtri Limburgenſis, & temporis ratio poſtulat, quod nimis alias diu rexiſſe dicendum eſſet; & *Albericus* in Chron. p. 206. ſic teſtatur: *Iſte Henricus Limburgenſis, qui Ducatum Lotharingiæ perdidit, & filius fuit antiqui VValerami*, (iſtius nempe, quem ſupra dixerat caſtri fundamenta jeciſſe.)

§. IV. Conditor itaque caſtri Limburgenſis, atque ſtirps Comitum ac Ducum Limburgenſium, fuit Walramus, *Antiquus* propterea dictus, atque ex Ducibus Lotharingiæ ac Comitibus Arlunenſibus ortus. Ita enim *Albericus* in Chron. ad an. 1052. *Godefridus iterum rebellat, qui, ducta uxore Bonifacii Marchionis, a Longobardia exceluditur; qui Bonifacius erat Romanæ urbis Patricius, & Præfectus Anchonitanus, & Piſcanus Marebio, & totius interjacentis Tuſciæ & Italiæ Dominator. Has omnes dignitates, cum interfectus fuiſſet dictus Bonifacius, per ejus relictam Beatricem iſte Godefridus accepit, cognomento Barbatus; quæ Beatrix filia fuit* Sigifridi *de Brie, filii Ducis* Theodorici. *Soror hujus Sigifridi* Adela, *Comitiſſa Arclunæ, peperit Fulconem & Valeramum, a quibus Duces de* Lemborch *deſcendunt.* Idem ad annum 1064. *Dictum eſt*, ſcribit, *in anno 1052. quod* Adela, *Comitiſſa Arelunæ vel Arelenſis, id eſt caſtrum de Erlant, quod tempore Paganorum fuit civitas, ſoror Sigisfridi fuit, filia ſcilicet Ducis Theodorici. Hæc autem* Adela *Comitiſſa duos habuit filios, Fulconem & Valeramum. Fulco vero genuit Fridericum & Beatricem, qui ambo mortui ſunt ſine liberis, & jacent apud S. Hubertum in Ardenna. Valeramus* (leg. Valeramus) *per uxorem ſuam cæpit habere dominium ultra Moſam prope Leodium, & inchoavit ædificare caſtrum de Lemborch*, ut §. præced. jam dictum. Dubium tantum movet, quod ad Beatricem attinet, Bonifacii, Marchionis Italiæ, conjugem, *Pagius*, atque in Hiſt. Crit. T. IV. p. 238. Lotharingiæ ſuperioris Ducis, Friderici II. filiam fuiſſe multis probat, quem & nos ſecuti ſumus in Hiſtoria *Belli inter Imperium & Sacerdotium.*

§. V. *VValramum* filius excepit *Henricus*, teſte iterum *Alberico* in Chron. ad a. 1107. ubi *iſte*, ſcribit, *Henricus, qui Ducatus perdidit, filius fuit antiqui Valerami.* Quod ad Ducatus attinet, quos ipſum perdidiſſe ibi dicitur, Lotharingiæ inferioris & Limburgenſis Ducatus intelliguntur. Partes quidem in Bello inter Henricum IV. & filium, Henricum V. Imperatores, prioris ſecutus erat, mox vero iterum reliquit, ſed ei reconciliatus, Godofredo Bullionio in prima expeditione Sacra defuncto, Lotharingiæ quoque inferioris Ducatum obtinuit, de quo *Sigebertus* ad a. 1001. *Henricus*, ait, *Imperator Henricum Limburgenſem adverſantem ſibi debellat, & expugnatis ejus caſtellis, cum ad deditionem cogit, ſed Imperator ei, multa ſumma gratiam ſuam redimenti, etiam Ducatum Lotharingiæ donat.* Quia vero Henricus Dux, Henrico IV. denuo relicto, in caſtra ejus filii tranſierat, & ab hoc rurſus defecerat, Ducatu Lotharingiæ iterum privatus fuit. *Dux Henricus, Sigebertus* memorat ad an. 1107. *qui ab Imperatore ad filium ejus animo tranſiens, eum contra patrem ſuum conſilio ſuo armavit, & a filio ad patrem rediens, partes filii debellavit, mortuo Imperatore ſi, ut Reum Majeſtatis, filio Regis dedit, & ab eo captus, cuſtodiæ traditur, de qua ipſe per induſtriam ſuam evaſit. Ducatus autem ejus datur Godefrido, Comiti Lovaniensi. M.* quoque *Chron. Belg.* p. 143. *Godefridus*, refert, *de Bullion, quondam Dux Lotharingiæ, aggreſſus Iroſolymitanum iter, commiſit Ducatum in manus Hen-*

Digitized by Google

eodem, ejusque filio Godefrido II. de eadem Provincia bello decertavit: Primo an. 1107. in diſſidio Henricorum, patris & filii, ubi Henricus Limburgicus, qui patrem ſequeba-

tur,

Henrici, Ducis Lymburgenſis, Viri utique minus fidelis; & paulo poſt: *A quo tempore*, (ſcilicet conceſſæ Lotharingiæ,) *usque in hodiernum diem, Limburgenſes, non Comites, ut prius, ſed Duces ſe nominant.* Quomodo Ducatum Lotharingiæ Henricus recuperare ſtuduerit, ſed fruſtra, *Sigebertus* ita narrat ad a. 1107. *Henricus Exdux, affectans repetere Ducatum, occupat oppidum Aquar Grani contra Godefridum Ducem. Sed hoc non ferens Dux Godefridus, oppidum Aquenſe violenter inrupit, oppidanos a favore Henrici exterruit, aliquos Comites & multos potentes & nobiles cepit. Ipſe Henricus cum filiis ſuis vix fuga evaſit. Uxorem ejus capere Dux indignum duxit.* Conjugem autem ipſi fuiſſe N. filiam Walerami, Comitis de Arlon, ſcribit *Aubertus Miræus* in Dipl. Belg. p. 191.

§. VI. E filiis Henrici, quorum *Sigebertus* loco citato meminit, in Ducatu Limburgenſi patri ſucceſſit *Walramus*, Paganus appellatus, juxta *Albericum* in Chron. ad a. 1107. p. m. 206. *Iſte Henricus Limburgenſis, qui Ducatus perdidit, filius fuit antiqui Walerami, & filium* (M. Chron. Belg. p. 146. *ſocium* habet,) *habuit* Paganum, *qui ſimiliter pro Comitatu contra Lovanienſes decertavit.* Tandem vero Lotharius Imperator Ducatum ipſi reſtituit. *M. Chron. Belg.* p. 156. *Tunc*, refert, *Schiſma in Eccleſia fuit grave inter Innocentium & Petrum Leonis Antipapam, qui ſe Anacletum nominare auſus eſt: & inter duos Reges, Lotharium & Conradum: item inter duos Duces, Lovanienſem & Limburgenſem - - - Erat tunc temporis Ducatus Lotharingiæ abjudicatus Comiti Lovanienſi, & datus Walramo Limburgenſi.*

§. VII. Habuit Walramus iſte duos filios, *Henricum & Walramum*, quorum uterque Diplomati Conradi III. Imp. anno 1146. apud *Aub. Miræum* in Dipl. Belg. p. 124. inter ceteros teſtes ſubſcripſit: *Henricus de Lemburch, & frater ejus, Comes Walramus de Arlon.* Henrico, qui patri in Ducatu Limburgenſi ſucceſſerat, ejus nominis II. Conradus III. Imp. Ducatum Lotharingiæ iterum abſtulit, atque Godofredo, Barbati filio, reſtituit: *Franc. Hareus* Annal. Brab. T. I. p. 216. de illo Henrico, *Henricus*, ſcribit, *Comes Limburgenſis, dolens, ſe privatum honore Ducatus, quem pater ſuus habuerat, Godefrido Duci rebellis erat, contiguos ſibi poſſeſſionum ejus reditus invadebat, & ſicubi prævalebat, nulli ejus amicorum parcebat.* Teſchenmacherus p. 434. *Conradus Sueves Godefrido, Comiti Lovanienſi,* (filio nempe *Barbati*, ut monet *Hareus* l. c.) *Ducatum viciſſim reſtituit. M. Chron. Belg.* p. 167. *Godefridus, hujus nominis ſecundus, Dux Lotharingiæ, Comes & Marchio, patri Godefrido ſuccedens, adeo ab Imperatore Conrado, hujus nominis tertio, diligitur, ut cum paterni honoris ſucceſſorem faceret, & Lugtgardem, ſororem conjugis ſuæ, in uxorem ei traderet, quæ erat filia Ducis de Saltzenbach, ex qua genuit Godefridum, Ducem III. & Marchionem. Cæpit autem an. Dom. 1140. regni Conradi an. III. rexit annis quatuor, quibus graves habuit altercationes cum Comite Limburgenſi, & per terrorem abſtulit ab eo oppidum S. Trudonis & civitatem Aquenſem, quam cum multa potentia ingreſſus, per biduum in ſede judiciaria reſedit: exactiones, quas Ducem Lotharingiæ exigere decebat, exegit: oppidanos ſuæ fidelitati adſtrinxit, & ne Henrici, Limburgenſis Comitis, fautores eſſent, oſtentatione potentiæ ſuæ deterruit.* Compoſita tandem hæc controverſia fuit matrimonio inter Godefridum III. & Margaretham, Henrici, Ducis Limburgenſis, filiam, de quo *M. Chron. Belg.* p. 168. & *Hareus* in Annal. Brab. T. I. p. 223. ex Auctario Affligemenſi *Anno*, ſcribunt, 1155. *Godefridus junior, Dux Lotharingiæ, Margaritam, filiam Henrici, Comitis Limburgenſis, in conjugio ſortitus eſt: per quod tandem, rebus omnibus pace compoſitis, contentio longo tempore protracta ea conditione finita eſt, ut Godefridus confirmatum ſibi Ducatum ſine ulla contradictione, nec non Advocatiam S. Trudonis, & caſtellum Rode obtineat, atque omnium, quæ poſſidet idem Comes, poſt deceſſum ejus medietatem accipiens, hereditario jure Succeſſor ſiat.* Vide quoque *Albericum* in Chron. p. 206.

§. VIII. Henrico II. filius ſucceſſit *Henricus III.* cujus liberi enarrantur in contractu Nuptiali inter Waleramum, filium ejus natu maximum, & Ermeſindem, Comitiſſam Lucelburgenſem, poſteriorem ejus conjugem. Ita vero apud *Aub. Miræum* in Dipl. Belg. ille ſeſe habet: *Ego* Walramus, *filius Henrici, Ducis de Limborch, & Marchio Arlunenſis, caſtrum meum de Arlon cum omnibus appendiciis, tam in hominibus, quam caſamentis, & rebus omnibus ad idem caſtrum meum pertinentibus, laude & aſſenſu prædicti patris mei, Ducis, & fratrum meorum,* Henrici *de Vaxembercb, & Gerardi de Horne, & etiam filiorum meorum,* Henrici & Walrami, Dominæ Ermeſendi, Comitiſſæ Lucelburgenſi & Rupenſi, *uxori meæ*, in legitimam dotem *contuli & conceſſi*, &c. Addit filiis Henrici commemoratis *Aub. Miræus* l. c. p. 191. *Simonem*, a. 1193. Electum Leodienſem, qui Cardinalis Romæ a. 1195. obiit, ibidem in Lateranenſi Baſilica conditus. Meminit quoque illius *M. Chron. Belg.* p. 208. *Item apud Leodium* Simon, *filius Ducis Henrici de Limborch, frater Walrami, conſobrinus Epiſcopi Alberti nuper defuncti, eligitur in Epiſcopum.* Forte autem in citato Diplomate nulla ejus ratio habita fuit, quia ſacerdos factus

Digitized by Google

tur, ab Henrico filio captus & ditione exutus, eaque Godefridus, Barbati filius, investitus est: Sed custodia Limburgicus elapsus, occupato Aquisgrano bellum instauravit, a Go-

jus in paternis bonis succedendi amiserat, nec propterea consensu ipsius opus fuit. Ceterum duas habuit Walramus uxores, quarum posterior Ermesindis, Henrici Cœci, C. Luxemburgensis & Namurcensis, unica filia, atque Theobaldi Barrensis vidua, Comitatum Lucelburgensem ad Walramum attulit. *Bertelius* in Hist. Lucelb. p. 42.

§. IX. Walramum illum, in ordine III. ex Ermesinde duos filios, *Henricum*, D. Limburgensem, atque *Henricum*, dictum *Blondum*, Comitem I. Lucelburgensem, suscepisse, scribit *Tolnerus* in Hist. Palat. p. 8. quem *Frid. Lucæ* quoque sequitur in des Heil. Röm. Reichs Uhralten Fürsten-Saal p. 1127. Sed perperam. Plures enim Walramus liberos habuit, atque ex priori conjuge suscepit *Henricum* & *VValramum*, quod ex contractu Nuptiali cum Ermesendi, §. *præced.* adducto, liquido constat; quippe in quo Henricus ille & Walramus, filii VValrami, consensisse dicuntur in dotalitium Ermesendi concessum. Ex illa vero Ermesinde, conjuge posteriori, nactus est quinque liberos, *Henricum*, cognomine *Blondum*, *Gerhardum* de Durbuy, atque filias, *Margarethan*, Theobaldi II. C. Barrensis, sponsam, vid. *Bertelius* p. 42. uxorem vero Friderici, Com. de Isenburg, rotæ impositi propter cædem Engelberti; *Levold. a Northof* in Chron. Marc. apud Meib. T. I. p. 386. *Godefr.* Colon. *Chron.* Aug. *Albericus* ad a. 1225. 1226. *Hamelmann.* Op. Hist. p. 384. *M. Chron. Belg.* p. 226. & 229. *Teschenmach.* Annal. p. 432. *Catharinam*, quæ anno 1225. nupsit *Matthæo*, Duci Lotharingiæ, ut liquet ex contractu Nuptiali apud *Oliv. Vreed* Geneal. Comit. Flandr. Parte I. p. 161. & *Mariam*, ux. VValrami, Com. Falkenburgensis. Confirmat hæc *Aub. Miræus* Dipl. Belg. p. 220. ubi de hoe VValramo *Ex priore*, scribit, *conjuge N. Montensis ad Rhenum Comitis filia & herede, VValramus filios sustulit* Henricum & VValeramum; *ex altera conjuge Ermensinda nati sunt ipsi libri quinque*, Henricus, *cognomento* Blondus, *Successor in Comitatu Luxemburgensi & Rupensi, itemque Marchionatu Arlunensi*; Gerardus, *Dominus de Durbuy, Villance & Marche in Famenna*; Margarita, *Theobaldi, Barri C. uxor*, (Bertelius *sponsam* ejus vocat, l. c. quod credibilius;) Catharina, *Matthæo II. Lotharingiæ Mosellanæ Duci, nupta*, & Maria, *Comitis Falcoburgensis conjux.*

§. X. Filiorum VValrami III. ex priori conjugio natu minor *Walramus* in matrimonium duxit Elisabetham, s. Isabellam, Ermensindis cum priori marito, Theobaldo, Com. Barrensi, filiam, sororem vero Henrici, C. Barrensis, ut liquet ex contractu Nuptiali inter illius Henrici filiam Margarethan, & Henricum, Com. Lucelburgensem, ejusdem Ermensindis cum VValramo, posteriori marito, filium, in quo Ermensindis p. 379. apud *Aub. Mir. Etsi Elisabeth*, inter alia spondet, *filiam meam, prædicti Comitis sororem, filii mei* (ita improprie VValramum vocari monet *cit. Aut.*) *VValrami uxorem, sine herede corporis sui, vel heredes suos, si quos haberet, de herede in heredem, sine herede mori contingeret, Marci villa* (Marville) *cum appenditiis suis, & Arencey cum appenditiis suis, sicut ego eadem teneo in dote, redirent ad Margarethan, filiam Comitis*, &c. Ceterum VValramum istum & Elisabetham sine prole obiisse, *Aub. Miræus* in notis ad illud Diploma scribit, ast contra difertum testimonium *Alberici*, qui in Chronico suo *Comes*, scribit, *Theobaldus de tertia uxore Ermensinde, filia Henrici, Comitis Namurcensis, filiam Isabellam nomine genuit, quam junior Walramus Longus habuit, & ei peperit postmodum VValeramum de Poilevache. Ista Ermensendis postea nupsit seniori VValramo, filio Henrici, cui plures peperit filios.*

§. XI. Filius autem VValrami III. natu major ex priori conjugio, *Henricus IV.* Dux factus Limburgensis, Adolphi IV. Comitis Montium, filiam, quam *Teschenmacherus* p. 435. aliique *Margarethan* vocant, in matrimonium duxit, atque cum illa sua conjuge, unica Adolphi herede, Comitatum Montensem accepit. Non autem Margarethan, sed *Kunigardim* appellatam fuisse, ex hoc ejus mariti apud *Aub. Miræum* p. 399. Diplomate liquet: *Henricus, Dux de Lemburg, Comes de Monte, & Kunigardis, Ducissa & Comitissa ibidem, præsentium inspectoribus notum facimus, quod fororibus de Roberti monte, pro nostrarum & successorum nostrorum remediis animarum, qualibet anno, dum glandes in nostris nemoribus creverunt, quinquaginta porcos - - -* Ex hac vero sua conjuge Henricus duos suscepit filios, *Adolphum* & *VValramum, ex quibus*, ut refert *Teschenmacherus* p. 433. *Adolphus, primogenitus licet, VValeramo juniori, Ducatu relicto, in Comitatu Montium successit*, ejus nominis V. atque pater *Adolphi VI.* dum VValramus, prole masculà destitutus, unicam ex Jutta Clivensi susciperet filiam *Ermengardim*, Rainaldi I. Com. Geldriæ, priorem conjugem, de cujus parentibus admodum inter se dissentiunt Scriptores. *Pontanus* enim in Hist. Geldriæ p. 160. atque *Hæreus* Annal. Brab. T. I. p. 284. *filiam*; *Mejerus* econtrario in Annal. Flandriæ ad a. 1284. *sororem* vocant Henrici, ultimi Ducis Lymburgensis; *Aquilius* in Chron. Geldriæ p. 21. ultimum Ducem *Hermannum* appellat, sed duplici errore, cum *VValramus* primam stirpem Ducum Limburgensium finierit, ejusque filia fuerit

Ermen-

Digitized by Google

Godefrido II. victus, vix cum filio Walramo Pagano & nepote Henrico evadens. Anno 1120. Lotharius Sax. Imp. Godefridum, Comitem Lovanienſem, Barbati filium, quod cum

Ermengardis, ex Tabulis, quibus Adolphus VI. Com. Montenſis, Ducatum Limburgenſem Duci Brabantiæ vendidit, §. *ſeq.* patebit.

§. XII. Poſtquam enim VValramus, ultimus Dux Limburgenſis, anno 1282. obiit, Ducatum Limburgenſem ſibi vindicare volebat Rainaldus I. D. Geldriæ, quod filiam VValrami *Ermengardin* in matrimonio habuiſſet; ſibi vero eundem Ducatum competere potiori jure contendebat Adolphus VI. Com. Montium, quod *Ermengardis* ante patrem ſine prole defuncta, atque ipſe adeo, utpote VValrami ex fratre nepos, proximus eſſet in Ducatu Limburgenſi ſucceſſor; metuens vero Rainaldi, ejusque ſociorum potentiam, Ducatum illum in Johannem I. Ducem Lotharingiæ & Brabantiæ, tranſtulit, ut ex his ejus Codicillis apud *Aub. Miræum* p. 191. conſtat: *Sereniſſimo Domino ſuo* Rudolpho, *Dei gratia Romanorum Regi ſemper Auguſto*, Adolphus, *Comes de Monte, cum debitæ fidelitatis promptitudine, quicquid poteſt, obſequii, reverentiæ & honoris. Cum nos Ducatum Limburgenſem cum omnibus bonis, quæ felicis recordationis Dominus* VValramus, *Dux Limburgenſis, patruus noſter, nec non Domina* Ermengardis, *filia ſua, olim Comitiſſa Geldriæ, tenebant, dum viverent, ad nos ex morte utriuſque, tanquam ad legitimum heredem devolutum, donationis titulo transtulerimus in illuſtrem Principem, Dominum* Johannem, *Ducem Lotharingiæ & Brabantiæ, Dominum noſtrum ſimpliciter & de plano; Dominationem pariter & magnificentiæ veſtræ Celſitudinem devote requirimus, quatenus ipſi Domino Duci Ducatum ipſum, & bona ad ipſum Ducatum pertinentia, prout a vobis dependent, concedere dignemini, cum ſolennitatibus ad hujusmodi conceſſionem debitis & conſuetis. Datum anno milleſimo ducenteſimo octogeſimo ſecundo, feria quinta poſt Penteoſten.* Vendidiſſe Ducatum, referunt quoque *Teſchenmacherus* p. 436. *Streithagen* in Carm. ibid. *Haræus* Annal. Brab. T. 1. p. 284. *M. Chron. Belg.* p. 256. 257. 258. & 267. aliique. Vide Obſerv. *Petri Scriverii* ad *Aquilii* Chron. Geldr. p. m. 22. An vero hæc alienatio, absque conſenſu fratrum & ſororis facta, valida fuerit, altioris eſt indaginis.

§. XIII. Cum vero Reinaldus, Geldriæ Comes, nondum quieſceret, ſed fœdere cum Archiepiſcopo Colonienſi, Henrico Lucelburgio, Adolpho Naſſavio, aliisque Principibus inito, bellum moveret, prælio tandem VVoringano anno 1288. controverſia hæc deciſa fuit, quippe cum Reinaldus in iſto prælio juxta alios captus, non prius a Johanne fuerit e cuſtodia dimiſſus, quam præſidio ſuo in Ducatum Limburgenſem jure ceſſiſſet, cujus rei Tabulas apud *Dinterum* extare notat *Scriverius* l. c. *Divæus* apud *Haræum* T. 1. p. 286. *Poſt hanc*, refert, *victoriam Dux, capta, everſaque VVoringa, domum revertit, magnam Brabantiæ virtutis opinionem in Trans-Moſanis relinquens. Porro Gelrus, antequam ejus manum evaderet, datis ſacramentis Limburgenſi Comitatu cedere coactus fuit.* Conſentiunt *Pontanus* Hiſt. Geldr. p. 166. *Teſchenmach.* p. 437. *Aquilius* in Chron. Gelr. p. 21. *Levold.* a *Northof* apud *Meib.* T. 1. p. 392. 393. Ab illo itaque tempore Ducatus Limburgenſis Brabantiæ Ducibus ſubfuit, poſtea vero ad Burgundiæ Duces, & ab his tandem, matrimonio Maximiliani I. Imp. cum Maria Burgundica, una cum ceteris ditionibus Burgundicis ad Auſtriacos pervenit, quibus hodieque ſubjectus eſt.

§. XIV. Vidimus Limburgenſes Duces ab Henrico, VValrami III. ex priori matrimonio natu majori filio, propagatos; ſupereſt, ut Comites Lucelburgenſes, ab eodem VValramo, Duce Limburgenſi, ortos, commemoremus. Inter quinque enim liberos, quos VValramus ex poſteriori conjuge, ut ſupra §. 9. dictum, ſuſcepit, filius natu major, *Henricus Blondus*, Ducatum Lucelburgenſem, quem Ermenſindis ad maritum ſuum attulerat, accepit, atque in matrimonium ducta *Margaretha*, Henrici, C. Barrenſis, filia, *Linejo* & *Caſtellania* ditiones ſuas auxit, ut liquet ex pactis Nuptialibus apud *Aub. Miræum* p. 378. *Ego Ermenſindis, Comitiſſa Lucemburgenſis, Marchioniſſa Arlunenſis, omnibus, præſentes literas inſpecturis, notum facio, quod* Henricus, *Dominus de Lucemburgo, filius meus, ducere debet in uxorem* Margaretham, *filiam Domini Henrici, Comitis Barrenſis: & idem Comes dedit filio meo prædicto in maritagio* Linejum & Caſtellaniam *cum dependentiis, hominiis & domeniis*, &c. Tabulas Philippæ, conjugis Henrici Barrenſis, quibus dotem illam Henrico Luxemburgenſi promittit, exhibet *Oliv. Vreed* c. l. P. I. p. 48.

§. XV. *Henricus* ille *I.* Comes Luxemburgenſis, e ſtemmate Limburgenſi, præter duas filias, *Iſabellam*, uxorem Guidonis, Com. Flandriæ, & *Philippam*, conjugem Johannis, Comitis Hannoniæ & Hollandiæ, ut multis probat *Oliv. Vreed* P. I. p. 348. & P. II. p. 50. quatuor habuit filios, *Henricum II. Walramum, Balduinum* & *Johannem*, quorum natu maximus in Comitatu Luxemburgenſi ſucceſſit; ſecundogenitus Walramus, Dominus Lineji & Caſtellaniæ, juxta Tabulas ceſſionis paternæ & maternæ apud *Oliv. Vreed* P. I. p. 50. ex conjuge Guiotta familiæ Linacenſis, ſ. St. Paulinæ ſtirps fuit, de qua vide *Florentium van der Haer* lib. 2. de Caſtellanis Inſulanis. *Aub. Miræum* lib. cit. p. 221. Omnes vero in prælio Woringano interierunt. *Haræus* Annal. Brab. T. 1. p. 286. *Caſi ex hoſtibus Henricus Limburgenſis, cum Balduino, VValramo*

Digitized by Google

cum Conrado, Suevorum Duce, contra ipſum conſpiraſſet, Ducatu iterum dejecit, ob quam cauſam in diœceſi Leodienſi novum prælium inter Godefridum Lovan. & Henricum

ac Joanne, fratribus. Vide quoque *M. Chron. Belg.* p. 258. *Oliv. Vred* p. cit. In matrimonio *Henricus* ille, *ſecundus* ejus nominis, *Beatricem* habuit, ut liquet ex Diplomate apud *Oliv. Vred* P. I. p. 688. filiam Comitis Avennenſis & Bellemontenſis, Balduini, vid. *cit. Scriptor.* l. cit. ex qua ipſi nati *Henricus III.* poſt Albertum I. Imperator factus, ejus nominis VII. *Balduinus*, Epiſcopus Trevirenſis, qui XLVII. annos, atque adhuc Caroli IV. tempore, Epiſcopatui Trevirenſi præfuit, juxta *M. Chron. Belg.* p. 286. *VValramus*, de quo *Frid. Lucæ* lib. cit. p. 1134. ita ſcribit: **Der zweyte Sohn Graf Henrichs des II. zu Luxenburg, und Ertz-Biſchoffs** Balduini, **und Käyſers** Henrici VII. **Bruder, erlangte zu ſeinem Antheil die Herrſchafft** Liney, **und führte davon den** Titul. Confundit vero hunc Walramum cum duobus præcedentibus VValramis, Henrici nempe I. & Walrami III. ex Ermeſinde filiis, perperam adducto *Cuſpiniani* loco, ubi *Ermeſindis*, ſcribit, *quæ anno 1246. extincta eſt, ex Walramo II.* (rectius III.) *Ducc Limburgico, genuit Henricum I. cognomento Blondum, Luceiburgice gentis novæ Satorem. Hoc nati Waleramus de Liney.* Loquitur *Cuſpinianus* de Walramo, VValrami III. & Ermeſindis nepote ex Henrico Blondo, qui, ut initio hujus §. dictum, ditionem Linejam cum Caſtellania acceperat, VValramus vero, Henrici VII. Imp. frater, Comitatum Rupenſem & Marchionatum Arlunenſem patris beneficio obtinuit, ut ex Tabulis liquet ap. *Oliv. Vred* P. I. p. 389. *Felicitas*, conjux Johannis Lovanienſis, juxta *aut. cit.* p. 391.

§. XVI. Quod porro ad *Henricum III.* Imperatorem, ejus nominis VII. attinet, mirum eſt, quod *Conradus Vecerius*, qui vitam ejus ex profeſſo deſcripſit, nec ejus parentes, nec uxorem ſciverit: Ita enim ille apud *Urſtiſium* T. 2. p. 63. *Qui Majores Imperatori Henrico, aut omnino parentes fuerint, quamvis curioſa veſtigatione, cognoſcere non potui. -- Uxor illi quæ, cujusque fuerit, itidem prope in ambiguo eſt.* Non tamen Scriptor ille Henrico VII. ut Cl. *Pfeffingerus* in *Not.* ad Cl. *Vitriarii* Jus publicum p. 643. Edit. tertiæ ſcribit, ſed Maximiliano I. a Secretis fuit. *Alb. Argentinenſis* apud *Urſtiſium* T. 2. p. 117. recte quidem originem *Auguſtæ* ad Brabantiæ Duces retulit, ſed perperam *Beatricem* vocavit, in errorem forte inductus, quod mater Henrici VII. Beatrix fuerit appellata. Johannis vero I. Ducis Brabantiæ, filiam, *Margaretham* nomine, fuiſſe, pluribus adſtruit Cl. *Gundlingius* Parte II. Gundlingianorum ſuorum cap. VII. ut ideo in ejusdem **Abriß zu der Reichs-Hiſtorie** p. 208. loco *Joanna*, legendum ſit *Margaretha.* Atque hanc inſuper ſuo marito tertio conſanguinitatis gradu conjunctam fuiſſe, *M. Chron. Belg.* p. 258. his verbis refert: *Anno quarto poſt bellum de Woronch, videlicet anno Domini 1292. anno Ducatus ejusdem Johannis 32. inter Henricum, Lutzelburgenſem Comitem, filium Henrici, in bello Woronch occiſi, & Ducem Johannem, pax reformatur. Henricus enim* Margaretham, *filiam Johannis Ducis, ducit uxorem, diſpenſante cum eis Nicolao Papa quarto ſuper matrimonio contrahendo, eo, quod tertio conſanguinitatis gradu ſibi invicem jungerentur.* Ut vero cognationis hujus ratio conſtet, ſequentem Tabulam Genealogicam apponendam cenſui:

MARGARETHA, Com. Flandriæ & Hannoniæ. Uxor 1.) *Borchardi*, Com. Avenenſis & Domini Bellim. 2.) *Guidonis*, Dn. Dampetræ.

(1.) *Johannes*, C. Hannoniæ.	BALDUINUS, C. Avenn. & Dn. Bellim.	(2.) *Guilelmus*, C. Flandr.	GUIDO. Ux. *Mathildis* de Bethune.
Johannes, Dn. Bellim.	BEATRIX, ux. *Henrici II.* Com. Luxemb.		MARGARETHA, ux. *Johannis I.* D. Brabantiæ.
	HENRICUS III. cujus uxor		MARGARETHA.

Apparet ergo ex hoc ſtemmate Genealogico, quod *Oliv. Vred* T. X. & XI. pluribus comprobat, Henricum III. atque ejus conjugem Margaretham, Balduini & Guidonis, duorum fratrum uterinorum, nepotes, atque ita tertio gradu juxta computum Juris Canonici conjunctos fuiſſe.

§. XVII. Ex illa vero conjuge ſua, Margaretha, Henricus III. *Johannem* ſuſcepit, patris in Ducatu Luxemburgenſi ſucceſſorem, atque duas filias, *Mariam*, poſteriorem Caroli Pulchri, R. G. uxorem, & *Beatricem*, Caroli IV. Regis Hungariæ, conjugem, ut conſtat ex *Chronographo*, æquali Scriptore, apud *Freherum* Scriptorum Boh. c. V. & XI. Quod vero ad *Agnetem* & *Catharinam*, quas *Oliv. Vred* Tab. X. p. 893. alique addunt, attinet, confictas eſſe, laudatus *Gundlingius* l. c. oſtendit. *Johanni*, qui, ducta Wenceslai, R. Boh. filia natu minori, *Eliſabetha*, Rex Bohemiæ factus fuit, ex priori matrimonio, præter filias, *Bonam*, ſ. *Guttam*, uxorem Johannis II. R. G. *Margarethani*, conjugem Henrici, D. Bavariæ, *Annam*, Ottoni Auſtriaco nuptam, & *Eliſabetham*, de quibus vid. *Oliv. Vred* p. 398. filii nati fuerunt, *Carolus IV.* Imp. *Johannes Henricus*, Mar-

Digitized by Google

cum Limburgium, ope Adolphi & Eberhardi fratrum, Comitum Montenſium, adjutum, conſertum eſt. Victoria vero cum Ducatu Lotharingico Walramo, Henrici filio, ceſſit, qui

Marchio Moraviæ; e poſteriori vero cum *Beatrice* Borbonia, *VVenceslaus*, cui Carolus IV. Ducis honores contulit, quod in comitiis Metenſibus an. 1354. factum fuiſſe referunt *Alb. Argent.* ad illum annum, *M. Chron. Belgic.* p. 365. atque ex ſubſcriptione Diplomatis patet, quæ Indictione VII. anno Regni Caroli VIII. id accidiſſe memorat. Diploma integrum *Leibnizius* in Cod. Dipl. p. 207. *Meibomius* T. III. *Frid. Lucæ* Uhralten Fürſten-Saal p. 1153. recenſent, ſed multum a ſe invicem, & ab *Aub. Mirai* exemplari diſcrepant, quod ea propter, & quia genuinum mihi videtur, ex ejus *Diplomatibus Belgicis* p. 215. hic referre lubet:

„CAROLUS, Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex, illuſtri „WENCESLAO, Duci Lucemburgenſi, fratri & Principi noſtro cariſſimo, gratiam regiam „& omne bonum. Sceptrigera Cæſareæ dignitatis ſublimitas, ſicut inferioribus poteſtatibus „officii & auctoritatis elatione præfertur, ut commiſſos ſibi fideles optatæ gubernet conſolatio„nis præſidio, (quod thronus regius tanto ſolidetur felicius, & uberiore proſperitate proficiat, quanto indeficientiæ ſuæ virtute, donaria largiore benignitatis munere fundit in ſubjectos,) a corruſcantis ſplendore regalis ſolii Nobilitates alit, velut a ſole radii prodeuntes fi„delium ſtatus & conditiones illuſtrant; Quia primæ lucis integritas detrimenta non patitur, „imo amplioris ſcintillantis jubaris expectato decore perfunditur, dum in circuitu ſedis Augu„ſtæ, illuſtrium Principum numerus ad imperii ſacri decorem ſimiliter augetur.

„Sane attendentes multiplicia merita & præclaræ devotionis inſignia, quibus tu, & claræ „memoriæ progenitores tui domus Lucemburgenſis, ſacrum Romanum imperium dignis „quidem ſtuduiſti honoribus venerari, illum etiam fervidum tuæ mentis amorem, quo ad „imperii procurandos honores inclinaris attentius, regiæ conſiderationis intuitu limpidius in„tuentes, animo deliberato, ſano venerabilium Wilhelmi Colonienſis, Gerlaci Moguntinen„ſis, Archiepiſcoporum, illuſtris Ruperti, Comitis Palatini Rheni, ſacri Romani Imperii Prin„cipum Electorum, venerabilium quoque Engelberti Leodienſis, Ademari Metenſis, Johannis „Olomucenſis, Eccleſiarum Antiſtitum, illuſtrium etiam Wilhelmi, Marchionis Juliacenſis, „Uladislai, Ducis Theſſinenſis, & aliorum quorundam Principum, Baronum & Procerum Im„perii prædicti accedente conſilio, Te, Frater cariſſime, non carnalitatis affectu, ſed originis „tuæ nobilitate poſcente, (præſertim cum latitudo tui dominii, ampla ſubjectæ tibi ditionis „ſpatia, & intemerata fides tuæ univerſitatis & populi, qui a vetuſto etiam tempore ſacrum ho„norarunt imperium, non immerito requirebant,) hodie in nomine Domini & Salvatoris no„ſtri (a quo omnis Principatus & honor provenire cognoſcitur,) illuſtravimus & illuſtramus, „& in verum Principem ac Ducem Lucemburgenſem ereximus, ſublimamus & erigimus, de „Romanæ regiæ plenitudine poteſtatis, decernentes expreſſe, quod tu & heredes ac ſucceſſo„res tui, Duces Lucemburgenſes, perpetuo tempore, dignitate, nobilitate, jure, poteſtate, li„bertate, honore & conſuetudine gaudere debeatis & frui continue, quibus alii ſacri Imperii „Principes, & nominatim Duces illuſtres, freti ſunt hactenus & quotidie potiuntur. Terras „quoque tuas, oppida, caſtra, munitiones, villas, Provincias, diſtrictus, montes, colles, valles & „plana cum omnibus ſilvis, rubetis, pratis, aquis, molendinis, aquarumve decurſibus, paſcuis, „piſcinis, piſcaturis, teloniis, Judæis, monetis, judiciis, bannis, ſive inhibitionibus venationum, „quæ vulgariter Teutonice *VViltpenne* nominantur, & pœnis inde ſequentibus, de conſvetudine vel de jure, Baronibus, Baroniis, feudis, feudariis, vaſallis, vaſallagiis, militibus, clientibus, „judicibus, civibus, nobilibus & plebæis, ruſticis & agricolis, pauperibus & divitibus, & omni„bus eorum pertinentiis, ſicut prædicta & eorum quodlibet latitudo tui dominii comprehendit, in verum Principatum & Ducatum Lucemburgenſem erexinus & erigimus, & inſigniis, „de prædictæ regiæ poteſtatis plenitudine, decoravimus; Tibi illuſtri WENCESLAO, Duci „Lucemburgenſi prædicto, Ducatum, ſive Principatum hujusmodi, cum omnibus honoribus, „nobilitatibus, juribus, privilegiis & immunitatibus, quemadmodum Ducatus ſeu Principatus „inſignes ab illuſtribus ſacroſancti Romani Imperii Principibus poſſidentur, vel teneri ſeu poſſideri conſueverunt hactenus, & in quantum a ſacro Romano Imperio in feudum dependent, „de benignitate regia conferentes.

„Decernimus etiam, & hac edictali conſtitutione ſancimus, quod tu, heredes & ſucceſſores „tui, perpetuo Duces Lucemburgenſes nominari & appellari debeatis poſthac, & tanquam ce„teri ſacri Romani Imperii Duces & Principes teneri & honorari, & ubique ab omnibus re„putari, omnique jure, privilegio, honore, gratia, dignitate & immunitate absque impedimen„to perfrui, quibus alii ſacroſancti Imperii Duces & Principes, in dandis ſeu recipiendis juri„bus, in conferendis vel ſuſcipiendis feudis, & in omnibus aliis, illuſtrem conditionem & ſta„tum Ducum ſeu Principum concernentibus, freti ſunt hactenus, ſeu quomodo libet poti„untur.

Et

qui idcirco ejus Marchio appellatus, eundem per omnem Lotharii Cæſ. vitam, h. e. ad annum 1137. retinuit. Tum enim Lothario defuncto, Conradus Suevus Godefrido, Comiti

„Et ut Ducatus & Principatus Lucemburgenſis ſolido fundamento firmetur, & tanto ſe Imperio Romano magis obligatum conſpiciat, quanto ampliori fuerit regiæ liberalitatis munere „decoratus, te, heredes & ſucceſſores tuos, Duces Lucemburgenſes, perpetuo infra ſcripto clarо quidem officio gratioſius inſignivimus; Ut, quoties nos aut ſucceſſores noſtros, Romanorum Imperatores ſive Reges, ad reprimendam rebellium noſtrorum ſuperbiam, ſeu Imperii procurandos honores, armatos contingat incedere, Tu, heredes & ſucceſſores tui, Duces „Lucemburgenſes, qui pro tempore fuerint, *Frenum Imperialis* ſeu Regalis dextrarii noſtri a „latere dextro gubernare & proſpicere, debitæ fidei diligentia, debeatis, & in recubitu menſæ „noſtræ *Cibos Regios*, qui in ſolennibus curiis noſtris adminiſtrati fuerint, coram nobis incidere: ut ſic tanquam Principes & fideles Imperii, guerrarum & pacis in tempore, noſtri curam & cuſtodiam habeatis.

„Et quia Tu, Frater cariſſime, tanquam Dux Lucemburgenſis, ſacri Imperii vaſallus & Princeps, dum eundem tuum Principatum ſeu Ducatum Lucemburgenſem a regia Majeſtate in „feudum ſuſcipiens, nobis velut Romanorum Regi, ac vero tuo Domino, fidelitatis, obedientiæ „& ſubjectionis debitæ juramenta ſolita præſtitiſti, quod in Principatu, ſeu Ducatu tuo prædicto, pacem & juſtitiam omnibus & ſingulis, æque pauperibus, ut divitibus, procurare velis & „debeas efficaciter & fideliter, juxta poſſe, decernimus, & hoc edicto Regali duximus ſtatuendum, quod tu, heredes & ſucceſſores tui, Duces Lucemburgenſes, Ducatum ſive Principatum „Lucemburgenſem prædictum, cum omnibus ſuis pertinentiis, (ſicut exprimitur ſuperius,) a „nobis, nec non Sereniſſimis Imperatoribus, ſeu Regibus Romanis, ſucceſſoribus noſtris, & ab „ipſo Romano Imperio, quoties oportuerit, debitæ ſolennitatis honore & vexillis, ut moris eſt, „& ſolita reverentia ſuſcipere debeatis, Nobisque, ac iisdem ſucceſſoribus noſtris, in caſibus „præmiſſis, velut alii Imperiales Principes & Duces, præſtare & facere fidelitatis, homagii, obedientiæ & ſubjectionis debitæ corporalia juramenta.

„Nulli ergo hominum liceat hanc illuſtrationis, erectionis, inſignitionis, decorationis & collationis paginam infringere, ſeu ei auſu quovis temerario contraire, ſub pœna mille marcarum puri auri, quas ab eo, qui contravenire præſumpſerit, irremiſſibiliter exigi volumus, & „earum medietatem noſtræ Regalis curiæ Fiſco, reſiduam vero partem injuriam paſſorum uſibus applicari, præſentium, ſub noſtræ Majeſtatis ſigillo aureo, teſtimonio litterarum.

„Datum Metis, per manus venerabilis Joannis, Olomucenſis Epiſcopi, aulæ noſtræ regalis „Cancellarii, vice Gerlaci, Moguntinenſis Archiepiſcopi, ſacri Imperii per Germaniam Archi„cancellarii, qui (vacante ſede Trevirenſi, cujus in civitate Metenſi prædicta intereſſe videtur „opus præſentia,) ſpecialiter habuit in commiſſo, anno Domini 1354. Indictione VII. tertio Idus „Martii, regnorum noſtrorum anno VIII.

§. XVIII. *VVenceslao*, Luxemburgenſi ſimul ac Brabantiæ, quam dotis nomine cum conjuge ſua, *Johanna*, filia Johannis III. natu maxima, acceperat, Duce, ſine prole legitima anno 1388. defuncto, Ducatus quidem Brabantiæ cum Margaretha, ſororis Johannæ filia, Margaretha quoque dicta, ad Philippum Audacem, Burgundiæ Ducem, dotis nomine pervenit; Ducatus vero Luxemburgenſis in Wenceslaum Imperatorem, tanquam proximum Agnatum, fuit devolutus. Is autem, quia nullos habebat liberos, *Iſabellæ*, nepti ſuæ ex Johanne fratre, Marchione *Luſatiæ*, (vide ſupr. *Tab. Geneal.*) Antonio, Brabantiæ Duci, elocatæ, ingentem dotem promiſit, atque ejus nomine Ducatum Luxemburgenſem pignori ipſis dedit, ab *Iſabella* poſtea Philippo Bono, D. Burgundiæ, venditum. Huic quidem alienationi, uxoris *Annæ*, neptis Sigismundi Imperatoris, nomine, ſeſe oppoſuit *VVilhelmus*, Dux Saxoniæ, atque Ducatum Luxemburgenſem recuperare ſtuduit, ſed jure ſuo, accepta a Burgundiæ Duce pecuniæ ſumma, tandem ceſſit, ut *Pontus Heuterus* de *Reb. Burgundicis* lib. 4. ad an. 1443. prolixius atque his verbis exponit: „Menſe Aprili anni 1413. Digeonum venit Eliſabetha, patrui ſui, Antonii, Brabantiæ Ducis, vidua, filia erat Johannis Marcgravii, Ducis Gorlizii ac Lutizii apud Bohemos, qui „frater erat Imperatorum, Wenceslai ac Sigismundi, Bohemiæ Regum, Luzenburgiique Ducum; qui Imperator Wenceslaus huic Eliſabethæ in dotem dederat Ducatum Luzenburgenſem cum Comitatu Chiniaco, ceſſeratque Duci Antonio adhuc dilecto, quam in Brabantiam, Wenceslai, Ducis Brabantiæ, cauſa, allegabat. Et cum dictæ Elizabethæ, fœcunditatis annos transgreſſæ, liberi non eſſent, Bono Luzenburgum, ac quæ apud Belgas poſſidebat, ſervato ad vitam uſufructu, vendiderat. Luzenburgenſes vero, a Brunſvicano Saxonicæ familiæ perfvaſi „Duce, tanquam venditionem ratam habuiſſent, Eliſabetham, quod revocare ſententiam, paſtumque reſcindere nollet, dictione pepulerant, eaque auxilii cauſa Digeonum venerant. Guiſlielmus vero, Brunſvici (Saxoniæ) tum temporis Dux, hac de cauſa jus in ditionem Luzen-

bur-

Digitized by Google

miti Lovan. Ducatum viciſſim reſtituit: Unde ſub an. 1140. novum inter illos bellum gliſcere cœpit. Godefridus enim, valida cum manu contra Henricum profectus, D. Trudonis oppidum expugnavit, ejectis Henrici fautoribus & amicis: Ipſo vero in congreſſu profligato, atque viribus exhauſto, victor in Brabantiam rediit: niſi quod titulum Ducis Limburgici & magnam Arduennæ partem Henricus retineret. Poſterioribus tamen temporibus iterum a Grimbergianis inſtaurata ſunt bella, donec Godefridus III. Barbati nepos, Margaretham, Henrici Limburgici filiam, in matrimonium reciperet: Ex qua filios duos, Albertum, in Ducatu ſucceſſorem, & alterum Albertum, Leodinorum antiſtitem, cum filia unica, Regi Angliæ nupta, ſuſtulit.

Ex

„burgenſem ſibi eſſe dicebat. Johannes, Luzenburgenſium Comes, cognomine Cœcus, nuptiis „uxoris Iſabellæ Bohemiæ Rex, ex ea procreavit Bonam, uxorem Johannis Valeſii, Francorum „Regis, primi hujus nominis, ac Carolum, Bohemorum Regem, Luzenburgii Comitem, ac Ro„manum Imperatorem, hujus nominis quartum, qui, vita defunctus, reliquit ex uxore Wen„ceslaum, Bohemorum Regem, Luzenburgii Ducem, ac Rom. quoque Imper. hominem nihili „malæque frugi, qui liberis non genitis obiit; Johannem, Margravium Brandenburgenſem, „Ducem Gorlizii ac Lutizii, cujus unicam filiam Elizabetham, de qua agimus, Wenceslaus „Imperator ac patruus matrimonio collocavit Antonio Burgundo, Brabantorum Duci, Joanna, „priore ejus uxore, mortua, dotis nomine pollicitus centum viginti aureorum florenorum mil„lia, ac, donec ea perſolviſſet, Ducatum Luzenburgenſem pignori relinquens. Sigismundus, „Imperatoris Caroli quarti quoque filius, ex uxore unicam etiam reliquit filiam, nomine Eli„ſabetham, Alberto, Auſtriæ Duci, nuptam, qui per has nuptias Rex Bohemiæ eſt factus, ac „paulo poſt Imperator, moriens an. 1439. relinquens filias duas ac filium, qui cœlebs an. 1457. „obiit. Anna, filiarum natu major, nupſit Gvilielmo, Brunſvicenſium (Saxoniæ) Duci, qui uxo„ris cauſa poſſeſſionem ditionis Luzenburgenſis (ut paulo ante dixi,) petebat. Sed quoniam „neque Imperator Wenceslaus, neque Dux, ac poſt Imp. Sigismundus ipſe Duci Antonio præ„dicta centum viginti millia aureorum florenorum, ab Imp. Wenceslao Elifabethæ dotis no„mine promiſſorum, unquam perſolviſſet, vendidiſſetque inſuper Imp. Sigismundus Duci Anto„nio jus Lucenburgicum, Brunſvici actio interierat, quod cum is poſtea, (infeliciter arma ex„pertus,) ejusque filiæ didiciſſent, mediocri pecuniæ contenti ſummis, Bono actionem iterum „vendiderant. Altera Imp. Alberti Auſtriaci filia, nomine quoque Elifabetha, nupſit Caſimiro, „Polonorum Regi, qui actionem, quam in ditionem Luzenburgenſem allegare poterat, vendi„dit Carolo pugnaci, Burgundiæ Duci. Patent hæc clarius in Luzenburgica Genealogia, atque „hac ratione Luzenburgum cæteris Belgarum Provinciis, Burgundiæ Ducum indufiria, virtu„teque, fuit junctum. Luzenburgii igitur, qui contra Elizabetham conjurarant, acceptis a Gvi„lielmo, Brunſvici Duce, octingentis equitibus, adverſæ factionis provinciales vexabant. Mife„rat Elizabetha petitum auxilium ad Imperatorem ac plerosque Imperii Principes. Sed cum „major pars Brunſvicano affinitatis ac conſanguinitatis cauſa faveret, nil præter vana obtinue„rat promiſſa. At Bonus, non tam in Elizabetham amitam, quam ſe ejus legitimum heredem „conjurari judicans, armis jus defendere ſtatuit, eo magis, quod Imp. Wenceslaus, pecuniæ „ſemper indigus, cum (quod ad Elizabethæ dotem attinet,) ſolvendo non fuiſſet, cum patruo „Antonio pepigerat, ſi nulli ex ſe ac Eliſabetha creti forent liberi, Ducatus tum Lucenburgen„ſis hereditatem adirent proximi ſui, non Elizabethæ heredes, renunciaratque hanc ob cauſam „Antonius Burgundus non ſolum ſummæ centum viginti millium aureorum florenorum, do„tis ſibi cauſa promiſſorum, ſed inſuper Wenceslao numerarat centum millia Bremenſium flo„renorum, excepta pecunia, quam dicta Elizabetha a Bono hac quoque de cauſa acceperat. „Legatos itaque Burgundus Luzenburgum ac ad oppidum Villa Theodonis (Dietenhovam ap„pellant,) mittit, juſſum Principi ſuæ Eliſabethæ pareant, niſi ſe, ejus legitimum heredem, ju„ſtis viribus auxilio & venire malint. Cum verbis pervicaces animos nil moveri intelleciſſet, „Comiti Eſtampio perſcribit, quam poſſit, maximas Arteſorum Picardorumque equitum ma„nus cogat. Præmittit in agrum Luzelburgenſem Simonem Lalanum cum quadringentis equi„tibus, qui, Comiti Vuarneburgio, Saluccio, Torrio ac plerisque aliis, qui Eliſabethæ parebant, „conjunctus, hoſtes fatigat, pauloque poſt Bonus, juſto cum exercitu ſubſecutus, Juoiam, Lala„nus vero Harlonium obſidet, cæteri Villacium expugnant, unde Jacobus Bellemontius imma„ni animo prædas agebat. Dum Bonus Juoiam premit, Cornelius, nothorum ejus filiorum na„tu maximus, junctus Comiti Eſtampio, Luzenburgum, Ducatus urbem primariam, obſcura „nocte occupat, tanto cum ſilentio ſcalis milites in urbem tranſcendentes, ut, paucis interfe„ctis, cives ferme omnes per adverſam portam Villam Theodonis fugerent, Saxonicumque „præſidium tumultus cauſam non intelligeret, quam circa forum gallica lingua urbem captam „clamari audiviſſet, quare, nullo accepto detrimento, facile cum Præfecto Comite Cliceano in

Ex hac proſapia non tantum Comites & Duces Montium, ſed etiam Lutzenburgici Principes originem ſuam trahunt hoc modo:

Henricus I. Dux Limburgius, Lotharingiæ & Brabantiæ gubernator, ex Jutta uxore Henricum II. ſuſtulit.

Henricus II. & Adela de Arlon Walramum Paganum reliquerunt.

Walramus Paganus, Dux Lotharingiæ & Limburgi, præter filiam Margaretham, Godefridi III. Brabantini conjugem, filios binos habuit, Henricum III. Limburgi Ducem, & Walramum, Comitem de Arlon: qui ducta Irmeſinde Namurcenſi, vidua Bærenſi, pater fuit Henrici Lutzenburgici, & is cum Beatrice Hannonia viciſſim Henrici VII. Imperatoris. Ab hoc Johannes, Bohemiæ Rex, & ab illo Carolus IV. Imp. author aureæ bullæ, ejus frater Wenceslaus, Brabantiæ Dux, & a Carolo Imp. bini iterum filii, VVenceslaus & Sigiſmundus deſcendunt: Sigiſmundus unicam tantum filiam reliquit, Iſabellam, Alberto Auſtrio nuptam.

Henricus III. Henricum IV. Limburgi Ducem, Margarethæ Montanæ copulatum, & VValramum genuit, quorum hic, poſt uxoris demum ſecundæ Irmeſindis, Comitis Namurcenſis filiæ, obitum, Dux Lutzenburgicus factus eſt. Pater Henricus, dictus ſenior, anno 1221. vita defunctus, inque Eccleſia Rhadenſi conditus.

VValramus II. Henricum V. Henricum VVaſſend. & Gerhardum Bornenſem Dynaſtas edidit, quorum hic ante patrem VValramum anno 1225. exceſſit.

Henricus V. Henricum VI. VValramum juniorem, Eliſabethæ Barrenſi ſociatum, Henricum Blondum, a quo Comites Lutzenburgici, ut jam diximus, progreſſi, Henrici Imp. avum produxerunt: Gerhardum denique & filiam, Friderico Iſenburgico deſponſatam, procreavit; A quo moderni Comites Limburgici ad Lenam, Dominique in Styrum & Bruch deſcendunt. Henricus VI. VValramum III. genuit, qui anno 1284. ex Jutta Clivia relicta filia Irmgarda, Reinholdo Geldro deſponſata, exceſſit. Hi Duces Limburgii Duisbergenſis antiqui illius Germaniæ oppidi tutores & protectores fuerunt. Nam an. 1129. Lotharius Saxo, Rom. Imp. VValramum, Ducem Limburgium, Saltui Duisburgenſi (1) integro præfecit. Henricus vero Limburgius, dictus ſenior, Advocatus ſeu Tutor Duisburgenſis appellatus eſt. Walramus vero, nominis III. cum Cunigunde conjuge, Nemoris partem, dictam Oſtenbruch, cum tribus manſis adjacentibus, hac conditione die vinculorum Petri, anno 1277. civitati largitus eſt, ut tres quotannis ſolidos in

„arcem fugit. Bonus Luzenburgum veniens, ac cives omnes, relictis fortunis, fugiſſe conſpiciens, militi pro re bene geſta urbem in prædam concedit. Cliccius, quod auxilium Brunſvico non ſubmitteretur, obſcura nocte, duobus tantum comitantibus, inſciis præſidiariis, Villam „Theodonis contendit, poſteaquam tribus hebdomadibus, expectato fruſtra auxilio, fortiter „obſidionem pertuliſſet, ac quotidianis eruptionibus non paucos interfeciſſet. Octavo die poſt „Cliccii diſceſſum, præſidiarii vitam pacti arce exeunt, virgulam albam in gratiæ ſignificationem ſinguli manu prætendentes, ac Villam Theodonis ex pacto deducti. Cornelius Burgundus, Villam Theodonis cum equitatu profectus, oppidum arcte obſidet. Cliccius in Saxonia„am de auxilio mittendo ſcribit. Sed quod Dux Guilielmus his diebus, relicto filio puero, no„mine Gvilielmo, diem obiiſſet, tutores, ex ordinum conſilio, cum Bono pacem (potentiam, „fortunamque ejus veriti,) faciunt, vendita Ducis, pupilli actione ducentis quinquaginta mil„libus taleris; ex quo tempore Burgundiæ Duces, eorumque ſucceſſores, abſolutam Luzenbur„gicæ ditionis poſſeſſionem ſunt nacti. Præficit regioni Bonus filium Cornelium juſto cum „præſidio, Eliſabethæ redituum uſufructu, collationeque honorum ac publicorum munerum „relicta, ut tamen pro hujus belli ſumptu ſingulis ſibi annis ſex aureorum millia ſolveret, pa„ctus, indeque per Namurcenſes Bruxellam ad uxorem, filiumque Carolum contendit. Ipſas horum pactorum Tabulas vide apud *Chifletium* in Alſatia Philippo IV. vindicata.

Equidem Galliæ quoque Regi, Carolo VII. Ducatus Luxenburgenſis eodem tempore a Wilhelmo, Duce Saxoniæ, venditus fuit, atque ea inter alia de cauſa Ludovicus XIV. R. G. anno 1683. illum Ducatum poſtulavit, ſententiaque Cameræ, ut vocabatur, Reunionem occupavit; ſed præterquam, quod illa venditio Procerum Luxenburgenſium conſenſu non fuerit facta; nec de pretio quoque ſoluto conſtet, Ludovicus XI. juri ſuo penitus renunciavit, juxta Tabulas apud *Chifletium* l. c. p. 51. A Burgundis autem, matrimonio Mariæ, Caroli Audacis filia, cum Maximiliano I. ad Auſtriacos Ducatus ille, ut Limburgenſis, pervenit, atque in ipſorum poteſtate hodieque manet.

(1) De quo, ut & reliquis Privilegiis, vid. ſupra *Deſcript. Civitat. Duisburg.* in *Provinc. Clivia.*

Digitized by Google

in recognitionem ipſi exſolvant. Idem civibus agros novos, vulgo das Neuland/ perpetuo poſſidendos anno 1278. feria ſexta ante feſtum Barnabæ conceſſit. Cum vero Ducibus Limburgiis anno, ut dictum eſt, 1284. extinctis Principibus Geldris, per matrimonium Irmgardis, Walrami hujus III. filiæ, accederet, Reinholdus, ejus maritus, Comes Geldriæ octavus & ultimus, civitati Duisburgenſi anno 1287. feria 4. ante annuntiationem Mariæ, omnia ſua privilegia confirmavit.

Henrico IV. Limburgico, quia dote Provinciam Montanam acquiſivit, ita applicavit Streithagenus in Tetraſticho illi deſtinato:

Sanguine Limburgi Princeps per fœdera lecti
Montenſem tenuit cum ditione domum.
Juvit ad hoc ſanctus Præſul, qui tempore multo
Tutelam neptis geſſerat ante ſuæ.

Sed a Ducibus Limburgiis ad Adolphum Montanum, qui ex iis ortus, revertamur. Is Montium Comes, hujus nominis V. in ordine vero 8. ſub Friderico II. (1) Imp. præfuit, & abjecta roſa, quam Frider. Iſenburgius parricidio ſuo conſpurcarat, arma Limburgia Leonem coronatum inauratum, albo ſolo incedentem, in armis ſuis, & cum eo poſteri exhibuerunt. (2) Uxorem habuit Margarethan (3) Juliacam: Ex qua filios, Adolphum, Wilhelmum, Conradum & Henricum, Irmgardem denique filiam, Eberhardo Marcano nuptam, ſuſtulit.

Anno 1235. ludo Equeſtri decimo quarto, a Franconica nobilitate celebrato, cum Gerhardo Juliaco interfuit. Ejusdem & fratris Walcrami, Limburgici Ducis, in literis ſigillatis Archivi Duisburgenſis anno 1210. mentio. Idem monaſterium veteris Montis, anno 1133. a majoribus cœptum, cum fratre Waleramo adhuc magis anno 1255. expoliit, pulcherrimique templi primum lapidem 5. Non. Martii poſuit. Tandem anno 1256. in ludi Equeſtris comœdia, (4) Noveſii celebrata, ſed quæ in tragœdiam deſiit, cum Eber-

(1) Et Wilhelmo, qui eum de Comitatu Montenſi inveſtivit anno 1248. Vid. Tabulas in Cod. Dipl. No. CXLIX.

(2) Acciditſe illud, ex quo Henricus, Dux Limburgenſis, Comitatum Montenſem filio Adolpho reſignaverat, ſcribit Chron. MS. *Houſel.* Vid. quoque *Spenerum* in Hiſt. Inſign. lib. 2. c. 46. Ceterum de liberis Adolphi, rebusque ejus geſtis, idem Chron. *Adolphus*, refert, *Henrici, Ducis Limburgenſis, filius, Comes Montenſis a patre decernitur anno 1210. præfuitque annis 34. Vir pulcer, corpore & animo prudens, armorumque peritia inſignis, genuit ex filia Juliæ Comitis Gerardi, Virgine formoſiſſima, Adolphum & Wilhelmum Succeſſores, Conradum, Monaſterienſem Epiſcopum, Henricum, Dominum de Windeggen, qui ex Agnete de Marcka conjuge Adolphum genuit, Comitem poſtea Montenſem. Genuit etiam Adolphus iſte Ermgardim, Marchiæ Comitiſſam; fidei quoque zelo totus accenſus pugnavit contra hæreticos Bremenſis Eccleſiæ, Stadingos nuncupatos, Eccleſiæ ſanctæ contemptores & invaſores. Ceterum cum Fridericus de Iſemborch, nepos ex amita, avunculum ejus Engelbertum de Altena & Monte, Colonienſem Archiepiſcopum, dire trucidaſſet, ſanguinis affinitate hinc inde poſthabita, juſtitiæque clypeo arrepto, cum Colonienſi Archiepiſcopo in nepotis exterminium maximis copiis contendit, ſeveramque ultionem exercuit.*

(3) Ita quoque MS. *cit. Eſſendienſe* vero MS. N. -- ſororem Conradi de Hochſteden, Archiepiſcopi Colonienſ. ei attribuit. De liberis ejus *Levold. Northof.* Chronic. Marc. p. 391. *Everhardo*, (Comiti Marc.) *deſponſatur & traditur in matrimonium Nobiliſſima Ermgardis, filia Adolphi, Comitis de Monte, qui fuerat filius Henrici, Ducis Limborgenſis & Comitis de Monte, frater quoque Walrami, Ducis Limburgenſis. Habuitque prædicta Ermgardis fratres Adolfum, Comitem de Monte, Wilhelmum, poſtea Comitem, Conradum, qui electus fuerat in Epiſcopum Monaſterienſem, nec non Henricum, Dominum de Windecke, qui de prædicta Agneta, ſorore dicti Everhardi, Comitis de Marka, genuit Adolfum, Comitem de Monte.*

(4) Sive torneamento, quo ſimulata pugna cum Tartaris, Hungariam tunc & Poloniam vaſtantibus, in ſe invicem congreſſos, ſed tanto ardore accenſos fuiſſe, ut ex torneamento cruentiſſimum bellum ortum, & in eo Adolphus iſte cum Eberhardo, Comite Marcano, Comite Loſſenſi, & 366. militaribus tam nobilibus, quam clientibus, occiſi fuerint, idem *Chron.* memorat. Meminerunt quoque pugnæ ejus, ſed absque ullis circumſtantiis, *Lev. Northof.* in Chron. Marc. p. 388. *Adel. Erich.* in Chron. Juliac. fol. 256.

Digitized by Google

Eberhardo Marcano, Adolphi primogenito, Comite Loſſenſi, & 36. aliis Nobilibus, oppreſſus eſt. De quo Streithagenus:

Maternas patriis terras regionibus, ævo
Fratre licet major, prætulit ipſe tamen.
Inde monaſterium, veteri de Monte vocatum,
Reſtituit, motus relligione loci.

Filiorum ejus primogenitus Adolphus, ejus nominis VI. Montium vero Comes in ordine 9. patri ſucceſſit, & ſub Conrado IV. Friderici II. filio, Imp. præfuit, qui mortuo Waleramo III. Duce Limburgico, patruo, anno 1284. etſi Reinholdus, Geldriæ Comes, ob uxorem ſuam Irmgardem, unicam Walerami filiam, ſucceſſionem quoque prætenderet, quia tamen hæc ſterilis ante patrem exceſſit, Ducatum Limburgium accepit, ſed Johanni, Brabantiæ Duci, eundem iterum vendidit. (1) Unde gravis controverſia inter Siegfridum Weſterburgium, Archiepiſc. Colon. & Adolphum hunc noſtrum, Ducemque Brabantiæ, ex una parte; ex altera vero inter Reinholdum Geldrum, gentilemque ſuum Adolphum Naſſovium, anno 1292. Francofurti Romanorum Regem renunciatum, aliosque ſuffragatores, exorta, in bellum & pugnam Woringenſem, anno 1288. initam, deſiit: Quia enim, Engelberto Falckenburgio, Archimyſta Colon. anno 1272. in carcere Wilhelmi Juliacenſis mortuo, Adolphus fratrem Conradum, Præpoſitum Colonienſem ſummi templi, favore nobilitatis & populi ſubnixum, in Archiepiſcopum promovere ſategit: Siegfridus, ejus æmulus, Respublica Colonienſis, quæ a Conrado, ob ſuppetias Conrado Hochſtedeno Epiſcopo contra ſe præſtitas, & multos eivium, in lignis ex Provincia Montana advehendis occupatos, occiſos, animo alieniori erat, favori repugnans, Romam contendit, & a Pontifice confirmationem obtinuit. Hæc litis inter Siegfridum & Adolphum noſtrum occaſio. Acceſſit Ducatus Limburgenſis ſucceſſio, in qua Reinholdo Geldro contra Adolphum, qui jus ſuum Johanni, Brabantiæ Duci, vendiderat, Epiſcopus etiam patrocinatus fuit. Cum Reinholdo itaque Geldro, ſuoque gentili Adolpho Naſſovio, itemque Waleramo Falckenburgio & Theodorico Morſano, Archipræſul Siegfridus: Cum Adolpho Montano Joannes Brabantinus, Waleramus Juliacus, Eberhardus Marcanus & Respublica Colon. ſuas copias conjungentes, & VVorringæ decertantes, victoria licet cruenta die Bonifacii, 5. Junii, anno prædicto 1288. penes Adolphum fuit. Etſi enim tres Comites Lutzenburgici, VValeramus, Joannes & Balduinus, ſibi militantes, cæde proſtrati fuerint, ille tamen Epiſcopum, Brabantinus Reinholdum Geldrum cœpere: Et ab iſto ſeptem annis in caſtro Novimontio detento, Adolphus Rodenburg/ (2) Mentben/ Aſpelrâde/ viasque inter Tuitium & Duſſeldorpium, Linepar & Muiſpar, cum multa pecuniæ ſumma, a VValramo Falckenburgio & Theodorico Morſano extorſit: Reinholdus Geldrus, ditione Limburgica cedens, pro eo Philippo Pulchro, Galliarum Rege, fidejubente, dimiſſus eſt. Tandem etiam, poſt ſeptennales carceres, Archiepiſcopus, traditis omnibus modo nominatis partibus, cuſtodia ſolutus, contra datam fidem, aſtu per ſuos, (3) in ripa Rheni ad id clam diſpoſitos, milites Adolphum iterum intercepit, nec carceribus, licet partes omnes cum pecunia tradere paratus eſſet, liberare voluit. (4) In his igitur anno 1295. defunctus, Greverædiæ tumulatus eſt. De quo Streithagenus:

Jura

(1) Qua de re & bello hinc orto vide *Excercitationem* ſupra infertam §. 12. & 13. ibique ipſum Diploma Venditionis.

(2) Quibus locis traditis Sigfridus Archiepiſcopus e cuſtodia fuit dimiſſus. *Lev. Northof.* p. 393. *Stangef.* l. 3. p. 388. MS. *Honſel.*

(3) Cum videlicet Archiepiſcopum, ut ſecurus ad ſuos rediret, Tuitium usque comitari vellet, qua de re *cit.* MS. *Tandem Siffridus Præſul, nullos percipiens redemtores, ſeſe redemit, reſignans Adolpho caſtra Waldenborch, Rodenborch, Mandine & Aſpelwide, terrasque in Rheni ripis ſitas, nuncupatas* Lvenpat & Mupspat, *petiitque ab Adolpho, ut ſuis militibus liberum & ſecurum usque Tuitium perduceret, ne in aliorum hoſtium manus deveniret; ſed in dolo & animi duplicitate. Verum Adolpho, Comite Montenſi, cum Siffrido Præſule liberato Tuitium perveniente, ab Epiſcopi gente, ibi in inſidiis locata, capitur, & in vincla usque ad diem mortis conjectus fuit contra datam fidem, quæ ſecundum leges etiam hoſti ſervanda eſt.*

(4) Sæpiusque Adolpho reſpondit: *Habere S. Petrum, quo ſuos poſſit enutrire, nec quicquam rerum ipſius indigere: velle ſe ipſum docere, quid ſit, Archiepiſcopum tenere captivum. Hamelm.*

Oper.

Digitized by Google

Jura Brabantinis Limburgia venditit auro,
Unde gravis nimium cœpit origo mali.
Mox Ubio a Mysla, quem captum incluſerat olim
In caveam, miſeram juſſus obire necem.

Adolpho hoc modo, ſine liberis ex conjuge Agnete Limburgica, Theodorici filia, aliis Spanheinia, aliis Seinenſi, relictis, extincto, ubi annis 40. præfuiſſet, frater VVilhelmus, (1) ejus nominis primus, Montium Comes in ordine decimus, ſub Alberto Auſtrio (2) Imp. factus eſt anno 1296. cujus cum Gerhardo Juliaco & Theodorico Clivio anno 1298. in diplomate ejusdem Alberti Cæſaris, Reipublicæ Duisburgenſi conceſſo, & in Archivis aſſervato, mentio. Idem fraternam captivitatem ſtrenue vindicavit. Anno 1303. certis pacis literis cum eadem Republica Duisburgenſi compoſuit. Et ubi annos 12. Montibus præfuiſſet, nec ipſe ex uxore Aldenburgica, aliis Arensbergica, prolem ſuſcitaſſet, anno 1308. in Aprili mortuus, & in veteri Monte conditus, Comitatum fratri Henrico, VVindeccix Domino, (3) reliquit, qui Comitum ejus nominis primus, in ordine vero 11. ſub Henrico VII. Lutzenburg. Imp. factus. Solus ex Agnete Marcana, Engelberti filia, Adolphum ſucceſſorem & hæredem reliquit. Obiit anno 1310. De VVilhelmo ita Streithagenus:

Fraterni vindex caſus, ſed viribus impar
Affectum vana teſtificatus ope eſt.
Poſtremo moriens ulla ſine prole, reliquit
Windecio hæredem de genitore ſatum.

Adolphus, ejus nominis ſeptimus, Montium vero Comes in ordine 12. anno 1308. patruo VVilhelmo, ſub Imperio Ludovici Bavari & Caroli IV. Cæſarum, ſurrogatus, anno 1312. feria 6. poſt Paſchatis ſolennitatem, Agnetem, Theodorici VIII. Clivorum Comitis 24. & Margarethæ Habsburgicæ filiam, uxorem duxit, & cum ea urbis Duisburgenſis pignus in dotem accepit. Ex ea vero Adolphum & VVilhelmum filios, cum filia Margaretha, Ottoni, Comiti Ravensburgico, deſponſata, genuit.

Anno 1322. Mullenheimio privilegia oppidanorum cum jure muniendi ſe dedit, reclamante Siegfrido VVeſterburgio, Archiepiſcopo Colon. qui tandem etiam eum, ut duo ad Rhenum propugnacula, quorum unum Mullenheimii, Menheimii, alterum in Mon-

Oper. Genealog. Hiſt. p. 516. *Cent. Magdeb.* Cent. XIII. cap. 10. col. 1050. Inſuper *Adolphum Comitem nudatum in cavea ferrea poni feciſſe extra arcem, atque melle deliniri, quatenus ab apibus & veſpis cruciaretur*, refert MS. *Honſeler.* & *Chron. Col.* apud *Hamelm.* p. 499.

(1) De quo MS. *Honſel. Wilhelmus*, ſcribit, *mortuo fratre Adolpho ſine liberis, Comes decretus eſt Montium anno 1296. præfuit annis 12. Verum ex filia Comitis de Arensborch nullas ſuſcitavit proles. Tempore autem, quo Otto de Rittberg, Monaſterienſis Epiſcopus, per Papam & Capitulum propter mores reprobos, bonorumque Eccleſiaſticorum dilapidationem, depoſitus eſſet, Conradus de Monte, ipſius Germanus, ſollicitatione Comitum de Clivis & Marca juſtis ſubrogatur ſuffragiis, qui & ob præclaras animi corporisque dotes a multis in Colonienſem electus erat Præſulem, quandoquidem vocum pluralitate ſummique Pontificis ſibi noti auſpiciis eam obtinuit benedictionem.* Obiit Wilhelmus an. 1308. conditor collegii Canonicorum Duſſeldorpii. *Stange ſol.* lib. 3. p. 400. Quod ad Conradum Epiſcopum attinet, quatuor annis, ſed non ſatis bene Epiſcopatum geſſiſſe, & a Clemente V. propterea electionem reſciſſam fuiſſe, refert *Cranzius* in Metropol. lib. 9. c. 22. Vid. quoque de ipſo *Chron. Epiſcop. Ofnabr.* T. 2. *Meib.* p. 223.

(2) Imo potius ſub Rudolpho I. qui eum anno 1267. de Comitatu Montenſi inveſtivit. Vid. Tab. in Cod. Diplom. No. CL.

(3) *Lev. Northof.* ejus filium Adolphum Wilhelmo patruo ſtatim ſucceſſiſſe refert p. 397. ubi, *Anno*, inquit, *Domini 1308. menſe Aprili Wilhelmus, Comes de Monte, moritur, & in veteri Monte ſepelitur, cui Adolphus, ex fratre Henrico de VVindegge nepos, ſuccedit.* Neque etiam MS. *Chron. Honſel.* inter Comites Montium Henrici illius meminit, forte, quod brevi temporis ſpatio, quo Comitatui præfuit, nihil memorabile geſſerit. In ordine enim Comitum Montium eum quoque ponit MS. *Chronic. Eſſendienſe.* Ceterum Henricum hunc Windeccenſem in controverſia de Ducatu Limburgenſi & prælio Woringenſi ſocium fuiſſe Johannis, Ducis Brabantiæ, refert *M. Chron. Belg.* p. 267. obiiſſe vero 1310. *Lev. Northof.* p. 397. confirmat.

Digitized by Google

tibus ſuis ſtruxerat, dejiceret, coëgit. (1) Anno 1325. feſto Remigii Lennepiam privilegiis ſuis inſtruxit.

Idem Ludovici Bavari Imp. partes contra Fridericum Auſtriacum (2) ſovit, eandemque ob cauſam Henrico VVerneburgio VVeſterburgii, in Archiepiſcopatu Colon. ſucceſſori, damna multa intulit. (3)

Cum eodem Ludovico Imp. aliisque Germaniæ Principibus, anno 1326. Romam profectus, militiæ Equeſtris inſignia accepit. (4) Eduardo etiam III. Angliæ Regi, contra Galliarum Regem Philippum militavit.

Anno 1328. Adolpho Marcano, Epiſcopo Leodienſi, cum fratre ipſius Engelberto, Marcæ VVeſtphalicæ Comite, & Reinholdo, ejus nominis II. Geldriæ Comite, contra rebelles cives (5) adſuit.

Ab eo Theodoricus, nominis IX. Clivorum Comes penultimus, an. 1334. caſtrum & dominium Holtenſe, ſibi oppignoratum, ære redemit. (6)

Anno 1336. cereviſiarum fermentum, quod vulgo Gruitam vocant, civibus Duisbergenſibus pro certa pecunia conceſſit.

Anno 1337. ludo Equeſtri Rhenenſi interfuit.

Anno 1343. cum VVilhelmo I. Juliaci Marchione & Duce, pacem inter VValeranum, fratrem ejus, Archiep. Colon. & Adolphum Marcanum (7) conſtituit.

Filios, ut diximus, binos habuit, Adolphum & VVilhelmum, ſed cum patri obſtreperent, ipſoque adhuc vivo, ſed capto, regimen ambirent, vindicta divina eos proſequente, neque hæredes reliquerunt, neque eidem ſupervixerunt, ideoque nec in catalogo Principum Montenſium memorandi. Tertia vero Margaretha, Ottoni, Comiti Ravensburgico, copulata, patri, anno 1348. poſt 40. annorum imperium defuncto, & in vetere Monte inhumato, ſucceſſit. De Adolpho ita Streithagenus:

Pacis amans partes diſcordes fœdere junxit,
Et placida monuit conditione frui.
Attamen & ſobolis geminæ, ceu patruus, orbus,
Affini liquit debita jura ſuo.

Otto Ravensburgicus, (8) Montium Comes in ordine 13. ex Margaretha Montana iterum filiam Margaretham reliquit, Gerhardo, (9) VVilhelmi I. Juliæ Marchionis & Ducis,

(1) Ut quoque refert *M. Chron. Belgic.* p. 267. *Idem Siffridus Archi-Epiſcopus, continuo bellis vicinorum Eccleſiæ pulſatus, duabus vicibus ducens exercitum adverſus Adolphum, Comitem de Monte, tandem veniens cum ipſo ad concordiam, compulit Comitem demoliri duas turres, quas ad fortalitia contra Eccleſiam munierat, ſcil. in Mælenheym & in Munheym.*

(2) Ut Principes & Civitates circa Rhenum inferiorem omnes, dum in Germania ſuperiori adhærerent Friderico. *Alb. Argent.* ad an. 1313. *Nicol. Schaten.* A. P. T. II. ad an. 1314.

(3) Quod adhæreret Friderico, eumque Bonnæ coronaſſet. *M. Chron. Belgic.* p. 288. 290. & 292. *Schaten.* l. c.

(4) Una cum Reynoldo Geldriæ, Theodorico Cliviæ, Wilhelmo Juliæ Comitibus. MS. *Honſel.*

(5) Vide de his turbis *Lev. Northof.* p. 398. 399.

(6) Vide ſupra *Oppida* Cliviæ in *Hiſt. Cliv.*

(7) Bellum hoc moverat Comes Arensbergicus, cui Adolphus adhæſit. Arbitrio tandem Ducis Brabantiæ, & Comitis præcipue Hollandiæ, pax facta ea conditione, ut Adolphus pecuniæ ſummam pro captivis acciperet. Vid. *Lev. Northof.* p. 403. *M. Chron. Belgic.* p. 296. 297.

(8) De quo vid. *Hiſt. Comit. Ravensb.* infra *Membr. V.*

(9) *M. Chron. Belgicum* circa hujus Margarethæ parentes, ejusque & Gerhardi proſapiam, multos committit errores. Ita enim illud pag. 311. *Porro Gerhardus, VVilhelmi Marchionis primogenitus, unicam habuit filiam, nomine Margaretham, uxorem Adolphi, fui nominis Quinti, Comitis Montenſis, Domini de Ravensborg, ex qua genuit VVilhelmum & Margaretham, Adolpho primo, Comiti Clivenſi & de Marka, nuptam; VVilhelmus autem, Gerhardi frater, primus Dux Montenſis ex Comite factus, habuit filios tres, Adolphum, Conradum gibboſum Epiſcopum & VVilhelmum. Adolphus Dux VVilhelmo, patri ſuo, in Ducatu Montenſi ſucceſſit, & moriens prolem nullam reliquit. Conradus gibboſus fuit Epiſcopus. VVilhelmus electus Colonienſis, abrenuncians Eccleſiæ, eſt factus Comes Ravensbergæ, neptim Theodorici, Archiepiſcopi Colonienſ. accepit uxorem, flexus, ut æſtimatur, muneribus, & genuit ex eadem Archiepiſcopi nepte Gerardum, qui Adolpho, patruo ſuo, in utroque Ducatu, ſcilicet Montenſi & Ju-*

Digitized by Google

cis, filio primogenito, ſociatam, qui Montium Comes hoc auſpicato conjugio factus 14. & ultimus, utrumque Comitatum, tum Montanum, tum Ravensburgicum, (1) Juliacæ Provinciæ conjunxit. Ex conjuge vero Wilhelmum ſucceſſorem, primum Montium Ducem, & Margaretham, Adolpho Marcano Clivio an. 1364. copulatam, genuit.

A filio Wilhelmo vindice Dei manu (2) iterum captus eſt, & dimiſſus, in duello cum Arnholdo, Blanckenheimio Comite, anno 1360. ut liber memorialis veteris Montis habet, occubuit. In haſtiludio enim Sleidano, juxta Trutheimium, ſeſe mutuo impetentes, dum neuter ſatis cavet, ambo alterius lancea ſimul confixi ſunt: Gerhardus inde veteris Montis monaſterium traductus, ibidem tumulatus eſt; & ad ipſius latus uxor Margaretha Montana & Ravensburgia an. 1389. defuncta. De Ottone ita Streithagenus:

Otto Ravensburgi caſtris Montenſia junxit,
Perpetuo deinceps aſſociata jugo.
Quæ mox Juliacus poſſedit origine Princeps,
Tamque cui genero fata regenda darent.

De Gerhardo vero Julio ſic:

Conjugis accepit faſces pro dote vacantes
In ſpem, quæ generis ſola ſuperſtes erat.
Felix in medio proritans fata duello,
Vulneribus caderet debilis ante diem.

Sectio Secunda,
De Montium Ducibus ſeptem.

Enarratis Comitibus Montium quatuordecim, Duces eorundem ſeptem ſuccedunt: quorum primus Wilhelmus, Gerhardi filius, dictus de Julia, Montium Dux, Ravensburgi Comes, Blanckenbergæ Dominus, ſub Carolo IV. Wenceslao, ejus filio, & Roberto Palatino, Bavariæ Duce, Impp. anno 1360. patri mortuo ſucceſſit; A Wenceslao vero Cæſare Imp. Ducibus an. demum 1389. (3) annumeratus, annis 48. ſumma cum laude Montibus præfuit. Julia enim Wilhelmo patruo, quia ante avum Wilhelmum pater Gerhardus obierat, ſola relicta eſt. Uxorem habuit Annam, Roberti Palatini, Bavariæ Ducis, &

Juliacenſi, ſucceſſit. Aſt vero nec Margaretha, Gerhardi uxor, Adolphi, ſed Ottonis, Com. Ravensberg. filia, neptis autem Margarethæ Montanæ; nec VVilhelmus primus, Dux Montium, Gerhardi frater, ſed filius fuit; neque hic Conradum, ſed Robertum, Epiſcopum Paderbornenſem, inter ceteros filium habuit, ut certa Annalium fide conſtat.

(1) In priori poſt obitum Adolphi an. 1348. in poſteriori mortuo Bernhardo an. 1346. ſucceſſit. Inter res ejus geſtas MS. *Chron. Honſel.* commemorat, quod fratri Duci Juliacenſi opem præſtiterit in bello cum VVenceslao, Duce Lucemburgenſi, de quo ſupra in *Annal. Juliac.* ſub *VVilhel. II. Duce Juliac.* atque ipſi fratri arma intulerit, cum partem prædæ atque captivorum is negaret; ab Arnoldo, Blanckenheimio Comite, apud Sleydam tandem occiſus 1361.

(2) Quod ipſe & frater VVilhelmus patrem, criminis cujusdam falſo accuſatum, in cuſtodiam dediſſent. MS. *sit.*

(3) *Hermannus* de *Lerbecke* in Chron. Schauenb. p. 519. T. I. *Meib.* anno 1378. quo Wenceslaus Aquisgrani coronatus fuit, id factum memorat, atque *In diebus illis*, inquit, *Carolus quartus filium ſuum Wenceslaum Aquisgrani Regem Romanorum fecit, & Wilhelmus, Comes de Monte, Ducatus dignitatem & faſtigium aſcendit.* Ita quoque facit *Erdw. Ertmann.* in Chron. Epiſc. Oſnab. p. 237. ap. *Meibom.* T. II. *Et ibidem* (nempe anno 1378.) *Wilhelmus, Comes de Monte, mutato titulo Comitatus, de Comitatu Ducatum erigit, & ab eodem Ducatu ſic erecto meruit inveſtiri: unde a modo Dux Montenſis eſt appellatus. Gobelin. Perſon.* Ætat. VI. c. 70. cum Wenceslaus Aquisgrani coronaretur, id accidiſſe meminit. *Schaten.* A. P. T. II. p. 409. ad ann. 1380. refert, atque *eo*, inquit, *in congreſſu Principum VVilhelmus, Montium & Ravenbergenſis apud nos Comes, in ordinem Principum a Ducum provectus eſt a VVenceslao Rege, & aſſenſu Electorum ac Principum, eaque dignitas illi ac Succeſſoribus magnifico Diplomate, quod inter Gelenii monumenta reperitur, 9. Calend. Julii confirmata eſt.* Fides itaque major habenda *Schatenio*, quod ipſum Diploma ille inſpexerit, atque Carolo IV. potius illa Dignitas accepta eſſet ferenda, ſi anno 1378. Wilhelmus illa fuiſſet ornatus. Autor noſter MS. *Chron. Honſeler.* fuit ſecutus, in quo vero, amanuenſis forte errore, loco 1380. 1389. ſcriptum eſt. Optandum vero, *Schatenium* ipſum Diploma retuliſſe, ex quo omne dubium tolli poſſet.

Digitized by Google

& poſtea Romanorum Auguſti, filiam. (1) Ex hac Gerhardum, in juventute defunctum, Adolphum ſucceſſorem, Robertum & Wilhelmum, filios, & filiam Margaretham, anno 1379. Ottoni, Duci Brunſwicenſi, copulatam, genuit.

Ex filiis Robertus, poſt Simonem II. Comitem Sternbergium, anno 1389. in obſidione caſtri Brobeccenſis ſagitta transfixum, (2) in Epiſcopum Paderbornenſem (3) electus, poſt præſulatum quinque annis laudabiliter (4) adminiſtratum, in obſidione arcis Padbergenſis peſte anno 1394. extinctus ſuit.

Hunc Crantzius (5) lib. 10. Metropolis cap. 39. juvenem appellat, imberbem quidem, ſed ſupra canitiem ſenum prudentem & ingenioſum, magnanimum, juſtum, Dei timentem, & in pauperes liberalem, tantæque virtutis, ut brevi ejus rumor diffuſus, timorem ingeſſerit latronibus raptoribusve: Et omnes non ſolum Weſtphaliæ, ſed etiam totius Saxoniæ Principes, Comites, Barones in eum reſpexerunt. (6)

Ipſi defuncto primum quinque annis Joannes Hoyæus, (7) deinde frater Wilhelmus, unanimi capituli Cathedralis voto anno ætatis 18. Chriſti 1399. nominatus, ſucceſſit: qui tamen non hac tantum Epiſcopali Paderbornenſi, ſed Archiepiſcopali quoque Colonienſi, ad quam multorum ſuffragiis (8) quoque evehendus erat, dignitatibus, partim abdicatis, (9) partim relictis, poſt annos 14. Annam, Nicolai, Comitis Tecklenburgici, & Annæ Mörſenſis filiam, Theodorici, Archiepiſcopi Colon. neptem, egregiam puellam, duxit: nuptiis in arce Arnsbergenſi, avunculo Archipræſule Colon. præſente, ſumma lætitia ac celebritate anno 1415. peractis. Ex quo conjugio Gerhardus, patrui ſui Adolphi anno 1437. ſucceſſor, natus eſt: de quo poſtea.

Ad res geſtas vero Wilhelmi, de quo agimus, patris & avi horum liberorum, quod attinet, is anno 1360. patri ſuccedens, ad Majorum exemplum immunitates Reipublicæ Duisburgenſi eodem anno cum matre confirmavit. Anno 1371. bello Juliacenſi, inter Wenceslaum Brabantinum & Wilhelmum II. Julium, nepotem, ut ſupra diximus, geſto, interfuit, & cum Eduardo Geldro, nepotis affine, egregiam ejus victoriam in Busweilerio campo Julio adjuvit. Ut vero nervus belli ſibi ſuppeteret neceſſarius, eodem anno Adolpho Marcano, Clivorum Comiti, pro certa pecuniæ ſumma Dynaſtiam Blanckenburgiam obligavit. Eodem anno 1371. Simonem Lippienſem, (10) ab Ottone Tecklenbur-

(1) Nullam ejus inter filias Ruperti mentionem facit *Andreas Presbyter. Akerlaken* & MS. *Honſel.* ſororem ejus appellant. Ipſe quoque Ruperti Wilhelmum non generum, ſed affinem ſuum appellat in Tabulis inveſtituræ ejus, quas vid. infra in Cod. Diplom. No. CLI.

(2) In quo familia Burggrafiorum Strombergenſium, Johanne quoque, Ottonis agnato, paulo ante mortuo, extincta fuit, atque Burggrafiatus Burchardo, turbatori pacis publicæ, a Florentio, Monaſterienſi Epiſcopo, ademtus, Caroli IV. conſenſu accedente, Epiſcopatui Monaſterienſi fuit adjectus, qua de re vid. *Hamelm.* Oper. Geneal. Hiſtor. pag. 531. 699. & in *Chron. Oldenb.* p. 152. *Nicol. Schaten.* A. P. T. II. p. 397. 398. 407. *Erdw. Ertmann.* in Chron. Osnabr. p. 235. ap. *Meib.*

(3) Cum jam ante 1387. a majori ſuffragiorum parte Epiſcopus Paſſavienſis electus, atque a Pontifice approbatus eſſet, quem tamen Epiſcopatum non adiit, quod nonnulli Canonici, qui Gregorium Hohenloënſem elegerant, turbas excitaverint, partes eorum fovente Alberto Imperatore. *Schaten.* p. 432.

(4) Vide de ejus laudabili regimine *Gobel. Perſ.* l. cit. c. 81. *Schaten.* A. P. T. II. integro libro 14.

(5) Verbis *Gobelin. Perſon.* Ætat. 6. c. 83.

(6) Ejus præcipue autoritate commoti, ut fœdera pacis publicæ cauſa inierint. *Schaten.* p. 443.

(7) Poſt cujus obitum Pontifex Bertrandum Italum, Epiſcopum Paderbornenſem conſtituerat, quo vero poſthabito, &, cum turbas excitaret, in carcerem conjecto, Canonici Wilhelmum, Ruperti fratrem, elegerunt. *Schaten.* lib. 15.

(8) Vide hac de re *M. Chron. Belgic.* p. 357. 358. 359.

(9) Cum nondum conſecratus eſſet ad Sacerdotium. *Gobelin. Perſon.* Ætat. 6. p. 337. *Meib.* T. 1. *Chron. Ornabr.* ap. eundem T. II. p. 242. *Theod. Niem.* T. I. p. 38. Vid quoque Not. ſub *Johanne, Comite Clivenſi.*

(10) Controverſia orta inter Comitem Tecklenburgenſem & Lippienſem circa Dynaſtiam Rhedanam, prior Wilhelmum Montium in auxilium vocavit; captoque Simone, Lippienſi Comite, Engelbertus, Comes Marcanus, ſeſe interpoſuit, atque bellum iſtud his conditionibus compoſuit, ut Simon filiam ſuam Tecklenburgico in matrimonium, atque Dynaſtiam Rhedanam

Digitized by Google

burgico adjutus, poſt multa utrinque damna in Comitatu Ravensburgico data & accepta, cœpit. Anno ſeq. 1372. Theodoricus Marcanus, adminiſtrator Oſnabrugenſis, eum contra Florentium Wevelinchoſium, Epiſcopum Monaſterienſem, Caſtrenſes, arcis Ravensburgicæ ditionem ipſius hoſtiliter ingreſſos, Versmeldium usque perſequentem, adjuvit. (1) Eodem anno prope Tremoniam captus, armis ſuorum & numeratis 400. Scutatis dimiſſus eſt. Anno 1393. cum civitate Duisburgenſi de quibusdam gravaminibus tranſegit.

Anno 1397. ob telonium Cæſarinſulanum (2) cum Adolpho I. Clivorum Duce, affine, bellum geſſit: Et Reinholdi, Juliæ & Geldriæ Ducis, nepotis, Joannis Loſſenſis & Heinsbergii, Simonis Salmenſis, Novarienſis, & Seynenſis Comitum, Helpenſteinii, Rieferſcheidii & Weſterburgii Dynaſtarum, ſuppetiis ſubnixus, Saltum Clivenſem (vulgo Cleverhamm) ingreſſus, & cum Adolpho, fratreque ejus Theodorico, & Friderico Morſano, hujusque tribus fratribus, Dominoque Alpenſi congreſſus, pugnam, ſorore ſua Margaretha, matre Adolphi, in turri cygnea inſpectante, iniit, ſed 7. Junii cum aſſeclis ſuperatus & captus, ille quidem victori telonium Cæſarinſulanum, ejusque ſubditorum in omnibus Montenſibus teloniis immunitatem, Linzium etiam & Regiomagum: Reinholdus Julius & Geldrus oppidi Embricenſis, inſularumque adjacentium, Limerſiæ item atque Hetteriæ dominium, Joannes Heinsbergius Gennepæ medietatem, Simon Salmenſis Ravenſteinium cedere coacti ſunt. Cum vero in hoc bello præterea Adolphi frater, Theodoricus Marcanus in Provincia Montana graſſaretur, ibique ante Erverfeldiæ obſidionem a milite Saxonico ictus, 14. Martii anno 1398. occubuiſſet, filius Wilhelmi Adolphus viciſſim Comitatum Marcanum ingreſſus, omnia in eo depopulatus eſt.

Anno 1400. Neoburgium & Leobergium caſtra, a Johanne, Comite Loſſenſe & Heinsbergio, occupata, recuperavit, Montibusque ſuis iterum vindicavit.

Opera ejus Eccleſiaſtica ſunt, quod anno 1392. collegium Canonicorum Duſſeldorpii inſtituit. Turres etiam (3) S. Severini & SS. Apoſtolorum ſtruxit. Anno 1394. Collegium S. Martini Coloniæ benevolus ab eodem ſeamen S. crucis, anno 1393. ſibi a Brunone Epiſcopo, fratre Ottonis Magni Imp. datum, obtinuit.

Tandem a filio Adolpho, diuturnioris ejus regiminis pertæſo, in caſtro Novimontio anno 1403. cuſtodiæ traditus, (4) ab hac anno 1404. filio a ſocero Roberto Imp. rogatu

danam in dotem ipſi daret, inſuperque 8000. Marcarum puri argenti lytri loco ſolveret, quam pecuniæ ſummam ab Engelberto mutuo accepit, oppignorata ei dimidia parte Civitatis Lipſtadienſis. *Nic. Schaten.* p. 385. *Erdw. Ertmann.* in Chron. Osnabrug. ad ann. 1373. & ſupra *deſcript. Civ. Marc.*

(1) De bello hoc *Erdw. Ertmann.* ap. *Meibom.* T. II. p. 231. *Circa hæc*, inquit, *tempora Dominus Reverendus Florentius de Wevelinchoven, Epiſcopus Monaſterienſis, qui Caſtellanos in Rovenberga, & eorum complices in feſto Pentecoſtes, dum Dioceſin Monaſterienſem hoſtiliter invaſerunt, multaque damna intulerunt, inſequens usque in Verimelle, vicit & exactionavit*, (rectius *exactionavit*, id eſt, ſub corona vendidit.) *Sed Dominus Theodoricus de Marca, noſter Vicarius, quorſum ex captivis famulos ſuos fere aſſeruit, offerens, eos adſtandum juri, requirens Epiſcopum Monaſterienſem, ut eosdem relaxaret: ad cujus recuſationem, ac forte ob alias cauſas, idem Dominus Theodoricus Epiſcopum Florentium diffidavit, & in diverſis partibus Monaſterienſibus magna intulit damna. Tandem fuerunt Guerræ hinc inde per amicos pacificatæ.*

(2) Vide ſupra Not. in *Hiſt. Cliv.* ſub *Adolpho, & Schaten.* pag. 455.

(3) Qua de re MS. Chron. Honſeler. *Anno 1390. Clivenſibus ſubſidia tulit adverſus Mærſenſes & Fridericum, Colonienſem Archiepiſcopum, concordia itaque cum Colonienſi Epiſcopo inita, turrim Eccleſiæ Sancti Severini hodie extantem proprio fundavit ære, quam tamen Adolphus filius ad ſummum usque perduxit.*

(4) Qua de re MS. Chron. Honſel. *Ultima*, ſcribit, *Wilhelmo prælia cum filio Adolpho emerſere. Anno enim Domini 1403. Adolphus, naturæ Legumque regulis poſthabitis, Genitorem ſuum Wilhelmum cepit, atque in arce Nyenberch recludens, terram ferme totam occupavit, parentibus ſeclusit. Verum Henricus de Are miles, Adolphi, Comitis de Ravensburch, emulus, Wilhelmum clanculo liberatum ad Fridericum de Zarwerden, Colonienſ. Archi-Præſulem, in Zans perduxit, a quo comiter exceptus & reconſiliatus, Coloniam perductus; Interea Anna de Bavaria, Wilhelmi uxor, ad fratrem Rupertum Imperatorem confugiens, injurias, damnaque &*

Digitized by Google

gatu conjugis, filiæ ejusdem, Annæ, proſcripto, liberatus ab Henrico ab Are, filio Comitis Ravensburgii, æmulo, Zonſam ad Fridericum Saerwerdanum, Archiepiſcopum Colon. abductus eſt, donec anno 1408. mortuus, & in Monte veteri conditus, Montium & Comitatus Montis corvini imperium Adolpho tradidit. De quo Streithagenus:

Egregios ſupra natales ſanguinis alti
Cæſarea voce eſt auctus honore Ducis.
Quid tamen? Ingrati eſt expertus crimina nati,
Et nocuit vitam continuaſſe ſeni.

Adolphus, ſecundus Montium, & poſt mortem Reinholdi, ejus nominis tertii, Juliæ ac Geldriæ Ducis, anno 1423. defuncti, quintus Juliæ, & ſextus Geldriæ Dux, Comes Ravensburgicus, & ob uxorem Pontis Martini Marchio, ſub Impp. Roberto Palatino & Sigiſmundo, VVenceslai fratre, præfuit. Uxorem duxit Jolandam, (1) Roberti, Ducis Barrenſis, filiam, ex qua Robertum unigenitum ſuſcepit, ante patrem anno 1434. mortuum; mater vero ipſum anno 1421. præceſſit, Duſſeldorpii humata: Poſt cujus fata Eliſabetham, Erneſti, Bavariæ Monachii Ducis, filiam, ſuperinduxiſſe quidam ſcribunt.

Juvenis & cœlebs caſtra, quæ parens in captivitate Adolpho, Duci Clivio, conceſſerat, anno 1400. inprimis Lewenburgium, in quod Johannes Loſſenſis jus prætendebat, recuperavit. Eodem anno 1400. jus præfecturæ Siegebergenſis acquiſivit. Poſtremo 1403. patrem, diuturnioris imperii illius pertæſus, ipſe ad hoc anhelans, cuſtodiæ tradidit, (2) ſed ab avo materno, Roberto Palatino Cæſare proſcriptus, illum quoque, Adolpho, Duce Clivio, aſſerente, libertati reſtituit: Cum pater Comitatum Ravensburgium, quem diu antea a patre gubernandum acceperat, etiam Provinciæ Montanæ illam partem, quæ cis Viperam eſt, conſequeretur, donec in integris Montibus regundis eidem anno 1408. ſuccederet.

Anno 1414. defuncto Friderico Saerwerdano, Archiepiſcopo Colon. quod frater Wilhelmus, jam tum Epiſcopus Paderbornenſis, fratris Roberti poſt Joannem Hoyæum anno 1399. ſucceſſor, in Archiepiſcopum Col. a quibusdam (3) electus eſſet, hunc in conſequenda dignitate adjuvit. Quia vero Theodoricus Morſanus, Friderici mortui nepos, favore Johannis XX. (4) Papæ, Archipræſulatum adeptus, pro aſſerenda ſibi inſula Provinciam Montanam cum civibus Colonienſibus ingreſſus, bellum ipſi movebat, & patriam vaſtabat; contra hunc cum Gerhardo Clivio nepote profectus, Tuitium evertit, & transmiſſo Rheno in Ubiis ſimiliter omnia depopulatus eſt, donec ex compoſitione Sigiſmundi Imp. Archiepiſcoparu Theodorico Morſano relicto, Wilhelmus frater Annam Teckleburgenſem, ſacris ordinibus relictis, (5) anno 1411. duceret, Theodorici neptem: ipſe in diœceſi Colon. ultra Rhenum Vicarius conſtitueretur.

Anno 1418. Gerhardum Marcanum nepotem accuſavit, ſed anno 1426. Adolphum viciſſim Gerhardus, Commiſſariis Ludovico Bavaro, Palatino Rheni, & Reinholdo, Juliæ & Geldriæ Duce, impetratis.

Poſtmodum in Adolphi hujus, Montium Ducis, gubernacula ſucceſſiones, Barrenſis ob uxorem; Julia & Geldrica ob patrem debitæ, inciderunt.

Ob ſucceſſionem Barrenſem primo in terram hanc anno 1417. profectus, (6) commea-

coutumelias, a filio Adolpho Comite illatas & ſibi & marito, indicavit, quare extemplo Imperiali banno notatus eſt, & a Papa excommunicatus, tandem moderatione Friderici Epiſcopi & Adolphi, Clivenſis Comitis, concordati ſunt pater & filius, ſic, quod Wilhelmus retineret ad vitam ejus & conjugis Montenſem a Wipera flumine usque Rhenum, alteram vero partem cum Comitatu Revensborgenſi Adolphus poſſideret. Vide quoque *Schaten.* p. 476. *Hamelmann.* Oper. Geneal. Hiſt. p. 502. 503. *Gobel. Perſ.* ad ann. 1404. *Pontan.* p. 365.

(1) *Mariam* vocat *Pontanus* in Tab. Geneal. p. 445. Hiſt. Geldr.

(2) Vid. Not. præced.

(3) Vid. Not. ad p. 446. voc. *multorum ſuffragiis, & Schaten.* p. 413.

(4) Et Sigismundi Imperatoris, ut & Johannis, Archiepiſcopi Moguntinenſis, *Schaten.* l. c. redactis jam in ſuam poteſtatem Theſauro, Clinodiis, & multis caſtris Eccleſiæ, Wilhelmo interim ad concilium Conſtantienſe provocante. *M. Chron. Belg.* p. 359.

(5) Vid. Not. ad p. 446.

(6) De qua, ut & altera expeditione in Ducatum Barrenſem, MS. Chron. Honſel. *Adolphus*, re-

Digitized by Google

Digitized by Google

ad pag. 449.

TAB. XII. GENEALOGICA

COMITUM ET DUCUM JULIACENSIUM,

atque ex his ortorum

GELRIÆ, MONTIUM, CLIVIÆQUE PRINCIPUM.

GERHARDUS I.

WILHELMUS I.

GERHARDUS II. *Wazo.*

WILHELMUS II.

GERHARDUS III.

WILHELMUS III. ALEXANDER, Episc. Leod.

GERHARDUS IV. *Wilhelmus.*

WILHELMUS IV. *Gerhardus.*

WILHELMUS. V. *Walramus.*

WILHELMUS VI. Aquisgrani cum patre occisus.

WALERAMUS. WILHELM. VII. *Bello-Clericus.*

Gerhardus, Ux. *Elisabet.* Cliv.

OTTO, C. Ravensb. Ux. *Margaretha*, Heres Com. Montium.

MARGARETHA, Heres Comit. Montium & Ravensb.

Gerhardus, C. Montium & Ravensb.

WILHELMUS VIII. f. I. Dux Juliac. *Walramus*, Episc. Col. *Godefridus.*

WILHELMUS II. D. Juliacens. Ux. *Maria* Geldr.

Philippa, Ux. *Godefridi*, Com. Lonens. D. in Heinsberg.

WILHELMUS I. D. Mont. Com. Ravensb. Ux. *Anna*, foror Ruperti Imp.

Margarcta, Ux. *N.*

WILH. III. D. Juliac. & Geldr. *ἄπαις.*

REINOLDUS, D. Juliac. & Geldr. *ἄπαις.*

Johanna, Ux. *Ottonis*, f. Johannis de Arkel.

Johannes, C. Loonars.

Wilhelmus.

Wilhelmus, occisus improlis.

MARIA, Ux. *Johannis* Egmond.

Gerhardus, obiit puer.

ADOLPH. I. Ux. *Jolanta* Barrensis.

Robertus, Ux. *Maria*, vidua Reinoldi, D. Geldriæ, obiit Viro patra.

Robertus.

WILHELMUS, Episc. Paderborn. postea Comes Ravensb. Ux. *Anna* Teckleb.

GERHARDUS, Successor Adolphi patrui. Ux. *Sophia*, filia Bernhardi, D. Lauenburg.

Margaretha, Ux. D. Brunswic.

ARNOLDUS, D. Geldriæ. Ux. *Catharina*, filia *Adolphi*, D. Cliv.

ADOLPHUS D. Geldriæ.

CAROLUS, ultim. Dux Gelriæ famil. Egm.

Philippa, Ux. Renati, D. Lothar.

WILHELMUS, D. Juliac. Mont. & C. Ravensb. ob. 1511. Ux. 1. *N.* de Hinsberg. 2. *Sibylla*, filia *Alberti* Achillis, Elect. Brandenb.

Adolphus.

Gerhardus.

Sophia, Ux. Bernhardi, Pr. Anhalt.

Anna, Ux. C. Saarwerd.

MARIA.

JOHANNES III. D. Cliv. & C. Marc.

WILHELMUS.

Carol. Frid. JOHANNES WILHELMUS, obiit 1609. ult. D. Cliv. &c.

Maria Eleonora. *Anna.* *Magdalena.* *Sibylla.*

Digitized by Google

meatu deficiente, & milite peſte infecto, inglorius rediit. Hoc eodem anno 1417. de Mullenheimii ad Rhenum munitione cum Colonienſibus diſceptavit: Ob eandem anno inſeq. 1418. cum Theodorico Morſano Archiepiſcopo &c. pactus eſt: Eodemque anno 1418. cum Gerhardo Marcano; anno 1420. cum Adolpho, Clivorum Duce, convenit: & anno 1424. pignora Sintzigium & Regiomagum 34. mille Scutatis numeratis redemit. Anno 1423. ſucceſſio Juliæ & Geldriæ aperta eſt. Defuncto enim hoc anno Reinholdo, 4. Juliæ ac 5. Geldriæ Duce, ob avum Gerhardum Julium, Wilhelmi I. Montium Ducis, filium, utriusque Provinciæ hæreditas ſibi jure debebatur, (1) contra tamen ipſum Arnholdus Egmundanus, ob aviam Johannam, Wilhelmi II. Juliæ Ducis, filiam, ſucceſſione prætenſa, Geldriam quidem Provincialium favore occupavit, Juliam vero, a futuro ſocero Adolpho, Cliviæ Duce, qui illi filiam Catharinam deſponſârat, itemque fratre Joanne Egmundano & Joanne Loſſenſe atque Heinsbergio adjutus, invaſit.

In annum 1424. ſecunda in terram Barrenſem profectio Adolphi incidit, quæ fœlicius quidem, quam prior ſucceſſit: Univerſa enim pene caſtra & oppida in deditionem ſuam accepit: Verum Veſtali formoſæ illicito coitu mixtus, proditioneque ſuorum captus, & ultra annum detentus, adveniente filio Roberto, & jus maternum abjurante, libertati redditus eſt.

Anno 1425. die Jovis, Pentecoſten antecedente, cum Sigiſmundus Imp. præter Julium, Ducatu quoque Geldrico, diplomate Budæ dato, inveſtivit. Hoc eodem anno Adolphus quoque de ritu Lipſiæ aſſervandi & commonſtrandi leges Aquis tulit: quippe Reipublicæ illic Advocatus & templi regii Præpoſitus hæreditarius. In templum tamen Joannes Loſſenſis & Heinsbergius, 4. Non. Maji an. 1428. ſatellitio ac famulatu ſuo ſtipatus, irruit, ibidemque inter ſepta & cancellos ejus aræ, ubi duo ſacerdotes, oblationes fidelium recepturi, ab Adolpho conſtituti erant, in præſentes diſploſis ſclopetis ſævit, ita, ut ex Vicariis regiis Reinherus de Wylre vulneratus fuerit. Idem Adolphus ipſa Matthæi anno 1426. filio Roberto Mariam Harecourtiam, Reinholdi, Juliæ & Geldriæ Ducis, viduam, Coloniæ ſumma cum celebritate conjunxit: qui tamen, in conjugio hoc vix decem annis exactis, Noribergæ, ut ſequetur, litem contra Egmundanum ſecutus, anno 1434. ſine hærede ante patrem extinctus eſt.

Cum enim die Martii ante Mariæ Magdalenæ feſtum anno 1431. comitia Noribergenſia celebrarentur, in his Sigiſmundus Imp. a Roberto, Adolphi filio, Nicolao de Giſſen, & Petro Kalte de Seltenrich, dicto Julio, Præpoſito Northuſano, rogatus, ter Arnholdum Egmundanum citavit, & eo non comparente, per Conradum a Winsbergk, Camerarium S. Imperii, perpetuam contra ipſum ſententiam banni pronuntiare juſſit, quam Cæſaris nomine Caſpar Schlick Cancellarius ſubſcripſit. Hæc anno 1433. feria 6. poſt omnium Sanctorum repetita, & anno 1434. itidem Noribergæ confirmata fuit: (2) donec

---

refert, *Montenſium Dux, ubi fratris ſui Wilhelmi partes ære multo & ſanguine ſoviſſet, pace jam reddita, collectis equitum peditumque copiis maximis, Ducatum impetiit Barrenſem, dotis titulo & jure ſibi contingentem, verum peſtilentia exercitum corrumpente, amiſſiſque equis & militibus multis, ad propria copias reduxit anno 1425. Septem inde elapſis annis, inſtaurato exercitu, eundem denuo Ducatum ferro, flammisque infeſtans, univerſa pene caſtra & oppida in deditionem cepit, cumque ab hoſtibus ſe tutum æſtimaret, dormiretque cum Sanctimoniali admodum formoſa, a Lotharingis emulis captus cum filio Ruperto, jus ſuum omne reſignare coactus fuit, ut liber dimitteretur.* Vid. quoque *Schaten.* p. 544. *Hamelm.* p. 505.

(1) Poſt obitum Reinoldi, ſucceſſionem in Ducatu Geldriæ pariter ac Juliacenſi ad ſe, tanquam Reinoldi proximum agnatum, devolutam eſſe, contendebat Adolphus, litem vero, quod ad Geldriæ Ducatum attinet, ipſi movebant, tum Johannes, Comes Loonenſis, utpote Reinoldi conſobrinus, tum Arnoldus Egmondanus, ejusdem Reinoldi ex Johanna ſorore pronepos, hujusque filiæ Mariæ & Johannis Egmondani filius, vid. adjectam *Tab. Genealog. XII.* cui quidem poſtremo Sigiſmundus Imperator inveſtituram Ducatus Geldriæ conceſſit, ſed cauſa melius cognita, Adolphum poſtea de eodem Ducatu inveſtivit, Tabulis Ofæ datis, in quibus eum verum ac naturalem Geldriæ Ducatus hæredem vocat, vid. Tab. in Cod. Diplom. No. CLII. Arnoldo quoque, cum is Adolpho ſeſe opponeret, nec ad cauſam cognoſcendam vocatus comparere vellet, proſcripto. *Pontan.* p. 423.

(2) E contrario vero Adolphus eodem anno a concilio Baſilienſi in Ducatu Geldriæ confirmatus fuit. Vid. Dipl. in Cod. Diplom. No. CLIII.

Digitized by Google

nec eodem anno, filio Roberto ibidem mortuo, Adolphus anno 1436. cum Egmundano quatuor annorum inducias pacifceretur, in quibus 8. Julii anno 1437. in Abbatia S. Pantaleonis, ſeu Martini majoris, ut appellatur, Eccleſia, nullo relicto hærede, exceſſit, controverſiis Julia & Geldrica ex fratre VVilhelmo nepoti Gerhardo ſucceſſori relictis. Mortuus in Monte veteri, apud majores inhumatus. De quo Streithagenus:

Cognatæ avulſis iterum regionibus aulæ,
Juliacam propior ſanguine cæpit humum.
At vero in dulces crudelis mente parentes,
Æternas maculas impietatis habet.

Adolpho igitur Gerhardus, ex fratre Wilhelmo, Ravensburgio Comite, nepos, ſucceſſit; ſub Sigismundo & Friderico Auſtriaco, Impp. factus Dux Montium tertius, Juliæ quintus, Geldriæ ſeptimus, Comesque Ravensburgius: quem Sigismundus Imperator an. 1437. in Vigilia exaltationis crucis Pragæ, ad petitionem Joannis de Stamheim & Nicolai de Giſſe, Legatorum ſuorum, omnibus his Provinciis (1) inauguravit, ejusque in imperio ſucceſſor Fridericus III. Auſtriacus in vigilia S. Petri ad vincula anno 1442. confirmavit. (2) Uxorem habuit Sophiam Saxonico-Leoburgicam, Bernhardi, Saxoniæ, Angariæ & Weſtphaliæ Ducis, filiam. Quæ cum aliquandiu ſterilis maneret, cum conjugibus Theodoricus Morſanus, Archipræſul Colon. datis centum florenorum millibus, tranſegit, ut, ſine hæredibus relictis excedentes, Ducatus Julius & Montanus diœceſi Colon. accederent, (3) iisdem vero extantibus, Dominium Blanckenbergicum obtineret.

Pactis (4) anno 1450. veſpera Jacobi Apoſtoli, ex parte Archiepiſcopi ſubſcripſerunt, præter ipſum Archiepiſcopum, Decanum, & Capitulum Metropolitanum, Wilhelmus, Comes Limburgius, Bedburæ Dominus, Gumprechtus, Comes Neuwenarius, Dominus in **Alpen**/ Archipræfectus Colonienſis, Robertus, Comes Vierneburgius, Joannes, Reifferſcheidæ, Dickæ & Alſteræ Dominus, Archimareſchalcus, Wilhelmus Weſtlinghoviæ, Rœrichius Rennenbergæ Dominus, Adamus ab **Oetgenbach**/ Dominus **in Ehrenſtein**/ Joannes, Burggravius Reineccenſis, Dominus in **Broich** & **Tombergh**/ Lotharius Zuadus, ejusdem Tombergæ, ſicut etiam Landscronæ Dominus, Joannes à **Gimmenich**/ Viſcheliæ Toparcha, Gerhardus ab **Einenbergh**/ Landscronæ quoque Toparcha, Scheiffardus a **Merode**/ Dominus in **Bernheim**/ Engelbertus ab **Oeßbeck**/ Dominus in **Oplbrugh**/ Gotthardus, Drachenfelſiæ Hæres, in **Oplbrugh** quoque Dominus, Theodorus **Beiſel** a **Gimmenich**/ Joannes ab **Henebergh**/ & Joannes ab **Hangſchlede**/ Equites, Joannes, Drachenfelſiæ Dominus, Arnholdus ab **Hömen**/ Dominus in **Oedenkirchen**/ Scheiffardus a **Merode**/ Dominus in **Hemmersbach**/ Joannes a **Scheidungen**/ Joannes ab **Hömen**/ Heidtgenius a **Weler**/ Emundus **Beiſſel** a **Gimmenich**/ Henricus **Rolman** a **Delenberg**/ Adamus ab **Henſclär**/ Henricus **Rolre** a **Vettelhoven**/ Conradus **Wrede** in **Repderen**/ Henricus **Wolff** in **Ludinghauſen**/ Gothardus & Hermannus **Furſtenberg**/ Henricus ab **Enſe**/ Gerhardi filius, Conradus **Reiſt**/ Arnholdus & Henricus a **Beringhauſſen**/ Fridericus Ketlerus, Volbrechtus **Scheide**/ Wichardus ab **Enſe**/ dictus **Schindewindt**/ Bernhardus Gravius Junior, Bernhardus a **Weſterholt**/ Rutgerus ab **Horſt**/ Henricus ab **Horſt**/ Henricus a **Brecken**/ Hermannus a **Durffelt**/ Godeſchalcus a **Paddergh**/ Theodorus ab **Erwite**/ Joannes **Schnugel**/ Lambertus a **Melſchede**/ Henricus a **Plettenberg** in **Mecklinghauſen**/ Joannes a **Schnellenberg**/ Henricus ab **Uffelen**/ cum totius Diœceſis oppidis.

Ex parte Gerhardi, Juliæ & Montium Ducis, & Comitis Ravensburgii, præter ipſum Ducem, & Joannem a **Lön**/ Juliæ, Hinsbergii ac Leuenburgi Dominum, ratum manus ſuæ

(1) Tabulas, quibus Gerhardum titulo Ducis Geldriæ diſerte appellat, atque de Juliacenſi, Bergenſi Ducatibus, & Comitatu Ravensbergenſi, **und allen andern Landen, Herrſchafften, Lehnſchafften und Gütern, die von ſeinem vorgenandten Vettern ſel. Hertzog Adolphen kommen und gefallen ſeindt**, inveſtivit, vide ap. *Lunigium* **im Reichs**-Archiv. Part. Spec. II. Diviſ. 4. Sect. 16. No. 4.

(2) Tabulas, quibus Gerhardum conceptis verbis de Ducatu Geldriæ inveſtivit, vid. infra in Cod. Diplom. No. CLIV.

(3) Ut ita Sufati jacturam & fruſtra tentatam Epiſcopatus Paderbornenſis cum Colonienſi conjunctionem compenſaret. *Schaten.* T. II. lib. 16. & 17. Annal. Paderb.

(4) De quibus vid. *Schaten.* lib. cit. pag. 652.

Digitized by Google

ſuæ teſtimonio habuere VVeinherus Palandus, Bredenbendæ Dominus, VVilhelmus a **Neſſelrandt**/ Dominus in **Stein**/ Engelbertus a **Birgel**/ Archimarſchalcus Julius, Gothardus ab **Heyff**/ Joannes & Adolphus Zuadi fratres, Richoldus a **Merode**/ Dominus in **Erentz**/ VVilhelmus & Joannes a **Neſſelrandt**/ Fleckenii defuncti filii, VVilhelmus a **Vletten**/ Adamus ab **Hetzingh**/ Joannes & Henricus a **Geißbuſch**/ quorum hic Præfectus aulæ hæreditarius, Gothardus, Archicamerarius Julius, Joannes & Adamus ab **Auwe**/ Joannes a **Schönradt**/ Henricus a **Creutzhauſſen**/ VVilhelmus a **Lintzenich**/ Hermannus a **Winckelhauſſen**/ & Rolandus ab **Aredael**/ Equeſtris dignitatis Viri, Ulricus ab **Holtrop**/ Henricus & Reinherus Spitz a **Bullesheim**/ Carſilius & Joannes a **Palandt**/ fratres, Hugo **Greve**/ Adamus ab **Harff**/ Godefchalcus ab **Have**/ Lambertus a **Brunßheim**/ Johannes ab **Hauß**/ Joannes & VVilhelmus Neſſelradii, Domini in **Stein**/ VVilhelmi filii, Robertus **Stael** ab **Holſtein**/ VVernherus a **Bevesheim**/ Reinherus ab **Huegenpott**/ Reinherus ab **Vlenbruch**/ Theodorus a **Langel**/ Reinherus a **Loe**/ VVilhelmus a **Landtsbergh**/ Gothardus a **Godenaw**/ Ludovicus & Joannes **Nagel**/ Adelhardus ab **Huerde**/ VVilhelmus a **Waldt**/ Johannes a **Reſſenbroich**/ Rembertus ab **Oeynheim**/ Bernhardus a **Warendorff**/ Hermannus ab Elſen, Arnholdus a **Nuchterſchein**/ Arnholdus a **Deinſſe**/ & Nicolaus a **Nottenheim**/ cum omnibus trium Provinciarum oppidis.

Verum cum poſt hunc contractum, divina benedictone, Gerhardi, Juliæ & Montium Ducis, Comitisque Ravensburgici, cum Sophia Saxonico-Leoburgica, conjugium fœcundum redderetur, filiis binis, VVilhelmo anno 1456. & Adolpho (1) anno 1458. totidemque filiabus, Sophia, Bernhardo, Principi Anhaltino, Aſcaniæ Comiti, & Anna, Saerwerdenſi Comiti, nuptis, ipſi natus, Archiepiſcopo Colonienſi ſucceſſio in Julia & Montibus abrogata eſt.

Ad res geſtas Ducis Gerhardi quod attinet, is Theodorico Morſenſi, Archipræſuli Colon. anno 1433. (2) in obſidione caſtri Bruchii, prope Duisburgum ſiti, contra Adolphum, Ducem Clivorum primum, opem tulit, illuduque captum, cum vico Mulheimio ad Ruram, caſtro ſubjecto, Adolpho a Theodorico Limburgio pro 900. floren. oppignoratum, ab Archiepiſcopo numerata hac pecunia redemit.

Anno 1437. mortuo Adolpho prædeceſſore, cum Arnholdus Egmundanus, Geldriæ occupator, & Juliæ invaſor, nemore Imperiali & Duſſelia, cum caſtro & dominio Wachſendorvio, Adolpho I. Clivorum Duci, ſocero, obligatis, bello adortus eſt. Etſi enim Sigiſmundus & Fridericus III. Impp. Aquisgrani feria proxima poſt S. Viti anno 1442. de Ducatibus Geldrico & Julio Gerhardum noſtrum conjunctim inveſtiverint, ut jam diximus; Idemque ſolus Fridericus Francofurti anno eodem, Viennæ denique ante S. Viti memoriam anno 1458. confirmavit: Arnholdus tamen Egmundanus, Juliam ingreſſus, multa Provinciæ damna intulit, donec, Geldria ſibi perpetuo retenta, nervo belli pecunia ampliore deficiente, pro Juliæ prætenſione decem millibus florenorum a Gerhardo numeratis, paceque per annos 14. firmata, retroceſſit. Cum vero Egmundanus has conditiones non ſervaret, ſed anno 1444. Ducatum Julium iterum ingreſſus eſſet, hunc eodem anno, ipſo Huberti, ſeu 3. Novembr. Gerhardus inſigni ac memorabili victoria devicit, unde dies ille ſubditis ſolennis ac ſacer deinceps fuit: Eademque de cauſa Ger-

(1) Cujus poſterioris loco *Erdw. Ertmann.* in Chron. Ofnabr. p. 242. meminit *Gerhardi*, dyſenteria mortui, his verbis: *Gerhardus poſt mortem patris, Domini VVilhelmi, & ſui patrui, Domini Adolphi, Ducis Juliacenſis & Montenſis, Ducatum Juliacenſem & Montenſem, & Comitatum Ravensbergenſem, hereditario jure, quoad vixit, poſſedit, illuſtrem Sophiam, filiam Ducis Saxoniæ & Luneburg,* (rectius *Lauenborg*) *duxit in uxorem, quæ ab eo duos excitavit filios, VVilhelmum, modernum Ducem, & Gerhardum, quondam ejus fratrem, in Domino defunctum, qui in fluxu ſanguinis diem ſuum clauſit extremum.* Adolphum tamen MS. quoque *Chron. Honſcl.* & ipſe Gerhardus in Tabulis venditi Carolo Audaci Ducatus Geldriæ, quas vid. infra No. CLVI. commemorant, adeo, ut Gerhardus tres habuerit filios, VVilhelmum, Adolphum & Gerhardum, quorum poſtremus, cum Ducatus Geldriæ Carolo venderetur, jam videtur mortuus fuiſſe.

(2) MS. *Chron. Honſcl.* bellum hoc refert ad annum 1443. quippe in quo Gerhardus Theodorico Archiepiſcopo, avunculo ſuo, adſtiterit adverſus Adolphum, Cliviæ Ducem, quod hic Arnoldo Egmondano auxilium nuper tulerit.

Digitized by Google

hardus anno ſeq. 1445. monaſterium Crucigerorum Duſſeldorpii erexit. (1) In bello Colonienſi, inter Theodoricum Morſanum Archiepiſcopum, & Adolphum primum, Clivorum Ducem, ejusque primogenitum Joannem, ab anno 1444. usque ad annum 1450. ob Suſatum geſto, neutrius partes ſecutus, reconciliationem tantum belligerantium propoſuit; nec tamen plane ex hoc bello immunis fuit: Ob Gawinum enim Swaneburgium, in aula ſua, ut ajebant, contemptim habitum, Bohemi, Epiſcopo patrocinati, in reditu Comitatum Ravensburgium vaſtarunt. (2)

Anno 1468. caſtrum Monſortium quatuor circiter ſeptimanis obſedit, ſed propter Ducem Brabantiæ illud relinquere coactus eſt.

A Friderico Somerefio calumniam perpeſſus, (3) filios Wilhelmum & Adolphum ad obſidenda ejus caſtra ſubmiſit, ubi anno 1470. Adolphum in expugnatione Thoneburgii amiſit.

Anno 1471. Greverodium monaſterium cum uxore reformavit.

Anno 1473. 20. Junii, acceptis 80. florenorum Rhenenſium millibus, jus, quod in Geldriam & Zutphaniam ei a majoribus competebat, in Carolum Burgundum, metu tanti hoſtis, & ne ſe ſuosque perderet, tranſtulit. (4)

Ex graviſſimo morbo (5) in ſenſuum debilitatem incidit: Ob quam uxor cum filio Wilhelmo ſuperſtite Provincias adminiſtravit, donec anno 1475. mortuo hic ſucceſſit. De patre Gerhardo ita Streithagenus:

Ut tulit extincti patrui ſucceſſor habenas,
Hæres diſſidii hic fuit, illa mali.
Donec in Audacem pacto jus tranſtulit auro
Burgundo, adjiciens Geldrica rura cruci.

Gerhardus in veteri Monte, conjux Sophia, cum filio ſecundo genito Adolpho, Nideciæ conditi ſunt.

VVilhelmus, ſeptimus Juliæ, quartus Montium Dux, Ravensbergæ, Blanckenbergæ ac Hinsbergæ Comes, ſub Friderico III. & Maximiliano I. ejus filio, Auſtriacis Impp. vixit. Uxores binas habuit: Primam Eliſabetham Naſſoviam, Johannis Naſſovii Sarzpontani ex Johanna, Johannis, ultimi Comitis Loſſenſis, Hinsbergæ, Duſthemiæ, Siechemiæ ac Lewenbergæ Dynaſtæ, filia, natum, omniumque harum ditionum heredem, anno 1472. ductam. Hac, ſine prole relicta, in puerperio anno 1479. defuncta, Alberti, Achillis Germanici, Electoris Brandeburgici, filiam Sybillam, anno 1481. Dominica Johann. Baptiſtæ ſolennitatem proxime ſequente, nuptiis Ubiorum Metropolis Coloniæ Agrippinæ platea Johannitica, in aula veteris Montis, Colonienſi & Treviro Electoribus, Archiduce Maximiliano, & 50. aliis Comitibus, multisque Viris nobiliſſimis præſentibus, magna cum ſolennitate celebratis, ſuperinduxit: Ex eaque Mariam, filiam unicam, anno 1491. tertia Auguſti natam, ſuſcepit. Unde verſus:

Ecce nunc Julia lætetur prole Maria,
Nova ſua, quia erit nobis vita Sophiæ.

Anno 1477. (6) nuptiis Maximiliani Auſtrii & Mariæ Burgundæ Gandavi interfuit. Eodem anno diſſidium inter Robertum Palatinum, (7) Bavariæ Ducem, Archiepiſcopum Colonienſem, & Canonicos ſummæ Ædis, compoſuit. An-

(1) Atque Ordinem S. Huberti in memoriam ejus victoriæ, die S. Huberti reportatæ, inſtituit, ut liquet ex iſtius Ordinis, ab Illuſtriſſimo Electore Palatino, *Johanne VVilhelmo*, 1708. in memoriam recuperati, & cum Palatinatu inferiori iterum conjuncti Palatinatus ſuperioris, reſtaurati Tabulis, quas vide infra in Cod. Diplom. No. CLV.

(2) Vide infra *Hiſt. Comit. Ravenſb.*

(3) Sophiam, VVilhelmi conjugem, cum loco mariti, animi debilitate laborantis, rebus præeſſet, illam calumniam fuiſſe perpeſſam, refert MS. *Honſcl.*

(4) Tabulas vide in Cod. Diplom. No. CLVI. Præterquam vero, quod Carolus conditiones, peculiaribus pactis ſimul ſtipulatas, non præſtiterit, Ducatum Geldriæ, quippe familiæ quæſitum, haud alienare potuit Gerhardus, qua de re vide pluribus *Swederum* de Prætenſionibus illuſtribus p. 265. & ſeqq.

(5) MS. *Honſelerian.*

(6) Solennia harum nuptiarum vide apud *Gerhardum de Roo* p. 376.

(7) Friderici Victorioſi fratrem, qui Archiepiſcopatum adeptus, caſtra a Prædeceſſore alienata Eccle-

Digitized by Google

Anno 1479. civitati Colonienſi ob ſalices & frutices ultra turrim Beyenſem in alveo Rheni poſitas adverſatus, quod jurisdictionem ſuam diminuerent, univerſas, cum aliquoties, ut a cœpto Magiſtratus deſiſteret, monuiſſet, per armatas ſuorum manus dejecit.

Anno 1484. Hinsbergiæ hæreditatem, quam ab uxore prima per conjugium acquiſiverat, & jam ingenti pecuniæ ſumma numerata redemerat, adiit, eamque, permutatione, ut jam dicemus, anno 1499. cum Engelberto Naſſovio accedente, in perpetuum ditioni Juliæ adjunxit.

Anno 1481. infeudationem (1) de Ducatibus & Dynaſtiis ſuis omnibus a Friderico Imp. Aquisgrani conſecutus, ab eodem anno 1487. telonii inter Luſtorpium (2) & Bonnam in Rheno collocandi poteſtatem magno ære impetravit. Cui cum Archiepiſcopus & civitas Colonienſis reclamarent, alterum in Siega obtinuit: Sed anno 1489. ordinibus patriæ, qui ad Maximilianum, Friderici filium, tum in Belgium deducendum, tum eundem e captivitate Brugenſi (3) liberandum, Wilhelmo, Principi ſuo, Inipp. patrocinanti, liberaliter admodum ſubminiſtrarent, novum a Friderico vectigal obtentum ſe abrogaturum, nec alia præter conſueta introducturum, promiſit. Eidem tum quoque Fridericus Imp. oppida Heinsbergam & Geilikircham, recenter acquiſita, eodem privilegio, quo reliqua integræ ditionis gaviſura eſſe, conceſſit. Cum Maximiliano, Friderici filio, ejusdemque Imperio ſucceſſore, anno 1495. comitiis Wormatienſibus (4) quoque interfuit. Eodem anno caſtrum Montfortium, a Juliacenſibus expugnatum, quod inde prædatores viatoribus quotidie infidiarentur, demolitus eſt.

Anno 1496. collationem, quam ordines patriæ in redimendis variis oppidis fecerant, eis in poſterum minime præjudicaturam, recepit.

Ubi anno 1478. regiminis ingreſſu, cum Johanne, ejus nominis I. Duce Cliviæ & Comite Marcano, convenisſet, anno 1403. prope Duisburgum, inter Angerorthum caſtrum & Wanheimium pagum, ſub dio cum filio ejus, Johanne II. congreſſus, de rebus ſuis tractarunt. Tandem anno 1496. die Catharinæ, hæreditaria unione cum ipſo conjunctus, Johanni III. filio Mariam, filiam unicam, & omnium ditionum hæredem, promiſit. (5) An-

---

Eccleſiæ vindicare volebat, ſed propterea odium Nobilium & Canonicorum incurrit, qui conſpiratione facta, Hermannum, Haſſiæ Principem, Archi-Epiſcopum conſtituerunt, capto Roperto, de quibus turbis vide *M. Chron. Belg.* in f. *Gerh. de Roo* p. 276. *Dilichium* in Chron. Haſſiæ P. II. pag. 257. *Adel. Erich.* in Chron. Juliac. fol. 265. & ſupra Hiſtor. *Johannis I.* Duc. Cliviæ.

(1) Literæ inveſtituræ anno demum 1486. ſcriptæ fuerunt, quas vide infra in Cod. Diplom. No. CLVII.

(2) Qua de re MS. *Chron. Honſcler. Anno*, habet, *1487. Wilhelmus Dux a Friderico Imperatore multo impetravit ære, quod in Lulsdorp inter Bonnam & Coloniam theloneum locare poſſet, verum oſtenſis Imperatoris literis quatuor Ducum de Monte, caventibus, quod talia in civitates & Epiſcopi Colonienſis præjudicium fieri nunquam deberent, illis conſentientibus Ducibus & reſignantibus, nox impetrata caſſavit Cæſar, Wilhelmo concedens, quod theloneum* op ter Sege *reponeret, aliaque ejus thelonea terrena ac padagia aggravare queat, cernens itaque Wilhelmus, a Colonienſibus ſuo ſe privatum theloneo, ſollicitavit Principes & Imperii urbes, ut ipſorum etiam thelonea, a Cæſare admiſſa, removerentur, quapropter Rhenum concluſere Principes circa Confluentiam, ne naves Coloniam vehi, aut inde ad ſuperiora duci poſſent, donec eorum thelonea nova removerentur. Tandem in Norimberga concordatum fuit, quod, quia Fridericus Imperator annuos ex illo theloneo reditus percipere, perduraret usque ad illius necem, eoque defuncto Colonienſes privati cenſerentur.*

(3) Qua Maximilianum Bruggenſes & Gandavenſes tenebant, quod ab avaris ejus Præfectis nimis vexarentur, atque ſuæ libertati a Maximiliano inſidias ſtrui ſuſpicarentur. *Gerh. de Roo* p. 506. *P. Heuterus* Rer. Auſtr. lib. 3. cap. 3. & 4. *Bojemi* Vita *Alberti* Animoſi, Ducis Saxoniæ, atque expeditionis adverſus Flandros in *Schurzfleiſchii* Op. Hiſt. Polit. No. XLVI. *Haræus* Annal. Brab. ad ann. 1487. & ſeqq.

(4) Inter 45. Principes & 67. Comites, qui comitiis illis interfuerunt, *Wilhelmum* quoque, Ducem Montenſem & Juliacenſem, commemorant *Lintburius* in Appendice ad Rolevinckii Faſc. temp. *Trithem.* in Chron. Hirſaug. ad a. 1495. Acta Comitiorum, in quibus pax publica, ſ. profana in perpetuum fuit ſancita, vide ap. *Dattium* de Pace publica lib. 3. c. 1. & lib. 5. In iisdem comitiis Wilhelmus a Maximiliano Imperatore de ditionibus ſuis inveſtitus fuit.

(5) Vide ſupra Not. ſub *Johanne II.* D. Cliv. p. 324.

Digitized by Google

Anno 1497. cum Republica Colonienſi unitus eſt.

Anno 1499. cum Engelberto Naſſovio Millenſem, Fuichtanam & Gangeltinam præfecturas, cum dynaſtiis Dieſtia, Siechemia & Burggraviatu Antwerpienſe permutavit. Eidem Engelberto Naſſovio, Bredæ Dynaſtæ, dominium Dieſthemium poſtea vendidit. (1)

Anno 1503. jus, quod Archiepiſcopus Colonienſis in civitate Hervordienſi habuit, ad ſe tranſtulit.

Anno 1504. Carthuſianis monaſterium prope Juliacum cum uxore Sybilla Brandeburgica ædificavit.

In controverſia autem ſucceſſionis Geldricæ, quæ inter Maximilianum Cæſarem, & Carolum Egmundanum, Adolphi filium, adhuc viguit, cum Johanne II. Cliviæ Duce, ut in illo ſupra copioſius annotavimus, anno 1498. Martis ante Johannis Baptiſtæ feſtivitatem die, Friburgi Brisgoiæ, Maximiliano, ejusque filio, Philippo I. Hiſpaniarum Regi, unitus, quod etiam Carolo Egmundano ob arma & titulum Ducatus Julii infeſtus eſſet, inter ipſos confœderatio juxta articulos Lovanienſes (2) his legibus inita fuit:

1. Ut utriusque Principis Wilhelmi Julii, Montani, &c. & Johannis Clivii, Marcani, &c. ſubditi ab impoſitione communis denarii, Wormatiæ proximis anni 1495. comitiis decreti, immunes ſint.

2. Ut Cæſar mandatum promulget, quo caveatur, ne Imperii Principum quisquam alius Carolo Egmundano ſuppetias ferat.

3. Ut ad Geldriam ſimul & ſemel, unoque impetu invadendam, ac pro Maximiliano, ejusque filio Philippo occupandam, & Wilhelmus Julius & Joannes Clivius mille pedites & quingentos equites ſubmitterent, quibus illis quidem quatuor, his vero octo floreni Rhenani in ſtipendium ab ipſis in ſingulos menſes numerarentur: Cujus loco non tantum, dum refundantur nummi, oppidis & caſtris Geldriæ expugnandis, fruantur: Sed etiam, quo de reſtitutione certiores reddantur, Wilhelmo Julio Herculenum & Monfortium; Johanni vero Clivio Dotinchemum, cum reditibus annuis Zuitphanienſibus, ſi mille florenos annuos non excedant, tradantur, neque omnia ab ipſis, niſi 25. florenorum millibus prius numeratis, reſtituantur.

4. Cum Geldris vero nulla tractatio, in qua ipſi non comprehendantur, ineatur.

5. Conditionibus his omnibus a Maximiliano adimpletis, & non prius bellum Geldris moveatur.

6. Ut Wilhelmo Julio Waſſenbergæ, Bornæ & Hertzogenradiæ pignus, Johanni autem Clivio Wachtendonciæ, Gochiæ & Lobithani telonii hæreditas maneant: In quorum tamen poſtremum Philippus Auſtrius, Hiſpaniarum Rex, non conſenſit.

7. Sed tantum Joanni Clivio telonium Gennepenſe, & jam dictorum oppidorum & dominiorum ad vitam fructum percipiendum, indulſit. Harum omnium conditionum ſufficientes obligationes, a Statibus Belgicarum Provinciarum approbatas, & ſigillo confirmatas, uterque Princeps Julius & Clivius petierunt.

Sic occupata Geldria integra, anno 1504. Hambochi amplius Wilhelmus noſter cum Maria Burgunda, matre Philippi, unitus, ipſe Philippus anno ſeq. 1505. 4. Aprilis, Hagenoæ ab Imperatore patre eadem inveſtitus eſt.

Anno, ut diximus, 1496. VVilhelmus Mariam, filiam & cunctarum ditionum hæredem, Johannis II. Clivii Ducis, filio, Johanni III. ad exemplum Caroli Burgundi, filiam Mariam, 17. Provinciarum hæredem, Maximiliano elocantis, promiſit. Hac anno 1510. ab ipſo ducta, patris in omnibus relictis ditionibus ejus ex aſſe hæres poſtmodum ſucceſſit. Erſi

(1) Qua de re *Haræus* A. B. T. II. p. 497. *Oppidum*, inquit, *Dieſtum in Brabantia hoc tempore ſub Imperio erat Ducis Juliæ, ut beneficium Ducis Brabantiæ. Juſſerat Dux Juliæ ibidem levi de cauſa civet aliquot capite plecti. Horum propinqui ad Procuratorem cauſarum Brabantiæ Ducis de ſupplicii iniquitate erant conqueſti. Hic die dicta Ducem Juliæ coram Senatu Ducis Brabantiæ in jus vocat. Defendebat ille ſe per Procuratorem; ſed tandem cauſæ diffidens, oppidum Dieſtum cum omni, quod in eo habebat, jure Engelberto, Naſſavii Comiti, vendit, cujus poſteri exinde id poſſedere.*

(2) Duſſeldorpii autem fœdus hoc confirmatum fuiſſe, refert *Pontanus* p. 611. Vide quoque *Schlichtenborſt.* p. 311.

Digitized by Google

Etſi enim Fridericus III. Cæſar 26. Junii, anno 1483. Græciæ Alberto Saxoni in utroque Ducatu ſucceſſionis ſpem, (1) hæredibus maſculis deficientibus, largitus eſſet, idemque privilegium anno 1486. 18. Septembr. Valenciæ filius ejus, Maximilianus I. Imperator renovarit, & anno 1495. Martis poſt nativitatis Mariæ Wormatiæ confirmarit, (unde domui Saxonicæ jus (2) in illis Ducatibus;) Anno tamen 1508. diplomate Cæſareo, (3) abrogatis prioribus indultis, Mariam unigenitam hæredem ditionum ſuarum ab Imp. Maximiliano deſignari curavit, eamque anno 1510. Joanni III. Duci Clivenſi, conjugem dedit, ſicque Provinciæ Clivia, Julia, Montes, Marchia & Ravensburgia fœliciter unitæ ſunt.

In hac unione cum ipſo ſubſcripſerunt: In Ducatu Julio, Godefchalcus ab **Harff**/ Dominus in **Allſtorff**/ Præfectus provincialis, Henricus ab **Hompeſch**/ Dominus in **Wlekrádt**/ Eques, aulæ Oeconomus, Theodorus a **Borſcheidt**/ aulæ hæreditarius Præfectus, Engelbertus **Huerdt** a **Schoneken**/ Dominus in **Brevordt**/ Archicamerarius Julius, Emondus a **Palandt**/ Dominus in **Moubach**/ Nideccianus, Wilhelmus a **Neſſelrádt**/ Dominus in **Scheidt**/ Grevenbruchius, Wernerus ab **Hompeſch**/ Dominus in **Wenhenborff**/ Joannes a **Palandt**/ Dominus in **Wildenberg** & **Berg**/ VVilhelm. Steinius, Joannes ab **Harff**/ Godefridi filius, Geilenkirchius, Wilhelmus a **Gerhen**/ Dominus in **Sintzich**/ Hermann. ab **Hochſteden**/ Caſtrenſis, Præfecti, Gerhardus a **Berg**/ dictus **Bleuſche**/ Henricus a **Peſch**/ VVernherus a **Bungart**/ Eques, Gerhardus ab **Hómen**/ Henricus a **Vlatten**/ Archipincerna, VVeinherus a **Palandt**/ Dominus in **Bredenbendt**/ Boslarienſis & VVachenbergenſis, Joannes ab **Horrich**/ Dominus in **Sueggenrádt**/ Adamus a **Berg**/ dictus **Trips**/ Joannes ab **Holtmorlen**/ dictus **Vaß**/ cum omnibus totius provinciæ oppidis.

In Ducatu Montano, Bertramus a Neſſelrádt/ Dominus in **Ehrenſtein**/ Archimareſchalcus, VVilhelmus a **Neſſelrádt**/ Dominus in **Palſterkamp**/ ejusque filius, itidem VVilhelmus, Mareſchalcus domeſticus, Conradus ab **Horſt**/ Archipincerna, Theodorus ab **Hall**/ Præfectus Monheimius, Bertramus a **Lutzenrhádt**/ Dominus in **Hardenberg**/ Joannes ab **Hugenpoet**/ Ludovicus a **Lulſtorff**/ Senior, Ludgerus a **Winckelhauſſen**/ VVilhelmus a **Reven**/ Gerhardus **Schenckern**/ Joannes **Stáll** in **Sultz**/ & Henricus a **Rhade**/ cum omnibus provinciæ oppidis.

In Comitatu Ravensburgio denique, Gothardus & Joannes Ledeburgii, Reinherus Trippius, Præfectus Limburgius, Siegwinus **Steinhauß**/ Alhardus a **Buſch**/ & Egerus **Nagell**/ cum utraque Bileveldia, veteri & nova.

Idem cum Joanne, Duce Clivio, Theodorus a **Bronckhorſt** & **Batenbergh**/ Dominus in **Rimberg** & **Honnepel**/ Præfectus Ducatus provincialis, Apolphus a **Willack**/ hæreditarius aulæ Ducalis Præfectus, Henricus **Stael** ab **Holſtein**/ Mareſchalcus, Stephanus a **Wplich**/ Joannes a **Wplich**/ Præfectus Hetterius, Eberhardus ab **Honnepel**/ aulæ Oeconomus, Joannes ab **Horſt**/ Dinslacenſis, Weſſelus a **Loe**/ Limarſius, Gothardus **Nureck**/ Gochenſis, Chriſtophorus a **Wplich**/ Genepenſis, & Theodoricus a **Wiefede**/ Orſovienſis Præfecti, una cum urbibus primariis ratum habuere.

In Comitatu vero Marcano, Crato a **Wilenbonck**/ Blanckenſteinius, Henricus **Knipping**/ Hammonenſis & Wetteranus, Caſpar **Turck**/ Unnenſis, Joannes a **Ley**/ Altenanus, Nevelingius **Stael** ab **Holſtein**/ Neoſtadienſis, Georgius ab **Aſchenbroich**/ Werthinenſis, Jo. ab **Altenbouchumb**/ Bouchumenſis, & Wennemerus a Bodelswin, Lunenſis Præfecti, cum Provinciæ oppidis primariis conſenſum ſuum ſubſcriptione manuum teſtati ſunt.

Ex hac autem Maria Juliaca, Montana & Ravensburgica, natus eſt Joanni, Clivorum Duci, Comitique Marcano, Wilhelmus, avo materno cognomen, Cliviæ quintus, Juliæ octavus, Montium vero quintus Dux.

VVilhelmus autem, ejus avus, de quo agimus, hora quinta pomeridiana, ſexta Septembr. aliis Decembr. anno 1511. Duſſeldorpii Montium in domo Scholaſtici extinctus, in veteri Monte conditus eſt, Joanne, Duce Clivorum, dicto Pacifico, genero, VVilhelmi patre, relicto ſucceſſore. Quem conjux Sybilla Brandeburgica 9. Julii anno 1524. in-

(1) Vide ſupra Not. ad p. 324.

(2) Quod poſt obitum ultimi Clivix, Juliæ & Montium Ducis, Johannis Wilhelmi, variis Scriptis expoſuerunt, de quibus vide ſupra p. 358.

(3) Vid. ſupra Not. ad pag. 324.

Digitized by Google

insecuta est, ubi prius, post mortem mariti, Juliam & Montes, assentiente genero, annis 13. cum laude administrasset. De VVilhelmo ita Streithagenus in suo Tetrasticho:

Pacificus positis dissolvit pignora nummis,
Oppidaque ad proprios plura reduxit agros.
Unigenæ tandem linquens patrimonia natæ,
Clivensi genero post moderanda dedit.

Alius vero sic Monosticho:

Julia clara dolet, cecidit en! gloria Montis.

Ad Provinciam Montanam
APPENDIX CUM AUCTARIO SUO,
De Comitibus Limburgicis ad Lenam.

Supra dictum est, ex Ducibus Limburgicis ad Mosam Comites Montium originem suam paternam referre; Henricus enim Limburgicus, ejus nominis quartus, ducta Margaretha, Adolphi, Montium Comitis, filia & hærede, non tantum Montanam, sed etiam Limburgicam prosapiam legitima serie propagavit.

Cum autem Fridericus Isenburgicus, Arnholdi Altenani filius, Eberhardi nepos, Adolphi, Montium & Altenæ Comitis, abnepos, Engelbertum, Montium Comitem, Engelberti filium, Adolphi fratrem, Archipræsulem Colonienſem, gentilem suum, fœdo parricidio anno 1225. necasset, (1) Isenburgicum ad Ruram occidentalem castrum ejus, cum altero Novipontano ad Lupiam, ab Henrico a Molenarck successore, & vindice Engelberti, destructum, ditioque integra, utrique subjecta, ad Adolphum Marcanum (in hoc enim nomen Altenanum mutatum est,) pervenit.

Loco igitur Isenburgici aliud ad Lenam Henricus, Dux Limburgicus, condidit, illudque a suo etiam Limburgicum, (2) sed ad Lenam, ut ab alio ad Loganum, hodie Lanum

(1) Vide supra pag. 429.

(2) De quo *Hamelmannus* Op. Genealog. Hist. p. 389. *Limburch*, scribit, *Comitatus in medio Comitatus amplissimi de Marcka situs, in vicinia Urbis Iserlonii, ad Surlandiam circa partem Diœcesis Colonienſis. Nonnulli Historici vocant hoc Dominium cum adjuncto Oppido* Nienlim-porch, *& de hoc Comitatu a nobis longe diversa scribit & refert Levold a Northoff in Chronico Comitum Markensium, & Petrus Merseus Cratopolius in Catalogo Episcoporum Colonienſium.* Quæ vero de Genealogia Comitum Limpurgensium ibi subjicit, & de familiis emortuis pag. 689. repetit, mutila sunt, nec cum Autore nostro conveniunt, a quo & *Imhofius* abit in Notit. Procer. p. 450. Ab omnibus vero differt Genealogia istorum Comitum, quam MS. meum *Essendiense* exhibet, atque in adjecta *Tabula XIII.* referre operæ pretium duximus, aliorum relinquentes industriæ, ut, quod nostri instituti nunc non est, in veram prosapiam istius familiæ penitius inquirant. De origine vero novi castri Limburgensis idem MS. *Essendense* hæc habet: *Regali Assindiensi Ecclesiæ, nec non VVerthinensi & Rollingbusensi, molestus erat Fridericus, Comes de Isemberg, dictarum Ecclesiarum Advocatus, igitur ab Engelberto Colonienſi, cognato suo, monitus, non modo non ab injuria destitit, sed & ferocior subinde factus, magis magisque hostilem animum declarabat. Tandem ab Honorio Papa & Archiepiscopo fulmine sacro percutitur, nec non ab Friderico Imperatore proscribitur. Id vero indignissime ferens Comes, vitæ ejus, nimirum Episcopi, insidias struere cepit, ipsumque Susato venientem, ad consecrationem in villa Swelme tendentem, cum suis complicibus circa noctis crepusculum ad 15. Nov. A. C. 1225. ex improviso obruit, ac viginti octo vulneribus inflictis concidit. Hoc facto recepit se Comes cum suis in castrum Isenberg, relicto in loco Gevelsberg cadavere, tanquam re bene gesta. Successor autem Engelberti defuncti, Henricus de Molenarcken omni zelo prosequutus est Comitem, ejusque totam familiam. Suis querelis apud Cæsaream Majestatem, qui tum Norimbergæ nuptias filii Henrici cum filia Leopoldi, Ducis Austriæ, celebrares, effecit, ut capitalem sententiam, rotæ nimirum, pronunciaret, & reliquam familiam proscriberet. Cum autem sententia illa elatur, tantus populi accursus fuit, ut in illa turba, cum lata sententia de curia Norimbergensi descenderent, quinquaginta sex Viri comprimerentur & mortui, inter quos fuere viginti tres Equites aurati, prater eos, qui in hospitiis obiere postmodum. Quum obtinuisset talem sententiam, dictus Præsul summa ope prosequutus est Comitem, omnesque suos, & A. C. 1226. die 14. Novembris, captivus Coloniam ductus, destructis prius castris Isenbergicis & oppido Nienbrugge, tertia die extra portam S. Severini in colliculo rotatus est, de quo hi versus in Chron. Colon. leguntur:* Mil-

Digitized by Google

Weſtfalia.

ninus oppidi
pe Hammo-

Epiſc. — *N.* - - filia, nupta Comiti Swalenb. — *Irmgardis*, nupta Comiti Tremonienſi.

THEODORICUS, Comes Lymburgenſis, nomen geſſit a matre & novo caſtro Lymburg, quod poſt fratrem poſſedit.

HENRICUS Iſenburgicus vixit A. C. 1258. ad 1275.

GERLACUS. LUDOVICUS.

THEODORICUS, Comes Lymburg. D. in Styrumb. Ux. *Johanna*, Com. a Reifferſcheidt.

EVERHARDUS, Com. Lymburg. D. in Styrumb & Hardenberg. Uxor *Goſina* a Saffenberg. 1419.

WILHELMUS, Com. Lymburg. D. in Styr. Uxor *Agnes*. — *Everhardus*, Com. Lymburg.

ADOLPHUS, C. Limb. D. in Styrumb. Uxor *Eliſabetha* de Reichenſtein.

GEORGIUS, D. in Styrumb & Wiſch. Uxor *Irmgarda* de Wiſch, heredit. in Bronchorſt & Borckloo.

HERM. GEORGIUS, Com. Limb. & Bronchorſt, D. in Styrumb, Wiſch & Borckloo. Uxor *Maria*, Com. Hojenſis, & de Broickhuiſen. — *Maria*, Uxor *Werneri*, C. de Salm in Reifferſch.

JODOCUS, C. Limb. D. Bronchorſtii, &c. Ux. *Maria*, Com. Holſat. & Schowmburg. — *Johannes*. — *Ericus*, Scholaſt. ſummi Templi Colon.

Digitized by Google

Digitized by Google

num fluvium diſtinguatur, in præruptо montis vertice, a quo etiam Limburgium altum (Hohen Limburgh) dicitur, denominavit. Hujus primus Comes fuit Theodoricus, Friderici filius, qui iterum Fridericum II. & Theodoricum II. filios, cum filia Agnete, Adolphi, Montium Comitis, uxore, genuit.

Theodoricus II. ex uxore Hornana Joannem & Henricum viciſſim edidit, quorum hic, Gerlaco & Ludovico filiis relictis, cum ipſis ſine hæredibus mortuis, ſtemma nobiliſſimum clauſit.

Joannes vero ulterius cum Eberwiena Gutterswickia per filios binos, Joannem & Theodoricum, tanquam duos ramos viridantes, fœcunde propagavit.

Joannes, nominis ſecundus, ramorum primus, ita ſe diffudit: Ipſe ex uxore Ahuiſia, Ottonis ſorore, Theodoricum III. & hic ex Rieferſcheidia Eberhardum, Styrumii Dynaſtam, Godefridum, Canonicum Col. S. Gereonis, Margaretham, Cratonis Steckii, Meidericenſis Domini, uxorem, & Irmgardem, Canoniſſam Thorenſem, ſuſceperunt.

Eberhardus ex Goswina Saffenbergia VVilhelmum, Comitem Styrumium; Hic ex Agnete Limburgica, Bruchii Dynaſta, Adolphum, Annam Abbatiſſam, & Sophiam Strunckedenam genuerunt

Adolphus ex Eliſabetha Reichenſteinia Georgium, Agnetem, Abbatiſſam Bronchorſtanam, & Eliſabetham, Theodori Bronchorſtani, Hennepelenſis Domini, uxorem, reliquit.

Georgius ex Irmgarde Bronchorſtana & VViſchia Hermannum Georgium edidit.

Hermannus Georgius ex Maria Hoyenſi & Bruchuſia Mechtildem Holſteiniam, Georgium, Agnetem, Abbatiſſam Eltinenſem, Jodocum, Mariam Mylendonciam, Drachefelſiam & Meidericenſem, Joannem & Ericum, Præpoſitum Metropolitanum & Decanum S. Gereonis Colonienſem, ſuſtulit.

Jodocus denique ex Maria Schowenburgia & Holſteinia, anno 1590. ducta, Hermannum Ottonem, Georgium Erneſtum, Annam Sophiam, Joannis Morrieni, Nortkirchæ Domini, uxorem, VVilhelmum, Fridericum, Joh. Adolphum, Heusdæ defunctum, Bernhardum Albertum, & Eliſabetham, Sallanam coadjutricem, produxit: Conjux 30. Octobr. anno 1616. in arce VVildenburgica extincta eſt. Atque hic eſt ramus Joannis primogeniti, per filium cognominem deductus.

Theodoricus, filiorum ſecundus, ex uxore Seinenſi iterum Theodoricum, & hic ex uxore Bruchia, Burcharia filia, Theodoricum III. & VVilhelmum procrearunt.

Theodoricus III. ex Henrica VViſchia, Henrici, ultimi hujus Baronatus Dynaſtæ, & Eliſabethæ Bronchorſtanæ filia & hærede, VVilhelmum: Hic ex Juditha Ronchelia Joannem, Eliſabethæ Novarienſi copulatum, per quem Comitatus Limburgicus ad Falckenſteinios pervenit, ediderunt.

VVilhelmus, Theodorici III. frater, qui anno 1450. floruit, per uxorem Salmenſem & Reiferſcheidiam, Bedburæ Dominam, præter duos filios, Eberhardum & VVilhelmum, qui Joanni, Clivorum Duci, dicto Bellicoſo, militantes, anno 1468. prope Straclænam occu-

Mille ducentis atque viginti quinque ſub annis
Menſe Novembri cadunt Dux Comes enſeque rota.

Verum non contentus Præſul, etiam in familiam ſævire non deſtitit, fratres hujus Friderici, Ottonem & Theodoricum, Epiſcopatibus privavit, & ſororum maritos proſequutus eſt, donec ſe tandem excuſarent omnes, & ab dicta nece innocentes probarent ſeſe. Haud dici poteſt, quanta mæſtitia hæc domus, hæc familia tota ſit affecta. Uxor hujus jam miſerrime votati Comitis non fuit obſcura ſtirpe nata, ſed ex illuſtri ſtemmate Ducum Lymburgenſium genita, & Henrici, Ducis Lymburgenſis & Comitis Montenſis, ſoror, Margarita, ex qua ſuſtulit duos formoſos filios, Fridericum & Theodoricum. Arces dicta Ijenberganæ & oppidum Nienbrugge deſtructa, everſa & demolita, & jam bona omnia confiſcata erant, quorum majorem partem jam occuparat Adolphus, Comes Marcanus, nilque erat reſidui. Henricus igitur, Dux Lymburgenſis, aſſumpſit ſororem ſuam viduatam jam, quæ tamen ob acerbiſſimum animi mærorem brevi poſt defuncta eſt, filioſque, tanquam adnatus tutor, defendit, & oppoſuit ſeſe Adolpho Marcano, ut nepotibus ſuis aliqua de paterna hæreditate recuperaret. Congregato igitur tumultuario exercitu, ædificavit caſtrum in edito monte ad ſiniſtram Lenæ partem fluminis, cui ex nomine caſtri ſui Lymborg nomen dedit Lymberg, & retinuit ſibi & Comitatui Bergenſi hoc caſtrum apertum.

Digitized by Google

occubuerunt, etiam Margaretham filiam & hæredem reliquit, quæ Gumprechto Novarienſi, Alpenæ & Garsdorpii Domino, nupta, filios & binos genuit, Fridericum & VVilhelmum, iisque Comitatum Limburgicum reliquit. Fridericus, ducta Eva, Barone & hærede Lennepia, novum Gumprechtum; Isque iterum ex Amelia VVertheimia tertium: Hic denique ex prima Carda Schowenburgica Ameliam tantum filiam, Friderico III. Electori Palatino, enuptam; Ex ſecunda vero Amœna Falckenſteinia Adolphum, ultimum Novarienſem & Limburgicum in hac linea Comitem, anno 1589. defunctum, & Magdalenam, Arnholdo, Comiti Bentheimio, Teckleburgenſi, Steinfurtenſi, deſponſatam, ſuſtulit.

Ex filio vero Gumprechti primi ſecundo, VVilhelmo dicto, cum VValburge Manderſcheidia conjuncto, novus VVilhelmus, & Anna, VValerami Brederodii uxor, parentes Mariæ Brederodiæ, Gothardi Milendoncii conjugis, deſcendunt.

VVilhelmus vero, ducta Anna VViedana, VVilhelmi VViedani & Margarethæ Montenſis filia, Hermannum ſucceſſorem, anno 1514. natum, & anno 1578. mortuum, ejusque ſororem VValburgem, quæ primis votis Philippo, Comiti Hornano; deinde, hoc Bruxellis anno 1566. decollato, ſecundis Adolpho, Neuenarico & Limburgico Comiti, gentili ſuo, ut jam diximus, nupſit: a qua, anno 1600. mortua, Arnholdus, Comes Bentheimius, qui mariti ſororem unicam duxerat, Comitatum Limburgium, conſenſu Domini feudi, Montium Ducis, accepit.

Præter hæc ex Archivis Limburgicis conſtat, VVilhelmum Limburgicum, cujus in literis anno 1379. mentio, Eberhardi a Loith affinem fuiſſe, & Friderici Limburgici, qui anno 1381. in aliis literis authenticis nominatur, patruum. Anno 1384. Theodorici, Limburgici Comitis, mentio. An. 1394. & 1403. Joannes regens Limburgicus Comes dicitur.

Anno 1419. Eberhardus, Limburgi Comes, Dominus in Hardenbergh, Joannis filius vocatur. Anno 1427. Wilhelmus & Theodoricus Limburgici fratres appellantur, quorum ſoror Abbatiſſa Eſſendienſis. Anno 1430. Wilhelmus Limburgicus Bedburæ Dominus ſcribitur. Anno 1432. 36. 39. Wilhelmus & Eberhardus Limburgici Domini in Styrum nominantur: Anno 1452. ſpeciatim ſolus Wilhelmus Limburgicus Dominus in Styrum. Anno 1461. Margaretha Limburgica Præpoſita Reckelinghuſia dicitur. Anno 1470. appellantur Wilhelmus Limburgicus, Eques, Dominus in Bruch, Joannes Limburgicus, Canonicus Werthinenſis, Henricus Limburgicus & Theodoricus, fratres quatuor, eorumque ſorores, Agnes, uxor Wilhelmi Limburgici, Domini in Styrum, gentilis ſui, ex qua Joannem Limburgicum ſuſtulit, cujus in literis authenticis anno 1480. mentio; Ludgardis item, uxor Cratonis Sreckii, Domini Meidericenſis. VVilhelmus denique Limburgicus, qui anno 1443. in obſidione caſtri Thoneburgenſi periit, Duisburgi apud Minores, ex quo, ipſorum caſtro avito, monaſterium Majores ſui condiderant, inhumatus jacet.

Provinciæ Montanæ
APPENDICIS AUCTARIUM,
De Comitibus Bentheimicis, (1) *Tecklaburgicis, Steinfurtenſibus, Dynaſtis Rhedanis & Wevelinchoviis.*

Quia Limburgicus Comitatus, cum Dynaſtiis Bedburena, Alpenia, Helpenſteinia & Lennepia, Archipræfectura item Colonienſi, (2) per conjugium, ut jam diximus, Bentheimicis Comitibus acceſſit, horum quoque illuſtrem proſapiam paucis attexamus.

Comi-

(1) Sunt non ſolum Comites Bentheimici, Tecklenburgici & Steinfurtenſes ſibi invicem vicini, ſed & affinitatibus inter ſe juncti, ut liquet ex *Tab. Genealogica XIV.*

(2) Sive Advocatia Diœceſis Colonienſis, quod munus Comites Nuenarii geſſerant, ab his vero per *Magdalenam*, Com. Nuenariam, Arnoldo, Comiti Bentheimico, nuptam, ad Comites Bentheimenſes pervenit. Vi autem Advocatiæ hujus nullam Coloniæ executionem criminalem fieri poſſe, niſi prius malefici per noctis unius ſpatium in poteſtate Comitis Bentheimenſis fuerint, qui etiam ea propter Vicarium Coloniæ juri ſuo tuendo habeat, ſcribit *Sprengerus* Jurisprr. Publ. l. 3. c. 31.

Digitized by Google

ad pag. 478.

ENSIUM

ASTÆ & COMITES STEINFURTENSES,
ex MS. *Chron. Effendienſi.*

REINERUS, Dynaſta in Steinvoorde, Brunſwigæ in ludo Equeſtri occiſus, 996.

BALDUINUS.

LUDOLPHUS.

Ludolphus. RUDOLPHUS.

Udo. LUDOLPHUS.

BALDUINUS.

LUDOLPHUS. *Balduinus,* Ep. Paderb.

BALDUINUS.

BALDUINUS.

Mechtildis, C. de Steinford.

de Gutterswyck, ob. 1466.
barina Ghemenſis.

obiit 1498.

lus, C. Steinford.
uritius Wilhelmus.

Digitized by Google

Digitized by Google

De Comitatu & Comitibus Bentheimicis.

Comitatus ipſe Bentheimius olim Tubantinus, (1) a Tubantinis, vetuſtis incolis, de quibus in antiqua noſtra Clivia, Julia, Montia, dictum eſt.

Primus autem, quem Annales vetuſti nominant, Tubantiæ Comes fuit VVolffgangus, (2) qui ludo Equeſtri nobilitatis VVeſtphalicæ & Saxonicæ anno 939. Magdeburgi adfuit.

Otto ſimilis certamini præſens fuit Halæ Saxonum anno 1042. Joannes Gottingæ anno 1119.

Novus Otto Bentheimius vixit anno 1144. Hic filium habuit Ottonem, (3) ejus nominis III. improlem, filiam item Sophiam, Theodorici, Hollandiæ Comitis, uxorem. Ex qua geniti Florentius, in Comitatu Hollandino patris ſucceſſor; Balduinus, Epiſcopus Ultrajectinus, & Otto quartus, Bentheimici Stemmatis propagator: Filios habuit, Ottonem, Epiſcopum Monaſterienſem ex Præpoſito Bremenſi anno 1203. cum hanc dignitatem Engelbertus Montanus ob ætatem recuſaret, electum, qui expeditioni Aſiaticæ, ad liberandam Anconem, a Sulthano Babylonico obſeſſam, præſens, ibidem obiit.

Secundus Ottonis quarti filius fuit Henricus, qui anno 1226. vixit, ac familiam hanc illuſtrem usque ad Eberwienum a Gutterswich, qui Henrici II. nepotis ſui, filiam duxit, & per hanc Comitatum Bentheimicum acquiſivit, propagavit. Hic cum fratre Epiſcopo, & Gunthero, Oſnabrugenſe antiſtite, Ludovico Galliarum, & Richardo Britanniarum Regibus, aliisque etiam in Aſiam movit. Ex uxore autem Ritterbergica Joannem genuit, nominis ſecundum, qui anno 1305. Tubantibus imperavit, & ex conjuge Lippienſi Henricum II. de quo modo diximus, reliquit, cujus ex uxore Clivia filiam Eberwienus ille a Gutterswich, Vir nobiliſſimus, accepit, atque ex illa ſuſtulit filios, (4) Bernhardum & Arnholdum, quorum hic ἄπαις mortuus eſt.

(1) Unde *Paulus Hachenbergius* Carmen ſuum Heroicum de Comitibus Bentheimicis *Tubantium Redivivum* inſcripſit, atque ipſa vox **Bentheim** a Tubantum nomine, quos *Altingius* P. I. p. 125. ita, quaſi **tho Benthen**, i. e. *caterva vagante*, dictos putat, originem ſuam habere videtur.

(2) Quem tempore *Henrici I.* ſ. *Aucupis*, ejus vero Succeſſores, *Ottonem* ſub *Henrico III. Johannem* ſub *Henrico V.* claruiſſe, cum Johannis demum filia *Gertrude* ad *Ottonem Reineccenſem*, C. Palatinum, Comitatum Bentheimicum perveniſſe, refert *Paulus Hachenb.* in Tubanto Redivivo. *Hamelm.* p. 373. 374. Antiquiſſimum vero Comitum Bentheimicorum, cujus ad nos nomen pervenerit, Ottonem illum Reineccenſem fuiſſe, exiſtimat *Menſ. Alting.* Not. Inf. German. P. II. p. 21. Primus nempe, a quo hereditario jure Comites Bentheimici ſibi invicem ſucceſſerunt, Otto hic Reineccenſis fuit, cum antea pro arbitrio Imperatorum Comites huic tractui fuerint præfecti; non ſatis propterea cogniti. Ceterum Comites Bentheimici inter Vaſallos *Eccleſiæ Trajectenſis* referuntur, hujusque ſimul Burggravii & Janitores fuiſſe dicuntur in *Charta* apud *Hedam* p. 112. Quo autem tempore Comitatus Bentheimicus illi Eccleſiæ ceſſerit, non conſtat. *Heda* quidem, Willibrordo jam a Carolo Martello hunc Comitatum donatum fuiſſe, refert, ſed ſine idoneo teſtimonio. *Buchelius* in Notis ad *Hedam* p. 168. *Alting.* l. c.

(3) Qui a *Beka* p. 49. Comes Palatinus de *Rynegge*, Caſtellanus in Benthem, vel *Reinecke*, ab *Heda* vero p. 162. Comes *Ricomagi*, (voce procul dubio corrupta ex vocabulo *Rinegge*,) *ex ſtirpe Palatinorum Præfectus in Benthem, ſororius Theodorici, Comitis Hollandiæ*, vocatur, quod ſorte ex Palatina aliqua fuerit genitus, ut exiſtimat *Tollnerus* in Hiſtoria Palatina pag. 298. In bello cum Heriberto, Epiſcopo Trajectenſi, aliquando captus, auxilio Theodorici, Comitis Hollandiæ, affinis fui, iterum dimiſſus, tandemque ab Hermanno de Stalecke, Comite Palatino, occiſus fuit, de qua cæde *Heda* p. 163. *Erat*, inquit, *forma corporis egregius, qui paulo poſt ab Hermanno, Comite de Schalewick, vel Stalicke, dolenda morte perimitur, & Otto, filius Theodorici, nepos ejus, ſucceſſit in Comitatum & Præfecturam de Benthem.* Ab Ottone quodam, *Scalinæ* Comite, interfectum fuiſſe, *Imhoffius* ſcribit p. 432. *Voſſii* teſtimonio inductus, apud quem *Scalinæ* vox procul dubio corrupta eſt ex nomine *Stalecke*, pro quo *Beka* p. 50. *Scalicke* habet. Ceterum quod ad Succeſſores Ottonis illius attinet, *Menſo Altingius* ab Auctore noſtro, *Hamelmanno* p. 373. & MS. meo *Eſſendienſi*, quod cum illis convenit, multum abit, idoneis tamen teſtimoniis ſubnixus, quare eum quoque in adjecta *Tab. Geneal.* usque ad Everwynum de Gunterswyck ſecuti fuimus.

(4) Quod poſteros & ſucceſſores *Everwyni de Gutterswyck* ſpectat, cum Autore noſtro conveniunt *Hamelmann.* pag. 374 & MS. meum *Eſſend.* a quibus vero diſſert *Genealogia*, quam P. Ha-

Digitized by Google

Bernhardus ex Solmæa Ottenſteinia, Henrici filia & hærede, iterum duos filios, Bernhardum II. & Arnholdum reliquit: Et cum uxore, ſoceri caſtro Ottenſteinio anno 1407. ab Ottone Hoyæo, Epiſcopo Monaſterienſi, occupato, bona tamen omnia, ad Dynaſtiam pertinentia, dicta Solmæa, anno 1425. conſecutus eſt.

Bernhardus II. ex uxore Tecklenburgia Eberwienum II. procreavit, & hic ex Diepholdica Bernhardum III. qui, ſine hæredibus maſculis mature mortuus, Annam tantum & Mariam filias reliquit, quarum illa Ernesto Holſteinio, hæc Arnholdo Steinfurtenſi nupſit, adeoque Arnholdus, frater Bernhardi II. ducta Balduini, ultimi Steinfurti Comitis, filia, utrumque Bentheimium & Steinfurtenſem Comitatum conjunxit: Anno 1466. ante Gochiæ oppugnationem, a Joanne, ejus nominis I. ſecundo Clivorum Duce, inſtitutam, mortuus, & Clivis conditus.

De Comitatu & Comitibus Steinfurtenſibus.

Hic igitur de Genealogia Steinfurtenſi, antequam Bentheimicam perſequamur, prius dicendum eſt. Dynaſtæ Steinfurtenſes a caſtro, quod oppido adjacet, egregio, & ad Ahàm fluvium munito, denominationem ſuam ſortiuntur: Cujus ſimile, tertio a monaſterio lapide ſtructum, hodie Nobiliſſimis a Reeck paret.

Primus Steinfurti Dominus, (1) quem Annales vetuſti numerant, Reinherus, fuit ludo Equeſtri Brunſwiegæ anno 996. præſens.

Balduinus, ejus nominis I. Steinfurti Dominus, vixit anno 1030. & conjugem Ahuſiam habuit: Ex qua genuit Reinherum II. qui anno 1064. præfuit, & ex uxore Horſtmaria Ludolphum, cujus anno 1190. in primis urbis Suitphænæ privilegiis mentio: Hic ex Teckleburgica Balduinum II. Iſte ex Lippienſi, Simonis Comitis ſorore, Balduinum, Epiſcopum Paderbornenſem, & Ludolphum II. Hic ex Bentheimia Balduinum III. Ipſe ex Sternbergia Balduinum IV. dictum Bellicoſum, ſuſtulerunt; quorum poſtremus Ottonem Hoyæum, Epiſcopum Monaſterienſem, cœpit: Et uxorem habuit Ghemenſem, ex qua filia prodiit, Arnholdo Bentheimico cum dominio Steinfurtenſi tradita.

Cum hac Arnholdus Bentheimicus Eberwienum III. Bentheimiæ Comitem & Steinfurti Dominum, procreavit, qui binas uxores habuit: Primam, Henrici, Domini in Ghemen & Bredevorde, Joannis atque VVilhelmi VVevelinchovii, Archimareſchalci Colon. gnatæ, filii, ex uxore Brunchorſtana filiarum alteram, quæ Wevelinchovia ipſum dotavit; (2) Secundam, Annam Hoyæam.

De Dynaſtia & Dynaſtis Wevelinchoſienſibus.

Antequam ergo hic Genealogiam Bentheimicam & Steinfurtenſem pertexamus, prius de Dynaſtia VVevelinchovia, ejusque Dominis, pauca ſubjiciemus. (3)

Dy-

P. Hachenberg. tradit, atque poſt *Imhoffium* tum in *Notit. Procer.* p. 432. tum in *Spicil. Rittershuſ.* nos quoque in adjecta *Tab. Genealog.* exhibemus, quod *Hachenbergius* Archivorum fide ſe niti affirmat.

(1) De Dynaſtis Steinfurtenſibus MS. Eſſend. *Ab initio*, ait, *fuerunt Domini & Dynaſtæ Steinfurtenſes. Et porro* primus *Comitum fuiſſe memoratur Everwinus, filius Lackæ,* (alii *Mechtildem* appellant,) *hereditariæ filiæ Dynaſtiæ Steinfortenſis, qui ante annos centum floruit, & Hierofolymas profectus, titulum ejusmodi promeruit. Ante enim dicti fuiſſe perhibentur non Comites, ſed Nobiles Steinfurtani, vulgo* die Junckherrn von Steinfurdt. Ceterum quod ad ſeriem attinet Dynaſtarum & Comitum Steinfurtenſium, MS. meum *Eſſend.* fere cum Auctore noſtro convenit. Vid. *Tab. Genealog.*

(2) Quomodo hoc Dominium ad Bentheimenſes Comites pervenerit, ſe ignorare fatetur *Hamelmannus* in *antiqua Weſtphalia* p. 60. Op. Gen. Hiſt. Melius vero ea de re poſtea edoctus, in Tractatu de *Familiis illuſtribus* p. 420. *Wevelinckhove*, ſcribit, *eſt Dominium prope urbem Noveſium ultra Rhenum, & fuit aliquando Epiſcopus Monaſterienſis Florentius de* Weves linckhove, *qui ad Trajectenſem Epiſcopatum translatus eſt: Et legimus in Hiſtoriis & antiquis monumentis, quod Monaſterium Præmonſtratenſis Ordinis* Lanckwadin, *prope* Grevenborg *in nemore, Nobiles, Milites & Domini de* Wevelinckhoven, Chriſtianus & Albero *filius fundaverunt Anno Domini 1145.* De translatione vero ad Comites Benthemenſes eodem libro p. 382. *Johannes*, inquit, *Dominus* in Gemme & Bredevort, *erat animoſus Heros. Hic duxit filiam Wilhelmi, Domini* in Wevelinckhove, *Mareſcalli Hereditarii Electoratus Colonienſis, in uxorem, & genuit Henricum, qui ex Comitiſſa Bronchorſtiana duas filias habuit, quarum unam elocavit Bentheimenſi Comiti* Everwino, *& ei aſſignavit in dotem Dominium* Weveinckhoven.

(3) Quæ tanto gratiora eſſe debent, quod nec apud *Hamelmannum*, præter ea, quæ modo adduximus, neque alios, multa de hac Dynaſtia inveniantur.

Digitized by Google

Dynaſtia pagos Wiengarthen & Langwæden; Arces vero Lejenthaliam, jam deſtructam, olim imperio Archiepiſcoporum Colon. ſubjectam: Comitum Bentheimicorum, Dynaſtarum Wevelinchoviorum, ſedem: Nobilium item Hundiorum & Duitziorum ædes, cum cœnobio ordinis Prædmonſtratenſis Veſtalium nobilium Langwædenſi, complectitur.

Ex Dynaſtis hujus dominii Chriſtianus Wevelinchovius, tempore Arnholdi primi, Archipræſulis Colonienſis, ex cœnobio Hildesheimenſi, Prioris & ſororum Prædmonſtratenſium Colonia deducta, cœnobium Langwædenſe fundavit.

Hic filios habuit, cognominem Chriſtianum II. & alterum Alberonem, qui eidem cœnobio curtem ſuam in Jiſſe, tempore Philippi Heinsbergii, Archiepiſcopi Colonienſis, donarunt anno 1148.

Bernhardus Wevelinchovius ab anno 1125. usque ad annum 1141. Abbas VVerthinenſis & Helmſtadienſis fuit, in ordine 28.

Porro Chriſtianus II. liberos iterum Tielemannum, Florentium, Canonicum Metropolitanum Colonienſem, Beatricem, Abbatiſſam S. Cæciliæ ibidem, Irmgarden, Canonicam S. Urſulæ, & Theodoricum, cujus uxor Hedwiegis, reliquit.

Tielemannus Florentium novum genuit, anno 1364. altera Gregorii, ſive die S. Ludgeri, ex Subdiacono Colonienſi in Epiſcopum Monaſterienſem, in ordine 59. electum, & a Papa Urbano, licet multum renitentem, confirmatum; Godefridum item, qui, Canonicus Colonienſis in ſummo templo factus, electioni Joannis Vierneburgii, in locum VVilhelmi Gennepii in Archipræſulem Colon. electi, vehementer repugnavit, & ut Engelbertus Marcanus, poſt reſignationem Adolphi Marcani, Clivorum Comitis, nepotis ſui, anno 1364. ex Epiſcopo Leodienſi ad Archiepiſcopatum hunc proveheretur, perfecit, & tandem ex Canonico irregulari regularis Monachus in ordinis Ciſtercienſis monaſterio veteris Montis raſus, in eodem mortuus & conditus eſt. Ipſe Florentius vero antiſtes, anno 1378. Ultrajectinam in ſedem ex Monaſterienſi translatus, in hac vitam finiit.

Ultimus VVevelinchoviæ Dynaſta fuit VVilhelmus, idemque Archipræſulatus Colon. Mareſchalcus hæreditarius, qui filiam unicam reliquit, animoſi Herois, Joannis a Gehmen & Bredevorth conjugem, ex qua ipſe filium Henricum, & is iterum ex Brunckhorſtana binas filias ſuſtulit, quarum prima, Carda, Joannem Schowenburgicum Gehma; ſecunda Eberwienum Bentheimicum & Steinfurtenſem VVevelinchovia dotavit.

Jam ad ipſos Bentheimicos & Steinfurtenſes Comites revertamur. *Continuatio Genealogiæ Bentheimicæ.*

Eberwienus igitur, ejus nominis III. mortua hac VVevelinchovia, Annam Hoyæam ſuperinduxit, ex eaque Arnholdum Eberwienum accepit. Arnholdus Magdalenam, Erneſti Luneburgici filiam, & VVilhelmi ſororem, ſterilem habuit. Eberwienus, cum Anna Tecleburgica, Conradi, ultimi Comitis, filia & hærede, copulatus, Comitatum hunc cum dominiis Rhedano & Lingenſi, Comitatibus Bentheimico & Steinfurtenſi, dominioque VVevelinchoviaco conjunxit, de quibus etiam pauca hæc ſubjungimus.

Comitatus Tekenenburgenſis, prout in antiqua noſtra Julia, Clivia, Montia, &c. annotavimus, vel a ſaltu Teutoburgenſi, in quo clades Variana contigit, vel ab ambitu ſuo, in cujus meditullio caſtrum ejus, in rupe præalta collocatum, ditionem ſuam non tantum ad mare, ſed ad Viſurgim quoque protendit, adeoque a Provincia Angrivariorum, VVitekindo Saxone celebri, appellationem ſuam primævam ſortitur: Inſignibus Comitatus Anchora, & foliis tribus marinis rubris ei additis, hodieque teſtibus: Quippe qui prima ſui origine, non tantum oppidum Lobecenſe & caſtrum Reinebergium in diœceſi Mindenſi, a Conrado Diepholdio antiſſite avulſa; ſed etiam in diœceſi Monaſterienſi caſtra & oppida Rhodium, Bevergernium, Cloppenburgium, Oytium, Haſelindanum, Reenenſe, imo ipſius Metropolis hujus portam, quæ omnia Otto Hoyæus, Epiſcopus Monaſter. Nicolao, Comiti Tekenenburgico, ademit: In Oſnabrugenſi denique diœceſi, prope vicinam urbem Quæckenbrugenſem, caſtra, Argenawicum, cum oppido Eſſenio ſibi ſubjecto, hodie dirutum, Bordenburgium item, hodie Bordinchuſium, monaſterio Oezedeno donatum, Iborgium & Haſſebeccenum: imo in Provincia Ravensburgica Versmeldicum etiam ambitu ſuo comprehendit. *Alb. Crantz. in Metropoli & Saxonia. De Comitatu & Comitibus Tekenburgenſibus.*

Seri-

Seriem Comitum, qui ditioni huic olim ampliſſimæ ab anno Chriſti 860. tempore Ludovici Pii, Caroli M. filii, inde a Cobbone, primo ejus Dynaſta, usque ad Conradum, ultimum hujus proſapiæ maſculinæ Comitem, anno 1557. mortuum, ultra ſeptingentos annos non interrupta ſerie præfuerunt, ex Elia Reuſnero, M. Hieronymo Henningio, Eccleſiaſte Luneburgenſi, & Andrea Hoppenrodio, Paſtore Heckſtetenſi, deducit Herm. Hamelmannus in Chronico Oſnabrugenſi; (1) Cobbo autem, primus Teutoburgenſis Dynaſta, Goſwino, Epiſcopo Oſnabrugenſi, quod cum filiis Ludovici Pii contra patrem conſpiraſſet, prædia multa, & ex Corbejenſi atque Hasfurdienſi collegiis decimas intervertit: Idem prælio contra Danos anno 876. vel, ut aliis placet, 880. periit.

A Cobbone Albo, ab hoc Hermannus, ab ipſo VVilhelmus, Teutoburgici geniti: quorum poſtremus ludo Equeſtri Magdeburgi, anno 939. celebrato, adfuit. A Wilhelmo Hermannus II. & ab hoc Reinherus ortus, qui Equeſtri certamini Gottingæ, anno 1119. habito, præſens fuit, & ex uxore Adelheida Theodoricum, Henricum & Albertum, quorum tutor Liethardus a Diepenheim, genuit. Ex quibus primus Theodoricus circa annum Domini 1150. vixit, & ex uxore Cunigunde Simonem filium tulit: Secundi Henrici, in ludo Equeſtri Colon. anno 1160. præſentis, uxor Elyka: Tertius Albertus in certamine Equeſtri Figurino anno 1165. ſe exercuit.

Simon, Theodorici filius, anno 1176. cum Henricus Leo ab Imp. Friderico Barbaroſſa Ducatibus Saxoniæ & Angrivariæ exueretur, operam ſuam Philippo Heinsbergio, Archipræſuli Colon. Imperatori patrocinanti, accommodavit, ſed in conflictu a Leone captus, hujus partes ſecutus, in fide ipſius perſtitit: Eundem cum Epiſcopo Magdeburgenſi Wichmanno & Ulrico Halberſtad. anno 1178. in conflictu belli civilis cecidiſſe, narrat Crantzius lib. 6. Metropolis cap. 36. & 43.

Porro ex uxore Elyka Simon Ludolphum ſuſtulit, Monaſterienſem Epiſcopum, in ordine 24. ab aliis male Ludovicum appellatum, & Simonem ſucceſſorem.

Simon, nominis II. Ottoni IV. Cæſari, Henrici Leonis filio, anno 1201. militavit: Cum Comitibus etiam Ravensburgicis bellum geſſit, in quo anno 1207. periit.

Ex uxore vero Arnsbergia Comite Engelbertum, Epiſcopum Osnabrugenſem, & Ottonem, in Comitatu Tecknaburgico ſucceſſorem, diſcordes inter ſe fratres, accepit, quos anno 1236. patruus Ludolphus, Monaſterienſis præſul, reconciliavit. (2)

Otto ex Burggravia Strombergia Simonem III. Hic Osnabrugenſibus anno 1305. hoſtis factus eſt, & ex filia Bernhardi, Comitis Lippienſis, Nicolaum: Iſte ex Diepholtziana & Spiegelbergica Nicolaum II. qui anno 1330. bellum Osnabrugenſibus intulit, & Simonem, Comitem Lippienſem, anno 1378. cœpit, procreavit.

Nicolaus II. ex uxore Bentheimica Ottonem II. edidit, qui etſi Simonis, Comitis Lippienſis, filiam Elycam in matrimonio haberet, cum ipſo tamen & Oſnabrugenſi aliisque vicinis Epiſcopis, anno 1385. belligeravit: Ex Elyca autem Nicolaum III. ſuſtulit, qui a Joanne ab Hœdt, Decretorum Doctore, Epiſcopo Oſnabrugenſi, avito Comitatu inauguratus, ſed patri refractarius factus, ab Ottone Hoyæo, Epiſcopo Monaſterienſi, caſtris Bevergernio & Cloppenburgio mulctatus eſt. Uxores binas habuit: Primam, Friderici, Morſenſis Comitis, filiam, Annam: Ex qua Annam novam, Wilhelmi, Montium Ducis, Comitisque Ravensburgici, anno 1415. uxorem, Richardem item, Ottonis Delmenhorſtii conjugem, genuit: Secundam Hoyæam, quæ ei Ottonem ſucceſſorem, Adelheidem, Gerhardo Oldenburgico copulatam, & Nicolaum, dedit.

Crantz. l. 10. Metropol. cap. 4.

Otto, nominis III. cum fratre Nicolao, ejus nominis IV. Comitatu diviſo, Brunchorſtanæ ſociatus, ex illa nullam tulit prolem. Anno 1435. bellum movit Epiſcopo Oſnabrug. 3. Diepholdico.

Nico-

(1) Imo potius in *Genealog. & Famil. illuſtr. Comit. & Domin.* p. 417. Op. Geneal. Hiſt. cum quo MS. *Eſſend.* quoque convenit. Vid. ſupra *Tab. Geneal.* Multum autem ab illis abit *Rumpius* in deſcript. Tecklenburg. qui novem Ottones inter Comites Teckleburgenſes recenſet.

(2) His conditionibus, ut Otto, Com. Teckleburgenſis, ſex Miniſteriales Eccleſiæ Oſnabruggenſi conferret; Advocatiæ ejusdem Eccleſiæ & Caſtellaniæ in Iborg ſe abdicaret, atque eorum loco acciperet 800. Marcas; nullum etiam Munimentum exſtrueret inter Wirram & Oſnabrug, &c. De quibus vid. *Erdw. Ertmann.* in Chron. Oſnabr. apud *Meibom.* T. II. p. 216. *Hamelmann.* Op. Gen. Hiſt. p. 608. *Schaten.* T. II. Annal. Pad. p. 29.

Digitized by Google

Nicolaus uxorem duxit Adelheiden Pleſſiam, anno 1442. mortuam: Ex qua nati Otto IV. & Nicolaus V. (1) Lingæ Dominus.

Otto IV. ex Irmgarde Rietterbergica, Joannis filia, Conradum & Nicolaum VI. (2) genuit; an. 1518. mortuus: Quo anno etiam Ericus, Saxoniæ Dux, Monaſterienſis Præſul, Nicolao Teckenenburgico, Lingæ Domino, ob cives ſuos, aliosque, mercatores ſpoliatos, bellum intulit. Conradus Teckenenburgicus, hujus familiæ ultimus, uxorem Mathildem, Wilhelmi Senioris, Haſſiæ Landgravii, & Philippi patruelis, filiam, accepit: Ex eaque filiam tantum reliquit, Eberwieno, Bentheimio & Steinfurtenſi Comiti, Dynaſtæ Wevelinchofio, copulatam. Ipſe 6. Martii an. 1557. conjux 16. Aug. an. 1558. vivis exceſſerunt: Frater vero Nicolaus an. 1535. in bello Danico cæſus, occubuit, adeoque auſpicato hoc conjugio Comitatus Bentheimicus, Teckenenburgicus, Steinfurtenſis, dominiaque Wevelinchovium & Rhedanum conjuncta ſunt, (3) quibus Eberwieni filius unicus, Arnholdus, Magdalenæ Nuenaricæ & Limburgicæ ſociatus, Comitatum Limburgicum & Dynaſtias Bedburenam, Alpenſem, Helfenſteiniam & Lennepiam, matrimonio felici addidit. Ditione Lingena (4) Carolus V. Cæſar, in bello Germanico victor, an. 1547. Conradum Comitem, quod Proteſtantibus Principibus opem tuliſſet, exuit.

Rhedanum dominium, in vicinia arcis Wiedenburgenſis ad Amaſin fluvium ſitum, primo Widekindus, ejus Dynaſta, poſſedit, qui cum Bernhardo Lippienſi Henrico Leoni, Saxoniæ Duci, militavit, & multa diœceſi Colon. damna intulit. Hujus unicam filiam duxit Hermannus, Bernhardi filius, & cum ea dominium acquiſivit, quod poſtea Teckenenburgici invaſerunt, (5) quia ex ipſorum ſorore Hermanni uxor nata erat. *De dominio Rhedano.*

Uni-

(1) Qui patrem, quod concubinas aleret, in cuſtodiam dederunt, eo vero liberato, & haud diu poſt mortuo, ditiones ita diviſerunt, ut Ottoni Comitatus Teckleburgicus, Nicolao Comitatus Lingenſis obvenerit. *Schaten.* p. 771.

(2) Imo & *Ottonem VI.* aliis *IX. Annam*, Philippi, Comitis Solmenſis, conjugem, *Catharinam*, Abbatiſſam Eſſendienſem. Vide ſupra *Tab. Genealog. Com. Teckleb. & Benth.*

(3) Contradicentibus, quod ad Comitatum Teckleburgenſem & Dynaſtiam Rhedanam attinet, Ottone, Conradi fratre, & Anna, ejus ſorore, Philippi Solmenſis conjuge, qui ditiones paternas dividendas eſſe contendebant, atque Bentheimenſes Comites, qui ditiones omnes occupaverant, an. 1576. in jus vocarunt ad Cameram Imperii, quæ poſt integri ſeculi deciurſum Solmenſibus tres octavas partes Comitatus Teckleburgenſis & dimidiam partem Dynaſtiæ Rhedanæ 1686. adjudicavit. Hoc vero Solmenſium jus in Comitatum Teckleburgenſem *Wilhelmus Mauritius*, Comes Solmenſis, anno 1704. in Regem Pruſſiæ tranſtulit, cujus ceſſionis Tabulas vide in *Fabri* Staats-Canzley T. X. Scriptum ea de cauſa 1709. a Rege Pruſſiæ ad Imperii Ordines miſſum in der Grundveſte Europäiſcher Potenzen Gerechtſamen No. LVII. de lite vero inter Solmenſes & Bentheimenſes Comites olim acta, & utriusque partis argumentis, *Swederum* de Prætenſionibus illuſtribus p. 834. & ſeqq.

(4) Ab antiquo, ut *Hamelmannus* p. 390. teſtatur, hæc Dynaſtia Comitibus Teckleburgicis ſubfuit, Conrado vero, ultimo Comiti Teckleburgico, quod fœderi Schmalcaldico ſe junxiſſet, ademtam, Maximiliano, Comiti Bureno, tradidit Carolus V. Imperator. *Hamelmann.* ibid. A Bureno vero dotis nomine eam accepit *Wilhelmus*, Arauſionenſis Princeps, venditdque eam Philippo II. Regi Hiſpaniæ, dono quidem ab eo receptam, ſed iterum amiſſam, cum partes Belgarum adverſus Hiſpanos ſuſciperet. Exinde variam belli fortunam ſubiit, usque dum, pace perpetua inter Belgas & Hiſpanos an. 1648. inita, *Mauritio*, Wilhelmi filio, ea reſtitueretur, a quo in ejus fratrem *Fridericum Henricum*, & hujus filium *Wilhelmum Henricum*, Angliæ Regem, tranſiit, Comitibus Teckleburgicis de injuria ſibi facta interea fruſtra conqueſtis in Imperii Comitiis, qua de re Acta vide apud *Lundorpium* T. VI. lib. 6. Wilhelmo vero anno 1702. defuncto, Rex Pruſſiæ Comitatum Lingenſem, ejus tum Gubernatoris, Viri Illuſtriſſimi, Erneſti, L. B. de Danckelmann, prudentiſſimis conſiliis uſus, tam Sereniſſimæ matris, *Luiſæ*, Friderici Henrici filiæ unicæ, atque poſt extinctos ſuæ familiæ maſculos, omnium bonorum Arauſionenſium heredis, in ſe devoluto, quam a Solmenſibus Comitibus in eum Comitatum ſibi ceſſis juribus, occupavit, ut pluribus exponitur in diſquiſitione *de juribus Regiæ Majeſtatis Pruſſicæ in Comitatum Mörſenſem & Lingenſem*, edita an. 1703. Quæ his oppoſuerit Sereniſſimus Princeps Naſſavio-Diezenſis, vide apud *Swederum* de Prætenſ. illuſtr.

(5) Primum poſt obitum Hermanni, anno tamen 1244. reddiderunt altero ejus filio *Bernhardo*, quo vero 1271. defuncto, illam Dynaſtiam *Simoni*, Bernhardi filio, iterum præripuerunt,

Digitized by Google

Unitarum Juliæ, Cliviæ, Montium, Marchiæ & Ravensburgiæ provinciarum modernarum MEMBRUM QUINTUM,

De Comitatu & Comitibus Ravensburgicis sedecim.

Comites Ravensburgici quia per Ottonem, Ludovici filium, & Margarethæ, Adolphi Montani filiæ, maritum, provinciam Montanam & Juliam quoque per horum itidem filiam, Margaretham cognominem, Gerhardo Julio junctam, propagarunt, de his quoque historia attexenda: quod antequam fiat, Comitatus ipse nonnihil nobis describendus est.

Comitatus Ravensburgici Etymologia.

Hic a Corvis dictus, quod **arx**, a qua appellationem sortitur, non tantum in Monte, corvorum habitatione, ad exemplum aliorum castrorum primum ab auctore ejus condita, sed etiam avis hæc, mali alioquin ominis, inter secantium strepitus, non secus quam quæ a Noacho ex arca emissa, perfugio suo ad dominum, constructionis ibidem faciendæ occasionem dedit: Aliis Comitatum ad imitationem alterius in Bavaria appellatum esse placet. Ludovicus enim Pius, Caroli M. filius, ex altera conjuge Juditha, VVelfi, Comitis Ravensburgensis, (1) filia, Carolum Calvum, Francorum Regem, ac demum Imperatorem, edidit. Ex VVelfi autem posteris (2) Otto Bavarus fuit, a cujus filia, Hermanno de Calvele, primo Ravensburgico Comiti, copulata, illustris hæc familia descendit.

Situs.

Ad Visurgim autem Comitatus ejus situs, diœcesibus Monasterienſi, Osnabrugensi, Mindensi & Paderbornensi conterminus est.

Fluvii.

Fluviis irrigatur nominis jucundi *Luthera*, qui in Alpham se effundens, originem suam in fonte imperscrutabilem (**Luterfolck**) reliquit; *Alpha* vero in Werrham effunditur, & cum Luthera ab eodem absorbetur. *Werrha* denique, ex Hervordia prolapsus, ad

---

qui, cum bello jus suum vindicare vellet, captus, atque his demum conditionibus dimissus fuit, ut filiam suam unicam Eilicam *Ottoni*, Comiti Tecklenburgico, in matrimonium, dotisque loco Dynastiam Rhedanam daret, restituendam Comitibus Lippiacis, si Otto nullam ex Eilica prolem susciperet. Hæc ergo sine liberis defuncta, ita tandem inter *Bernhardum VI.* Comitem Lippiacum, & *Nicolaum* Tecklenburgensem transactum fuit, ut Tecklenburgenses Dynastiam Rhedanam retinerent, donec Lippiaci quatuor millibus florenorum aureorum Rhenensium eam redimerent, quod cum non factum esset, transivit illa Dynastia cum Anna Teklenburgica ad Comites Bentheimenses, de quibus satis hujus ditionis vide *Hamelmann.* Op. Geneal. Hist. p. 410. & 754. *Joh. Piderit.* in Chron. Lippiaco P. II. p. 477. 516.-519. 547. 586. 587.

(1) Primi ejus nominis. *Juditha*, scribit *Ladislaus Sundheim.* in Hist. de Gvelfis apud *Leibnizium* T. 1. S. R. B. p. 801. *filia VVelphonis, primi ejus nominis, & soror Ethiconis, primi ejus nominis, uxor Ludovici Pii, Romanorum Imperatoris.* Vid. quoque *Chronic.* Monachi Weingartensis ibid. p. 780. Comites autem hi Ravensburgenses, alias quoque *Altorfenses* dicti, e Comitibus Andeacensibus orti fuerunt. Vid. *Ladisl. Sundheim.* l. c. & *Theganum* in Vita *Ludovici Pii* c. 26. *Arborem* ipsorum *Genealog.* ex qua Duces Brunsvicenses originem habent, apud *Leibnizium* T. I. No. LVII.

(2) In eodem errore est quoque Auctor MS. *Essendiensis*, qui propterea Genealogiam Comitum Ravensburgensium in Bavaria prolixa refert, nullo tamen vel leviſſimo judicio, quod Comites Ravensburgenses in Westphalia ex iis fuerint orti. Originem vero suam *Otto* ille, Bavariæ Dux, ab Henrico IV. Imperatore proscriptus, e Saxoniæ Ducibus Northeimensis lineæ duxit, pronepos Henrici Aucupis Imperatoris. Vid. *Tab. Genealog. Comitum Ravensburgensium.* Ita enim *Chron. Brunsv.* apud *Maderum* in Antiqv. Brunsvic. p. 5. *Gertrudis nupsit Comiti Henrico, qui Pinguis dicebatur, qui fuit filius Ottonis de* Northeym, Ducis *quondam* Saxoniæ. Et *Heinricus Bodo* apud *Meibom.* T. II. S. R. G. p. 503. *Maxime autem Saxonum animos amaricavit, eo, quod* Ottonem, Ducem Saxoniæ, *sive* Brunsvicensem, Ducatu Bavariæ *privavit, & VVelfoni Suevo contulit.* Errori autem de ejus origine Ravensburgica, sive Guelfica, ansam forte dedit, quod Ottonis filia *VVelfo I.* Altdorfensi, seu Ravensburgensi, in Suevia primum, ac dein Hermanno, C. Ravensburgensi, in Westphalia nupserit.

Digitized by Google

ad Viſurgim ſe inflectit, qui ad ejus incurſum viciſſim inclinans, cornu effuſo apud Rhemeß pagum illum excipit, & cum eo Mindam defertur.

Totius Comitatus Metropolis eſt Bilefeldia (1) utraque, vetus & nova, quæ inter Angariam, ſedem Angrivariorum, & Comitatum Ritterbergenſem medium tenens, a loco ſylvoſo ac cæduo, monticulis adſperſo, nomen habet. Etenim deſtructo Ravensburgio, oppido veteri, ad arcem ſito, cujus rudera adhuc viſuntur, ſecuribus, (quæ Bielen Saxonice dicuntur,) arbores primum abſciſſæ, urbi campum ſpatioſum juxta montem vicinum reliquerunt. In montis cacumine Sporenbergia, arx munitiſſima, a Johanne Edelerio, architecto Italo, juſſu Wilhelmi, Juliæ, Cliviæ, Montium Ducis, Comitis Marcani & Ravensburgii, anno 1554. conſtructa eſt. *Status Politicus.* *Urbes Bielfeldia.*

Herſurtum, (2) ſive Hervordia, a trajectu exercitus ad Werrham fluvium, ex Lippiæ Comitatu & aula Ditsmoldiana prolabentem, ibidemque Viſurgim influentem, ſita & appellata eſt: quæ licet inter urbes Imperiales & Hanſeaticas Weſtphalicas cum Bilefeldia recenſeatur, Comiti tamen Ravensburgico certis conditionibus (3) paret. *Hervordia.*

Præter has urbes Comitatus Dynaſtias hodie continet quatuor, Ravensburgium, Sparenburgium, Limburgium & Flothanum. *Dynaſtiæ 4.*

Quarum unaquæque Præfecturas quoque inferiores, ceu Municipia, (Wichbolding-hen dicta,) ſub ſe comprehendit: Toparchia quidem Ravensburgia Hallenſem, Borgh-Holthuſanam, Versmoldanam & Borchorſtanam; Sparenburgia autem Werterenſem, Angariam, ſeu Engerenſem, Broichagiam & Brachweedanam; Limburgia Allendorfianam & Buenenſem; Flothana denique, quæ a Ducibus Luneburgiis ad Comites Waldeccianos, & ab his ad Comites Ravensburgicos pignoris jure pervenit, præter ſe Verendorphiam etiam nominat. *Municipia.*

In Angariæ propugnaculo, (quod hodie pagus Engers) Witikindus collegium Canonicorum (4) condidit, quod poſtea Hervordiam translatum eſt. In eadem Hervordia Gualtherus, ultimus ejus Comes, Carolo Magno, (5) Saxonum victore, & Witikindo, *Status Eccleſiaſticus.*

(1) De qua MS. Eſſendienſe: *Bilefeldia Urbs, Lutræ amnis irrigatione fœcundam agri planiciem occupans, non item ignobile eſt oppidum, quod olim Hermannus, natione Hoſſus, in ordine Monaſterienſium Epiſcoporum 25. Principum vero primus, forti manu obſeſſum, in eas redegit angustias, ut non modo deditionem facere, ſed & ſua ipſorum mœnia cum propugnaculis demoliri ac ſolo æquari Oppidani cogerentur circa A. C. 1150. Hæc Urbs, ſicut Hervordia atque Lemgovium, tres vicinæ Civitates, ſolent Elverfeldenſibus mercatoribus & Civibus ſila ſuppeditare, quæ deinde ab illis exornantur & dealbantur, atque poſtea tranſferuntur ad Emporia Antverpiana & Francofurtana.* Vide quoque *Hamelmann.* p. 80.

(2) Dividitur in veterem & novam Urbem, quarum illa circa monaſterium, jam ante illic conditum, in fundo ejus cœnobii exſtructa fuit, ut liquet ex Privilegiis *Ide* Abbatiſſæ; conceſſis Civibus Hervortenſibus; Hæc vero in ſolo pariter ejus monaſterii, quod antea Nobiles de Quernheimb feudi jure poſſederant, a Gertrude Abbatiſſa, auctoritate & conſenſu Engelberti, Archiepiſcopi Colonienſis, circa annum 1224. condita eſt, ut pluribus probatur in Præfatione der gründlichen Deduction der Hochheit, Erbgerechtigkeit, Gerichten und Rechten, ſo den Herzogen von Cleve, Jülich, Bergen, als Grafen zu Ravensberg, in der Stadt Hervorden zubehören. Fabulam, quod urbs Hervordia monaſterio Veſtalium ſit antiquior, atque jam Caroli M. temporibus fuerit condita, ſolide refutat *Schurzfleiſchius* in *Strict.* ad *Hiſt. Hervord.*

(3) A multis nempe retro ſeculis Comites Ravensbergenſes, præter Advocatiæ jura, in Abbatia æque ac Civitate Hervordienſi jurisdictionem tum Criminaſem, tum Civilem, quo pertinent das peinliche Halß-Gericht, das Edle Vogtgeding, das Uhrpheide-Gericht, das Gaſt-Gericht, das Arreſt-Gericht, exercuiſſe, pluribus oſtenditur in citata *Deductione* Sect. III. Anno vero 1547. Abbatiſſa ejus temporis Anna, ex familia Limburgica, Superioritatis territorialis aliquaque jura, reſervatis ſibi ac Veſtalibus ſuis nonnullis privilegiis, in eosdem Comites tranſtulit, cujus Ceſſionis Tabulas vide infra in Cod. Diplom. No. CLVIII. Quæ vero contra illam ceſſionem tum ipſa Civitas, tum Imperii Fiſcus moverint, diluuntur in laudata *Deductione*, Arnhemii primum, atque denuo Paderbornæ 1653. impreſſa.

(4) De quo *Cranzius* quoque loquitur l. 2. c. 24. Saxonix, idque Angaria Hervordiam translatum eſſe ibidem refert, adeo ut *Franc. Paulini* Diſſert. Hiſt. II. perperam erroris eum arguat.

(5) Quando cœnobium Hervordienſe ſacrarum Virginum fuerit conditum, Scriptores multum a ſe invicem abeunt. Caroli M. tempore id factum fuiſſe, cum Auctore noſtro aſſe-

Digitized by Google

do, Christum amplexo, consentientibus, fervore novi Christianismi motus, monasteriorum generosarum & nobilium Virginum constituit: cui prope urbem in mœnibus aliud, in S. Gervasii memoriam conditum, accedit, a Ludovico Pio, sicut etiam Corbecense collegium monachorum, anno 820. (1) fundatum; Schildesenum (2) etiam prope Bielefeldiam cœnobium, a Vestalibus quoque nobilibus inhabitatum. (3)

In oppido vero Bielfeldensi (4) Ludovicus Ravensburgius, Episcopus Osnabrugensis, in ordine 33. auctoritate Ottonis, Episcopi Paderbornensis, collegium Canonicorum fundavit, & patri Ottoni, ejusque conjugi Hadwigi, cum reliquis eorum filiis, Hermanno, Præpolito Tungrensi, Ottoni, Canonico Osnabrugensi, & Brunoni, fratribus suis, ut villas, prædia & agros ad 12. quas vocant, prærendas conferrent, persuasit: quod, earum immunitate concessa, anno 1314. 2. Id. Jul. ab iisdem confirmatum est. In urbis quoque Bielfeldensis Neapoli Franciscanorum claustrum est.

Comitum Ravensburgicorum origo.

Ipsis Comitibus originem dedit Regum Saxoniæ Orientalis, seu Westphaliæ posteritas: Sieghardi enim (quem Bertholdum Crantzius lib. 3. c. 1. appellat, & contra Dagobertum, Regem Francorum, pugnasse affirmat, cuique, ab hac parte Rheni occumbenti, pater Clotharius auxiliares manus porrexit,) filius Diethericus fuit, quem Carolus Martellus oppugnavit. Is iterum Wernechinum, Angrivariorum & Iburgi Ducem, reliquit. Ex hoc Witekindus & Bruno fratres nati: Witekindus cum Carolo M. pugnavit, ab eo victus: Bruno edidit Ludolphum, quem Ludovicus Pius, Caroli M. filius, Saxoniæ Ducem constituit. Hic autem quatuor filios, & inter hos quoque Ottonem M. Henrici Aucupis, Imperatoris Romanorum, patrem, procreavit. Otto hic, (5) juxta Albertum Stadensem, anno 905. Bavariæ Exdux, præter Henricum, tres filias (6) genuit: Qua-

runt *Hamelm.* p. 683. *Vetus Membranula*, cujus verba refert *Pauli*ni Differt. cit. *Meibom.* in Notis ad *Gobel. Pers.* & *Wittekindi Annales*, circa annum tamen fundationis non conveniunt, atque *Meibomius* sibi ipsi contradicit. Ad Imperium vero *Ludovici Pii* id referunt *Schurzfleischius* in cit. Strict. & *Franc. Paulini* Differt. cit. invictissimo testimonio *Ludovici Germanici*, qui in Diplomate anni 853. a Ludovico Pio, patre suo, monasterium illud institutum fuisse, his comprobat verbis: *Is ergo* (Warinus, Abbas Corbejensis,) *petiit Celsitudinem nostram, recordari, quod piæ memoriæ genitor noster* Hludovicus *Imperator aubo hac monasteria* (Corbejense & Hervordiense) *extrui jussit, ad normam videlicet præcipuorum in Gallia monasteriorum, novam utique Corbejam ad similitudinem antiquæ Corbejæ; Herifordiense vero cœnobium ad exemplum monasterii Sanctimonialium, in Suessionis Civitate existentium.* Cum quibus verbis illorum quoque sententia minime consistere potest, qui monasterium illud a Carolo M. quidem institutum, sed ab Hunnis destructum, a Ludovico Pio restauratum fuisse scribunt, cum illud *extrui*, non restaurari jusserit. Seriem Abbatissarum, atque incrementa ejus monasterii, vid. ap. *Paulini* in Differt. cit.

(1) Perperam, jam enim anno 815. ejus monasterii initium factum est, quo Ludovici Pii decreto, instigante vero Adelhardo, Corbejæ veteris in Gallia Abbate, monachi ex illo monasterio in Saxoniæ locum *Hechi*, aliis *Hethi*, ut novum ibi cœnobium conderent, missi fuerunt, cum vero tractus ille nimis sterilis esset, anno 822. monachi in locum Angrienſis pagi, Huxariæ vicinum, commigrarunt, ibique signo crucis in terra defixo, araque templi parata, cœnobium extruere cœperunt, idque Corbejam novam appellarunt. Autor *Translationis S. Viti. Annal.* Corbej. in *Paulini* Syntagm. Rer. Germ. *Schaten.* A. P. T. I. p. 52. & 70.

(2) Henricus II. Imperat. in Diplomate, quo illud cœnobium jurisdictioni Episcopi Paderb. subjecit, *Abbatiam Seldiæ* vocat. Anno 940. illud monasterium conditum fuisse, refert *Gobel. Pers.* Ætat. VI. cap. 48. quo vero Auctore & fundatore incertum. *Schaten.* Annal. Paderb. Tom. I. pag. 284.

(3) Ejusmodi quoque cœnobium est Vlotense, quod anno 1253. liberalitate Henrici, Com. Oldenburgici, conditum fuisse, refert *Schaten.* A. P. T. II. p. 72.

(4) Juxta vero illam urbem in monte, dicto **Leickhuser-Berg**, ædes Sacræ in honorem S. Jodoci anno 1483. fuerunt extructæ, quas dein Alexander VI. M. Pontifex, rogatu Wilhelmi, Ducis Juliæ & Comit. Ravensb. P. P. de Observantia cum monte ab ipsis incolendo concessit. *Schaten.* A. P. T. II. p. 746. 748.

(5) Perperam. Otto enim, Bavariæ Dux, ab Henrico IV. proscriptus, non fuit Henrici Aucupis pater, sed ejus abnepos. Vid. *Tab. Geneal.* & Not. ad pag. 464.

(6) Imo juxta testimonium *Alb. Stadensis* ad cit. an. habuit tres filios, *Henricum Crassum*, qui fuit *Landgravius, pater Rikencer Imperatricis, qui occisus est Norden in Frisia*, & *Cononem*, Com.

Digitized by Google

Digitized by Google

ad pag. 467.

TAB. XV. GENEALOGICA
COMITUM RAVENSBERGENSIUM.

HENRICUS *Auceps.*

Henricus Rixosus.

Sigfridus Northeimensis.

OTTO, D. ad *Werram* & D. Bavariæ, ab Henrico IV. proscriptus.

Henricus Crassus. — *Cono*, Com. Beuchling. — *Sigfridus*, C. Bomeb. — ETHILINDA, Ux. 1. *Welfi IV.* D. Bavariæ. 2. *Hermanni* de Calverla, C. Ravensb. — *Ida*, Uxor C. Wettin. — *N.* - - Ux. C. Arnsbergici. — *N.* - - Ux. Servi cujusdam.

OTTO I. Uxor *Juditha*, filia Ludov. Landgravii Thuring. — *Henricus.* — *Hermannus.*

HERMANNUS II. Ux. *N.* - -

LUDOVICUS I. Ux. *Adelheida.* — *Otto*, D. de Vlothe & Vechte. — *Hermannus*, Præp. Tungrensis.

OTTO II. Ux. *Hedwig.* — *Ludovicus*, Episc. Osnabr.

Hermannus, Præp. Tungrensis. — *Otto*, Can. Osnabr. — LUDOVICUS II. — BERNHARDUS.

OTTO III. Ux. *Margaretha* Montana.

GERHARDUS, filius Wilhelmi I. Ducis Juliac. De cujus Successoribus & Posteris vide supra *Tab. Geneal. Comit. & Ducum Montensium* pag. 449. — MARGARETHA.

Digitized by Google

Quarum prima Friderico Seniori, Comiti Arnsbergio, qui anno Chriſti 1050. floruit; ſecunda Ottoni, Comiti Cappenbergenſi, patruo Godefridi; tertia Ida (1) Hermanno de Calvele, primo Comiti Ravensbergico, nupſit. Ex familia Cappenbergica nati Godefridus & Otto fratres, fundatores anno 1115. cœnobii Overdorpiani ad Weſaliam, imo ipſius Cappenbergici, mortuo anno 1126. Godefrido, ab Ottone in monaſterium ex caſtro anno 1128. converſi.

Ex eadem prodiit Emſa, benefactrix larga Eccleſiæ collegiatæ Santenſis. Ipſe autem Hermannus de Calvele, Comitatu Ravensburgico ab Imperio in fidem accepto, ex conjuge Ottonem & Henricum (2) ſuſtulit, & anno 1172. juxta Kleinſorgium, in fata conceſſit. Ottonis & Henrici poſterorum ſeries quia apud Hiſtoricos tacetur, nec mihi, eandem, licet varie laboraverim, exacte indagare, datum eſt, (3) prius quicquid ex autho-

---

Com. de *Bichelive*; *Sifridum* de *Bomenburgh*, *patrem Sifridi junioris*. Habuit etiam quatuor filias, *quarum* una *mater fuit Conradi de Wettin*, ſecunda *mater Friderici*, *Com. de Arnesberch*; *cujus unam filiam duxit Godefridus de Cuc*, *ſecundam duxit Otto de Cappenberch*. Tertia *uxor fuit Hermanni de Carvera*, *quæ genuit Ottonem & Henricum*, *Comites de Ravensberch*. Quartam *deduxit quidam ſervus*. Prima appellata fuit *Ethilinda*, uxor 1. Welfi, Ducis Bavariæ; 2. Hermanni de Calverla. *Chronogr. Saxo* apud *Leibnizium* in Acceſſ. Hiſt. p. 282. *Ex quibus* (filiabus Ottonis) *unam*, *nomine* Ethilindam, *accepit* Welfus, *Dux Bavariæ*, *& poſtquam illam repudiavit*, *duxit eam Hermannus de Calverla*, *genuitque illa Hermannum Comitem*. *Secunda*, *nomine* Ida, *nupſit Timoni*, *Comiti de Wittin*. Idem *Scriptor & Chron. Montis Sereni* p. 203. Tertiæ, ut & quartæ nomina non exprimuntur. *Henningeſius* P. II. ſecundi & tertii Regni pag. 8. addit *Gertrudim*, Godefridi Barbati conjugem, & *Yuncam*, Gothelonis, Lotharingiæ Ducis, uxorem, ſed absque idoneo teſtimonio.

(1) Vid. Not. præced.

(2) Juxta *Alb. Stadenſ.* l. c. Chronographus Saxo *Hermannum* quoque l. c. memorat.

(3) Veram *Comitum Ravensbergenſium* ſeriem & Genealogiam, e genuinis ſuis fontibus grutam, vide in appoſita *Tabula Genealog. XV.* cui brevem ſingulorum Comitum adjiciemus deſcriptionem. Primus ergo, in cujus poſteros Comitatus Ravensburgicus hereditario jure tranſiit, fuit

HERMANNUS I. de *Calverla*, ſive *Calvelle*, qui ducta Ethelinda, Ottonis, Saxoniæ Ducis Northeimenſis, filia, Comitatum Ravensbergicum obtinuit, defunctus anno 1150. *Alb. Stadenſ.* ad a. 1105. *Chronogr. Sax.* ad a. 1111. Hunc Lothario, Duci Saxoniæ, affini ſuo, in prælio ad Catulariam ſylvam contra Henricum V. Imp. adhæriſſe, refert *Schaten.* Ann. Pad. T. 1. p. 682. Hic quoque procul dubio eſt Comes de Ravensberge, quem *Erdw. Ertman.* in Chron. Oſnabr. p. 211. Philippo de Cazenellenboge in expugnatione caſtri Holtenſis adſtitiſſe, atque ideo liberas ſedes in Middendorpe, & judicium lignarium in Marka, ſive Litkermarcke, acquiſiviſſe memorat. Filios ipſi tribuit *Alb. Stadenſ.* l. c. *Ottonem* & *Henricum*, qui Philippo Imperat. adhæſit, & ejus Diplomati apud *Leibnizium* S. R. B. T. II. pag. 271. ſubſcripſit, poſtea Ottonis amicus factus, ejus quoque Tabulis ſubſcripſit apud *Meibom.* T. 3. p. 160. *Hermanni* quoque meminit *Chronogr. Saxo* l. cit. Ex his patri ſucceſſit

OTTO I. quem Friſiam intraſſe, ac multitudine Friſonum proſtrata glorioſum rediiſſe, refert *Gobel. Perſ.* apud *Meibom.* T. I. p. 269. Tabulis quoque tum Conradi II. Imperat. an. 1146. apud *Aubert. Miræum* in Cod. Diplom. p. 124. & Henrici, Saxoniæ Ducis, an. 1152. apud *Stangefol.* lib. 3. p. 305. ſubſcripſit. Ejus filius & ſucceſſor fuit

HERMANNUS II. qui Philippo Archiepiſcopo adhærens, ab Henrico Leone una cum Simone, Com. Teckleburgico, & aliis ſociis, in campis Hallerfeldenſibus juxta Oſnabrugam cæſus fuit. *Helm.* in Chron. Slav. T. II. S. R. B. p. 645. *Chron. Both.* T. III. pag. 317. *Cranzius* in Saxonia lib. 6. c. 39. *Alb. Stadenſ.* ad an. 1181. *Schaten.* T. 1. A. P. ad an. 1177. Literis quoque Philippi Archiepiſcopi, Abbati Corbejenſi de teloneo Nuſſienſi datis, quas *Schaten.* T. I. ad a. 1180. refert, ſubſcripſit. Ob fidelem vero Friderico I. & Philippo Archiepiſcopo adverſus Henricum Leonem opem præſtitam, hoc proſcripto, Angariæ caſtrum cum vicino tractu obtinuit. *Schaten.* ad a. 1181. Anno 1185. idem Comes fundationi monaſterii Marienfeldenſis, & reſtitutioni Bernhardi, Com. Lippienſis, in feuda amiſſa, ob auxilium Henrico Leoni præſtitum, teſtis adfuit. *Stangefol.* lib. 3. p. 321. Hermannum noſtrum bello ab Hermanno, Epiſcopo Monaſterienſi, petitum fuiſſe, atque Bilefeldia capta, ejus mœnia non ſolum deſtructa, ſed & cives ejus, in ſignum paſſæ tunc cædis, coactos fuiſſe, omnium quercuum in vicinia cacumina amputare & ramos, memorat *Schaten.* T. II. A. P. ad an. 1203. Anno dein 1207. bellum geſſit cum Simone Tekleburgenſi, in quo is quidem occi-

Digitized by Google

thoribus melioris notæ de eadem observare potui, breviter consignabo. Ernestus igitur Brothufius in historia narrat, Hermannum Ravensburgium tempore Henrici Aucupis cum

occisus, Hermannus vero, & filius ejus Otto, capti fuere, unde inter utriusque filios excitata dissidia Adolphus, Archiepiscopus Colon. an. 1231. composuit. *Kleinsorgius* apud *Stangef.* lib. 3. p. 218. Anno tandem 1225. Hermannus noster magnis beneficiis a Friderico Imperatore, ejusque filio Henrico fuit ornatus, de quibus *Schaten.* T. II. A. P. p. 73. ex vetustis Tabulis hæc refert verba: *Celebris Friderico Imperatore & Henrico filio Rege inter Westphaliæ Proceres Hermannus Ravenspergensis Comes, cui ob præclara virtutum, bellorumque decora ab Henrico Rege an. 1225. donatus Vechtensis Comitatus, oppidumque Emdæ cum arce: additumque non modo jus monetæ in urbe Bilefeldensi & Emdana, sed & duplici telonio cumulatus est, quorum alterum in Vlote ad Visurgim, alterum Embdæ in oppido ad Amisim habuit, omniaque hæc beneficio D. Engelberti impetrata, qui tunc Henrici Regis juramentum moderabatur.* E tribus filiis, quos ipsum habuisse testatur *Kleinsorgius* ap. *Stangef.* p. 218. successit patri

LUDOVICUS I. inter quem & fratrem ejus lis de paternis ditionibus dividendis exorta fuit, ita tandem Simonis, Episcopi Paderbornensis, arbitrio composita, ut Ludovicus Comitatum Ravensbergensem retineret, Ottoni autem fratri Comitatum Vechtensem, Vlotham & Emdam relinqueret, quas ditiones Ottonis vidua Sophia & filia Juditha Episcopo Monasteriensi partim donarunt, partim vendiderunt. *Stangefol.* lib. 3. p. 370. *Schaten.* T. II. p. 74. Expeditioni quoque adversus Stadingos interfuit, qua de causa Bernhardus, Archiepiscopus Bremensis, anno 1235. nonnullas terras in feudum ei concessit, juxta Tabulas Archivi. Anno 1244. jus Advocatiæ in cœnobium Schildecense, atque insequenti anno jus Patronatus Capellæ in oppido Bilefeldensi, ejusque exemtionem ab Ecclesia Parochiali impetravit. *Schaten.* T. II. pag. 30. Castrum Ravensberg, quod Bernhardus, Comes Lippiensis, ejusque militares a tempore Henrici Leonis adhuc tenebant, recuperavit, transactione Herivordiæ in conventu Episcoporum Paderbornensis, Bremensis & Monasteriensis, & Comitum, Bernhardi Lippiensis, & Ludovici Ravensbergensis, multorumque Nobilium an. 1257. facta, de qua vid. *Schaten.* T. II. pag. 92. Anno tandem 1260. defunctus, relictis ex Adelheida, Comitissa de Raceburg, duobus filiis, Ottone successore, & Ludovico, Episcopo Osnabruggensi.

OTTO II. cum quo, ut & fratre, litem habuerunt Ludolphus & Bernhardus fratres de Gesmele, compositam an. 1264. juxta literas apud *Schaten.* T. II. p. 106. Fœdus quoque adversus latrocinia istius temporis cum Episcopo Mindensi, aliisque vicinis Principibus anno 1277. iniit Otto; idem *Scriptor* p. 132. Legibus insuper in civitate Bilefeldensi sanctis, Parochialem Ecclesiam Divæ Virginis Mariæ, ut & collegium XII. Canonicorum, fratrum suorum Hermanni, Præpositi Tungrensis, Ottonis, Canonici Osnabr. Ludovici & Bernhardi consensu, ibidem instituit, ut Tabulæ ejus anni 11. Idus Julii testantur, & *Ertw. Erdman.* in Chron. Osnabr. pag. 225. quoque his verbis refert: *Nobilis Otto, Comes in Ravensberg, de anno Domini 1293. 11. Idus Julii, atque Hadwig, sua Comitissa, Deo & beatissimæ Virgini Ecclesiam Collegiatam, quam intitulare voluerunt eandem intemeratæ Virginis Mariæ in Bilefelde, Paderbornensis Diœcesis, quam anno ex tunc proxime præterito cum consensu & auctoritate Reverendi Domini Ottonis, Episcopi Paderbornensis, fundarunt, bonis, possessionibus & prædiis tam rusticis, quam urbanis, servis & etiam colonis dotaverunt, immunitatem & libertatem tribuerunt, & ab omni advocatia eorum & suorum absolverunt, & duodecim præbendas, quatuor Presbyteriales, & quatuor Diaconales, & quatuor Subdiaconales, ibidem esse voluerunt, accedente ad hoc etiam consensu sæpe fati nostri Antistitis Ludovici, qui etiam tunc in minoribus constitutus Præpositus fuit Ecclesiæ S. Johannis Osnabruggensis, & Nobilium, Hermanni, Præpositi Tungrensis, Ottonis, Canonici Osnabruggensis, Ludovici & Brunonis, ipsorum fratrum, filiorum & heredum legitimorum, Comitum prædictorum, prout Privilegia desuper conscripta & sigillata, apud Capitulum ejusdem Ecclesiæ beatissimæ Virginis Mariæ collegiatæ asservata, pleniùs attestantur.* Perperam itaque *Stangefol.* p. 335. institutionem ejus Ecclesiæ Ludovico, Episcopo Osnabrug. adscribit, & ad annum eam referens 1213. ad *Ertw. Erdmanni* testimonium provocat. Uxorem habuit *Hadwigen*, quam e Comitibus Lippiensibus originem duxisse vulgo scribunt; Comitissam vero de Rittberg fuisse, testatur *Schatenius* T. II. p. 174. indeque est, quod Otto, Episcopus Paderbornensis, frater Hedwigis, Ottonem, Comitem Ravensbergensem, affinem suum appellet in Diplomate apud eundem *Scriptorem* p. 175. Ex hac vero conjuge quatuor, ut ex citato Diplomate fundatæ Parochialis Bilefeldensis, & *Ertw. Erdmanni* testimonio adducto patet, suscepit filios, *Hermannum*, Præpositum Tungrensem, *Ottonem*, Canonicum Osnabruggensem, *Ludovicum* & *Bernhardum*, (male *Brunonem* vocat *Ertw. Erdmannus*,) e quibus patri successit

LUDOVICUS II. quem *Schatenius* P. II. p. 187. Episcopum Osnabruggensem fuisse scribit,

Digitized by Google

cum Gerhardo Julio, & Arnholdo Clivio, ludis Equeſtribus Magdeburgi interfuiſſe. Gobelinus vero Perſona, Decanus Bielefeldenſis, in Coſmodromico ſuo ſcribit, Comitem Ra-

bit, ſed eum patruo ejus confundit, qui Præpoſitus primum Eccleſiæ S. Johannis Oſnabruggæ, poſt obitum vero Conradi Kittbergici anno 1301. Epiſcopus Oſnabruggenſis electus fuit. Vid. *Ertw. Erdmann.* l. c. ubi & in cit. Diplom. Ludovicus, Præpoſitus & Antiſtes Eccleſiæ Oſnabruggenſis, diſtinguitur ab Ottonis II. filio *Ludovico*, quem Autor noſter patri ſucceſſiſſe exiſtimat. Breve tamen temporis ſpatium Comitatui præfuit, nec memorabile quid geſſit. Succeſſit ipſi filius

OTTO III. qui cum Epiſcopis Monaſterienſi, Paderbornenſi & Mindenſi caſtrum Angarium, ex quo Simon, Comes Lippienſis, vicinos infeſtabat, obſedit & expugnavit, Simone capto, atque his conditionibus tandem dimiſſo, ut caſtra Angarium pariter ac Rode deſtrueret, ſolveretque 4000. Marcas pro illatis damnis, Vadibus datis Ottone Teckleburgenſi, Johanne Bentheimenſi, Alberto Swalenburgenſi Comitibus, aliisque. *Ertw. Erdmann.* p. 222. 223. *Schaten.* T. II. A. P. ad a. 1302. *Hamelm.* p. 611. Auxit quoque Comitatum emto anno 1315. Dominio Holtenſi pro 350. Marcis, *Schaten.* pag. 233. eodemque jure anno 1321. a Gerhardo, Comite de Swalenberg, acquiſitis omnibus ejus Miniſterialibus ac Vaſallis, qua de re vide Gerhardi literas apud eundem *Scriptorem* p. 251. Confirmatis anno 1326. Privilegiis Civitati Bilefeldenſi, circa annum 1330. obiit. Conjugem habuit *Margarettam Montanam*, filiamque unicam ex illa ſuſcepit, *Margarettam*, Gerhardo, Wilhelmi primi, Ducis Juliacenſis, filio primogenito, nuptui datam, quibus matrimoniis Comitatus Ravensbergenſis, Ducatusque Montanus & Juliacenſis, tandem conjuncti fuerunt. Succeſſit vero ipſi circa annum 1330. frater

BERNHARDUS, ut ex pacto quodam, inter ipſum & Ludovicum, Haſſiæ Landgravium, de Succeſſione in Comitatu Ravensbergenſi, eodem anno inito; atque ex literis, quibus anno 1331. proprietatem Decimæ in Halle a Decano & capitulo Oſnabruggenſi acquiſivit; ut & aliis, quibus anno 1332. dotalitium Margarethæ, fratris viduæ, auxit, apparet. Circa annum tandem 1346. defuncto, uxoris Margarethæ nomine ipſi ſucceſſit

GERHARDUS, ut patet ex Tabulis, quibus Dethardus de Sloen partem caſtri ſui Lymberg Alardo & Svedero de Bouſche, ſub pacto reluitionis, conſenſu *Gerhardi* anno 1347. obligat. De cujus liberis & poſteris vid. ſupra *Tab. Genealog.* ad pag. 449. Anno 1360. in ludo Equeſtri occiſo, ſucceſſit filius unicus

WILHELMUS, qui anno 1362. Privilegiis & juribus ordinum Ravensbergenſium & civitatis Bilefeldenſis confirmatis, anno 1368. in bellum incidit cum Florentio Wevelinchovio, quod hujus Epiſcopatum Caſtellani Ravensburgenſes infeſtarent. *Ertw. Erdmann.* pag. 231. Poſtea ſocietate anno 1373. cum Ottone, Comite Teckleburgico, inita, bellum geſſit adverſus *Simonem*, Comitem Lippienſem, eumque captivum duxit, & diu in cuſtodia detinuit, qua de re vid. idem *Scriptor* pag. 234. Vivo adhuc patre in Comitatu Ravensbergenſi ſucceſſit

ADOLPHUS, ut patet ex literis, quibus anno 1395. Privilegia Hervordienſium confirmavit. A quo iterum frater

WILHELMUS, qui, Epiſcopatu Paderbornenſi poſtea relicto, uxorem duxit *Adelheidam* Teckleburgenſem, Comitatum Ravensbergenſem circa annum 1404. adminiſtrandum accepit, mortuus Bilefeldiæ anno 1428. ibique cum uxore, ſequenti anno defuncta, ſepultus, ut teſtatur hæc Monumenti ipſorum in Eccleſia Novi Oppidi Bilefeldenſis inſcriptio: ANNO DOMINI MCCCC XXVIII. IPSO DIE CECILIÆ VIRGINIS, OBIIT WILHELMUS ILLUSTRIS DOMICELLUS DE MONTE, COMES DE RAVENSBERG. Et altero latere: *Anno Domini M CCCC XXIX. ipſo die Gregorii Papæ, obiit nobilis Adelheidis de Teckleburg, Comitiſſa de Ravensberg, conthoralis, quorum animæ requieſcant in pace.* Succeſſit ei filius

GERHARDUS, Adolpho patruo absque liberis anno 1437. defuncto, Dux quoque factus Montium & Juliæ, in cujus tempora cruentum illud bellum inter Adolphum, Ducem Cliviæ, & Theodoricum, Archiepiſcopum Coloniæ, ob civitatem Suſatienſem incidit, in quo licet neutras ſequeretur partes, pacemque inter eas reſtitui admodum laboraret, multa tamen a peregrinis populis, quos Archiepiſcopus in auxilium vocaverat, in Comitatu Ravensbergico paſſus fuit damna, ut *Ertw. Erdmannus*, Scriptor æqualis, p. 257. 258. *Hamelmann.* pag. 398. aliique referunt. Vide quoque ſupra p. 452. de liberis vero ipſius *Tab. Geneal.* p. 449. e quibus patri anno 1475. ſucceſſit

WILHELMUS, qui pactis cum Johanne II. Duce Cliviæ, Ordinum conſenſu an. 1496. initis, hujus filio Johanni unicam ſuam filiam atque ex aſſe heredem *Mariam* in matrimonium promiſit, ditionibus utrinque in perpetuum unitis, jureque primogenituræ tam inter he-

Digitized by Google

Ravensburgium Frisios potenter domuisse, & insignem ab eis victoriam retulisse. Ortwinus Ertmannus in Chron. Episcop. Osnabrugensium (cujus Epitomen Hermannus Hamelmannus anno 1564. edidit,) testatur, Comitem quendam Ravensburgium, cujus nomen tamen non exprimit, Philippo Cattimeliboco, Episcopo Osnabrugensi, in ordine 25. in arcis & dominii Holtensis, post septem annorum obsidionem dediti, excisione anno 1144. suppetias tulisse, & propterea liberas sedes in **Middendorpe/** cum judicio lignario Holtensi, consecutum esse. Sequentibus temporibus Viri equestris dignitatis de Warendorp judicium in Dissen cum suis villis, Loder, Hilter & Glane, quas ab Ecclesia Osnabrug. in feudum habuerunt, Comiti Ravensburgio vendiderunt. Filius Hermanni primogenitus Otto, juxta eundem Kleinsorgium, Judithàm, Ludovici IV. Thuringiæ & Hassiæ Landtgravii, filiam, duxit; ex eaque Hermanno filio & successore genito, anno 1226. mortuus est. Ottonis hujus Ravensburgici, ejusque filii Hermanni, Philippus Heinsbergius, Colon. Archiepiscopus, in institutis monasteriis Breidlarienſi & Schedano anno 1170. mentionem facit, ubi eos cum Henrico Arnsbergio, Eberhardo, ejusque filio Arnholdo, Altenanis, Henrico Frotzbergio, Bernhardo Lippiensi, Conrado Rudenbogio, Rabone de Marca, Henrico de Vure, Gerhardo, Advocato Colon. Henrico Volmunsteinio, Hermanno, Camerario Episcop. Rechezone de Molenheim, Hermanno de Unterbeck, Eberhardo de Padtbergh, Ludolpho, Henrico & Joanne de Gotener, Thincone de Susato, Adelberto & Hildegero, Villicis Brunsteiniis, testes citat. Crantzius lib. 6. Saxoniæ, cap. 39. indicat, Hermannum, Comitem Ravensburgium, in castris fuisse Philippi Hinsbergii, Archiepiscopi Colonienſis, contra Henricum Leonem, Saxoniæ Ducem, anno 1181. prope Osnabrugam infœliciter dimicantis. Idem Crantzius lib. 11. Sax. cap. 17. sic loquitur: Hervordenses, a Comite Lippiæ adjuti, cum Osnabrugensibus pugnarunt, & hostes numero plures prælio excipientes, ubi diu paribus armis & animis certassent, victoria tandem potiti Hervordienses, 60. ex hostibus, aliis fuga elapsis, captivos abduxere. Hermannus, ejus nominis II. juxta eundem Kleinsorgium, Ludovicum succeſſorem, Ottonem, Ulcovii ac Vechtæ Dominum, & Hermannum, Præpositum Tungrensem, reliquit. Ludovicus cum Wilhelmo Julio, Adolpho Montano, Adolpho Mar-

---

heredes masculos, quam sequioris sexus confirmato, magisque stabilito. Wilhelmo itaque anno 1511. defuncto, ut in ceteris ejus ditionibus, ita in Comitatu Ravensbergico quoque succeſſit

JOHANNES, filius Johannis II. Ducis Cliviæ, cujus tempore Reformatio Religionis in Comitatu Ravensbergico cœpit, ut pluribus exponit *Herm. Hamelmannus* in *Hiſt. Renati Evangelii in Comitatu Ravensb.* p. 833. & seqq. *Op. Hiſt. Genealog.* Patrem anno 1539. defunctum excepit filius

WILHELMUS, qui pactis cum Abbatissa Hervordiensi, *Anna* Limburgica, anno 1547. 20. Maji initis, jura Superioritatis territorialis in civitatem Hervordiensem acquisivit, qua de re vid. Not. ad pag. 465. atque ibid. Tabulas hujus cessionis. Ceterum Wilhelmus noster non solum judicia collapsa in meliorem redegit ordinem, ut docet ejus Proceſs-**Ordnung in der Grafſchafft Ravensberg,** anno 1556. Dusseldorpii impressa, sed & Reformationi Religionis admodum favit, statutis capituli Bilefeldenſis ipsius juſſu a Caspare Groppero anno 1575. ut docent Acta in Cod. Diplom. No. CLIX. correctis, atque Pontificis Jurisdictione Ecclesiastica in ditionibus suis sub pœna culei sublata, ut in actis publicis inter capitulum Schildecense & Wilhelmum his verbis refertur: **Dieſer Hertzog Wilhelm hat die geiſtliche** Jurisdiction **in ſeinen Landen ſo gar verboten, daß Er innen Säcke aufhencken laſſen, worin diejenige, ſo ſolcher geiſtlichen** Jurisdiction **halber etwas anzubringen oder zu tentiren ſich unternehmen würden, geſtecket, und als** proditores Patriæ **erſäuft werden ſolten, wie ſolches aus einem in** Anno 1568. **an damahligen Gohgrafen zu Bileſeld abgegangenen Befehl mit mehrern zu erſehen, wobey es dann auch Dero** Successor **und Sohn, Hertzog Johann Wilhelm höchſtrühmlich bewenden laſſen, und nimmer verſtatten wollen, daß ſich ein Fremdder in dieſen Landen der geiſtlichen** Jurisdiction **angemaſſet.** De incrementis vero Reformationis in Comitatu Ravensbergensi vid. *H. Hamelm.* l. c. Ceterum nimiam duritiem Nobilium in suos Rusticos edicto publico coërcuit, quod vide infra in Cod. Diplom. No. CLX. Patrem anno 1592. mortuum secutus fuit filius

JOHANNES WILHELMUS, post cujus obitum Comitatus Ravensbergensis eadem fata habuit cum ceteris ejus ditionibus, atque pactis inter Electores Brandenburgenſem & Neoburgicum 1666. initis, priori cessit, qua de re vid. pluribus supra p. 360.

Digitized by Google

Marcano, Simone Spanheimio, Godefrido Arnsbergio, Theodorico Isenburgio, Henrico & Walramo Limburgiis, Walramo de Monfoye, Alberto de Hurde, Henrico de Volmunſtein, in fœderis tabulis, inter Conradum Hochſtedenum, Archiepiſc. Colon. & Engelbertum Isenburgicum, Epiſcop. Oſnabr. an. 1248. in annuntiat. B. Mariæ Virginis conſcriptis, rei geſtæ teſtis citatur. Hic Ludovicus ex uxore Ottonem ſucceſſorem, & novum Ludovicum, Epiſc. Oſnabrug. genuit, an. 1260. vita defunctus. De Ludovico autem Ravensburgio, Epiſcopo Oſnabrugenſi in ordine 33. ex Crantzii lib. 8. Metrop. c. 24. Chronic. Erromi & Gobelini Coſmodromico conſtat, quod Vir magni animi Simonem, Lippiæ Comitem, multa ex arce Engerenſi, antiquo Saxonum propugnaculo, damna diœceſi inferentem, cœperit, & vinctum in urbis carcere, dem Bock dicto, in ſextum usque annum captivum detinuerit, donec die Kiliani anno 1305. transactione facta, Comes Simon cum filio Bernhardo, Præpoſito Paderbornenſi, datis nobiliſſimis quibusque obſidibus, Ottone Tecklenburgio, Joanne Bentheimio, Alberto Swalenbergio, Comitibus, ſe Engerenſem arcem everſurum, & caſtrum atque oppidum Rhedam intra dies a relaxatione 15. deſtructurum, nec unquam per ſe, vel poſteros, reædificaturum, jurejurando præſtito promittens, Brunoni Ravensburgico, fratri Epiſcopi, illud in pignus tradens, Epiſcopo denique 4. millia Marcarum argenti numerans, dimiſſus eſt. Idem Ludovicus contra Engelbertum Marcanum, Julii, Tecklenburgii, Arnsburgii, Waldeccianí, Lonenſis, Rietbergii & Tremoniæ Comitum, Epiſcopi item Monaſterienſis ſuppetiis ſubnixum, pugnavit, eumque anno 1308. devicit, ſed a miniſtro proprio, Comiti Marcano incumbenti, ex errore vulneratus, triduo poſt occubuit. Otto autem, nominis II. Ludovici Epiſcopi frater, patrisque ſucceſſor, ex uxore Hædewiegſe Ludovicum II. ſucceſſorem, Hermannum, Præpoſitum Tungrenſem, Ottonem, Canonicum Oſnabrugenſem, & Brunonem accepit, anno 1298. aut circiter, mortuus. In Chronico Haffiaco Wilhelmi Dilichii, an. 1617. edito, narratur, Ottonem, Landtgravium Haſſiæ, Henrici infantis filium, anno 1326. mortuum, Adelheidem Ravensburgiam uxorem duxiſſe, ex qua Henricus, Ferreus dictus, prognatus. Ex Henrico, altero Hermanni filio, Ludovicus deſcendit, cujus gnatus Otto Margaretham, Adolphi, Comitis Montani, an. 1348. defuncti, filiam & hæredem, uxorem duxit. Etſi enim Adolphum quoque & Wilhelmum filios, Margarethæ fratres, genuiſſet, quia tamen hi, patri obſtreperi facti, vindicta divina ipſos proſequente, ante patrem extincti fuerunt, tota Montium hæreditas ad iſtam eorundem ſororem, poſt obitum parentis, pervenit, ex qua viciſſim Otto Ravensburgius unicam tantum filiam, itidem Margaretham dictam, genuit, Gerhardi Juliaci, Wilhelmi primi Ducis primogeniti, uxorem. A quibus parentibus viciſſim VVilhelmus I. Montium Dux, prognatus, qui viciſſim ex Anna Palatina, Roberti Imp. filia, Adolphum ſucceſſorem, & Robertum atque VVilhelmum, Epiſcopos Paderbornenſes, edidit: Ex quibus VVilhelmus, dignitate Epiſcopali reſignata, ex Anna Teckleburgica, an. 1415. ducta, Gerhardum; Hic denique ex Sophia Saxonico-Leoburgica iterum VVilhelmum, omnes Juliæ & Montium Duces, Comitesque Ravensburgicos produxerunt. Poſtremi filiam & hæredem Joannes, Dux Cliviæ, Comesque Marchiæ, accepit, & ſic omnes has Provincias fœliciter copulavit, ut ſupra prolixe dictum eſt.

SERIES
COMITUM RAVENSBURGICORUM ſedecim.

Porro ex his omnibus, quæ hactenus ex diverſis authoribus attulimus, colligere non eſt difficile, ſeriem Comitum Ravensburgicorum talem eſſe:

Primus & proſapiæ hujus illuſtris parens Hermannus Calvelenſis fuit, Idæ, Ottonis, juxta Albertum Stadenſem, an. 1105. Bavariæ Exducis, filiæ, maritus, qui, juxta Kleinſorgium, filiis binis, Ottone & Henrico, ex illa relictis, an. 1172. in fata conceſſit.

Otto primogenitus, patrisque ſucceſſor, Comitum ſecundus, ex Juditha, Ludovici IV. Thuringiæ & Haſſiæ Landtgravii, filia, Hermannum ſucceſſorem genuit, anno 1226. mortuus.

Hermannus, nominis ſecundus, Comitum tertius, ex uxore Ludovicum ſucceſſorem, Ottonem, Ultovii ac Vechtæ Dominum, & Hermannum, Præpoſitum Tungrenſem, ſuſcepit.

Digitized by Google

Ludovicus, Comitum quartus, ex uxore Ottonem ſucceſſorem, & Ludovicum, Epiſcopum Oſnabrugenſem, edidit, anno 1260. vita defunctus.

Otto, nominis ſecundus, Comitum quintus, ex uxore Hædwiege inter alios Ludovicum ſucceſſorem accepit, anno 1298. aut circiter, extinctus.

Ludovicus, nominis ſecundus, Comitum ſextus, Ottonem III. genuit.

Otto, nominis tertius, Comitum ſeptimus, maritus fuit Margarethæ Montenſis, Adolphi filiæ, & per eam, fratribus binis, Adolpho & VVilhelmo, ante patrem mortuis, poſt hujus fata Comitatum Montanum cum Corvino copulavit, & ad filiam, cognominem Margaretham, Gerhardi Julii uxorem, derivavit.

Hinc igitur Gerhardus Julius, VVilhelmi primi, Juliæ Marchionis & Ducis, filius, Comitum Montenſium ultimus, Ravensburgicorum vero in ordine octavus factus, ex eadem VVilhelmum primum, Montium Ducem, Ravensburgicum vero Comitem in ordine nonum, ſuſtulit; Cujus filii Adolphus, Comitum decimus, Robertus & VVilhelmus, Paderbornenſes Epiſcopi, fuere.

Adolphus vero, quia ſine liberis obiit, Gerhardo VVilhelmo, fratris filio, quia abdicato Epiſcopatu, Annam Teckleburgicam duxerat, ex eaque ipſum genuerat, tum Ducatus, Montanum & Juliacum, tum Comitatum Ravensburgicum reliquit. Cujus filius VVilhelmus filiæ Mariæ, Joanni, Duci Clivenſi, Comitique, copulatæ, easdem iterum tradidit, qui ex ea VVilhelmum novum, isque Johannem VVilhelmum, ultimum Juliæ, Cliviæ, Montium Ducem, Comitemque Marcanum & Ravensburgicum, procrearunt, uti ſupra prolixe dictum.



Pro-

Digitized by Google

Provinciarum Cliviæ, Juliæ, Montium, Marchiæ, Ravensburgiæ Coronis, quæ eſt *Leonis Geldrici* in Tetrarchiis ſuis, ſibique ſubjectis Baronibus, & inferioris ditionis Dominis, adumbratio.

Provinciæ Geldriæ origo, ſitus, amplitudo, fluvii, incrementa, & per quatuor Tetrarchias progreſſus.

Origo Geldriæ.

Geldriæ originem quod attinet, Provincia hæc, ut etiam vicina Julia, primitus ſub Regibus Lotharingiæ & Auſtraſiæ fuit, Auberto enim Miræo in Annalibus Belgicis teſte, Ludovico, Francorum Rege ultimo, ſine liberis ſub annum 987. defuncto, Carolus, ex Ludovici, (1) Lotharingiæ Ducis, filia, vidua, natus, Lotharii, Francorum Regis, fratrem, regnum hoc, ſibi ex paterna & avita poſſeſſione debitum, quod Hugo Capetus, (2) Pariſienſis Comes, invaſerat, anno 990. armis repetiit: Sed per fraudem a Capeto interceptus, Aureliæ ad Ligerim in carcere ſub annum 991. ſatis conceſſit. (3) Hoc igitur tempore, nempe anno 990. (4) & non 978. ut Chron. Holl. & Seelandiæ, & ex eo Bernhardus Furmerius exiſtimant, Ann. Friſ. l. 6. quo Carolus, Ludovici Lotharingi filius, Franciam Orientalem, ad quam Geldria quoque, ſicuti jam diximus, pertinebat, adminiſtrabat, (Caroli Calvi enim regnum Moſâ terminabatur,) vivebant apud Nierſam fluvium duo fratres, VVichardus & Ludolphus, Ottonis, ut quidam volunt, Pontini Dynaſtæ, filii, qui Geldriæ Præfecti ab Impp. conſtituti, occiſo quodam monſtro, (5) quod in aquis latebat, ac incolas multis incommodis afficiebat, ab ejus voce & colore Geldriam condidiſſe perhibentur: erat illud monſtrum, ut ajunt, immane quoddam & venenatum animal, ſub maſpilo delitescens, agros devaſtans,

(1) Ita hæc corrigenda: *Carolus Ludovico IV. R. G. ultramarino, ex Gerberga, vidua Giſelberti, Lotharingiæ Ducis, natus, Lotharii, Francorum Regis, frater.* Pace enim cum Ottone I. Imperatore facta, jure omni in Lotharingiam ſe abdicavit Ludovicus, atque Gerbergam, viduam Giſelberti, Ottonis ſororem, in matrimonium duxit. *Otto Friſing.* in Chron. lib. 6. c. 19. Ex illa vero hos filios ac nepotes ſuſcepit:

LUDOVICUS IV. *tranſmarinus.* Ux. *Gerberga.*

Lotharius, R. G.	*Mathildis*, ux.	*Carolus*, D. Lotharingiæ	
|	*Conradi*, R.	& Brabantiæ. Ux.	
Ludovicus, R. G. ignavus.	Burgundiæ.	1.) *Bona.*	2.) *Agnes.*

1.) *Gerberga*, ux. Lamberti, C. Lovan.	*Otto*, Dux Lotharingiæ.	2.) *Ludovicus* Barbatus. Stirps Landgrav. Thuringiæ.	*Carolus.*	*Hadwida.*	*Ermengardis.*

(2) Filius *Hugonis Magni*, quem vero non Roberti fortis, ſed Odonis, f. Eudis filium fuiſſe, oſtendit *Pagius* Hiſt. Crit. T. III. p. 770. hancque ejus Genealogiam ibi tradit:

ROBERTUS *fortis.*

Odo.	*Robertus.*
|	|
Hugo M.	*Richarius.*
|	
HUGO *Capetus.*	*Rudolphus*, R. G. *Boſo. Hugo.*

(3) Suſceptis in carcere duobus filiis, Carolo & Ludovico Barbato, cujus nepos Ludovicus a Lothario Imperatore Thuringiæ Landgravius conſtitutus fuit. *Sagittarius* in Epiſt. de antiquo Thuring. Statu. *Tenzel.* in Supplem. Hiſt. Goth. p. 347. & ſeqq.

(4) *Pontanus* ad annum 879. hoc refert.

(5) De qua fabula *Petrus Scriverius* in Notis ad *Henrici Aquilii* Chronic. Geldr. p. 4. merito *Quæ*, inquit, *hæc Aquilius de immani illo & venenoſo animali commemorat, etiam alii Geldrici Scriptores tradunt. Ex quorum fide iſta Autor noſter. Sed an fidem mereantur, etiam atque etiam prudens cordatusque Lector conſideret. Sane ego, ne quid contra animi mei mentem aiſſimulem, mera deliramenta febricitantium ac feriatorum hominum commenta reputo, & fabulas.*

Digitized by Google

ſtans, ac pecora animaliaque minora per occaſionem devorans, adeoque noxium, ut ob id incolæ, agris ei vicinis deſertis, alio ſe conferrent. Eo autem necato, arci a clamore *Gelre, Gelre,* (1) nomen indiderunt. Hæc fabula eſt: rei autem veritas fabuloſo involucro regitur, quod ita aufert, & ſimul venenatam beſtiam a Geldria depellit Bernh. Furmerius in Annal. Friſiis. Erat, inquit, tunc in ea regione palus, & ex ea ſcaturiens amnis, qui totum ſua inundatione agrum reddebat infeſtum. Hic amnis Gala dicebatur, hodieque in Tabulis Geographicis ita pingitur, ut in Nierſam fluvium deſinat, quem cum aggere coërcuiſſent iſti duo fratres, ad ejus oſtium ædificarunt oppidum, quod *Gæle door*, tanquam Galæ oſtium, & per contractionem, *Gælder* eſt dictum, quemadmodum cives ejus oppidi hodieque pronuntiare ſolent: Sicut enim Hercules inter cætera monſtra Archeloum fluvium ſuperavit, extra ripas diffluentem, & agro Calydoniorum vicino vaſtitatem inducentem, ideoque a Poëtis (2) ob alveorum obliquitatem, quæ cornua dicuntur, Taurum appellatum, hujus vero Archeloi cornu altero dejecto, vel præciſo, copiæ cornu, ut iidem poëtæ fabulantur, enatum, id eſt, ubertas agrorum & abundantia omnium fructuum provenit; Eundem in modum, Gala rivo inter ſuas ripas contracto, & in Nierſam deducto, agri confines, a monſtro exundante liberati & exſiccati, fructuoſi ſunt effecti, cum antea ejus diſpendioſa vaſtitas, ad inſtar monſtri, agrum redderet inutilem. Laudandi igitur fratres illi, Geldriæ conditores, qui haud aliter, quam Hercules compreſſo Archeloo Calydoniorum, ita illi horum incolarum agros fœcundos atque fertiles effecerunt, adeoque patriam locupletarunt.

In alia longe ſententia eſt Jeſuita Browerus in ſuo (3) S. Meinwerco, Epiſcopo Paderborn. 10. qui non fratres illos binos, ſed Wichmanni ex Adela filia nepotem, ipſum ſcilicet Meinwercum, Epiſc. Paderborn. in ordine 10. re ipſa Draconem occidiſſe vult, inque rei præclare geſtæ memoriam, hunc a ſe interfectum in mappa depingi curaſſe, ac monaſterio ſuo Abdinchofio Paderbornenſi donaſſe, adeoque non in facto, ſed perſona tantum erratum fuiſſe. Hic Meinwercus Comes Geldrus a Theiſterbandt (4) vocatur a Caſp. Bruſchio in Germ. Epitomes Tom. 1. Et a Willegiſo, Archiepiſc. Mogunt. Goslariæ

(1) Alii vero a *Gerlaco*, Præfecto Geldriæ, alii a Gelrenſibus incolis, quaſi Gallis Rhenenſibus, alii a *Galedoor*, quaſi *Galæ* fluvii oſtio, alii a Celtis, **Celters**, f. **Kelters**, **Gelders**, alii a *Geldaba* Caſtri & Regionis nomen derivant. Vid. *Pont.* lib. 1. pag. 27. *Scriverius* in Notis ad *Aquilium* p. 5.

(2) Vide *Horatium* lib. 6. Oda 14. *Virgilium* Georgic. lib. 9. *Strabon.* lib. 4. ubi cornu copiæ, Tauro ablatum, fertilitatem agrorum, poſtquam hi a fluviorum inundatione liberati fuerunt, deſignare ſcribit.

(3) In Notis videlicet ad vitam *Meinwerci*, quam *inter Sidera Illuſtrium & Sanctorum Virorum, qui Germaniam præſertim magnam olim rebus geſtis ornaverunt*, anno 1616. edidit, correctiorem vero exhibet *Leibnizius* T. 1. S. R. B. No. 36.

(4) Tam paterno, quam materno genere e *Wittekindi & Hermann. Billing.* Saxoniæ Ducum, ſanguine eum ortum fuiſſe, oſtendit *Leibnizius* in Præfat. ad T. 1. S. R. B. No. 27. & 36. hoc Schemate, ex quo conſanguinitas *Meinwerci* cum *Henrico S.* ſimul apparebit:



Nicol. quoque *Schatenius* utroque genere Saxonem fuiſſe, pluribus docet T. 1. A. P. p. 386. ſed in *ſerie Gencal.* paulo diverſus eſt a *Leibnizio.*

Digitized by Google

riæ authoritate Henrici II. Imp. propinqui ſui, anno 1009. conſecratum, urbem Paderbornenſem muris cinxiſſe, ſupremum templum inſtauraſſe, & poſt 27. annorum ἐπισκοπὴν anno 1036. obiiſſe, ab eodem affirmatur. Sed nos hujus Hiſtoriæ fidem Jeſuitæ relinquimus.

Et ex Ægidio Gelenio, Canonico Colon. ad S. Andream, adhuc aliam mythologiam fabulæ addimus: quippe qui in ſua Hiſtoria S. Engelberti Montani, Archiepiſcopi Colon. anno 1633. evulgata, de ferina tyrannide & dominatu eam interpretatur illorum Harpyarum, qui, ut incolas iſtorum locorum emungerent, *Geldre, Geldre, nummos, nummos*, imperioſis ſuis vocibus clamavere, a qua ſubditos Wichardus & Ludolphus fratres ereptos, libertati ſuæ reſtituerunt. Sed nimis ridicula eſt hæc nominis Geldrici Etymologia, ſicut ipſi etiam Gelenio viſum, qui idcirco, in notis poſtea editis, Patris Brouweri ſententiæ acceſſit. Utramque vero Furmerius dextra Mythologiæ explicatione ſatis refutaſſe videtur: Dynaſtas autem primos Geldriæ Pontinos, alii inquilinos Viros nobiles, alii ex proſapia Theiſterbandica ortos fuiſſe volunt. Geldria ipſa a Gelduba Taciti, (1) a qua alii eam deducere ſatagunt, longe alia eſt. Viculus enim hodie adhuc ad Rhenum ſupereſt in itinere, quod recta a veteribus Noveſium ducit, Gelb nominatus, ubi Gelduba olim ſtetit: Geldria autem a Rheno vel ſex milliaribus Germanicis diſtat, ſi Geldubam reſpicias, ut vere Bernh. Mollerus, quem ſupra quoque adduximus, in deſcriptione Rheni:

In miſeris pauper latitat Gelduba ruinis,
Eminus ad lævam fluminis illa ſtetit.
Dicitur arctato Gelbis jam nomine firma,
Contigua pagum parte Lyena videt. (Sin.)

Satis de origine: Situs eſt, (2) quod a Septentrione Friſiam & Sinum Germanici maris, vulgo **Suyderſee**; ab Oriente Cliviæ Ducatum; a Meridie Juliacum attingit: Brabantia & Hollandia eam ab Occidente reſpiciunt. Regio eſt campeſtris, montibus omnino carens, ſed paſſim ſylvis ac nemoribus ornata, omnium rerum fertilis, præſertim frumenti fœcunda, & ſupra modum paſcendis pecoribus, ob pratorum ubique viridantium luxuriem, apta, adeo ut ex ultima Dania emacerata armenta huc ſaginanda mittantur. *Situs, amplitudo & fertilitas Geldriæ.*

Fluviis (3) irrigatur quatuor celeberrimis, Rheno, Moſa, Vahali & Iſſla. Nierſa quoque illabitur. *Fluvii Geldriæ.*

Rhenus, ut ex curſu ejus, ſupra (4) generaliter annotato, hoc repetamus, ad propugnaculum Batavicum Grevewerdanum, hiatum Vulpis efficiens, primo dividitur, (5) & Vahalim a ſiniſtris emittit, qui inde ad Zephyrum labens, Noviomagum a ſiniſtris, & a dextris Tedium alluit, & inſulam, quam Vahalis læva, Moſa dextra, attingit, conſtituit: Ad arcem vero Leoninæ rupis Vahalis, nomine omiſſo, ſolius Moſæ appellatione gaudet: prout ex Bernhardi Molleri deſcriptione Rheni apparet, qui, poſtquam curſum ejus usque ad tecta Telonarum proſecutus eſt, ita porro canit:

Se minus ipſe capit, qui ſuſtulit omnia Rhenus
Flumina, non oneri ſufficit ipſe ſuo.
Non fluviis conſtat, terra veſtigat hiante,
Auſugium terra pulſus hiante fremit.
Terra pavet Rheni toties exploſa, Tridente
Cedit, iter fluvio præbet ubique fugam.
Dividitur Rhenus, fluvio disjuncta bicorni
Pignora fert, fluvio pignoris iſta loco.
Solis ad occaſum defertur gurgite Valis,
Et prior eſt natu Valis, at amne minor.

(1) Lib. 6. Hiſt. c. 26. 32. 35. de quo vid. ſupra p. 22.
(2) In cujus, ut & ſoli deſcriptione prolixi ſunt *Pontan.* lib. 1. p. 2. & ſqq. *Schlichtenh.* p. 3. & ſqq.
(3) De quibus vide laudatum *Schlichtenhorſt.* lib. 1. §. 15. 16. 17. & ſupra paſſim.
(4) Pag. 12. & pag. 128.
(5) Atque tribus tandem oſtiis ſeſe in mare effundit. Vid. ſupra p. 31.

Digitized by Google

Valis ubi Rheno vadit dejectus, eadem
Parte Telonarum tecta jacere vides.
Insula discedit cognomine prodita vulpis,
Longius ad spatium reddita jure venit.
Septem Neomago discedit millia passum,
Neomagum læva Valis abire videt.
Urbs non tota levat surgenti mœnia colle,
Ast aliqua planum parte lutosa tenet.
Nil, fateor, Bajis, Latio præluceat in orbe,
Nil & Neomago Geldria majus habet.
Valis habet dextram, sed jam Lentina fluentis
Succubuit, Valis mersa furore latet.
Neomago centum stadiis labente retrorsum,
Teilium ripæ Valis adesse facit.
Teilio Valis Mosam cedente salutat,
Ut quatuor passus mille peregit iter.
Mutua junxerunt simul ac amplexibus ora,
Insula dissolvi protinus ora videt.
Hæc stadiis centum longo protensa meatu,
Quatuor at passus mille sed arcta coit.
Cæruleo levam distendit flumine Mosa,
Cæruleo dextram flumine Valis obit.
Insula finitur, medio dum limite Valis
Mœnia Bomeli gurgite læva quatit.
Latius advecta subigit, dum Najade fluctus
Imperio Mosam deficiente capit.

De Mosâ in Provincia Julia dictum.

Cluverius de tribus ostiis Rheni.

Isala (1) male a Plinio & Pomp. Mela Flevi nomine appellatus, cum potius Nabalia sit, cujus ostium quoddam Flevus Velordum quasi in angulo a sinistris, Westerfurdam a dextris habet, sed modico flexu in Septentrionem delatus, a dextris præclarum oppidum Dœsburgum alluit: juxta vero illud Isalam novum antiquior influit. Hic in Westphalia ortus, & prope Mariæ Vallem progressus, Ringbergam & Diengdenum longinquo deserit, Werdenbruchiam & Werdam præteriens, ingentes longe lateque paludes efficit, Iselburgum, provinciam Anholtinam, Lancfurdum alluens, a dextris Alpham fluviumi accipit, qui itidem ex Westphalia scaturiens, non procul Velenam deserit, & Ranstorptam, Gœmenum, Borcanum, Rheam, Bocholtiam alluens, tandem Isalam illabitur, & Alpha hoc flumine accepto, Ulftenum præterit, Swanborgum castrum, Burgiacum oppidum, præterea Olstanum, Dotichemenum, Capellinum, vulgo Keppel/ Dœsburgum alluit, & sub hoc Isalam novum influit. Isala vero novus a sinistris Dierenium & Spancranium, a dextris Steenderam, a sinistris Vichmondum amittit & deserit, a dextris etiam proxime Bronckhorstium attingit. Apud Zutphaniam Isalæ a dextris fluvius Bercola ex fœnifero prato, (der Speckhuiser Wische dicto,) præter auxiliares ex gurgitibus Holthusii & molaris aggerum aquas promanantes, non procul a Bidrebeca ad castrum Hamerem/ a tribus fontibus ita appellata, ortus, D. Ludgeri & Vorlonico torrente rivo itidem in campo Hamerensi, qui fossam castrensem influit, acceptis, Bercolæ in Burschapia, Luthen/ junctus, nomen accipit, & inde Cœsveldiam, Gescariam, Stattonium, Vredenam, & reliquias desertæ arcis, Hyburgum, Borculoum, Lochemum, Galilæam & Zutphaniam præterlabitur. Idem Isala in circium iter mutat, læva Tuoldenium remotius habet, Velsenam proxime alluit eadem parte, a dextris Olstenum & Vigionum præterit, a sinistris Vesreniam possidet, & fluvium Grifftium atque oppidum Hattenum, Daventriæ proximum, a sinistris, inde quoque Isala cœnobium tenet Aquæ claræ, eademque parte Zallichium, altera Villenum alluit viculos: parvam deinde circumfluens insulam,

(1) Vid. Not. supra pag. 31. & *Altingium* P. I. p. 115. ubi ab Y *aqua* & *Sala*, quo nomine depressius solum, cui aqua superstare solet, vicinis populis veniat, appellatam existimat.

Digitized by Google

lam, Campos a ſiniſtris, oppidum florentiſſimum, habet, ubi Iſala mari commixtus, a dextris Vidrum ſive Vechtam (1) fluvium, a tribus fontibus ita nominatum, habet. Ex his fontibus primus ſupra Darveldiam ebulliens, Burloniam minorem alluens, circa Grothoveum molas circumagit. Secundus, apud villam Levordinganam exortus, Rocholtum alluit. Tertius ex colle apud Sacellum Annæ dirutum profluit: Ipſe vero Vechta inter Schoppingiam & Egenradum labitur, fontem limpidiſſimum ex templo Schoppingenſi, quod extra vicum eſt, & plurés alios ex monte Schoppingano a dextris digerit; Metiloniam & Langenhorſtiam præterit, a dextris vero Alpham apud pagum Laur/ ex colle natum, & limpidiſſimo flumine pratum ſacrum diſſecantem, nunquam vero flumine deficientem, tenet; in quem Scalfurda apud villam Hœmodiam, ex colle profluens, villamque Temmingianam alluens, juxta villam Löhoff labitur; ipſe vero Alpha, flumine, dicto Auſterbecke/ accepto, Steinfordiam præterit, Vettringiam, Onæum, Scuttorpium, Northornum alluit, & juxta Fronsbergas Vechtam influit; ſicut ex ſequenti Bernhardi Molleri deſcriptione metrica in Rheni diagraphe patet:

Quondam foſſa fuit Druſi, nunc Iſala fertur,
Hæc quoniam Druſi facta labore fuit.
Rhenus in occaſum lacerato diffugit amne,
Tendit in exortus Iſala, curvat iter.
Eſt locus ad lævam, qui dicitur angulus, illi (Iſelordt.)
Iſala ſubducto nomen ab amne dedit.
Weſterfurda ſubit, Zephyri trajectus in orbem
Dicitur, ad dextram culmina ſpectat aquis.
Annatat antiquus Druſiburgi mœnia fluctu
Iſala, quem nitidis innatat Alpha vadis.
Fontem Weſtphalicis educit tractibus Alpha,
Jugera Veleni divite radit aqua.
Cernitur allati Ransdorpia fluctibus Alphæ,
Paſcua Gæmeni fluctibus Alpha rigat.
Flumine Borckenum fœcundans divite, Rheam
Exigua pulchram ſede vemuſtat aquis.
Ejus & obſequio Bocholtia vapulat amnis,
Arbor ab eventu fugina nomen agit.
Alpha ſed ulterius dum præpete labitur unda,
Iſala mox ſenior devorat ejus aquam.
Iſala Weſtphalici delabitur æquora ruris,
Ad Mariæ Vallem pronus adornat iter.
Defluus averſo Ringbergam deſerit amne,
Culmina Dungeni longius amne rigent.
Et Werdenbroicbiæ defertur ad atria, Verdam
Præteriens ſegni rure palude tegit.
Iſelburgiacæ cognomina deſtinat arci,
Totus Anholtinæ tecta cohortis adit.
Culmine Lancfurdi ſimul ac deſcivit, ad Alpham
Pervenit, hunc rapido dexter ut amne bibat.
Præterit Ulftænum Cygni, defertur ad arcem, (Schwanenburgh.)
Mœnia Burgiaca ſpumifer urbis obit.
Præterit Ulftænum, labente citiſſimus unda
Ad Dotichimeni tecta feracis abit.
Cominus audenti Kepelinum gurgite lambit,
Mœnia Dœsburgi cominus alta ferit.

Hic

(1) Vidrum, cujus *Ptolemæus* Geograph. lib. 2. c. 11. neminit, fluvium eſſe cum Vechta eundem, cenſent quoque *Cluverius* lib. 3. c. 17. *Ryckius* in Not. ad *Taciti* Annal. lib. 1. c. 70. aliique. Nomen vero Occidentalis Amiſis oſtii, atque ita appellatum eſſe, quaſi Weiter, quod oſtium illud latius fuerit, quam Orientale, contendit *Altingius* P. I. p. 131. cui Cl. *Spenerus* in Notit. German. Antiqu. p. 72. adſtipulatur.

Hic novus & ſenior conjungunt Iſala fauces,
Junior aſt patulo digerit ore ſenem.
Junior Auſonii nam dicitur Iſala Druſi,
Iſala ſed ſenior tempore, rarus aqua.
Quo veniat tandem, qui terminat omnia finis,
Junior in calamos Iſala rurſus eat.
Læva Dierenium ſubterfluit Iſala longe,
Culmina Spancraniæ longius eſſe videt.
Parte Steenderam dextra proſpectat abeſſe,
Optima vix fluvius cernere caſtra valet.
Obviat averſus Brunchorſtia fluctibus urbe,
Iſala dextrorſum proſpicit ire lareis.
Inferius paulo Brumenum proſpicit: ejus
Tecta ſiniſtrorſis ſpectat adeſſe vadis.
Longius averſo Vichmondum flumine dexter
Deſtituit, pagi tecta ſubire nequit.
Limite Dæsburgi Brunchorſtia longius extat,
Nam quatuor paſſus mille remota venit.
Viginti ſtadiis Brunchorſtia ſemovet urbem,
Bercola quam liquido Weſtphalus amne ſubit.
Bercola diverſæ ſortitur nomina vocis,
Quin etiam fonteis connumerare gravor.
Paſcua Specbuſi primo ſunt pervia fonti,
Adpoſitum lardi nomen adepta domo.
Unda lacum, creſcens veluti piſcina, reſtagnat,
Nomen ab Holtbuſo mutuat orbe lacus.
Hinc aliam vaſto reficit fervore paludem,
Quæ geminis nomen ſumit inane molis.
Bidrebeca molis vicino proxima calle,
Deſtinat in medio ſemita calle lacum.
Limite deducens Hameranum ſemita recto,
Ad ſtreperas amnem ſpectat abire rotas.
Bidrebeca tribus generet quod fontibus undam,
Fontibus accepit nomina ferre tribus.
Urbis id antiquæ confert inſigne, quod illic
Triplicis in clypeo linea conſtet aquæ.
Bercola procedit, trini prædatur & amnis
Flumina, prolabens ductile flectit iter.
Præſulis acceptat Ludgeri poſtea rivum,
Nomina de puteo Præſulis iſte capit.
Bercola ſortitur, quod dat Vorlonia flumen,
Iſta Monaſteri clade notatur humus.
Bercola collecto rapitur dum latius amne,
Ex alia ruris parte receptat aquam;
Illa ſed exurgens Hamerani prodita campo,
Undiſona Caſtrum deveneratur ope.
Eruta metitur caſtrenſis rudera foſſæ,
Hic geminas uno circulat amne molas.
Flumine Luthenas riguo perfertur, & illic
Talibus augeri Bercola geſtit aquis.
Sed non ante fuit, fertur quod Bercola nomen,
Nomen at incertum contulit ora loci.
Dum tot colligitur rivis, tot flumina paſſim
Digerit, arrepto clarior amne fluit.
Excipit berboſo Cœſeldia jugere flumen,
Urbs veteri credit numen ineſſe cruci.

Ber-

Bercola præluſtri ſimul ac deſcivit ab urbe,
Geſcareas curſu tentat adire caſas.
Statlonium læto petitur torrente, Vredena
Ingenua pollens virginitate ſubit.
Bercola fragmentum deſertæ præterit arcis,
Arcis & antiquæ rudera purgat aquis.
Præterit Eyburgum, Berclovi præterit ædes,
Flumina Grollorum limite ducta rapit.
Mœnia Lochemi, Galilææ culmina linquit,
Pondere laſſatur fluminis inde ſui.
Omnibus occurrit Zuitphænia viribus amni,
Bercola dum Zephyri partibus urget iter.
Pronus ab urbe cadit qua ſternitur Iſala ponte,
Longius amiſſo deſinit amne vehi.
Viginti ſtadiis ſimul ac Zuitphænia quinque,
Et totidem retro granule peregit iter.
Fluminis imperium Daventria pontibus arctat,
Mercibus Emporium ſuſtinet, arte ſcholas.
Iſala paulatim dexter divertit ab Arctâ,
Nubifer hinc gelido circius orbe capit.
Læva Tuoldenum diſcedit, Welſena levam (Twol.)
Occupat, Olſtænum ſurgere dextra notat.
Urgionum dextra ſimul ac deprendit abiſſe,
Iſala Veſreniam cernere læva poteſt.
Griſtius Hulsborgi deducit jugere flumen,
Et varie lectis flumen adauget aquis.
Ut ſex & totidem ceſſit Daventria mille
Paſſibus, Hattemum flumine læva videt.
Hinc locus occurrit, claro ſortitus ab amne
Nomen, amat clauſtri læva rigare locum.
Zallichium tractu propius contendit eodem,
Iſala Vilſenium turbine dexter obit.
Inſula dividuo circumdatur obvia fluctu,
Illa ſed unito protinus amne perit;
Ater ab Hattemi quum ſedibus Iſala mille
Quattuor & totidem paſſibus egit iter.
Obvia ripali Camporum mœnia campo
Suſtinet, ad lævam ſuſtinet iſta latus.
Quattuor ut ſtadiis totidemque profunditur illinc,
Præda fit Oceano Iſala, prædo vadis.

Nierſa non longe a pago Berghio Wickradiorum ortus, & apud Geldriam, Wya fluvio accepto, Wickradiam, arcem Nierſenſem atque dominium, a ſe dictum, cum toparchia Anradienſi, ad generoſos Virmundos ſpectante, nobilitat, Milendonciam & Wachtendonciam lambit, inde caſtra, Schrævelinum municipium, Wiſſenium, Wezanum, Hattenfeldiam, Calbeccenſem arces alluit, Gochiam tranſit, ac ad novi clauſtri cœnobium, Nœrgenam, Driesbergam & Hamkenam arces, & ab his Gennepiam tendens, ibidem ſe cum Moſa conjungit. De quo ita Bernh. Mollerus in deſcriptione Rheni:

Gennepium ſertur duplex, præcurrit utrumque,
Qui gelido cedens amne Niærus adeſt.
Urbs paulum ripa Moſæ ſemota videtur,
Proximus ad Moſæ cornua pagus abit.
Wachtenduncana veniens tellure Niærum,
Nobilis advectum Geldria flumen obit.

Digitized by Google

Provincia Geldrica tota ab oppido, & caſtro ei contiguo, Dynaſtarum Pontanorum avito, denominationem accepit, & primum per Præfectos, Advocatos ſeu Tutores octo, deinde Comites, & denique Duces adminiſtrata fuit.

Tetrarchias hodie continet quatuor, inter quas *Neomagenſis* prima, cujus territorium regni titulo (1) decoratur, ideoque Metropolis ejus antiqua merito dicta. Succedit *Ruremundana*, ſpatioſa, ob urbis & agri amplitudinem, appellata. *Comitatus Zutphanienſis*, olim Selemenſis dictus, tertiam Tetrarchiam, loco licet intermedio ſitam, amplitudine tamen ſua, & quia Comitatus alios binos, Montanum & Brunckhorſtanum, ambitu ſuo complectitur, præcipuam efficit, idcirco vocatam locupletem; per conjugium Ottonis Naſſovii ſecundum, cum Sophia, VVichmanni, ultimi Zutphaniæ Comitis, filia, initum, Geldriæ conjunctam. *Arnhemienſis* denique ſequitur, ab urbe metropoli, quæ aulæ quoque & Dicaſterii ſedes eſt, ſpecioſa nominata, Velaviam Inſulam, inter Rheni oſtium & Iſalam interjectam, & ad mare usque protenſam, ambitu ſuo complectens.

Neomagenſis Tetrarchia urbes complectitur, (2) Neomagum, Thielam, Bommeliam; quibus olim Gravia, Bura, Cuilenburgium oppida, ab Arnholdo Egmundano Principe avulſa; pagus item Gentilis, in ſuperiore Batavia, connumerabantur.

Gravia olim Comitatus Cuickienſis (3) metropolis fuit: Extincta vero Cuickiorum Comitum familia, Brabantiæ acceſſit. (4) De ejus tamen poſſeſſione & hæreditate ſæpius Brabantiæ & Geldriæ Duces certarunt, maxime vero (5) anno 1386. Johanna Brabantina, & VVilhelmus, Juliæ ac Geldriæ Dux: Tandem ejus frater Reinholdus 23. Octobr. an. 1407. urbis clientelam ab Anthonio, Brabantiæ Duce, accepit.

Burenus Comitatus, (6) a quo Dynaſtis ejusdem nomen, ab his partim mortuis, partim ditione exutis, (7) ad Egmundanos, ab iſtis ad Naſſovios Principes Auraicos per con-

(1) A Palatio Regio, quod Carolum M. ibi condidiſſe refert *Eginhardus* in vita *Caroli M.* cap. 17. Vide quoque *Joh. Smetium* in *Oppido Noviomago*. Vocatur quoque Burggrafiatus, cujus, ut & Regni finibus comprehenduntur loca Grobbeck, Mourick, Hömen, Maldin, Ewich, Wichen, Böningen, &c. *Schlichtenhorſt.* p. 33. lib. 1. *Pontan.* lib. 1. p. 49. & ſeqq.

(2) Quas multis deſcribunt *Pontanus* lib. 1. & *Schlichtenhorſt.* lib. 1.

(3) Dynaſtiam proprie fuiſſe, cujus Dynaſtæ ab alio Comitatu, forte *Arensbergia*, ſe ſcripſerunt Comites, obſervat *Altingius* P. 2. p. 108.

(4) Tanquam feudum apertum, ex quo Otto, Comes Cuickienſis, liberam ſuam Dynaſtiam a Johanne III. Brabantiæ Duce, in feudum oblatum anno 1323. recepit, ut patet ex Tabulis tum Ottonis, tum Ludovici Imperatoris, apud *Pontanum* lib. 6. p. 193.

(5) Ex quo nempe Johannes, C. Cuickienſis, Johannis Wemari filius, Wilhelmi, Geldriæ D. filiam illegitimam in matrimonium duxit, & Graviam a ſocero in feudum acceperat, commutatam poſtea cum aliis ditionibus, quod bello cum Johanna, vidua Wenceslai, Ducis Brabantiæ, occaſionem dedit, ita tandem compoſito, ut Reinaldus, Wilhelmi frater, Graviam a Brabantinis in feudum reciperet. *Pontan.* lib. 6. p. 322. *Schlichtenhorſt.* lib. 1. p. 49. ubi quoque ſeriem Dynaſtarum Cuickienſium recenſet, atque ipſam Dynaſtiam Graviæ an. 1648. nexu feudali ſolutam fuiſſe, memorat.

(6) Olim Dynaſtia, quam Otto, D. Burenus, an. 1298. feudi oblati jure recepit a Reinaldo, Geldriæ Comite, ut patet ex Tabulis apud *Pontan.* lib. 6. p. 170. Maximilianus vero anno 1492. in Comitatuum Ordinem evexit. Idem *Scriptor* lib. 11. p. 599.

(7) Ob crimen feloniæ, in Arnoldum, Geldriæ Ducem Egmondanum, 1427. commiſſum, qui Ordinum Geldriæ conſenſu Dynaſtiam illam fratri ſuo Wilhelmo tunc dedit, dotis nomine poſtea in Principes Araufionenſes, horum vero maſculis in Henrico Wilhelmo, R. Angliæ, 1702. extinctis, in Regem Pruſſiæ, Fridericum I. jure matris ejus *Luiſæ*, filiæ primogenitæ Friderici Henrici, translatam. Vid. *Pontan.* lib. 7. p. 239. lib. 9. pag. 446. & ſequens *Tab. Genealog.*

JOHANNES *Egmondanus*, uxor *Maria*, filia Johannis Arckelii.

Arnoldus, Dux Geldriæ. — WILHELMUS, Iſelſteinius, Buræ ac Lerdami Dynaſta.

Johannes. — FRIDERICUS, Com. Buranus, a Maximiliano creatus D. Iſelſt. — *Wilhelmus.*

FLO-

TAB. XVI. GENEALOGICA

DYNASTAR. ET COMIT. CUILEMBURGENSI

Balduinus, Com. Teisterbant.

Walgerus, Pr. Aquitaniæ. — *N.* - - filia unica.

Diedericus, Ux. *N.* filia Arnoldi, 12. C. Cliviæ.

Henricus, Com. Teisterbant.

GERBRANDT, D. de Bosinchen & Sœlem, obiit 925. Ux. *N.* D. de Pont.

DIEDERICUS, ob. 954. Ux. *N.* filia D. de Spyck.

N. filia, Virgo Vestalis.

WILHELMUS, in bello contra Frisios an. 993. occisus. Uxor *N.* de Rifferscheidt.

Johannes, a quo D. de *Weyden* descendunt.

Nicolaus, a quo D. de *Catz* descendunt.

JOHANNES, Ux. *N.* de Heusden, ob. 1030.

RUDOLPHUS M. ob. 1099. Ux. *N.* de Lippe.

Johannes.

HENRICUS, obiit 1120. Ux. *N.* de Tylingen.

RUDOLPHUS, Auctori nostro & aliis *Rupertus*, ob. 1174. Ux. *N.* de Hinsbergh. Conditor oppidi Cuilemburgensis.

N. filia, Ux. Domini de *Buren*, cui Dynast. Bosinchen in dotem attulit.

HUBRECHT I. D. de Cuilemburg. Ux. *N.* filia Sucerii de Zœlem.

JOHANNES I. ob. 1240. Uxor *N.* filia D. de Ghystell.

HUBERTUS II. D. de Cuilemburg, ob. 1272. Ux. *N.* de Vœren.

HUBERTUS III. D. de Cuilemburg, ob. 1296. Ux. *Gertrudis* de Arckel.

JOHANNES II. ob. 1322. Ux. 1. *N.* filia D. de Mourick. 2. *N.* filia D. de Abkoude.

N. filia, Ux. C. de Goy.

N. filia, Ux. Gisberti de Seets.

(1) HUBERTUS IV. ob. 1347. Ux. *N.* filia D. de Leck.

(2) *Henricus*, D. de Woudenberg & Schönhoven.

JOHANNES II. ob. 1377. cælebs.

GERHARD. I. ob. 1395. Ux. *N.* filia Dom. de Egmont.

Vid. *pag. seq.*

PETRUS, Ux. D. de Meer.

N. filia, Ux. D. de Vyanen.

N. filia, Uxor D. de Vliet.

N. filia, Ux. D. de Amstel.

N. filia, Ux. D. de Montfort.

N. fili Ux. D de W denbo

Digitized by Google

conjugium pervenit. Fridericus enim Egmundanus, Wilhelmi & Walburgis Morſenſis filius ſecundogenitus, Comes Burenus, Florentium, hic Maximilianum, ille Annam, Wilhelmo Naſſovio, Auraicæ Principi, 4. Idus Junii anno 1550. copulatam, genuerunt. Ex antiquis Burenis (1) Dynaſtis Ottonis mentio 1190. in primis urbis Suitphænæ privilegiis: Gœswini anno 1271. in aliis ejusdem Suitphænæ privilegiis.

Novus Otto Burenus anno 1289. hanc ſuam Dynaſtiam a Reinholdo, nominis primo, octavo Geldriæ Comite, in feudum accepit. (2)

Cuilenburgenſis regulus primus, (3) Robertus Boſichemus, anno 1164. mortuus. Ejus ſucceſſores per diverſa connubia plures. Hubertus Cuilenburgicus an. 1298. Dynaſtiam hanc a Reinholdo, nominis I. octavo Geldriæ Comite, jure fiduciæ recognovit. *De Dynaſtia Cuilenburgica.*

Rutgerus Cuilenburgicus pactis connubialibus Arnholdi Egmundani, Geldriæ Ducis, & Catharinæ Clivenſis, anno 1423. inter alios ſubſcripſit.

Gerhardus, ejus nominis II. Cuilenburgii regulus, ducta in uxorem Eliſabetha, Burræ, Borſelii, Zulæ, Sint-Martisdickii, Swickii ac Dodendalæ Domina, magnas ditiones cum ipſa accepit. Ex his natus Caſparus, Cuilenburgii, Zulæ, Hoghſtratæ regulus, & Adelheidis, quæ, patris teſtamento Burræ & Santis-Martensdyckii Domina, Friderico Egmundano, Iſelſteinii Dynaſtæ, nupſit. Caſparus quinque tantum filias reliquit, quarum major natu, licet bis enupta, nullos liberos peperit; ſecundogenita uxor fuit nobiliſſimi Viri, Joannis Palandi, ditionis Falckenburgenſis Præfecti, & filium Florentium ei genuit, qui primus Cuilenburgii Comes a Philippo II. Hiſpaniæ Rege, anno 1566. deſignatus, ob exhibitum anno eodem cum aliis libellum ſupplicem Duciſſæ Parmenſi, ab Albano proſcriptus, anno 1598. pene ſeptuagenarius obiit. Hujus filius Florentius II. hodie ſuperſtes, patris ex aſſe hæres, Comitatui, reliquisque Dynaſtiis præeſt, Catharinæ Montanæ anno 1601. ſterili matrimonio copulatus.

Pa-

FLORENTIUS, Com. Buranus, D. Iſelſt. Lerd. & Sinte-Martensdikii. Ob. 1528.

MAXIMILIANUS, Com. Buranus, Dux Iſelſt. Lerdami, &c. — *Anna*, ux. 1. Joſephi Momorantii. 2. N. Hornani C.

ANNA, ux. WILHELMI *Naſſavii*, Principis Arauſionenſis.

PHILIPPUS WILHELMUS, *ἄπαις.* — MAURITIUS, *ἄπαις.* — FRIDERICUS HENRICUS.

WILHELMUS, obiit 1560.	*Luiſa*, ux.	*Albertina*, ux.	*Henrietta*, ux.	*Maria*, ux.
WILH. HENRICUS, R. Angliæ, ob. 1702.	Friderici Wilhelmi, Electoris Brandenb.	Wilhelmi Friderici, Principis Naſſav. Diecenſ.	Johannis Georgii, Principis Anhaltini.	Ludovici Simmer.

FRIDERICUS I. R. Pruſſiæ.

FRIDERICUS WILHELMUS.

(1) De quibus vide *Schlichtenhorſt.* lib. 1. pag. 51.

(2) Quam Reinoldus Ottoni ob crimen quoddam commiſſum ademerat. Vid. *Pontan.* lib. 6. pag. 170. & 238.

(3) Dynaſtia Cuylenburgenſis, quam Philippus II. Rex Hiſpaniæ, Comitatus titulo ornavit, nunc ad Principes Waldeccianos pertinet, ad quos qua ratione ille Comitatus pervenerit, ex adjecta *Tab. Genealog. XVI.* priſtinorum ejus poſſeſſorum apparebit, cum qua conjungatur *Imhoffii* Notit. Proc. lib. 5. c. 12. *Pont.* quoque *Heuterus* lib. 6. de *Reb. Burgund.* ipſorum ſeriem tradit, ſed æque mutilam, ac eſt Auctoris noſtri. Quam exhibemus, a *Jordano Guſontio*, Droſſardo Cuylemburgenſi, cum *Hermanno Evichio*, ex hujus vero relictis ſcriniis mecum communicata fuit, eademque videtur eſſe, quam *Schlichtenhorſtius* ab *Henrico Temmingio* ſe accepiſſe, atque ſecutum ſe fuiſſe, ſcribit lib. 1. p. 53.

Pagum Gentilem in ſuperiori Batavia, a Dynaſtis ſuis nobiliſſimis a Genth ita dictum, & jure oppidanorum donatum, anno 1506. Carolus Egmundanus, Geldriæ Dux, Henrico a Genth, (1) Wilhelmi filio, in clientelam conceſſit.

Municipales præfecturæ in eadem Tetrarchia principes ſunt: Regnum Neomagenſe; Batavia ſuperior & inferior; Bommelii & Thielæ Inſulæ; Diſtrictus inter Moſam & Vahalim; Toparchia Beſtia ſive Optima, eadem quoque in fine Bataviæ ſita, cum Renoiæa & Feriaycica Dynaſtiis.

In his præfecturis equeſtris dignitatis Virorum multæ vetuſtæ arces ſunt & dominia, Perſingenſe, Ubbergenſe, Græsbecanum, Dodendalenſe, Batenburgium, Horſumienſe, Luerenſe, Ovenſe, Diedenſe, Balgoyum, Gentile, Hemertium, Millinganum, Pannerdenſe, Meinerswicenſe, Roſſumienſe, Iſendornium, Lehojum, Lindanum, Oudenwerdanum, Marſium, Wolffswerdenſe, Judermittenum, Dalemium, Puderoyum, Neder-Hemertium, Amerſoyum & Hedelium.

Secunda Tetrarchia eſt Ruremundana, cujus caput Ruremunda: (2) Minora oppida, Geldricum, Venlonum, Stralenum, Wachtendoncium, Montfortium, Neoſtadium & Herculenum.

Præfecturæ municipales ſunt octo, ſub quibus & urbanæ nonnullæ, Geldria, (3) Keſ-

(1) Ut refert *Schlichtenhorſt.* lib. 1. p. 50. Vid. quoque *Pont.* lib. 9. p. 632.

(2) Cujus, ut & ceterorum oppidorum minorum deſcriptionem vide apud *Pontan.* lib. 1. p. 32. & ſeqq. *Schlichtenh.* lib. 1. p. 59. usque ad 64.

(3) Quæ una cum Præfecturis *Keſſelia* & *Krickenbecia*, pace inter Regem Galliæ & Pruſſiæ Ultrajecti anno 1713. d. 11. Aprilis inita, Cæſaris & Regis Hiſpaniæ conſenſu, Regi Pruſſiæ ceſſerunt artic. VII. & VIII. quorum hæc ſunt verba:

VII. La Partie de la Haute Gueldre nommée juſqu' à preſent Eſpagnole, que le Roi de Pruſſe tient & poſſede & particuliérement la ville de Gueldre, les Prefectures, les Villages & les Fiefs avec toutes leurs terres, Campagnes, Cens, Emolumens, Gabelles & autre Subſides, Tributs, Colectes & Fruits comme auſſi leurs juriſdictions Feodales, Droits Seigneriaux & autres de quelle nature qu'ils ſoient & generalement tout ce qui eſt contenu dans ce Haut Quartier de la Gueldre, que Sa Majeſté Roiale de Pruſſe tient & poſſede actuellement ou en dépend, ſans aucune Exception; toutes ces choſes en general & chacune en particulier, ſont cedées a perpetuité au meme Roi de Pruſſe, par Sa Majeſté Tres-Chrétienne, en vertu du Pouvoir qu'elle en a reçu du Seigneur Roi Catholique, & demeureront toûjours à S. M. Pruſſienne, & à ſes Heritiers & Succeſſeurs de l'un & de l'autre Sexe, avec une entiére Proprieté & Souverain Domine, de la meme maniere, que les Rois d'Eſpange & eutr'eux Charles II. de glorieuſe mémoire, ont poſſede la dite Partie de Gueldre & tout ce qui eſt mentionné ci-deſſus. Excluant toutes les Reſerves, Pretentions & autres Conteſtations formées, ou à former pour troubler la paiſible Poſſeſſion du Seigneur Roi de Pruſſe, dans la dite Partie cedée; ceſſant auſſi & annullant tous les autres Pactes toutes les Conventions ou Diſpoſitions contraires à cet article en quelle maniére que ce ſoit. On ajoûte neanmoins à la dite Ceſſion, cette Clauſe expreſſe, que la Religion Catholique ſera conſervée en toutes choſes, dans les dits lieux cédez, & qu'elle y demeurera par tout dans le méme état où elle étoit avant la conquête du Roi de Pruſſe, & ſous l'Empire des Rois d'Eſpagne, de Sorte, que S. M. Pruſſienne ne pourra faire aucun changement ſur ce qui concerne la dite Religion.

VIII. Sa Majeſté Tres-Chrétienne céde pareillement à perpetuité dans la Haute Gueldre, en vertu du Pouvoir, qu'elle à reçu du Roi Catholique, tant à Sa Majeſté Pruſſienne, qu' à ſes Heritiers & Succeſſeurs de l'un & de l'autre Sexe, & leur tranporte le Pais de Keſſel, la Prefecture ou Ammanie de Kricckenbeck, avec leur Souverain Domaine en toute Propriete, de ſorte qu'il poſſede ces Etats de la méme maniere, que les Rois d'Eſpagne enjoüiſſoient & que le Roi Charles II. d'heureuſe memoire les à poſſedez avec toutes leurs Apartenances & Dependances, Villes, Bourgs, Villages, Hameaux, Fiefs, Heritages, Terres, Cens, Revenus, Emolumens, Gabelles & autres Impoſitions, Subſides, Tributs, Colleétes, Fruits, Juriſdictions feodales, Droits Seigneuriaux & autres de differente nature & generalement tout ce qui peut être mis & compris ſous le Nom des dits Etats & Juriſdictions. Aucunes exceptions ou Reſerves ne doivent porter obſtacle à cette Ceſſion, de la maniere qu'elle eſt faite, ni aucunes Pretentions ou autres Conteſtations, déja formées ou, qui pourront encore naître dans la ſuite des tems, & tous les Pactes, ou Conventions & Diſpoſitions contraires en quelque choſe à cet Article n'auront aucune force ni validité. L'Etat de la Religion Catholique ſera néanmoins conſervé dans la dite Annuanie & Prefecture comme dans le Pais cedé l'Article precédent, en telle ſorte qu'elle reſtera en toutes choſes comme elle y etoit ſous la Domination des Rois d'Eſpagne, ſans qu'il ſoit permis au Roi de Pruſſe d'y faire aucune innovation ſur cela.

Digitized by Google

Keſſelia, Montfortia, Krieckenbecia, Stralenſis, VVachtendoncia, Herculena & Middelcria: Minores vero & hæreditariæ numerantur, Vierſenſis, Horſtia, Lentia, VVellia, Afferdenſis, Blienbeccenſis, VValbeccenſis, Arlenſis, Griebenforſtana, Blitterswichienſis, Mirlœnſis, Elnptana, Stephanswerdana, Hellenradia, Swalmia, Aſſelia, Geiſterana.

In

---

cela. Sa Majeſté Tres-Chrétienne promet auſſi de faire tout ce qui eſt neceſſaire, a fin que ce preſent Article, & le VIII. precédent, qui contiennent la Ceſſion faite à S. M. Pruſſienne du Pais de la Haute Gueldre ſoient ratifiez par le Roi Catholique, dans le terme de deux mois, à compter de puis le jour de la ſignature de ce Traité & que ſa Ratification en ſoit donné au meme Roi de Pruſſe.

7. Dasjenige Theil von Ober-Geldern, ſo bißher der Spaniſche geheiſſen, und welches, der König in Preuſſen inne hat und beſitzet, inſonderheit aber die Stadt Geldern, nebſt allen Aemtern, Städten, Dörffern, Lehen, und denen Zubehörungen, Geldern, Zinſen, Renthungen, Zöllen und übrigen Einkünfften, Gefällen, Abgaben und Steuren, wie nicht weniger die mit ſolchen verknüpfften Lehns-Gerichtbahrkeiten und Ober-Herrligkeiten, auch andern Rechten, ſie mögen heiſſen und beſchaffen ſeyn, wie ſie wollen, überhaupt aller und jeder, ſo in beſagten Ober-Geldern, ſo Ihro Königl. Maj. in Preuſſen itzo würcklich beſitzen, mit allem, ſo dahin gehöret, ſonder alle Ausnahme, alles dieſes, ſo wohl überhaupt, als auch jedes inſonderheit, ſollen von Ihro Aller-Chriſtl. Maj. dem König in Preuſſen auf ewig abgetreten ſeyn und bleiben, und zwar das, vermöge der Vollmacht, die Sie von dem Catholiſchen König dieſerhalben empfangen. Es ſoll auch diß Quartier von Ober-Geldern dem König in Preuſſen, ſeinen Erben und Nachfolgern beyderley Geſchlechts, als ein beſtändiges, Eigenthum und Oberkeit. Land auf eben ſolche Art verbleiben, als die Könige in Spanien, und unter ſelbigen Carolus II. Glorwürdigſten Andenckens, ſolches ſamt alle dem, ſo allhier erwehnet worden, beſeſſen, davon denn nun und zu ewigen Zeiten alle Vorbehalte, Anſprüche, und andere Rechtsforderungen, die etwan auf ſelbiges gemacht worden, oder gemacht werden, und durch die der König in Preuſſen in deſſen ruhigen Beſitz geſtöret werden könte, auf ewig aufgehoben und ausgeſchloſſen ſeyn, wie denn auch alle und jede Pacta, Verträge, oder andere dieſem Articul zu entgegen lauffende Verordnungen, ſie beſtehen, worin ſie wollen, vollkommen aufgehoben ſeyn ſollen. Es ſoll aber beſagter Uberlaſſung dieſe ausdrückliche Bedingniß mit angehänget ſeyn, daß in den abgetretenen Orten die Catholiſche Religion in ihrem völligen und dem Stande verbleiben ſolle, wie ſolche ſich befunden, ehe der König in Preuſſen Geldern ſich bemächtiget, und wie ſie unter der Spaniſchen Regierung geweſen, derogeſtalt, daß Ihro Majeſtät von Preuſſen darinnen nicht die geringſte Veränderung vorzunehmen befugt ſeyn ſollen.

8. Ihro Aller-Chriſtlichſte Majeſtät treten ebenfalls, vermöge der von dem Catholiſchen Könige erhaltenen Gewalt und Vollmacht, ſo wohl an Ihro Majeſtät von Preuſſen, als auch Dero, Erben und Nachfolgern beyderley Geſchlechts, auf ewig ab, und übergiebet Ihnen das in dem Quartier von Ober-Geldern gelegene Land von Keſſel, das Ambt Krieckenbeck, mit aller davon dependirenden Ober-Herrligkeit, dergeſtalt, daß Sie dieſe Ländereyen mit eben ſo freyer, Gewalt beſitzen ſollen und mögen, als die Könige in Spanien ſelbige gehabt, und inſonderheit König Carl II. Glorwürdigſten Andenckens, ſolche beſeſſen, wovon alle ihre Zubehörungen, Städte, Schlöſſer, Weyher, Lehen, Erben, Ländereyen, Zinſen, Gelder, Nutzungen, Zölle und, andre Auflagen, Steuren, Bethen, Collecten, Lehn-Gerichtsbarkeiten, Ober-Herrligkeiten, und andere dazu gehörige Rechte, in keine Wege ausgenommen, ſondern vielmehr alles, ſo beſagte Staaten und Herrſchaften in ſich begreiffen mögen, darunter verſtanden ſeyn ſoll. Dieſer Ubergabe und Abtretung ſoll keine Exception oder anderer Vorbehalt in keinerley Wege zu, entgegen ſeyn, dergeſtalt, daß ſelbige je und zu allen Zeiten beſtehen müſte, und wie einiger Anſpruch oder andere Rechte, es mag ſolches darauf gemacht ſeyn, oder noch gemacht werden wollen, auch einige Pacta, Verträge, Vergleiche, dem Inhalt dieſes Articuls zu entgegen ſeyn, noch, deſſen Gültigkeit verunkräfftigen ſolten. Die Catholiſche Religion aber ſoll im beſagten Ambte, als einem im vorherigen Articul abgetretenen Lande, durchgehends in dem Stande verbleiben, darinnen ſie unter denen Königen in Spanien geweſen, ſonder daß Ihro Königl. Majeſt. in Preuſſen ebenfalls einige Aenderung vorzunehmen befugt ſeyn möchten. Ihro Aller-Chriſtlichſte Majeſtät verſprechen hiebey alles nöthige anzuwenden, daß dieſer, ſamt dem vorhergehenden ſiebenden Articul, ſo die Uberlaſſung des Quartiers von Ober-Geldern in ſich hält, von dem Catholiſchen König in Zeit von 2. Monathen, von der beſchehenen Unterſchrifft an zu rechnen, ratificiret, und ſelbige dem Könige von Preuſſen überliefert werde.

Articulo quoque X. ejusdem pacis Regi Pruſſiæ poteſtas relicta eſt, ut ditiones, e Geldriæ Ducatu acceptas, Principatus Arauſionenſis, qui viciſſim Regi Galliæ ceſſerat, nomine inſignire, eoque titulo libere uti poſſet. Hæc partis Geldriæ ceſſio Tabulis inſuper pacis, inter Regem Galliæ & Belgas fœderatos eodem tempore initæ, artic. confirmata fuit.

Digitized by Google

In Eccleſia Radenſi, juxta Vierſenſem Dynaſtiam, Engelbertus Montanus, Archiepiſcopus Colonienſis, ex donatione Erneſti, ſacerdotis Suechtelenſis, collegium 4. Canonicorum anno 1220. Gerhardo Geldriæ, Gerhardo Hornenſi & Lonenſi Comitibus præſentibus, erexit.

Herculenam alii a nobili virgine Ercka derivant. Alii quaſi caſtra Herculis dictam putant, & quidem melius. Hujus poſſeſſores primitus Canonici Aquenſes fuerunt, beneficio cujusdam Ottonis Imp. qui illam Duci Geldro poſtea reſignarunt. (1)

Neomagi origo. Neomagenſis urbis & Tetrarchiæ originem (2) ita percenſent Gerhardus Noviomagus in hiſtoria patria Batavica, & ex eo Bernhardus Furmerius (3) Annal. Phriſiorum lib. 1. cap. 3.

Communis, ſed obſcurior. Anno ante natum Chriſtum 127. Bato, Cattorum Regis filius, novercam fugiens, ad Menapium, Magi filium, Tungrorum Regem, ſoccrum ſuum, venit: qui a Menapio humaniter exceptus, in Magum arcem, Moſæ flumini adjacentem, ab eo deductus eſt, ibidemque cum ſuis aliquandiu liberaliter & pacifice habitus, ſecundo menſe adventus ſui cauſam ſocero Bato aperit, precaturque, quoniam innocens ſit, & inſidiis novercæ appetitus, fugæ ſe mandaverit, ut ſocer generum in fidem recipere, & exilio voluntario locum tutum & ſecurum dare velit. Erat autem Bato Princeps ſtatura atque forma corporis, cum morum facilitate & ſingulari prudentia inſignis, ob easque dotes non tantum ſubditis ſuis, verum etiam aliis, ad quos veniebat, jucundiſſimus. Quam ob rem nec Menapius diu cunctatus, quin ei rectum conſilium daret, jubereturque ex certa animi benevolentia, ut ſiniſtram oræ Gallicæ partem, quam a Rheni divertigio erat ingreſſus, jam cultore vacuam, usque ad Vahalis & Moſæ fluminum confluentes occuparet, occuparamque caſtellis atque arcibus contra vicinos communiret, convenisque frequentem redderet. Ea re, communi procerum conſilio, comprobata, Bato ſtatim poſt ſoceri abitum arcem, non procul a Mago ſitam, ædificare cœpit, quam a ſuo nomine Batoburgum dixit, in hodiernum usque diem ſuperſtitem: Eodem tempore & populus ejus, memoriam ſui retinere cupiens, atque poſteris tradere, alteram arcem, aliquot inde diſtantem milliaribus, condidit, quam Catvicum appellavit, quaſi dicas Cattorum perfugium. Cum autem non ita multo poſt ea pars occupatæ terræ, quæ Moſæ Vahalia dicitur, convenarum multitudini non ſufficeret, cœpit deinde Bato & alteram partem, quæ Vahali, Rhenoque & Oceano clauditur, coloniis occupare, & ne facilis in eam a vicinis eſſet introitus, ad Oceanum altero Catvico, ad initium vero Inſulæ arce Lepeca communire, totamque provinciam uno nomine a ſe Bataviam dicere. Et jam Bato multos vicos, arces, munitiones in hac ſua nova provincia condiderat, ſuisque ſubditis ob æquitatem, humanitatem atque clementiam mirum in modum erat acceptus. Cum animum ejus ſubiit cupiditas ædificandæ domus, ubi & ipſe cum uxore & liberis commode habitaret, & ex qua omnem ditionem recte & brevi manu gubernare poſſet; Igitur cum totam regionem eo fine perluſtraſſet, invenit tandem ad Vahalis ſiniſtram modice aſſurgentem clivum, a dextris collium, vallium, ſylvarum, fontiumque amœnitate, a ſiniſtris agri bonitate excellentem, ex quo in omnem partem totius provinciæ jucundiſſimus proſpectus & ſaluberrimus ſe offerebat. In eo itaque clivo Bato tum palatium ſuum conſtruxit, & ſocerum æmulatus, Noviomagum, ſicut ex bibliotheca pontificali Romana Blondus Flavius ſcribit, vel ut vulgo appellatur, Neomagum, quaſi novam amicorum domum nominavit, ut a Mago veteri, ad Moſam fluvium condito, diſcerneretur. Circa hoc

(1) Ut quoque refert *Schlichtenborſt.* lib. 1. p. 62.

(2) Quam, ut & Hiſtoriam, & Privilegia ejus Urbis, pariter ac Nummos, aliaque Antiquitatis monimenta, circa illam reperta, Clariſſimi Viri *Joh. Smetii*, pater & filius, accuratiſſime expoſuerunt libris ſuis de *Oppido Batavorum*, ſ. *Neomago*; & *Chron. Civitatis Neomagenſis* Belgice conſcripta.

(3) Placuit quoque hæc hiſtoriola *Adriano Junio* in Hiſt. Batav. cap. 1. itemque *Hoofdio* & *Vondelio*, illuſtribus Batavorum Poëtis, qui Batonem, Cattorum Principem, carminibus ſuis celebrant, vid. *Adr. Paarſius* in Antiquit. Cattwicenſibus pag. 26. 29. & 57. a *Pontano* vero lib. 1. p. 10. & *Schlichtenborſtio* fabulis accenſetur. Batavos tamen Cattorum populum eſſe, *Tacitus* Hiſt. lib. IV. c. 12. de M. G. c. 29. atque nomina locorum *Kattwick*, *Kattendrecht*, *Katſand*, aliaque Cattorum in illis oris veſtigia teſtantur. *Paarſius* ibid.

Digitized by Google

hoc autem palatium cum Bato & filius ejus Heſſus multa a convenis domicilia conjungi paſſi eſſent, ſucceſſu temporis evenit, ut locus iſte in magnam urbem coaleſceret, totiusque Bataviæ caput atque Metropolis haberetur. Heſſus Batavorum Rex fauſta totius gentis acclamatione ſalutatus, urbem hanc mirum in modum, atque ita auxit, ut inferior ejus pars a ſuo nomine Heſſi mons, indeque platea Haſſiana usque in hodiernum tempus dicatur.

Vera & evidentior.

Aſt aliis, ſicut in antiqua noſtra Geldria (1) indicavimus, quæ ex Hunibaldo, cæterisque hujus farinæ auctoribus de Tungrorum & Menapiorum Regibus vulgo afferuntur, fabuloſa nimis viſa ſunt, ideoque hæc ex limpidis potius Romanæ hiſtoriæ fontibus, quam turbidis iſtis lacunis, explicare malunt. Qui etiam, licet Neomagi nomenclaturam a novis amicis ſive colonis admittant, Bataviam tamen non tam a Bato, quam a natura loci, (2) quod ſaltus nimirum ſit paſcuis irriguis & frugibus optimus, die beter Au/ denominatam autumant.

Comprehenſio ſub Phriſia.

Bernh. Furnerius lib. 7. Annal. Phriſ. tractum hunc ſub Phriſia (3) comprehendit, cum eam veteri ſeculo, in cis- & trans-Rhenanam diviſam, totam a porta Neomagenſi ineipere, inque Sinſala, ſive Scaldi olim definere, eamque Geldros, Phriſios, Hollandos, Seelandos complecti, aſſerit, illudque epigramma (4) comprobare duplex, marmori in porta Heſſeliana Neomagenſi inſcriptum, quorum primum: HUCUSQUE JUS STAURIÆ; alterum ad ortum: HIC PES ROMANI IMPERII. Stauriam enim veteri ſeculo Phriſiorum Metropolim fuiſſe conſtat. Fuit autem Batavorum nomen non ſolum per vicinas Gallias, verum etiam per Italiam, & longius diffitas regiones, inprimis vero apud Romanos, ſatis celebre, quod ex hoc quoque elogio apparet, quod in fronte ſacelli (5) arcis Neomagi poſitum eſt: DIS MANIBUS G. JULIO CLAUD. PUDENTI NEOMA. VET. LEGXG. FAN. L. & JUNIO F. EJUS H. F. C. Quod lego: Dis manibus Gajo Julio Claudio pudenti, & Junio fratri ejus hæ fuere conſecratæ.

De Batavis ex hiſtoria Romana.

Cum

(1) Pag. 34. ubi vid. Not.

(2) Ita quoque cenſet *M. Altingius* in Notit. Germ. infer. p. 15. nimirum ut *Velua*, quaſi Waelaue, ab *arida terra*, itemque Reichenaue, Naſſau, Wetterau in ſuperiori Germania ab indole ſoli dicuntur. Laudatus *Paarſius* a βάτος, *profunditate*, Inſulæ Batavorum nomen derivat, nixus *Dionis* loco lib. 55. & convenientia nominis *Holland*, quaſi Holesland. Verum ſi hæc Dionis mens fuiſſet, non *βαταύων*, ſed *βάτουων* procul dubio ſcripſiſſet.

(3) Vid. Not. ad pag. 37. & 198.

(4) Parum accurate Autor noſter, *Pontanus* lib. 1. p. 28. & *Adamus Weſtermannus* in deſcriptione Civitatis Stavern illas inſcriptiones referunt. Ita autem ipſi, cum Neomagi olim verſaremur, illas vidimus: In ſummitate nempe lateris exterioris Portæ, qua verſus pagum Hees exitur, *Aquila biceps* cum Leone, in ejus pectore aſcendente, lapidi 5. pedum longo, & trium pedum lato, inſculpta apparet, cum inſcriptione: HUCUSQUE JUS STAURIE. Supra vero latus interius ejusdem Portæ duo capita humana, faciebus ad ſe invicem converſis, quaſi ſe mutuo oſculari vellent, in lapide exciſa conſpiciuntur, cum inſcriptione: HIC PES IMPERII. Quod ad priorem inſcriptionem attinet, voce *Stauriæ* Germanorum Steur, *tributum*, deſignari putant *Pontanus* lib. 1. p. 8. & *Schlichtenborſt.* lib. 1. p. 34. atque indicari, quod Imperatores Neomagum usque tributum exigendi jus habuerint. *Adamus Weſtermannus*, qui in dicto libro illam inſcriptionem ita legit: HUCUSQUE REGNUM STAURIÆ, fines Regni Friſiorum Neomagum usque extenſos innui putat, ſed ex corrupta verborum lectione. Procul dubio autem, ut *P. Winſemius* in Chron. Friſ. exiſtimat, iſta inſcriptione ſignificatum fuit, quod *jus Friſiorum*, quorum præcipua Civitas fuit *Stavora*, ſeſe extenderit usque ad urbem Neomagenſem. Quid autem ſibi velit altera inſcriptio cum duobus capitibus, plus difficultatis habet. Quod caſtra ſua ſæpe hic poſuerint Romani, ſic indigitari putat *Pontanus* l. c. *Schlichtenborſtius* vero, quod Neomagum ſita ſit in extremis finibus imperii. Sed nimis frigide, nullaque convenientia cum duobus capitibus humanis. Magis mihi arridet docti cujusdam Viri conjectura, quod duobus illis capitibus *Ægidius* & ejus filius *Syagrius*, ultimi Romanorum Præfecti in Gallia, repræſententur, quorum ille, ſumpto Diademate Regio, cum Friſiis, ne cum Francis in Galliam irrumperent, ita transegerit, ut non amplius Rhenus, ſed Vahalis inter ditiones Romanorum in Gallia, & Regnum Friſiorum finis eſſet.

(5) Nullam in illa inſcriptione *Neomagi* fieri mentionem, atque ita eam ſeſe habere:

DIS

Digitized by Google

Cum enim Batavis in more positum esset, juventutem, quæ ab agris colendis vacabat, militari, & inprimis equestri disciplina exercere, atque ita exercitos in exteras regiones ad stipendia facienda mittere: Ita factum est, ut bello Mithridatico aliquot Batavorum cohortes sub Lucio Cæsare, tum Achajæ Proconsule, patre Julii Cæsaris, militarent. Horum tanta virtus (1) & fortitudo fuit, ut Senatus populusque Romanus Regem & gentem Batavorum amicos Senatusconsulto ac plebiscito declaraverit. Julius autem Cæsar, mortuo patre, Batavorum cohortes in summo honore semper habuit. Hos corporis sui custodes constituit, his primam aquilam in bellis dubiis credidit, horum potissimorum opera Britanniam subegit. Durante etiam bello Gallico, Cæsar Noviomagum usque descendit, & in amicitiæ suæ erga Batavos memoriam, arcis partem, quæ Vahali imminet, Romanorum more, per suos architectos & fabros, adversus aquarum impetum, muniri fecit, ab ipsoque ea structura domus auxiliaris, (2) Batavice **dat Hulß bet Hulpen/** nuncupata est. In bello vero civili, Batavorum cohortes segregans, Pompejum vicit, & in fugam vertit. Timens enim, ne a multitudine equitum dextrum cornu circumveniretur, celeriter ex tertia acie singulas cohortes detraxit, atque ex his quartum instituit, equitatuique oppositi, quæ celeriter procurrens, infestis signis tanta vi in Pompeji equites impetum fecit, ut eorum nemo consisteret.

Cæsar lib. 3. de bello civili. Florus lib. 4. Suetonius in Octavio & Galba. Tacit. lib. 1. 2. 4. & 5.

Mortuo Cæsare Dictatore, fidelissimi in Romanorum amicitia ad Vitellii imperium usque Batavi perstiterunt. (3)

Augustus Octavius in comitatu suo multis annis eos armigeros habuit.

Tiberius corporis custodes delegit.

Regnante autem Caligula, nonnihil tam insani Principis imperium detrectantes, Romanis restiterunt.

Sub Claudio vero, reddita illis pristina libertate ac dignitate, crebris per Britannias victoriis claruerunt.

Neronis vero ac matris ejus Agrippinæ corporis custodes veteri more constituti; tandem a Galba contumeliis affecti, in patriam rediere.

Vitellius Cæsar, quum Batavorum fortitudini, victos Othonianos, acceptum referre deberet, beneficiorum immemor, luxu & avaritia Præfectorum suorum eos ad defectionem adegit. Hinc atrox bellum inter Batavos & Romanos exortum est, de quo supra (4) in Geldriæ antiquæ lib. 2. Manente hoc bello, Noviomagum, Batavorum oppidum, ab ipso gentis duce Civile, quia id adversus hostes defendere nequibat, succensum est. Tandem æquis conditionibus ab armis discessum, manente Batavis apud Vespasianum & filios ejus veteri gratia & auctoritate.

Sub Hadriano Augusto rursus corporis custodiæ adhibiti, quum multis Augustis & fidelissimi & gratissimi fuissent, imperante Septimio Severo, libertatibus & honoribus ornati, in Britanniis (ut olim) sæpe fælicissime pugnarunt. Quam grati Severo fuerint, satis declarant vetustatis Monumenta, Majorum ætate eruta, non procul a Legia

DIS MANIBUS C. JULIO CLAUD.
PUDENTI LUIDONIA VET. LEG. X. G. P. F.
AN. L. ET JUL. JUNIO E EJUS
H. F. - - C.

testatur *Pontanus* lib. 1. p. 8. & *P. Merula* in Neomago suo apud eundem lib. 1. p. 53.

(1) De qua *Tacitus* de M. G. cap. 29. *Omnium harum gentium Virtute præcipue Batavi, non multum ex ripa, sed Insulam Rheni amnis colunt, Cattorum quondam Populus & seditione domestica in eas sedes transgressus, in quibus pars Romani Imperii fierent. Manet honor & antiquæ societatis insigne. Nam nec tributis contemnuntur, nec publicanus atterit, exemti oneribus & collationibus, & tantum in usum prœliorum sepositi, velut tela atque arma bellis reservantur.* Vid. *Adrian. Junium* in Batavia c. 5. *Cluv.* lib. 2. c. 30. *Pontan.* lib. 1. pag. 18. *Joh. Smith* in Oppido Batav. p. 106.

(2) Sive Sacellum, quod *Wilhelmus Berchemius* a Julio Cæsare in honorem Consulum R. pro Republ. occiforum, extructum fuisse scribit, ex inepta inscriptionis cujusdam, quam *P. Merula* apud *Pontan.* p. 53. refert, interpretatione, sed ejusdem Viri judicio digna, quæ mordacibus Jambis exagitetur.

(3) Ut pluribus referunt *Adr. Junius* cap. 5. *Pontan.* lib. 2. *Schlichtenhorst.* lib. 2.

(4) Pag. 67. ubi vide Notas.

Digitized by Google

gia urbe, quam a legionibus, quæ ibi caſtra habuerunt, denominatam, verisimilis conjectura eſt. His hæc inſcripta erant: (1) IMP. CÆS. L. SEPTIMIUS SEVERUS AUG. ET M. ANTONIUS CÆS. COH. XV. VOL. ARMAMENTARIUM VETUSTATE CONLAPSUM RESTITUERUNT SUB VAL. PUDENTE LEG. AUG. PR. CURANTE CÆCIL. BATONE PREGENS. BATAVORUM AMICI ET FRATRES ROMANI IMPERII.

Conſtantio autem Cæſari ac Conſtantino, qui poſtea Magnus dictus eſt, & in Britannia olim commilitones, Batavi magnum momentum ad imperium obtinendum attulerunt.

Nec Juliana in pugna (2) Argentoratenſi auxiliatores Batavorum turbæ defuerunt, ſed ipſius exercitui, in pugna laboranti, animum addidere, & victoriæ cauſa fuerunt. Poſt hæc tempora barbaris Nationibus Romani Imperii provincias incurſantibus, Batavi ægre patriam ſuam tutati ſunt. (3)

Tempore vero Pipini, Francorum Ducis, Danis & Phriſiis fortiter aliquandiu reſiſtentes, tandem hoſtili vi coacti ſunt, Francorum & Regem & religionem ſuſcipere, manente tamen non ſolum ea libertate, qua a Cæſaribus donati erant, verum etiam multis modis aucta, (4) licet ab iisdem Præfectos, inter quos etiam Theodoricus Theiſterbandius, pater Beatricis, Eliæ conjugis, fuit, acceperint. *De Batavis ſub Regibus Francorum.*

Carolus etiam Magnus Noviomagam arcem collabaſcentem reparavit, & ſacellum, quod ibi Diis manibus a veteribus (5) conſecratum erat, Chriſto Servatori, per Leonem, Romanum Epiſcopum, conſecrari fecit. Ædificavit & in hac arce tribunal, (6) (quod Majorum ætas vidit,) in quo crebro inferioris Germaniæ populis jus dixiſſe legitur, unde hodieque appellatio juris in hac Republica Aquisgranum dirigitur.

Regnante Ludovico Pio Normani, claſſe Vahalim ingreſſi, totam Inſulam devaſtarunt, & Noviomagi regium palatium miri operis & magnitudinis exuſſerunt. (7)

Carolo autem Calvo rerum potiente Batavorum gens trifariam diviſa eſt. Inferior enim Inſulæ pars, quæ mutato nomine Hollandia a Phriſiis (8) dici cœperat, partim Epiſcopi *Diviſio gentis Batavicæ.*

(1) Eſt illa inſcriptio lapidis inter ruinas *Brittenburgi* ex ſententia *Junii*, juxta *Cluverium* autem lib. 2. c. 30. ſupra *Lugdunum* in vico *Roomburg* reperti, atque Hagæ Comitis in ædibus *Waſſenariis* aſſervati, quæ autem verba BATAVORUM AMICI & FRATRES non habet, ut teſtes oculati referunt. *Adr. Junius* cit lib. *Adr. Paarſius* in Antiquit. Cattvicenſibus pag. 95. *Altingius* in Notit. German. Infer. P. I. pag. 10. Inſcriptiones vero, in quibus Batavis *amicorum & fratrum Romanorum* honor tribuitur, referunt *Pontanus* lib. 2. pag. 20. *Petr. Scriverius* in Batav. lib. 1. *Gruterus* fol. 72.

(2) De qua vide ſupra pag. 82.

(3) Atque a Romanis per illas irruptiones ſecluſi, in Francorum, quos in Inſulam quoque ſuam admiſerunt, nunc Societatem ac regnum mox tranſierunt. *Joh. Smith* lib. cit. p. 58. 59.

(4) Quod ut demonſtret, lib. cit. cap. 5. agit laudatus Vir *Joh. Smith.*

(5) Julio, ut *Berchemius* ſcribit, Cæſare. Sed vide Not. ad pag. præc.

(6) Sive *Palatium*, de quo *Eginhartus* in Vita *Caroli M. Incœavit* & Palatia *operis egregii, unum haud longe a Moguntiaco juxta villam, cui vocabulum eſt Ingelheim; alterum Noviomagi ſuper Wahalim fluvium, qui Batavorum Inſulam a parte Meridiana præterfluit.* Ipſe *Carolus M.* in Diplomate, quo *Liſidunam* Eccleſiæ Trajectinæ donat, *Palatium publicum*, ſ. Imperii vocat apud *Hedam* pag. 42. Zventiboldus vero in Tabulis ſuis apud eundem *Scriptorem* p. 62. *Regium* appellat. Vid. quoque *Joh. Smith* cit. lib. p. 60.

(7) De origine Normannorum, eorumque prima in Germaniam inferiorem irruptione, qua Palatium Neomagenſe nondum exuſſerunt, ſed adveniente Ludovico receſſerunt, vid. Not. ad pag. 110.

(8) Originem nominis alii a terræ Caritate, quaſi **Holesland**, alii a Sylveſtri tractu, quaſi **Holtland**, arceſſunt. Alii ab Olennii, Præfecti Romanorum, in vicinia derivant, alii vero a Normannis ex *Hollandia* allatum fuiſſe exiſtimant, quibus ſeutentiis rejectis *Menſo Altingius* ab *Helio*, oſſio Vahalis, cujus ager vicinus primum ita fuerit appellatus, deſumtum fuiſſe ſcribit in *Notit. G. Inf.* P. II. p. 94. Quod ad tempus, quo illud nomen primum fuerit auditum, attinet, *Theodoricum V.* Comitem Hollandiæ, inſtitutum ceu Provinciæ armis in poteſtatem redactæ, more Veterum Inpp. ſuis Diplomatibus primum proſcripſiſſe *ibidem* cenſet, *Ant.* vero *Matthæus*, etſi Diploma Theodorici, cui *Altingius*, *Douſa*, aliique nituntur, ſpurium habent, circa eadem tempora tamen nomen illud innotuiſſe, atque patrem

scopi Ultrajectini, partim adventitii cujusdam Principis (1) jussa facere, jubentibus Francici sanguinis Cæsaribus, volens nolens coacta est. Hinc crebra bella exorta sunt, quæ si quis legere volet, habet Hollandorum, Ultrajectinorumque historias. Superior autem Insulæ pars, quæ etiamnum Batavicum nomen retinet, & Noviomagum caput gentis, multis annis sub Cæsaribus libera mansit.

Instauratio Neomagi. Fridericus etiam, primus hujus nominis, Augustus, dictus Barbarossa, Batavorum libertatem auxit, arcemque Noviomagam instauratam munivit, (2) ut sequens habet rythmus, atrio summi templi inscriptus:

- - Fridericus, pacis amicus,
Lapsum, confractum, vetus in nihil redactum,
Arte, nitore pari reparavit opus Novomagi.

Ejusdem derivatio ad vicinos Principes. Prima. Tandem eam Principes Noviomagorum & Batavorum libertatem ad se derivare cum imperio laborarunt.

Primus, qui id fecit, fuit Theodoricus, ejus nominis secundus, Clivorum Comes in ordine 15. Conradi filius, Volantis nomen adeptus, qui, quod Henricum III. Imp. Conradi Salici filium, Neomagi a Godefrido, Brabantiæ Duce, & Balduino, Flandriæ Comite, obsessum, asseruisset, & urbem & territorium imperiale in pignus ab eodem anno 1050. ante instaurationem & munitionem hanc, a Barbarossa factam, accepit, (3) ab Henrici III. in imperio successoribus posteris Theodorici Clivensis usque ad annum 1254. (4) continuatum.

Secunda. Quo tempore Guilhelmus, Hollandiæ Comes, Romanorum Rex, instantioribus precibus Ottonis, ejus nominis III. Geldriæ Comitis in ordine 7. persuasus, pro 21000. Marcis argenti puri, quas ei debebat, urbem & ditionem Bataviæ, sibi subjectam, arctius obligavit, pignusque Clivorum Comitibus ablatum huic contulit, (5) qui idcirco, Batavis Noviomagisque frustra contra nitentibus, Aquilæ Imperiali Leonem Geldricum adjunxit, & cum Rudolphus Habsburgius Imp. anno 1273. idem confirmasset, Neomagum cum territorio imperiali, & insula Batavorum superiori Geldriæ hactenus indissolubiliter unita permanserunt; (6) Hac denique rerum omnium vicissitudine factum est, ut insula quondam nobilissima ac potentissima, in multas ditiones discerpta, in variorum Dominorum imperium devenerit. Ab Ottonis posteris primo ad Juliæ Duces per conjugium Mariæ Geldricæ, Reinholdi primi Ducis filiæ, Wilhelmo secundo, Juliæ Duci, copulatæ, anno 1371. Ab istis ad Egmundanos itidem per conjugium anno 1423. pervenit. Quorum primus Arnholdus, ob filii sui Adolphi summam erga se impietatem, Neomagensem Tetrarchiam cum tota Geldria anno 1473. Carolo Burgundo vendidit, atque sic domui cessit Burgundicæ, cujus imperium Ordines Geldrici excusserunt.

Ab

istius Theodorici Florentium, *Hollandiæ* Comitem jam vocatum fuisse, Abbatis S. Trudonis testimonio probat in Notis ad Annales Egmondanos p. 191.

(1) Theodorici, filii Gerolphi, Comitis Teisterbantiæ. Vide *Dissertat.* supra pag. 197. insertam in fine.

(2) Teste *Rodorico* lib. 4. c. 76. ubi *Palatia*, inquit, *siquidem a Carolo M. quondam pulcherrima fabricata, & Regias clarissimo opere decoratas apud Noviomagum juxta villam Ingelheim, opera quidem fortissima, sed jam tam neglecta, quam vetustate fessa, clementissime reparavit, & in eis maximam innatam sibi animi magnitudinem demonstravit.* Erat nempe, ut ipse *Fridericus* in Diplomate apud *Joh. Smith* l. c. p. 60. ait: *Voluntatis ejus atque propositi desiderium, ut Divos Reges & Imperatores, qui ipsum præcesserant, præcipue maximum & gloriosum Carolum, quasi formam vivendi & subditos regendi sequeretur.*

(3) Vide supra p. 213. & *Joh. Smith* lib. cit. p. 61. ubi jam antea Comites Clivenses Noviomago Procuratores & Vicarios ab Imperatoribus datos fuisse refert.

(4) Rectius 1282. quo tempore Fridericus Imperator idem pignus in Ottonem II. Geldriæ Comitem, transtulit. Vid. supra p. 218. *Joh. Smith* lib. cit. p. 61.

(5) Id jam a Friderico factum erat, Wilhelmus vero quinque insuper Marcarum argenti millia, ex pignore illo solvenda, Ottoni III. adjecit. *Pontan.* p. 144.

(6) Ita tamen, ut Neomagum libera Imperii Civitas manserit, atque ei jura omnia, ab Imperatoribus acquisita, literis ejusdem Rudolphi Imp. ejusque filii Alberti, confirmata fuerint. *Joh. Smith* p. 63.

Digitized by Google

Ab omnibus vero his ſuis Principibus ſequentes accepit Neomagum cum Batavia ſua immunitates & ſtatuta. (1) *Neomagi & Batavia privilegia.*

Reinholdus, nominis ſecundus, primus Geldriæ Dux, cum conjuge ſua Sophia, anno 1328. jus inter Moſam & Vahalim provinciale definivit. Ab eodem anno eodem ſubditis, in utraque Moſæ & Nierſæ ripa habitantibus, Montfortio tantum & Herculeno oppidis exceptis, de prætoribus, ſcabinis & bonis, privilegia, matre Margaretha, conjuge Sophia, Iſabella & Philippina ſororibus, Gwalthero Keppelio, Joanne Bilandico, Ottone Haltio, Equeſtris dignitatis Viris, præſentibus, ipſa trium Regum Venlonæ conceſſa ſunt.

Anno 1335. & 1336. die Lunæ poſt annuntiationem Mariæ, Inſulis Tielanæ & Bommeliæ jus provinciale idem promulgavit.

Idem anno 1339. de Batavia Diploma, præſentibus Joanne Schelhart ab Obbendorf, & Joanne a Budberg, Mareſchalco hæreditario, promulgavit.

In bello inteſtino Geldrico filiorum Reinholdi ſecundi, primi Ducis, Reinholdi tertii & Eduardi, Neomagum huic patrocinans, partes ejus conſtanter defendit. Poſt quorum fata, cum provincia Geldrica per conjugium Juliæ accederet, Wilhelmus, Juliæ ac Geldriæ Dux, veſpera aſſumptionis Mariæ, an. 1403. præſentibus Friderico Brunchorſtano, Dynaſta Batenburgico, & Gerardo Flodorphio, de Batavia leges tulit.

Eodemque anno, Mercurii poſt Severini Epiſcopi, de Tielana & Bomelienſi inſulis, Renoica item & Beſtia, ſive Optima, præfecturis, ordinavit. Et eodem anno, Jovis poſt Bartholomæi, eodem Friderico Brunchorſtano præſente, de harum præfecturarum jure diſpoſuit; ſimiliter Reinholdus, frater Wilhelmi, anno 1409. Martis poſt Bartholomæi, de aggeribus leges tulit; idemque eodem anno de inſulis Tielana & Bomelienſi, quinta denique Novembris ejusdem anni, ipſi Neomago jus municipale definivit.

Anno 1410. 22. Aprilis, de ſuperiori Batavia, præſentibus Joanne a Wittenhorſt, magiſtro curiæ, Joanne a Roſſum, Ottone ab **Haſſten**/ Theodorico a Wilch, & Gerardo **Hagen**/ redituario, Diploma publicavit.

Anno 1411. die Martis poſt Dominicam Cantate, idem literas provinciales de Batavia, præſentibus Joanne a **Wittenhorſt**/ Joanne a Roſſum, Ottone ab **Haſſten**/ Theodorico a **Wiſch**/ Arnholdo ab **Alpen**/ Arnholdo **Pieck**/ & Gerardo **Hagen**/ redituario, promulgavit.

Sed his quoque Juliæ ac Geldriæ Ducibus extinctis, Arnholdus Egmundanus, anno 1423. in Geldria ſuccedens, Martis poſt viſitationem Mariæ, anno 1433. inter Moſam & Vahalim jus provinciale dixit.

Idem anno 1435. Jovis poſt Thomæ, præſentibus Wilhelmo Egmundano, fratre, Wilhelmo, Abbate S. Pauli Trajectenſi, Joanne a **Budberg**/ & Arnholdo a **Goer**/ redituario, de Batavia definivit, quod Martis poſt Baptiſtæ, anno 1445. iisdem præſentibus repetiit.

Idem anno 1438. veſpera converſionis Pauli; eodemque anno, Mercurii poſt Severini, de inſulis Tielana, Bomelienſi, Renoica & Beſtia, determinavit.

Anno 1447. ipſa Barbaræ, jus aggerum Tielanum & Santwichium rogavit, præſentibus Henrico a **Meer**/ Domino in **Werdenburgh**/ Joanne a **Roſſum**/ Arnholdo & Walramo ab **Haſſten**/ fratribus, Francone **Pieck**/ & Odone **Tacholtz**/ redituario.

Idem anno 1448. præſentibus Joanne ab **Hemerden**/ & Arnholdo a **Goer**/ redituario generali, Bataviæ leges præſcripſit.

Anno 1449. quarta Julii, Drielanis literas publicavit.

Anno 1453. ipſa Laurentii, eidem Bataviæ, præſentibus Wilhelmo ab Iſendorn, & Giesberto a Meeckeren, redituario, privilegia dedit.

An. 1466. Sabbathi poſt Remigii, inſulis Tielanæ & Bomelienſi literas promulgavit.

Arnholdi autem hujus Egmundani ex filio immorigero Adolpho nepos, Carolus, Geldriæ Dux, veſpera omnium Sanctorum, anno 1493. de eadem Batavia, præſentibus Wilhelmo ab Aſwien, Mareſchalcko, Alberto a Lawich, Camerario, & Gœswino a Bemmel, redituario, diſpoſuit. Idem

(1) Quæ ex profeſſo recenſent *Joh. Smith* pater libro ſæpe citato, & filius ejusdem nominis in *Chronico* Civitatis Neomagenſis, Belgice ſcripto.

Digitized by Google

Idem anno 1520. 19. Februar. de Gameren ordinavit.

Anno 1521. 6. April. præſentibus Doctore Winando, Henrico Groiff, Præfecto Herculeno, & Arnholdo Gruithuſio, Licentiato, inſulis Tielanæ & Bomelienſi privilegia confirmavit.

Anno 1522. Veneris poſt Pentecoſten, Neomago plebiſcita confirmavit, præſentibus Joanne a Roſſum, Walramo ab Haſſten / Wilhelmo Borne in Dornick, Ottone ab Appeltern & Fueren, Theodoro a Steprad, Caſparo a Linden, Domino in Blitterswich / Wilhelmo Nuiland in Falburgh / & Wilhelmo a Genth.

Anno 1532. jus provinciale & aggerum inter Moſam & Vahalim tulit. Eodemque anno, 7. Octobr. de inſulis Tielana, Salbomelienſi, Renoica & Beſtia, ordinavit.

Omnia vero iſta Neomagi & Bataviæ privilegia, ubi ſpecialiter prius de non evocando indultum, ab Henrico VI. (1) Imp. anno 1310. Spiræ Geldriæ univerſæ, adeoque etiam huic Tetrarchiæ, conceſſum, 22. April. an. 1524. confirmaſſet, Carolus V. Cæſar, victo Wilhelmo, Juliæ, Geldriæ, Cliviæ & Montium Duce, an. 1544. rata habuit. (2)

Neomagi mutationes variæ.

Anno 1466. a Joanne, ejus nominis I. Clivorum Duce, & viciſſim anno 1473. a Carolo Burgundo Neomagum obſeſſum, & ab hoc pridie Jacobi in deditionem acceptum eſt. Anno 1499. a Clevitis ſub Duce Joanne II. 1500. Neomagenſes capti, reliqui omnes ſpoliis exuti ſunt.

Templa & Monaſteria.

Eccleſiam habet collegiatam inſignem in templo urbis primario, cujus turris ipſa Valentini, ſive 14. Febr. an. 1566. fulmine tacta, & hinc campanæ, in ipſam ſuſpenſæ, diſſolutæ ſunt. Monaſterium Dominicanorum in eandem Reinholdus, Geldriæ Comes in ordine 8. poſuit.

Sub Metropoli tetrarchica hac Neomagenſi urbes inferiores (3) numerantur, Thiela & Bomelia, quibus olim Gravia, Bura, Cuilenburgia, ab Arnholdo Egmundano, Geldriæ Duce, avullæ, pagus item Gentilis in ſuperiori Batavia, accenſebantur.

Thiela.

Thielam Reinholdus, ejus nominis II. primus Geldriæ Dux, ſed tum temporis tamen adhuc Comes, an. 1335. expugnavit & munivit. Hæc in bello civili filiorum ejus, Reinholdi III. & Eduardi, anno 1361. ab hoc, & viciſſim altera Pantaleonis, ſive 28. Julii, an. 1529. tempore Caroli Egmundani, Geldriæ Ducis, obſeſſa fuit.

Bomelia.

Bomeliam Otto, nominis III. ſeptimus Geldriæ Comes, jure civitatis donavit; Eique Reinholdus, ejus filius, poſtera Lucæ Evangeliſtæ, anno 1316. privilegia ſua partim priora patris Ottonis confirmavit, partim nova conceſſit & auxit. In hac urbe idem Reinholdus anno 1303. Eccleſiam collegiatam erexit, cujus immuniratem Wilhelmus, Juliæ ac Geldriæ Dux, anno 1371. Veneris poſt Epiphaniam Domini, Decano & Capitulo conceſſit.

Ruremundæ nomenclatura.

Ruremunda ſic dicta, (4) quod Rura Orientalis ibidem in Moſam ſe exoneret, canente Poëta: *Mœnia Rurmundæ, nomen teſtantia Ruræ,*
Præterit, hic geminus flumine Moſa coit.

Origo.

Originem ſuam debet Ottoni, ejus nominis III. Geldrorum Comiti in ordine 7. qui eam cum Arnhemia, Bomelia, Harderwicia, Vada, ſive Wageningia, & Gochia, mœnibus, foſſis & privilegiis ſuis inſtruxit.

Anno 1343. Reinholdus, nominis II. primus Geldriæ Dux, Dynaſtias, Keſſeliam & Krieckenbecanam, quæ ſub hujus Metropolis Tetrarchia comprehenduntur, Geldriæ ſuæ adjecit, & Venlonam, locum in Moſæ ripa ſitum, Blariaco objectum, ne tutela nova ditio careret, eodem anno munivit.

Metropolis ambitu ſuo hodie complectitur monaſteria ſequentia:

Monaſteria.

Veſtalium nobilium ordinis Ciſtercienſis, a Gerhardo, nominis III. Geldriæ Comite in ordine 6. caſtro ſuo ibidem ſito, & Pott dicto, in cœnobium converſo, conditum, quod Cal. Julii, an. 1224. ante urbis munitionem, ab Engelberto Montano, Archiepiſcopo Colo-

(1) Imo VII. Luxelburgenſi. Tabulas vide apud *Pontan.* p. 180.

(2) Quod Sigismundus & Fridericus III. jam ante quoque fecerant. Vide Tabulas apud *Pontan.* p. 390. & 482. & 830. & 838.

(3) Vide ſupra p. 480.

(4) De origine pariter, nomine ac fatis hujus urbis, vid. *Pontan.* l. 1. p. 32. *Schlichtenh.* l. 1. p. 59.

Digitized by Google

Colonienſi, præſentibus Henrico, Montium Domino, Gwalthero ab Eil, Gerhardo & Henrico a Barsdunck, Gerardo a Rotheim, & Arnholdo a Wachtendunck, inauguratum eſt.

Carthuſianorum item & minorum S. Franciſci fratrum habet clauſtra: quorum illud idem Gerhardus, nominis tertius, Geldriæ Comes in ordine 6. cum fratre Ottone, Epiſcopo Ultrajectino; hoc Reinholdus, ejus nominis primus, Geldriæ Comes in ordine 8. ædificarunt.

In Carthuſia Ruremundana vixit Dionyſius Richel, Carthuſianus, Vir ſcriptis multis editis circa annum Domini 1471. clariſſimus, qui vicariatu quoque in eadem defunctus, poſt obitum ibidem inhumatus eſt.

Porro hæc Ruremunda, a Wilhelmo Naſſovio, Principe Auraico, 4. Auguſti, anno 1570. capta, Ordinibus ceſſit; ſed Regi vindicatam, Philippus Naſſovius 10. Auguſti, anno 1594. pro iisdem fruſtra tentavit, donec 6. Junii, anno 1632. Fridericus Henricus, Auraicus Princeps, iisdem Ordinibus eam iterum aſſeruit: Aſſeram vero 5. Septembr. 1637. Ferdinandus, Hiſpaniarum Infans & Cardinalis Regius, fratri Regi recuperavit. *Mutationes.*

Minores, quæ ſub ſe hæc Metropolis terrarchica ſecunda complectitur, urbes ſunt: Geldria, Venlona, Stralena, Wachtenduncia, Montfortia & Herculena, cum præfectura Echtia.

A Geldria toti Provinciæ, olim anguſtioribus ſpatiis comprehenſæ, nomen, cujus arcem Præfecti ejus, Dynaſtæ Pontini primitus condiderunt, ut ſupra (1) dictum eſt, urbem vero ſucceſſores eorum ad Nierſæ & Wyhæ fluvium paulatim mage magisque munierunt: Inque eam Reinholdus, nominis II. primus Geldriæ Dux, monaſterium Carmelitarum monachorum regularium anno 13 . egregium collocavit. Anno 1530. conflagravit.

Venlona, (2) a locis ad Moſam paluſtribus, quæ Venen vulgo dicuntur, appellata, in territorio Krieckenbecano Blariaco objecta, anno 1343. ut jam diximus, a Reinholdo, primo Geldriæ Duce, munita, & anno ſequenti, Veneris poſt Simonis & Judæ, privilegiis ſuis inſtructa eſt, anno 1377. a Wilhelmo, Juliæ ac Geldriæ Duce, iterumque a Reinholdo, ejus fratre, Martis poſt Margarethæ, anno 1414. præſentibus Giesberto Pieck, reditu-ario generali, & Arnholdo Bucho; ab Adolpho Egmundano vero Jovis poſt S. Agathæ, anno 1465. confirmatis. *Ex Eryci Puteani genealog. Puteana Bamelrodiorum Venlonenſium, a vicino & amico Melch. Puteano mihi communicata.*

In hac Arnholdus Egmundanus, Dux Geldriæ, Adolphum, filium refractarium, anno 1462. obſeſſum tenuit. Eadem a Carolo Burgundo 12. Cal. Julii, anno 1473. occupata. Sub Carolo denique Egmundano anno 1511. iterum a Maximiliano Imperatore, Caroli Burgundi genero, obſidione cincta, & expugnata fuit; ſicque in poteſtatem domus regiæ Burgundicæ devenit. Poſtmodum Wilhelmus, Juliæ, Cliviæ, Montium Dux, eam cum tota Geldria occupavit. Sed non longe poſt idem eam, coram Carolo V. Cæſare anno 1543. deprecatus, (3) domui Burgundicæ iterum reliquit. Donec in bello Belgico Ordinum partes amplexam 18, 28. Junii Alexander Farneſius, Dux Parmenſis, in Regis obſequium reduxit; eamque 4. Junii anno 1632. Fridericus Henricus Naſſovius, Princeps Auraicus, Regi ademit: 4. Auguſti vero an. 1637. Cardinalis regius recepit.

Ut cœnobium vero Cruciferorum in hanc urbem ſuam patriam induceret, multum laboravit Fridericus Puteanus, totius hujus ordinis Generalis, qui tamen poſt ejus mortem in ſacellum D. Nicolai, anno 1340. a nautis ſtructum, & ſacra civium ſodalitate frequentatum, anno 1399. demum introducti ſunt; Incrementa deinde monaſterium anno 1401. accepit, templumque anno 1433. ſtrui cœptum eſt.

Stralenæ (4) Abbas Siegebergenſis in Ducatu Montano cum Geldriæ Duce concurrentem jurisdictionem habet.

Wachtenduncia a familia nobiliſſima, quæ olim vel illam poſſedit, vel prope eandem

(1) Pag. 473. vide quoque *Pontan.* lib. 1. p. 33. *Schlichtenhorſt.* lib. 1. p. 61. Nunc cum territorio ſuo ad Regem Pruſſiæ pertinet. Vid. Not. p. 482.

(2) Cujus urbis deſcriptionem vide apud *Pontan.* lib. 1. p. 33. *Schlichtenhorſt.* l. 1. p. 60. & ſeqq.

(3) Vide ſupra p. 335.

(4) De qua & reliquis urbibus tetrarchiæ Ruremondanæ prolixus eſt *Schlichtenh.* l. 1. p. 62. & 63.

dem caſtrum ſuum ſtruxit, dicta eſt. Ad illam anno 1468. Adolphus, Geldriæ Dux, de Joanne, ejus nominis I. ſecundo Cliviæ Duce, triumphavit. Eadem eidem poſtea oppignorata eſt, a ſequentibus Geldriæ Ducibus redemta. Prope illam cœnobium Sandenſe Joannes a Bruichuſen, anno 1452. in terra ſancta mortuus, & Anna a Straten, conjuges, fundarunt.

Montfortium, a caſtro ejus ſorti ita dictum, anno 1343. ipſa Ægidii, Reinholdus, ejus nominis II. primus Geldriæ Dux, privilegiis oppidanorum inſtruxit.

Neoſtadium, huic vicinum oppidum, a nova ſtructura appellatum eſt.

Herculenum alii a nobili virgine Erka derivant, alii melius a caſtris Herculis. Hujus poſſeſſores primitus Canonici templi regii Aquenſis beneficio cujusdam Ottonis Imperatoris fuerunt, illuddque poſtea Principibus Geldriæ reſignarunt.

Suitphaniæ nomenclatura.

Suitphania (1) aliis a lege Salica, vel Iſala, ut antiquæ Geldriæ lib. 3. annotavimus, indeque antiquitus quoque Schlemenſis appellata, aliis denique ab inculcis terris, & humum nonniſi ad ignem pabula præbentibus, quas Vennas vocant, & auſtrali a Friſiis poſitu, ſuum nomen habere dicitur. Ipſa regio, olim Friſiorum, cum ii latius imperium ſuum extenderent, pars, ad Ortum ſupra ſe habet Cliviam & Monaſterienſem VVeſtphaliæ partem, Vredenſibus campis late ſe pandentem; infra & ad Septentrionem loca, quæ poſſeſſa olim Trajectinis ad Rhenum Epiſcopis Transiſulana (2) ideo dicebantur, ut ab his, quæ Trajecti urbi propriora eorundem ditionis erant, diſtingueretur: in quibus etiam quondam Velavia fuit, poſt Geldris conceſſa.

Quæ loca omnia Iſala amnis diſterminat, Suitphaniæ agrum etiam ab Occaſu claudens.

Primitus autem per Comites ſuos adminiſtrata, majora indies incrementa conſecuta eſt, donec urbem Metropolin cum integro Comitatu Otto Naſſovius, (3) cui Geldriæ præfectura per conjugium Adelheidis, Wichardi filiæ & hæredis, acceſſit, acquiſivit, eamque auſpiciis Imperatoris Henrici IV. anno 1079. in Comitatum Romani Imperii hæreditarium commutavit; Sophiæ, Wichmanni, Suitphæni Comitis, filiæ, ſecundis votis copulatus, non tantum in Comitatus Metropoli Eccleſiam collegiatam inſignem, cum templo eximio, in quo cum filio Gerardo inhumatus jacet, erexit, ſed ipſam quoque urbem muris, foſſis & privilegiis (4) munivit, mage magisque a ſucceſſoribus expolitam & auctam.

Augmentum Privilegiorum.

Nam anno 1190. ſub Imperatore Henrico, ejus nominis VI. Friderici primi, dicti Barbaroſſæ, filio, & Balduino, Epiſcopo Ultrajectino, ab Ottone, ejus nominis II. Henrici primi filio, & Gerhardi ſecundi fratre, Geldriæ Comite in ordine 5. omnes ei priores immunitates renovatæ & locupletatæ ſunt; præſentibus Richarde Julia uxore, Henrico filio, Henrico Guryckio, Henrico Dalheimio & Keſſelio, Joanne Ahuiſio, Ludolpho Steinfurdenſi, Henrico Borckeloenſi, Wilhelmo Brunchorſtano, ejusque fratre, Wolthero de Vein cum fratre, Wolthero Spiringh, Ottone Buereno, Richoldo de Utheren, Wernhero de Bercheim, Peregrino de Knipfelde, Theodorico Batenburgio, ejusque fratre Stephano, Ludolpho parvo, Overo de Strachel, Theodoro de Huerenfeld, & Godefrido ejus fratre, Reinhero Grondfinial, Henrico de Dalenbricht, Theodoro de Volve, fratre Comitis, Theodoro Noto, Henrico de Elbinge, Peregrino de Huerde, Wilhelmo &

(1) In vetuſtis Tabulis *Sutfenne* ſcribit, quod nomen *Cluverius* lib. 3. c. 10. ab *Uſipetibus*, incolis antiquis, alii a *dulci* paſcuo arceſſunt, rectius vero *Pontanus*, *Schlichtenhorſtius* & *M. Altingius* P. II. p. 214. a paludibus Auſtralibus, quaſi Zuyt-Venen, derivant, eamque nomenclaturam liquido confirmat, quod tractus Zuitfanienſis *ſeptentrionalis* appelletur, Noortveen, a paludibus ſeptentrionalibus. *Pontan.* l. 1. p. 33. & 63.

(2) Rectius *Transiſalana*, quo nomine ab Epiſcopis Trajectinis regio omnis, ultra fluvium Iſalam ſita, appellata fuit, atque ab iisdem juxta ordinem, quo quasdam ejus partes ſibi ſubjecerant, diviſa in Ente, Twente, Trente, id eſt, *primam*, *ſecundam*, *tertiam*; mox quartam, quintam, ſextam, &c. adjecturi, ſi tanta fuiſſet populi patientia, quanta Principum indulgentia, ut loquitur *Altingius* P. II. p. 182.

(3) Vide paulo infra *Tab. Genealog.* Comitum Zuitfanienſium & Geldriæ Principum.

(4) Quæ, ut & Jurisdictionem, clarosque Viros, quos hæc civitas produxit, pariter ac mutationes inſigniores, prolixe deſcribit *Schlichtenhorſtius* lib. 1. inde a p. 64. ad 70. & *Pontanus* lib. 1. p. 63. & ſeqq.

Digitized by Google

& Henrico de Dam, Bartholomæo de Baer, Eberhardo Pincerna, Nicolao de Vorſt, Zacharia & Jacobo de Arnheim, Jacobo de Middachten / & Arnholdo Rint, aliisque.

Deinde feria 4. poſt Dominicam Reminiſcere, anno 1271. Reinholdus, ejus nominis primus, Ottonis III. filius, Geldriæ Comes in ordine octavus, eidem Suitphaniæ, intercedentibus Henrico patruo, & Joanne, Epiſcopis Leodienſibus, immunitatem telonii Lobedeni largitus eſt, præſentibus Henrico fratre, Engelberto Iſenburgico, Præpoſito S. Petri Trajectenſi, Goeſwino Buereno, VVilhelmo Brunchorſtano, Gerhardo Batenburgico, Henrico Borckeloënſe, Joanne, dicto Bruch a Meer / & Joanne a Kuick. Idem Reinholdus, 6. poſt Epiphaniam, anno 1316. eidem mundinas, ante Bartholomæanas in Encæniis, conceſſit.

Hujus vero filius, cognomen Reinholdus II. primus Geldriæ Dux, feria 5. poſt omnium Sanctorum memoriam, anno 1316. priſtina urbi privilegia, præſentibus Henrico VViſchio, & Stephano Suilenio, confirmavit.

Idem in caſtro Roſendalio prope Arnhemium anno 1318. fecit, præſentibus matre Margaretha Flandrica, ſororibusque Philippina & Iſabella, Petro Lectano, Canonico, VVolthero Keppelio, Jacobo Mitlerio, Brunone & Joanne Dernichiis, Godefrido Tegnagelio, Balduino Aſwinio, Bernhardo Dorrenwerdano, Friderico ab Eſe, Henrico VViſchio, & Gisberto Herwienio: Idemque viciſſim Dominica prima quadrageſimali anno 1324. repetiit, præter priores præſentibus VVilhelmo Millenſe, Stephano VViſchio, Joanne Bruchuiſio, VVilhelmo Brunchorſtano, Friderico Montano, Joanne Barenſi, Henrico Borckeloënſi, Redingh Vorſtio, Eberhardo Dornichio, Hermanno ab Oſtenſe, Henrico & Theodoro Keppelio. Idem Sabbathi poſt translationem Martini in æſtate anno 1330. electionem Scabinorum civibus liberam conceſſit, & anno 1335. immunitatem telonii Venlonenſis.

Mortuo vero anno 1343. Reinholdo, primo Geldriæ Duce, filiis ejus binis, Reinholdo & Eduardo, inter ſe diſſidentibus, hic Suitphænæ, quod ſibi adhæreret, libertatem omnium teloniorum Geldricorum largitus eſt: Quo eodem anno etiam Reinhardus Schonforſtanus eidem immunitatem telonii ſui novi dedit.

Sed his quoque fratribus extinctis, VVilhelmus, Juliæ ac Geldriæ Dux, avunculis ob matrem Mariam Geldricam ſuccedens, anno 1372. privilegia priſtina Suitphænæ confirmavit, eodemque anno libertatem de tributo civium ſtatuendi addidit.

Cum autem Mechtildis Geldrica, primogenita Reinholdi, primi Ducis, filia, vehementer repugnaret, illa Mercurii poſt Agathæ eodem anno 1372. ſe non ulterius in urbe ædificaturam, privilegia priora omnia confirmaturam, teloniorum denique univerſorum immunitatem daturam, promiſit.

VVilhelmi vero, Juliæ ac Geldriæ Ducis, frater Reinholdus, ipſo defuncto, die Matthiæ anno 1410. urbis privilegia omnia rata habuit. Idem ipſa decollationis Johannis Baptiſtæ anno 1420. eidem duos mercatus annuos conceſſit, a Joanne Palatino, Duce Bavariæ, Hannoniæ, Hollandiæ & Zelandiæ Comitis filio, 19. Sept. eodem anno, itemque ab Arnholdo Egmundano ipſa Petri, an. 1442. confirmatos, quorum primus in Cal. Maji, ſecundus in feſtivitatem Bartholomæi incidit.

Cum autem horum quoque Juliæ ac Geldriæ Ducum proſapia in Reinholdo anno 1423. deficeret, Arnholdus Egmundanus, in provincia Geldrica ſuccedens, eandem urbem, poſt privilegiorum omnium confirmationem, etiam contra Daventriam, Sabbathi poſt aſſumptionem Mariæ, anno 1432. privilegio munivit. Idem eodem anno & menſe, de conveniendis tantum in urbe civibus, & anno 1440. ipſa Philippi & Jacobi, de apprehenſione facinoroſorum, indultum conceſſit.

Adolphus, Arnholdi Egmundani filius, Geldriæ Dux, Jovis poſt Agathæ, an. 1465. delicta civibus remiſit, omniaque privilegia, & in ſpecie illud, de facinoroſorum apprehenſione, confirmavit. Idem Veneris poſt Mariæ aſſumptionem, anno 1468. tres in Eccleſia collegiata præbendas a Magiſtratu urbis conferendi poteſtatem dedit.

Carolus denique Egmundanus, Adolphi filius, 27. Januar. anno 1521. cenſum cereviſiarum integrum urbi largitus eſt.

Ejusdem Suitphænæ plebiſcita, anno 1311. inita, anno 1332. in exaltatione crucis, anno *Plebiſcita.*

no 1337. die Victoris, an. 1338. die Nicolai, an. 1339. die Servatii, an. 1342. in exultatione crucis, an. 1351. veſpera Joannis Baptiſtæ, an. 1364. Mercurii poſt Viti & Modeſti, an. 1367. Solis poſt cathedram Petri, an. 1366. veſpera omnium Sanctorum, anno denique 1370. ipſa cathedra Petri renovata & confirmata ſunt.

Feudale autem aulæ Suitphanienſis jus (1) 15. Septembr. anno 1547. Carolus quintus Cæſar ratum habuit.

Unio. Eadem Suitphæna, cum oppidis ſibi ſubjectis, Druſiburgio, Dotecomio, Lochemio & Grœnloënſi, Jovis poſt Quaſimodogeniti, anno 1436. Ottoni Brunchorſtano, Dynaſtæ Borckeloënſi, Wilhelmio Montano, Baroni Bilandico, Henrico Wiſchio, Joanni a Gehmen, Friderico a Rechteren, Domino in Vorſt, Keppel & Aſperen, Theodorico a Petersheim, Domino in Haren & Bieht, Equiti, Wilhelmo a Rees, Wilhelmi filio, Seinonii a Dort, Gerhardo & Jacobo ab Hackfordt, fratribus, Joanni a Middachten/ Theodoro Keppel a Verwolden, Jacobo ab Heckeren, Theodoro Mom a Kellen, Hermanno a Keppel, Godefrido Kloick, Gerhardo a Keecken, Friderico a Stendre, Henrico ab Hövelwich/ Stephano a Kervenheim, Wilhelmo Lanſinck & Matthæo a Woldenborgh/ unita eſt: quæ unio ab Arnholdo Egmundano approbata.

Status Eccleſiaſticus. Quantum ad ſtatum Eccleſiaſticum, urbs Suitphanienſis inſignem habet Eccleſiam collegiatam, in Templo primario ab Ottone I. fundatam, & a ſucceſſoribus ejus egregie locupletatam. Continet etiam monaſterium Dominicanorum, a Margaretha Flandrica, Reinholdi, ejus nominis I. octavi Geldriæ Comitis, uxore ſecunda, erectum & dotatum.

Templi collegialis turris, anno 1446. ipſa Palmarum fulmine tacta, conflagravit; anno 1636. & ſequenti regaliter renovata eſt. Deinde iterum inſtaurata, anno 1609. 29. Martii iterum fulmine incenſa.

Mutationes. Porro mutationibus diverſis, inprimis in bello civili Burgundiæ Ducum & Hiſpaniarum Regum cum Ordinibus geſto, ſubjecta fuit.

Anno 1539. poſt Carolum Egmundanum ad Wilhelmum, Cliviæ, Juliæ, Montium Ducem, &c. pervenit, ab hoc anno 1543. ad Carolum V. Imp. Hiſpaniarum Regem, Burgundiæ Ducem, in cujus fide usque ad annum 1570. perſtitit, quo Wilhelmus, Montium Comes, in Ordinum poteſtatem Comitatum integrum cum Metropoli deduxit. Sed idem anno 1572. neglectam Hiſpanorum libidini expoſuit, & 22. Sept. an. 1655. iisdem expilandam tradidit. Anno 1586. a Roberto Dudlejo, Lyceſtriæ Comite, Belgii gubernatore, fruſtra obſeſſam, 30. Maji an. 1591. Mauritius Naſſovius Ordinibus aſſeruit.

Sub Tetrarchia hujus Comitatus antiquiſſimi oppida minora accenſentur, Druſiburgium, Dorecomum, Lochemum & Grœnloicum.

Druſiburgum, a Druſo, Germaniæ terrore, (2) qui foſſam quoque illam, hodie Iſalam dictam, e Rheno deduxit, cujusque caput hodie in arce Montium Comitum monſtratur, appellata, (3) poſt Metropolin Comitatus Suitphæni urbium ſecunda, munito loco poſita, ſuisque privilegiis inſtructa eſt. Hanc anno 1570. a Wilhelmo, Montium Comite, occupatam, Hiſpani an. 1583. receperunt, ſed iisdem an. 1586. ademptam, Franciſcus a Mendoza, Admirans Arragoniæ, an. 1598. Regi vindicavit, quod Mauritius Naſſovius haud ferens, eodem anno iterum obſeſſam anno ſequenti Ordinibus aſſeruit, in præſens usque tempus ab iisdem defenſam.

Eidem Dotecomi & Lochemi ſors fuit. (4)

Grœnloa viride nemus ſignificat, ſed ut ſpeciem loci mutavit longa ætas, ita prolatio-

(1) Multum illud tum a Longobardicis, tum aliis conſuetudinibus feudalibus differre, pluribus *Frid. a Sande* de conſuetud. Geldricis; *Chriſtinæus* de Feud. Ducatus Geldr. *Rhetius* in Diſſert. de *Feudis Clivenſium* vel *Zutphanienſium more conceſſis*, hic Francofurti, Reſpondente *Johanne Gerhardo de Morrien*, A. 1682. habita, exponunt. Judicium autem feudale Zutphaniæ ſub dio & quercu juxta rudera veteris Domus Prætoriæ haberi ſolite, uti de bonis Laſſorum, ſ. Laeten Goedern, ſub tilia vicina, refert *Pontanus* lib. 1. p. 66.

(2) Vide ſupra pag. 55.

(3) Qua de re, ut & privilegiis, mutationibus ejus urbis, vide *Schlichtenhorſt.* in deſcriptione ejus lib. 1. p. 70. usque ad 74.

(4) Ut pluribus refert *Schlichtenhorſt.* p. 74.

Digitized by Google

lationem nominis, quod Germanicis vocibus valde frequens, Grœnloam in Grollam (1) contraxit. Hanc ab Ordinibus confœderati Belgii Georgius Lalainius, Comes Rennebergius, in obſequium Regis reduxit; Mauritius vero Naſſovius iisdem an. 1597. iterum vindicavit. Ambroſius Spinola contra anno 1606. viciſſim recuperavit, donec an. 1627. Fridericus Henricus Naſſovius, Mauritii frater, eandem reoccupavit.

Arnhemium, ab aquila, (2) Imperii Romani inſigni, denominatum, cujus Eccleſia olim Abbatum Prumienſium in Eiphalia peculium fuit, Principes Geldriæ, cum Velaviam ab Epiſcopis Ultrajectinis acciperent, poſſederunt, ex quibus Otto, ejus nominis III. Comes Geldriæ in ordine 7. illud cum Ruremunda, Harderwicia, Vada, five Wageninga, Bommelia & Gocha, muris, foſſis & privilegiis ſuis 3. Cal. Julii, anno 1233. præſentibus Arnholdo de Witten, Henrico de Monte, Gerhardo de Loen, Jacobo de Haſſten, inſtruxit: quæ filius ejus Reinholdus ipſa Bonifacii, anno 1312. præſentibus Hermanno de Loen, Henrico de Cuyck, Henrico de Monte, & Adamo ejus filio, Gisbertho de Brunckhorſt, Arnholdo Friderico & Gerhardo de Rhœden, fratribus, Giesberto de Oy, Florentio de Batenburgh, Dynaſtis: Nobilibus vero, Chriſtiano & Jacobo de Arnheim, patre & filio, Heilberto Oichen, Jacobo de Driel, Henrico de Langenmantier, Arnholdo Clerico, Reinhero de Monſwick, Arnholdo de Dolre, Wilhelmo de Bentingh, Giesbertho de Rochaven, & Theodoro Doiß/ rata habuit.

Idem Reinholdus Arnhemio immunitatem telonii Lobedeni, quam a patre atque anteceſſore Ottone feria 4. poſt Cantate, an. 1271. præſentibus Henrico & Joanne, Leodienſibus Epiſcopis, matre Philippina, Theodoro Iſenburgico, Goswino Bornæo, Wilhelmo Brunchorſtano, Gerhardo Batenburgico, Henrico Borckeloenſi, Wilhelmo Heerenio, & Joanne Mehrheimio, acceperat, die decollationis Johan. Baptiſtæ anno 1318. confirmavit.

In hanc Metropolin Reinholdus, ejus nominis ſecundus, primus Geldriæ Dux, anno 1335. Tiela in poteſtatem ſuam redacta, ex ea collegium Canonicorum D. Walburgis traduxit.

Prope eandem Munchuſium, Carthuſianorum clauſtrum, Reinholdus, nominis ſecundus, primus Dux, anno 1340. ſtruxit, hodie deſtructum.

Mutationes Metropolis hæc varias ſubiit. Anno 1354. integra conflagravit. Anno 1466. a Wilhelmo Egmundano pro fratre Arnholdo, Geldriæ Duce, contra filium refractarium, expugnata.

Ab Egmundanis ad VVilhelmum, Cliviæ, Juliæ, Montium Ducem, tranſiit, qui tandem eam anno 1543. Carolo quinto Cæſari cum tota Geldria cedere coactus eſt, ſicuti prolixius infra dicetur.

Sub Terrarchia hac Geldrica quarta & ultima quatuor minora oppida, Herderwicenum, Elburgium, VVageningium & Hattumium numerantur.

Herderwicenum, (3) a paſtorum Velaviæ ad mare usque illud, quod ambit, receptu ita dictum, ab Ottone, ejus nominis III. ſeptimo Geldriæ Comite, muris & privilegiis ſuis inſtructum. In hoc Eleonora Anglicana, Reinholdi, ejus nominis II. primique Geldriæ Ducis, conjux altera, S. Franciſci fratribus minoribus Monaſterium condidit: Ex quo Scholam illuſtrem, (4) Muſarum ad mare domicilium jucundum, Ordines Geldro-Velavici condidere.

El-

(1) Vide quoque de hac urbe *Schlichtenborſt.* p. 74. 75.

(2) Quæ Belgis audit **Arnd.** *Schlichtenb.* p. 95. aliique Taciti *Arenacum* eſſe, indeque **Arnheim** poſtea appellatum fuiſſe, contendunt. *Altingius* vero P. I. p. 8. *Arenacum* ab **Arnheim** diverſum, atque hunc poſteriorem locum **Arentheim**, quaſi **Arnoldsheim**, *Domicilium Arnoldi*, dictum fuiſſe, ſcribit. Conf. Not. ſupra p. 35. Ceterum privilegia & mutationes ejus urbis prolixe deſcribit *Schlichtenborſt.* p. 95. usque ad 100.

(3) Alias **Harderwich**, ut transmarina navigatione inelitum celebratur in literis *Gerhardi*, Holſatiæ Comitis, apud *Pontan.* lib. 6. Alii a neſcio, quo *Hardebonum* populo, alii a paſtorum, **Hirten**, Belgice **Leerder**, agris, alii a fundis præduris, nomen accepiſſe ſcribunt. *Schlichtenb.* p. 100. *Altingius* P. II. p. 82. ubi ultimam nominis rationem reliquis præferre videtur.

(4) Cujus quoque meminit *Pontan.* lib. 1. p. 38. Academia vero, quam Cl. Viri *Eckii*, *Armelovenii*, *Mejeri* celebrem reddiderunt, anno 1648. condita fuit, in cujus rei memoriam num-

Elburgium oppidum (1) itidem non longe ab eodem mari ſitum eſt.

VVageningium, olim Vada dictum, antiquitate ſua nulli oppidorum Geldricorum cedit.

Hattumium denique in Velavia oppida Tetrachiæ hujus inſignis claudit.

Tertia Terrarchia (2) eſt Zuitphanienſis, a Metropoli ita dicta.

Oppida minora, quæ ſuffragium in comitiis habent, ſunt: Dœsburgum, Dotecomum, Lochemum, Grolla, vel potius Grœnloa.

Territorium municipale diſtinguitur in quatuor præfecturas, Provincialem, Zuitphanienſem, Dœsburgiam & Bredevordenſem: Totidem quoque Baronatus, (3) Montanum, Bronchorſtanum, Bærenſem & VViſchium. Keppelium denique dominium, a Baronibus Vorſtiis ad Palandos per conjugium derivatum, ſub ſe complectitur.

De Borckeloënſi Dynaſtia cum Monaſterienſi Epiſcopo controverſia aliquandiu Dynaſtis Bronchorſtanis fuit, qua deciſa, (4) hodie Zuitphaniæ adlegitur.

Quarta Terrarchia eſt Arnhemienſis, cujus primaria urbs Arenacum.

Oppida minora ſunt quatuor: Herderwicum, Elburgium, VVageningum & Hattumium.

Præfecturæ majores duæ: (5) Velavia & Velaviæ fimbria, ſive prætexta.

Minores totidem: Oldenbroichia & Nyenbroichia.

Dynaſtiæ inferiores cum imperio criminali (6) itidem duæ: Dorenwerdana (7) & Roſendalia. (8) To-

mum tunc cuſum exhibet *Biſotii* Hiſt. Metal. T. II. p. 210. hac inſcriptione in altero latere: *Victoriæ præmium libertas*; in altero vero: *Pace domi, foriſque ſancita, Academia Harderwicenſis fundata: Illuſtres Ordines Ducatus Geldriæ, Comitatus Zutphaniæ, in rei memoriam hunc nummum cudi fecerunt.*

(1) De quo & ceteris urbibus, *Hattumio & Wageningio*, memorabilia multa refert *Schlichtenh.* lib. 1. p. 102. usque ad 108.

(2) Quæ ſequuntur, procul dubio ſupra p. 482. ubi tetrarchia prima & ſecunda referuntur, tertia autem & quarta omittuntur, poni debuerunt.

(3) De Montano, Bronchorſtano & VViſchio, vide infra Appendices 1. 2. & 3.

(4) Dynaſtia *Borcloha* cum Dynaſtiæ ejus *Gerhardi* unica filia dotis nomine ad *Girbertum I.* Comitem Bronchorſtanum, an. 1385. pervenit, cujus filius *Girbertus II.* feudi oblati jure anno 1406. ab Epiſcopo Monaſterienſi recepit. *Jodoco* itaque, ultimo Bronchorſtano Comite, absque liberis anno 1513. defuncto, de ſucceſſione in illam Dynaſtiam inter Epiſcopum Monaſterienſem & Georgium, Com. Styrumio-Limburgenſem, lis orta fuit, illo ut feudum apertum, hoc uxoris, Jodoci conſobrinæ, nomine Dynaſtiam ſibi aſſerentibus, quæ controverſia dum in judicio Cameræ Imperii ageretur, Geldriæ Ordines intervenerunt, atque ſibi, tanquam ſupremis Territorii Dominis, ejus judicium competere, contenderunt, ſententiaque, cum utraque pars ei ſe ſubjeciſſet, anno 1616. lata, Dynaſtiam Borclohæ Com. Styrumio-Limburgenſi addixerunt. Epiſcopus vero, cum fruſtra de injuria ſibi facta querelas ad Imperii Cameram detuliſſet, ſocietate cum Anglis adverſus Batavos anno 1664. facta, Dynaſtiam illam armis occupavit, ſed pace anno 1666. Articulo XI. eam reddere debuit; quod & pace Colonienſi, cum illam iterum in ſuam poteſtatem redegiſſet, an. 1674. inita, facere coactus fuit, juribus tamen ſuis & Imperii ſalvis. Vid. *Tab. pac.* apud *Lundorp.* T. IX. lib. 2. cap. 101. Quare Epiſcopi Monaſterienſes Inſignibus ejus Dynaſtiæ & Titulo utuntur; adeo ut hæc controverſia tam inter Imperium & Ordines Geldriæ, ratione ſuperioritatis territorialis, quam inter Epiſcopos Monaſterienſes & Comites Styrumio-Limburgicos, nondum compoſita ſit.

(5) Quarum prior vocatur **Landdroſt-Ampt van Velowen**, poſterior **Richter-Ampt van Velowenjoorn**. Illa iterum in undecim judicia minora, ſ. **Schoutveten**, nimirum ſex ſuperioris, & quinque inferioris Veluæ; hæc vero in duas præfecturas minores, ſ. **Richter-Ampten van Oldenbroeck & Niebroeck**, & totidem **Schout-Ampten** diviſa eſt, quæ pluribus deſcribit *Schlichtenhorſt.* lib. 1. p. 110. 111.

(6) Unde vocantur **die Hals-Heerlicheeden.**

(7) Hoſpitium anno 1635. *Friderici Wilhelmi*, Principis Electoris Brandenburgenſis, cujus, ut & Roſendaliæ deſcriptionem exhibet *Schlichtenhorſt.* lib. 1. pag. 112. 113. 114.

(8) Caſtrum, in amœniſſima valle, ut ipſe olim vidi, ſitum, ab ipſis Geldriæ Ducibus conditum, eorumque ſedes nonnunquam & refugium tempore belli fuit. Anno 1536. a Carolo, Duce Geldriæ Egmondano, VVilhelmo de Scherpezeel, ejusque heredibus, vel donatum, vel

Digitized by Google

Digitized by Google

COMITUM ET DUCUM GELD

PRÆFECTI, COMITES ET DUCES GELDRIÆ.

OTTO de *Pont*, ob. 888.

WICHARDUS I. ob. 910. Ux. *N.* filia Wichmanni, Com. Zutph. — *Lupoldus.*

GERLACUS, ob. 937.

GOTFRIED, ob. 958. Ux. *Adela*, fil. Arnoldi, C. Cliv.

WICHARDUS II. ob. 973. Ux. *Sophia*, fil. Comit. Zutph. Wichmanni.

MENGOSUS, ob. 1011. Ux. *Gerbergis*, filia Gotefridi, D. Brab.

WIDEKINUS, ob. 1035. Ux. *Elisabetha*, filia D. Bavariæ. — *Adelheida*, Abbatissa.

Richardus, Episc. Leodiens. — *Wilhelmus*, Episc. Ultraj. — WICHARDUS III. ob. 1061.

ADELHEID. — OTTO I. Comes Nassav. &

GERHARDUS I. ob. 1131. Uxores 1. *Hedwigis*, filia Florentii II. Com. Hollandiæ. 2. *Irmgard* Namurcensis. — G

HENRICUS, ob. 1162. Ux. *Seynarda*, filia Gothefridi Bullionei. — *Arnoldus*, Arch. Colon. — *Albertus*, Episc. Leodiens. 38.

Margaretha, Ux. Engelberti, C. Montium. — GERHARDUS II. ob. 1180. Ux. *Margaretha*, Com. de Spanheim. — OTTO II. ob. 120 Ux. *Richarda*, fili C. Juliacensis.

Margaretha, Ux. Adolphi, Com. Montium. — *Adelheid*, Ux. Wilhelmi I. Comit. Holland. — *Henricus*, Ux. *Adelheid*, filia Theod. VII. C. Hol. — GERH Uxor 2. *So*

OTTO III. ob. 1271. U filia Theod. VI. C. filia C. S

Elisabetha. — REINALDUS I. ob. 13 1. *Irmgardis* Limb. 2. *Margaretha*, filia nis, Com. Flandr

Maria, Ux. Theod. IX. C. Cliv. — *Philippa* & *Isabel*

Com. JULIACENSES.

Wilhelmus V.

Walramus. — *Gerhardus V.*

Wilhelm. VI. — *Wilhelm. VII.* — *Walramus*, Ep. Col.

Gerhardus, C. Mont. & Rav. — WILHELMUS VIII.

4. 2) MARI

WILHELMUS, Dux I. Mont. — *Margaritha*, Uxor *Adolphi*, C. Marcani & Cliviæ. — WILHELMUS, obiit improlis 1402. Ux. *Catharina*, vidua Eduardi Avunculi. — REINALDUS, ob. improlis 1423. Uxor *Maria*, filia C. Artesiæ. — *Johanna*, Joh. Arl

Adolphus, C. Mont. — *Rupertus*, Episc. Pad. — *Wilhelmus.* — *Adolphus I.* D. Cliv. — *Maria*, Ux

Robertus. — *Gerhardus*, C. Mont. & Juliæ. — *Johannes I.* D. Cliv. — ARNOL

Wilhelmus. — *Johan. II.* D. Cliv. — ADOLP

Maria. — *Johan. III.* D. Cliv. — CAROL

Wilhelmus, heres instit. a Carolo, D. Geldriæ.

Digitized by Google

ELDRIÆ ET ZUTPHANIÆ.

COMITES ZUTPHANIENSES.

WIGER, f. *Wichard*, circa annum 810.

WICHMANNUS I. circa annum 870.

HERMANNUS. *Adelheid.* *N.* uxor Wichardi I. Præf. Geldr.

WICHMANNUS II. Conditor Monaſterii Eltenſis.

OTTO. *Luitgardis*, Abbatiſſa I. Eltenſis. *Adela*, ux. Imodi, C. de Redichem.

Irmgard cælebs. *Machtildis*, ux. poſterior EHRENFRIDI, C. Palat.

LUDOLPHUS, ob. 1031.

Henricus, puer obiit. GODOCHALCUS, ux. *Adelheid.* *Johannes.*

SOPHIA. *Gerhardus*, tenera ætate extinctus. *Hermannus* brevis. *Irmgard.*

...ſſa Geldriæ.

GERLACUS, tenera ætate defunctus, ultimus Com. Zutphaniæ.

...Epiſc. f. 58 *Salome*, Ux. Henrici, C. Oldenb.

...1202. ...a, filia ...enſis *Agnes*, Uxor Henrici, C. Namurcenſ.

...ERHARDUS III. ob. 1229. Uxor. 1. *Richarda* Naſſav. 2. *Sophia*, filia Henrici, D. Brabant. *Otto*, Epiſc. Ultraj. *Mechtild*, Ux. Henrici Naſſav. Avi Adolphi Imperat.

...171. Ux. 1. *Margaretha*, ...C Cliv. 2. *Philippa*, C. St. Pauli. *Henricus*, Epiſc. Leodienſ.

...1316. Ux. ...b. ſterilis. ...ia Guido- ...ndr. *Guido* & *Philippus.* *Irmgardis*, Ux. Theod. VIII. Com. Cliv. *Philippa*, Ux. Walrami, D. Valckenb. *Maria*, Ux. Adolphi, C. Mont.

...ſabella. *Guido* & *Philippus.* REINALDUS II. ob. 1343. Ux. 1. *Sophia*, filia Florentii, C. Mechlin. 2. *Eleonora*, filia Eduardi II. Regis Angliæ.

...RIA. 1. *Margaretha*, ob. cælebs. 2. *Mechtild*, Ux. 1. Gothefridi, C. Loſſenſis. 2. Joh. Cliv. 3. Joh. C. Bleſ. 3. *Iſabella.* 2) REINALDUS III. ob. 1371. Ux. *Maria*, filia Joh. III. Brab. D. EDUARDUS, ob. 1371. cui deſponſata *Catharina*, filia Alberti, C. Holl. quæ poſtea nupſit *Wilhelm.* D. Geldr.

...*nna*, Ux. Arkelii.

...*a*, Ux. *Johannis* Egmondani.

...RNOLDUS, D. Geldriæ.

...DOLPHUS, D. Geldriæ.

...ÁROLUS, ob. impro...lis 1538.

Digitized by Google

Digitized by Google

Totidemque cum ſolo imperio civili: (1) Scherpenzeelia & Huevelacia.

Habet in univerſum civitates 26. muris & foſſis munitas, & ſupra 300. pagos.

Comitatus etiam quatuor, Buiranum & Suilenburgium in Tetrarchia Neomagenſi, Montanum & Brunchorſtanum in Zuitphania, cum aliis, quas ſecundum Tetrarchias ejus 4. jam recenſuimus, Dynaſtiis quamplurimis, ſub ſe comprehendit.

Sub Ottone II. Comite, qui ab anno 1229. usque ad annum 1271. præfuit, maxima ſumpſit incrementa: Ruremundam enim, Arnhemiam, Harderwicam, Bommeliam, Gochiam & VVageningam, tunc temporis adhuc pagos, muris cinxit, & civibus privilegia ſua confecravit.

Comitatus titulo usque ad Reinholdum II. inſignita fuit, ex proſapia Ottonis Naſſovii, primi Geldriæ Comitis, ortum, qui decerpto æſculano flore, Leonem ſuum Comitatibus binis Geldrio & Zuitphænio intulit.

Hujus Reinholdi cum non ſolum virtus, ſed etiam potentia vicinis regionibus formidabilis eſſet, ac fama pietatis, juſtitiæ ac fidelitatis ipſius erga Romanum Imperium increbeſceret, Francofurti in publicis comitiis, præſentibus Philippo Galliæ, & Eduardo Angliæ Regibus, avunculo & ſocero, anno 1339. a Ludovico Imp. Dux Geldriæ renunciatus eſt.

Sectio Prima,

De octo Geldriæ Præfectis, Advocatis, ſeu Toparchis.

Ut Genealogiam (2) & ſucceſſionem non tantum horum Præfectorum, ſed etiam Zuitphaniæ Comitum a prima ipſorum origine indagemus, notandum, Geldricam familiam ex Trans-Rhenanis auſpicium ſuum accepiſſe, non ſolum, quia Sicambri olim trans amnem habitarunt, ut ſupra diximus, ſed ideo maxime, quia familia Præfectorum ejus lares & patrimonium e regione Coloniæ Ubiorum ad Siegam fluvium habuit. Hinc in Archivis legimus, a Mengoſo, Geldriæ Præfecto, in paterno fundo ad Siegam fluvium

---

vel venditum fuit, a quibus in Nobiles de Dorp, & cum *Eliſabetha* de *Dort* dotis nomine pervenit ad Robertum de Arnheim, ut *Schlichtenhorſt.* lib. 1. p. 114. refert. Amœnitatem vero loci deſcribit *Johannes* de *Outrein* libro, tertia vice nuper Amſtelodami impreſſo, ſub tit. **Wegwyſer door de Heerlykheit Rootendael of te Roosendaelſche Vermakelykheden met een geeſtlyck en zedelyk Doge beſchout.**

(1) Alias **Schout-Ampten**, de quibus idem *Scriptor* lib. 1. p. 111.

(2) Circa Genealogiam Comitum Zuitphanienſium multum a ſe invicem abeunt *Pontanus*, *Ægidius Gelenius* & *Joban. Velpenus* in Notis MStis ad *W. Berchemium*, unde *Schlichtenh.* lib. 5. p. 95. quæ huc faciunt excerpſit, atque latine a nobis reddita ſic ſe habent: *Comites Zuitphanienſes e Saxonia originem ſuam ducunt, atque ad Iſalam* (non in Duffelia ad Vahalim, ut quidam ſcribunt,) *habitarunt. Primus Comes, quem in antiquis literis invenî, fuit* VVigerus, *ſ.* VVichardus, *atque vixit circa annum 810. Filius ejus* VVichmannus, *in prælio contra Saxones anno 870. occiſus, filiam reliquit, Wichardi, primi Geldriæ Præfecti, uxorem, atque* Hermannum, *patrem* Reinerii, *qui anno 935. Ludo Equeſtri Magdeburgenſi una cum Arnoldo Clivia, Hermanno Ravensbergenſi, & Gerardo, Juliæ Comitibus, interfuit. Filium is habuit* VVichmannum, *cjus nominis II. qui anno 968. cœnobium Eltenſe condidit, atque liberos genuit* Luytgardam, *Abbatiſſam primam memorati cœnobii*, Adelam, *Imodi, eoque defuncto, Baldevici III. Cliviæ Comitis, uxorem, &* Ottonem, *patrem duarum filiarum*, Irmgardis, *quæ cælebs manſit, &* Mechtildis, *uxoris poſterioris Ehrenfridi, Com. Palatini, qui ex illa ſuſcepit* Ludolfum, *Vexilliferum Eccleſiæ Colonienſis, & avi materni Succeſſorem in Comitatu Zuitphaniæ, defunctum anno 1031. relictis filiis*, Henrico, Godfchalco & Johanne, *e quibus natu minor*, (qui ab aliis *VVichmannus* perperam vocatur,) *Henrico in juventute defuncto, patri in Comitatu Zuitphanienſi ſucceſſit, atque ex conjuge ſua Mechtilde* Gerhardum *genuit, florida ætate mortuum, &* Sophiam, *matrimonio junctam anno 1040.* Ottoni, *Comiti Naſſovie, ex quo natus* Gerlacus, *ultimus Zuitphaniæ Comes, quo in prælio Iſelmundenſi occiſo, Zuitphaniæ Comitatus cum Geldrico conjunctus fuit. Johannes, filius Ludolphi tertio genitus, liberos genuit* Hermannum brevem, *Abbatem IX. cœnobii S. Pantaleonis, &* Irmgardim, *quæ tertia vice Romam an. 1070. profecta, chirothecam terra ex monaſterio undecim mill. Virginum repletam Pontifici dono dedit.* Hunc ergo induſtrium Medicum *Johannem Velpenum*, quod ex antiquis literis iſta ſe hauſiſſe dicat, atque cum Autore noſtro conveniat, in adjecta *Tabula Genealog. XVII.* ſecuti ſuimus.

Digitized by Google

um Vilicenſe: (1) & ab Arnholdo Geldro, Archipræſule Colon. ad eundem Siegam Rhenidorpium, monaſteria Veſtalium nobilium, condita fuiſſe.

Deinde quod Zuitphaniæ Comites attinet, qui primitus in Duffelia habitationis ſuæ arcem ad Vahalim, Salheimiam dictam, collocarunt: Hinc que illud ad Iſalam transferentes, ſicuti ſupra in antiqua Geldria annotavimus, partim a veteribus Uſipetibus, tempore Romanorum populis, partim a Salheimiis Præfectis, lege Salica, itemque Iſala & Salandia denominatis, partim denique a paludibus auſtralibus contiguis, quæ Venen lingua gentis uſitate dicuntur, appellationem ſortiuntur, ex Monaſterii Browielerenſis manuſcripto, (2) a moderno ejus Abbate, Joanne Munch, fideliter exarato, atque Ægidio Gelenio, Canonico Colonienſi ad S. Andream, & ab eo mihi communicato, obſervandum, ab Hermanno, Ottonis primi Imperatoris Palatii Comite, ejusque conjuge Heilwiege, familiam eorum deſcendere. Ab Hermanno enim hoc, Palatii Comite, genitus Ezzo, vel Erenfriedus, Udalrici, Epiſcopi Auguſtani, conſanguineus, qui apud Ottonem primum Imper. jam ſenem locum Patris obtinuit, & Ottonis II. primi filii nata Mathilde prima uxore ducta, hujus gener, tertii vero affinis & conſiliarius factus, Henrico II. Imper. dicto Claudo & Sancto, cum Lotharingis obnitus, Theodoricum, Ducem Moſellanum, juxta Odenheimium in prælio captum, ad caſtrum ſuum Thonaburgum in Juliis cum aliis abduxit, quibus redemptis Imperator conſultius judicans, virum egregium beneficiis placare, quam moleſtiis illis vexare, amicitia ejus expetita, eandem, Inſulam S. Suiberti, (3) vulgo Cæſaris, Duisburgum & Salefeldiam largiendo, conſecutus eſt. Hic ille Erenſridus eſt, qui cum uxore Mathilde, adhibito Poppone, S. Maximini Coloniæ Abbate, monaſterium Browilerenſe an. 1024. fundavit, (4) an. 1028. a Peregrino, Epiſcopo Colon. Ordini Benedictino conſecratum: In quo etiam poſt obitum ad latus uxoris, in monaſterio Eſſendienſi 20. Novembr. an. 1024. mortuæ, ſed huc translatæ, an. 1034. conditus.

Præter hunc Erenſridum etiam Hezelinus ab Hermanno, Palatii Comite, agnitus, qui Bercheimiam cum medietate nemoris Villani (5) monaſterio S. Cornelii ad Indam, ejusdem Benedictini inſtituti, attribuit: alteram vero partem Erenſridus frater Browilerenſi aſſignavit.

Antiquitus enim Comites Palatini in inferioribus Rheni partibus, inprimis circa Ubios & Sicambros, longe lateque imperarunt, feudis Palatinis, Juliacenſibus, (6) aliisque multis fundationibus eorum in his locis teſtibus, inprimis cœnobio illo famoſo Siegeburgenſe, ipſorum liberalitate erecto.

Hi autem Palatini Comites, ut hoc addamus, poſtmodum per conjugium Ottonis, Ludovici, Bavariæ Ducis, filii, Agnetæ, Henrici, ultimi Palatini Rheni Comitis, filiæ & hæredi, anno 1215. (7) copulati, ad domum Bavaricam cum dignitate Electorali pervenerunt.

Porro ab Hezelino Henricus Palatinus (8) ortus, primus territorii Clotenſis defenſor; Ab Erenſrido vero ex Mathilde nova & uxore ſecunda, (9) Ottonis Zuitphæni filia,

(1) Alias *Vilegte, Vilcca, hodie Vilich, celebre quondam Virginum cœnobium, cui & Abbatiſſa olim præfuit Machtildis, filia Ezonis, f. Ehrenfridi*, verba ſunt *Tölneri* in Notis ad Cod. Diplom. p. 69. Vide quoque ſupra p. 365. & 418.

(2) Ex quo *Tölnerus* p. 249. hæc refert verba: *Ludolfus, Ehrenfridi Palatini filius primogenitus, Comes Palatinus Rheni, Comes Zuitphaniæ natus, ut videtur, in caſtro Thonaburg animo fuit acervimus*, &c.

(3) De qua Henrici II. donatione vid. *Tölnerus* p. 246.

(4) De qua fundatione idem Scriptor cap. IX. *Hiſt. Palat.*

(5) De hac & aliis donationibus, eidem Monaſterio factis, Tabulas refert *Tölnerus* in Cod. Diplom. No. 29. 30. 31.

(6) De quibus vide ſupra p. 367. & 396.

(7) Imo potius an. 1225. Vid. *Freher.* in Orig. Palat. P. II. c. 12. *Tölnerus* in Hiſt. Palat. c. 17.

(8) Dominus de *Lacu* dictus, de quo *Tölnerus* integro cap. XI. agit.

(9) *Tölnerus* cap. IX. p. 248. alteram hanc Ehrenfridi uxorem ignoravit, atque Ludolphum, ejus filium primogenitum, ex Mathilde, Ottonis II. filia, ſuſceptum fuiſſe ſcribit. Illa vero an. 1025. defuncta, Mathildem, Ottonis, Comitis Zuitphanienſis, filiam, in matrimonium duxiſſe, atque ex illa demum Ludolfum natum fuiſſe, refert *Joh. Velpenus* l. c.

Digitized by Google

filia, Ludolphus prodiit, Zuitphænæ Comes & Eccleſiæ Colonienſis Signifer, tribus ante patrem annis, Chriſti ſcilicet 1031. mortuus, inque eodem Browilerenſi monaſterio tumulatus; relicto filio Henrico, qui poſt breve tempus rebus humanis quoque exemptus, in ejusdem monaſterii templo ante cryptam inter duas columnas apud patrem inhumatus eſt.

Præter hos Comites Zuitphænos in literis authenticis antiquis etiam Luitgardis, (1) Abbatiſſæ Eltinenſis, anno 968. electæ, Wichmanni, Suitphæniæ Comitis, filiæ, menſio: Irmgardis item, Comitiſſæ Zuitphænæ, duplicis, quarum prior an. 1010. Eccleſiæ Reeſenſis collegiatæ fundamenta jecit, anno 1040. ab Annone, Epiſcopo Colon. rr. confirmata: Secunda, quæ in Necrologio Pantaleonis Irmentrudis vocatur, & Hermanni Humilis, anno 1082. in nonum S. Pantaleonis Abbatem electi, ſoror fuiſſe dicitur, quæ orbata patre, caſtrum Aſpelium & oppidum Reeſium Eccleſiæ Colonienſi, Suchtelenam vero conventui Pantaleonæo cum annexis legavit. Ab anno 1070. ter Romam peregrinata, in ſecunda profectione cum Pontifici chyrothecam, terra ex cæmiterio 11. mille virginum plenam, obtuliſſet, caput Sylveſtri ab eodem obtinuit, ab Heriberto, Epiſcopo Col. proceſſione publica poſtmodum honoratum. Poſt tertium vero iter Roma redux in Hoſpitali, Hachtport dicto, a ſe ædificato, diem clauſit extremum, juxta Molanum 4. Sept. juxta Necrologium Pantaleonæum 4. Idus Novembr. authore P. Merfæo Cratepolio in Catalogo Epiſcoporum Colon.

Ex his tamen, quod ad Geldriæ Præfectos attinet, male concludit Gelenius, non recte vulgo Ludolphum aſſeri Wichmanni fratrem, cum Wichmannus, primus Geldriæ Præfectus, ſicut ex literis Ottonis I. Imp. monaſterio Eltinenſi anno 968. datis, apparet, circa annum 960. vixerit, Ludolphus vero, Erenfridi ex Mathilde, Ottonis Zuitphæni filia, natus, circa annum Chriſti milleſimum floruerit, qui viciſſim Henricum genuit: cum diverſi Ludolphi ſint, unus Zuitphæniæ, alter Geldriæ Comes.

Præter hæc Jeſuita Browerus in vita Meinwerci, Epiſcopi Paderbornenſis 10. male negat, in Geldriæ Præfectis Mengozum dici Wichmanni II. filium, quia conſtat, Wichmanno occiſo, filium ejus, adhuc parvulum, ſub tutela legitima Bernhardi, Ducis Diethmari nepotis, fuiſſe; Mengozus autem tum non puer, ſed vir provectæ ætatis copioſam prolem genuerit. Itidem cum duo fuerint Mengozi, recte tamen Jeſuita Browerus loco jam dicto negat, VViringum, ſive VVirochum Mengozi filium fuiſſe, idque ideo, quia unicus ipſi filius, avo materno eognomen, Godefridus fuerit. Neque VViringum etiam ejusdem ex ſorore filium, vel nepotem eſſe, cum inter Adelæ aut Emmæ, ejus filiæ, liberos a manuſcripto S. Meinwerci, cœnobii codice, non numeretur: ac proinde non ab Adela, ſorore ejus, ſed ipſius materrera Lutharde monaſterium Eltinenſe inſtitutum, ſicut ipſe Meinwercus monaſterium Abouchovienſe (2) Paderborn. conſtituit, Templum vero ejus exuſtum Imadus inſtauravit, Poppo vero novas ædes addidit.

Unde idem Browerus colligit, Præfectos Geldros ex antiqua Saxonum ſtirpe (3) prodiiſſe, & Comitatum Theiſterbandinum cum Velavia poſſediſſe. Imadus enim, Henrico Meibomio in notis ad Witich. teſte, maritus Adelæ, quam Idam etiam aliqui vocant, qui fratres Witikindum & Reginbergum, Theodori filios, habuit, ex ſtirpe Witikindi magni natus fuit. Adela autem hæc male juxta eundem Jeſuitam Browerum Henrici Aucupis ſoror vel neptis dicitur, hinc enim non Wichmanni, ſed Ottonis, Saxoniæ Ducis, filius, Ludolphi nepos, extitit. Wichmannus vero Witekindi filius ob id recte

(1) De qua, ut & reliquis, vid. *Joh. Velpen.* l. c. & *Tab. Geneal.*

(2) Sive Abdinchovienſe, de cujus inſtitutione vid. *Schaten.* A. P. P. II. p. 483. & *Pont.* Hiſt. Geldr. lib. 5. p. 80. 81.

(3) Quod verum eſt de Imadi poſteris in Comitatu Rencum prope Arnhemium, cujus Genealogiam vide ſupra p. 476. Quod vero ad Præfectos Geldriæ attinet, Imado illi antiquiores ſunt, orti ex Pontiis, Dynaſtis Familiæ Gallicæ, hodieque celebris, & Guiſiis affinitatibus junctæ, ut exiſtimat laudatus *Joh. Velpenus* apud *Schlichtenh.* lib. 5. p. 43. qui ipſi quoque adſtipulatur. *Scriverius* autem in Notis ad *Aquilii* Chronic. p. 5. e Satrapis Auſtraſianis; alii e Comitibus Teiſterbantinis ipſos derivant; alii Nobiles tractus Geldriæ fuiſſe conjiciunt, dicti forte a pago *Pont*, ad ſiniſtram Nierfæ ripam ſito. Nos in re obſcuriſſima verbis: *non liquet*, uti malumus, quam certi quid definire.

Digitized by Google

aſſeritur, quia Bernhardi, Ducis Saxoniæ, filii minorennis, ipſo a Balderico cum Ottone III. Imper. invitato, quia veneno propinato non poterat, per ſervum poſtero die occiſo, & in urbe Freihem condito, tutor Imadus, Epiſcopus Pad. anno 1052. electus, anno 1077. mortuus, aſſeveratur a Bruſchio. Quod de prima Præfectorum Geldriæ origine verum eſt: Trans-Rhenanis & Saxonibus prognatis, ad Siegam & Nierſam domicilia ſua transferentibus. His ita præmiſſis, ad ipſos Præfectos perveniamus.

Carolus ergo, non Calvus, ſed (1) Lotharii, Francorum Regis, frater, anno 900. Wichardo & Ludolpho, Ottonis filiis, Pontinis, præfecturam Geldriæ conceſſit, qui caſtro Geldriæ ædificato, ibidem ſuo nomine præfuerunt.

Wichardus vero, ducta Wichmanni, Zuitphaniæ Comitis, filia, (2) ſolus familiam illuſtrem propagavit; quippe ex qua Gerlacus, ſucceſſor, & Aleidis, Roberti II. Heusdæ Domini, uxor, nati. Obiit anno 910.

Gerlacus, patrem ſecutus, ſub Henrico Imper. adverſus Hungaros, duplici prælio victos, pugnavit: (3) Ex conjuge Cuyckia Godefrido relicto, an. 927. vel ut alii 931. (4) extinctus.

Godefridus ex Adela Clivia, Arnholdi filia, Wichardum II. genuit, ſub Ottone Imp. adverſus Imperii hoſtes pugnavit: Anno vero 948. vel ut aliis placet 955. (5) exceſſit.

Wichardus, vel Wichmannus II. ex uxore Mengoſum ſucceſſorem, Luthardem, (6) primam Eltenſem Abbatiſſam, Adelam, Balderici, Comitis Clivii 12. uxorem, & Sophiam procreavit. Sub Ottone I. Imper. contra Hungaros militavit: Abbatiam Eltenſem anno 968. ad Rhenum in Comitatu Hamelandiæ, eodem Imp. approbante, Ottone vero II. filio anno 980. & Ottone III. nepote anno 997. confirmantibus, ædificavit, filia, ut diximus, Lutharde prima Abbatiſſa conſtituta, reclamante tamen Adela; & ob legem Saxonicam, (7) quæ fœminis quoque ſucceſſionis jus non derogat, contradicente, ab Ottone III. poſtea, ut conſentiret, inducta: Imo cum marito ſecundo Balderico aliud quoque Virorum collegium anno 1000. vel circiter, Zephlicæ condente. Duos enim ſecundum Jeſuitam Browerum maritos habuit, primum Imadum, S. Meinwerci, Epiſcopi Paderb. 10. patrem, ſecundum, hunc Baldericum Clivium. Obiit Wichmannus anno 970. (8)

Mengoſus, 6. Geldriæ Præfectus, anno 984. præeſſe cœpit, cujus in literis Eltenſibus poſterioribus fit mentio: Ex Gerberga (9) Brabantina filios, Godefridum, qui in bello Bohemico occubuit, & VVichingum, ſive VVitekindum, cum filiabus quatuor ſuſtulit, quarum duæ (10) Statum religioſum amplexæ, una ad S. Urſul. Coloniæ, altera (11) in

(1) Imo neuter, quod Carolus, Lotharii frater, tum nondum natus, nec Carolus Calvus iſtas ditiones unquam poſſederit. A Ludovico autem juniore, Germanici filio, qui Lotharingiæ partem cum inferiori Saxonia in diviſione, cum fratribus Carolo & Carolomanno facta, obtinuerat, Præfectos hereditarios illis ditionibus, ut tanto melius adverſus Normannos illas tuerentur, datos fuiſſe, verosimilius mihi videtur.

(2) Ita quoque exiſtimat *Joh. Velpenus* loco ſupra citato, & *Aquilius* in Chronic. Geldr. p. 6. *Pontan.* vero lib. 5. & *Schlichtenb.* lib. 5. p. 44. *Hermanni* filiam fuiſſe ſcribunt.

(3) Ita referunt *Pontan.* lib. 5. p. 65. & *Schlichtenborſt.* lib. 5. p. 47.

(4) Citati Scriptores & *Aquilius* in annum 937. *Akerlaken* in annum 938. obitum ejus rejiciunt, quod neceſſe eſt, liquidem prælius Hungarorum interfuit.

(5) *Akerlaken*, *Aquilius*, *Pontanus* & *Schlichtenb.* unanimi conſenſu an. 958. obiiſſe ſcribunt.

(6) Juxta *Joh. Velpenum* hæc pariter ac *Adela* filiæ fuerunt Wichmanni, Comitis Zuitphanienſis. Vide Not. ad p. 497.

(7) Vide ſupra p. 211.

(8) Juxta *Akerlaken*, *Aquilium*, *Pontan.* & *Schlichtenb.* anno 973.

(9) *Geborgam* vocat *Aquilius*, quam *Vita Adelheidis* apud *Surium* T. VII. Godefridi Barbati, Brab. Ducis; *Pontan.* p. 75. 76. Godefridi I. Com. Arduennenſis & primi Ducis Moſellanici, filiam fuiſſe referunt. *Scriverio* in notis ad *Aquilium* p. 9. ſubductis rationibus, origo ejus Gerbergæ incerta habetur. *Schlichtenborſtius* vero omne dubium ſublatum eſſe putat p. cit. ſi cum *Joh. Velpeno* filia Godefridi, Comitis Virdunenſis, fuiſſe dicatur.

(10) *Battrad* & *Aleidis*, quarum illa primum cœnobii Viliacenſis, poſtea vero, ſorore Battrade defuncta, monaſterii S. Mariæ Coloniæ Abbatiſſa fuit conſtituta, juxta *Schlichtenb.* l. 5. p. 52.

(11) *Alverad*, dum altera *Irmtrudis* in matrimonium eſſet collocata Diederico, Duci Moſellanico. *Schlichtenborſt.* ibid. *Pontan.* p. 76. lib. 5.

Digitized by Google

in Rindorp moniales fuerunt. Eædem conjuges fundatores quoque ſunt templi Vilicenſis, ad Siegam fluvium in paterno fundo circa annum Chriſti 1000. ab iis conditi: Ex duabus ſecularibus gnatis altera Johanni, Juliæ Comiti, nupſit. Defunctus an. 1004. (1) Mengoſius, in Vilicenſi collegio tumulatus.

VVitekindus, (2) 7. Geldriæ Præfectus, ex Eliſabetha Bavara (3) VVichardum III. ſucceſſorem, Richardum, Leodienſem, avunculi Reginhardi Bavari anno 1030. ſucceſſorem, & VVilhelmum, (4) Ultraject. Epiſcopos, genuit. Hic Robertum, Flandriæ Comitem, Florentii Hollandi tutorem, prope Roterodanum vicit, (5) arcem Iſelmundam conſtruxit; antequam anno 1076. Gerlacus, Zuitphaniæ Comes, occubuit, VVitekindus ante ipſum anno 1032. exceſſit.

VVichardus, nominis III. octavus & ultimus, patruo (6) VVilhelmo, Epiſcopo Ultrajectino, contra eundem Robertum Flandrum ſuppetias tulit. Ex Margaretha Lonenſi unicam filiam (7) & hæredem reliquit, Adelheiden, Ottoni Naſſovio nuptui datam. Anno 1050. mortuus, cum ipſo flos quoque triplex æſculanus meſpilorum rubicundus in area aurea occidit. (8)

Comites Zuitphænos quod attinet, ex ſuperioribus liquet, eos aliquandiu a Palatii Comitibus propagatos fuiſſe.

Ante vero hos primus Zuitphænæ Comes, quem legimus, fuit Hermannus. (9)

Cujus filius Reinherus anno 935. ludo nobilitatis Germanicæ Equeſtri Magdeburgi, cum Gerhardo Julio, Arnholdo Clivio, & Hermanno Ravensburgio, Erneſto Brothuſio, quem ſupra aliquoties citavimus, teſte, interfuit.

Ejus vero ex ſorore Reginhardi Bavari, Epiſcopi Leodienſis juxta Placentinum in Catalogo in ordine 21. filius Richardus avunculo an. 1036. ſucceſſit.

Hujus vero frater Otto Mathilden, Irenfridi Palatini conjugem, ex eaque Ludolphum, & hic Henricum, ut ſupra diximus, reliquerunt, ſed ſtemma Zuitphænum illuſtre amplius non produxerunt.

Mentio quoque fit in antiquiſſimis literis Godeſchalci & Joannis fratrum, Comitum Suitphænorum.

Wichmannus autem, relicta filia Sophia, Ottoni Naſſovio ſecundis votis ſociata, Gerlacum nepotem tulit: qui in prælio ad Iſelmundam, ut ſequitur, occumbens, patrem Ottonem, & hic filium Gerhardum hæredem nuncupavit.

Se-

(1) *Pontan.* lib. 5. & *Schlichtenhorſt.* anno 1011. *Aquilius* vero anno 1001. obiiſſe referunt.

(2) Aquilio *VVibingus*, aliis *VVikingus*, *VVichingus*, *VVilringus*. *Scriverius* in cit. Not. pag. 10. An filius *Mengoſi* fuerit, dubitat *Menſ. Altingius* in Notit. German. Infer. P. II. p. 68.

(3) Haud certum ſatis eſſe, an origine Bavara fuerit, animadvertit *Scriverius* ad *Aquilium* pag. 10.

(4) Addit *Schlichtenh.* aliique *Meinwercum*, ſed perperam. Veram ejus *Genealogiam* vide ſupra p. 474. *Aquilius* Wichardum & Wilhelmum tantum commemorat, de quo poſteriore videantur *Heda* p. 128. & *Beka* p. 42. ubi *Buchelius* in Notis Wilhelmum hunc Imperatoris Henrici IV. adverſus Gregorium VII. P. R. propugnatorem, atque invectivæ, quæ Epiſcopo Vercellenſi alias tribuitur, autorem fuiſſe conjicit.

(5) Comitatum nempe Hollandiæ, utpote ab Henrico III. Imperat. Eccleſiæ Trajectenſi donatum, juxta Diploma apud *Joh. a Leydis* in Chronic. Holland. p. 132. dum Theodoricus, Hollandiæ Comes, non Florentinus, ſub tutela Roberti ageret, ſibi vindicare volebat, de quibus turbis vide præter *Johann. a Leydis* cit. loc. *Hedam* & *Bekam* l. cit. *Pontan.* lib. 5. pag. 77.

(6) Imo frater fuit Wilhelmi, ut Autor ipſe modo dixerat.

(7) Præter quam filium *Rothacem*, Epiſcopum Paderbornenſem, ipſi nonnullos adſcribere, memorat *Pontan.* p. 85. Verum non Rothacem, ſed Rothonem, Epiſcopum Paderbornenſem, circa illa tempora vixiſſe, eumque Baronum Buranorum familia ortum fuiſſe, refert *Schaten.* A. P. T. I. p. 507.

(8) Inſigne videlicet Præfectorum Geldriæ ab Ottone Naſſavico cum Inſignibus ſuæ familiæ Leone in campo cœruleo commutatum fuit. *Scriverius* in Not. ad *Aquilium* p. 13.

(9) Vide ſupra *Tab. Genealog.* Comitum Zuitphanienſium & Geldriæ Principum.

Digitized by Google

SECTIO SECUNDA,

De octo Geldriæ Comitibus.

Præfectura Geldrica, titulo Comitatus Imperii Romani anno 1079. insignita, (1) beneficio Henrici IV. Imp. Ottoni Nassovio, Walrami, Laurenbergæ ac Sonnenbergæ Domini, filio, cessit, qui uxorem primam Adelheiden jam dictam, Wichmanni III. filiam, Theodorico Clivio nepote procurante, accepit; ex eaque Gerhardum primogenitum successorem, & Adelbertum, S. Martini Ultrajecti Præpositum, Henricum denique, qui familiam Montis Dominorum & Comitum propagavit, edidit. Hac juxta annum 1084. juxta Paul. Merulam anno 1086. mortua, ad secundum conjugium cum Sophia, unica itidem Wighmanni, Zuitphaniæ Comitis, filia & hærede, transiit; (2) ex eaque Gerlacum, avi in Comitatu successorem, genuit, in bello Theodorici Hollandi ante Ilselmundam anno 1076. prostratum, (3) qui primum patrem, deinde fratrem Gerhardum, successores habuit, quorum hic utrumque Comitatum, authoritate Lotharii Saxonis Imper. cujus neptem Hedwiegen, Florentii Crassi, Hollandiæ & Seelandiæ Comitis, filiam, uxorem duxit, conjunxit.

Otto vero pater fidelem Henrico Imp. in Bohemia & Hungaria operam præstitit, ideoque etiam ab eo, anno supra dicto 1079. ut vult amicus quondam noster, Johannes Textor Haigeranus in Chron. Nassovico, an. 1617. edito, Francofurti ad Mœnum in comitiis publicis, postquam præfecturam Geldricam annis 18. laudabiliter administrasset, primus Geldriæ Comes salutatus, albargenteum Leonem suum, in cæruleo solo cum flavis apicibus incedentem, Geldriæ intulit. (4) Summum templum collegiale Zuitphaniæ condidit, in quo post obitum 5, 15. Cal. April. aliis 18. Mart. an. 1107. inhumatus.

Gerhardus, nominis primus, a statura corporis procera Longus dictus, Comes Geldriæ & Zuitphaniæ sub Henrico V. Imp. secundus, uxorem, ut jam dictum, habuit Hedwiegen, Florentii XI. seu Crassi, Hollandiæ & Seelandiæ Comitis, filiam, ex Petronella, Theodorici, Saxoniæ Ducis, filia, (5) Lotharii Cæsaris sorore, genitam: Alii Ermgar-

(1) *Mengosium*, quintum Geldriæ Præfectum, jam Comitem appellant *Autor* Chron. Col. *Vita S. Adelheidis* apud *Surium* Tom. VII. atque *Charta* de Vassis, sive fide addictis Ecclesiæ & Episcopo Trajectensi apud *Hedam* p. 111. Comitis Geldriæ, utpote Vasalli Ecclesiæ Trajectinæ. meminit. Ottonem quoque Nassavicum in Diplomate anni 1064. a se viso, Comitem nominari, refert *Pontan.* lib. VI. initio. Sed uti *Schlichtenhorst.* id partim Scriptorum adulationi attribuit lib. 5. p. 50. ita *M. Altingius* P. II. pag. 68. Not. Germ. Inf. citatam Chartam propterea suppositiam esse ratus, in Diplomate, cujus *Pontanus* meminit, Ottonem Comitem, titulo ab Atavis suis accepto, vocari, Geldriam autem isto honore anno demum 1079. ab Henrico IV. decoratam fuisse, censet, cum quo conf. *Scriver.* in Notis ad *Aquilium* p. 8. & 12.

(2) Et ab eo tempore, quo *Gerlacus*, filius Ottonis ex Sophia, occubuit, cum Geldria conjunctus mansit. *Aquilius* Chron. cit. p. 12.

(3) Ita quoque *Pontan.* & *Schlichtenh.* scribunt, sed tempore illius prælii Gerlacum ne quidem natum fuisse, atque propterea a Gerlaco, in prælio Ilselmundensi occiso, diversum esse, censet *Scriverius* in Notis ad *Aquilium* p. 13.

(4) Vide Not. pag. præced.

(5) Petronellam Lotharii Imperatoris sororem fuisse, consentiunt *Beka* p. 43. *Heda* pag. 148. *Joh. a Leydis* in Chron. Egmond. c. 21. & *Chron. Belg.* l. 16. c. 1. atque hic insuper in utroque loco patre *Theodorico*, Saxoniæ Duce, natam scribit. Sed cum Autore nostro errat. Etenim pater Lotharii, testibus *Godefr. Viterbiens.* p. 17. & 499. *Chronographo Saxone* ad annum 1009. fuit *Gevehardus*, Comes Supplenburgicus, de cujus filia idem Chronographus ad annum 1123. *Gertrudis, Comitissa de regione, quæ vulgo* Hollant *vocatur, soror Lotharii, Saxonici Ducis, Imperatoris, rebellat*, nempe adversus Henricum V. Imperatorem, quod de Petronella quoque refert *Heda* l. cit. adeo ut soror Lotharii, Florentii Crassi, Com. Holland. uxor, vel duplex habuerit nomen, vel Scriptores Batavi in eo pariter ac patris nomine erraverint. *Ursbergensis* ad an. 1124. rebellionis quidem meminit, sed *nomen ejus matronæ sibi excidisse* scribit. Nec forte *Gertrudis*, Florentii I. Comit. Holland. uxor, confundenda est cum Lotharii sorore, quippe cum *Joh. a Leydis* lib. 10. c. 11. *Hermanni*, Saxoniæ Ducis, filiam fuisse dicat; nec tempus patiatur, ut Lotharii filia haberi possit. Hæc quoque Gertrudis Roberto, Com. Flandriæ, nupsit. *Chron. Egmond.* c. 16. Petronella autem, seu Gertrudis, post obitum mariti vidua mansit. Ceterum Petronella hæc Abbatiam Rhenoburgensem

Digitized by Google

gardem Namurcenſem ſecundam (1) eſſe volunt. Et ex illa quidem Henricum ſucceſſorem, & Arnholdum, (2) Archiepiſc. Colon. cum Salome, Henrico, Comiti Oldenburgio, nupta: ex hac Albertum, Adelbertum, vel Alberonem, (3) Placentino in vitis Pontificum Leodienſium teſte, ibidem Epiſcopum, prodiiſſe. Nam cum Alexander Julius ob Simoniæ labem a ſede Leodienſi remotus eſſet, ipſi anno 1137. ſuffectus, ſed cum poſtea diſciplinam cleri male adminiſtraret, Romam citatus, Albertus Geldrus Ortinii anno Epiſcopatus 15. 6. Cal. April. anno Chriſti 1152. peſte extinctus, ibidemque conditus eſt.

Gerhardus autem, eorum pater, cum uxore Abbatiam Beder, (4) ſive orationum cœnobium, inter fluvios Fuldam & Werrham in Haſſia conſtruxit. Templum etiam (5) collegiale Waſſenbergenſe in allodio ſuo, Divæ Virgini & Georghio ſacrum, conſenſu Othberti, Epiſcopi Leodienſis, pridie Cal. Octobr. anno 118. fundavit, nihil ibidem ſibi, ut literæ fundationis habent, quam caſtrum & preces Deo famulantium reſervando. Eidem collegiatæ Eccleſiæ anno 1221. ſub Hugone, Leodienſi antiſtite, Gerhardus Limburgius, Henrici IV. filius, Waſſenbergenſis quoque templi patronus, Eccleſias in Elmpoſen & Hadert/ Friderico ibidem Præpoſito, conceſſit, libertatem etiam Scholaſticum eligendi capitulo indulſit: Et Eliſabetha Clivenſis, ejus conjux, quatuor modios ſiliginis ex agro Linnenſi menſe Septembr. anno 1254. contribuit. VValramus denique Limburgius 34. Jurnales in Urebeck decimarum, præſentibus Wilhelmo de Halla, dicto Schilslingh/ Theodoro de Bræckelen, Equeſtris dignitatis Viris, Gerhardo de Ferreke/ Dapifero Waſſenb. Sybertho & Henrico de Hueckelhœven, & Henrico de Palude, anno 1262. addidit: præſentibus præter multos Præpoſitos & Decanos Eccleſiaſticos, Engelberto de Buegenheim, Meinhardo de Stalburgh/ Gerhardo de Bergh/ Goswino de Suſtris, Heriberto de Molina, aliisque. Hæc omnia Henricus Geldrus, Epiſcopus Leodienſis, anno 1263. renovavit & confirmavit. Idem Gerhardus adverſus Henricum Cæſarem cum multis aliis Belgii Dynaſtis pugnavit. Affini etiam Theodorico, Hollandiæ Comiti, adverſus Hermannum Cuickium, qui patrem (6) ipſius Florentium prope Tielam necaverat, ſuppetias tulit: donec facta reconciliatione, Hermannus, pœnitentia necis ductus, ex ſatisfactione ſibi impoſita, inſtituti Præmonſtratenſis Abbatiam, inſulæ Mariæ ejusdem Viridarium, (Marienweerder/) an. 1128. ex bonis ſuis dotatam, conſtrueret. Obiit, poſtquam annis 24. Geldriæ præfuiſſet, an. 1131. Zuitphaniæ apud patrem tumulatus.

Henricus, nominis primus, poſt mortem ejus ſub Lothario Saxone, Conrado Suevo & Friderico I. Impp. Comes Geldriæ & Zuitphaniæ in ordine tertius factus, cum Seinara conjuge, Godefridi III. (7) Brabantiæ Ducis, & Margarethæ Limburgiæ filia, Velaviæ

ſem prope Lugdunum Batavorum condidit, ut referunt *Joh. a Leydis* lib. cit. & *Adrianus Paarſius* in *Antiquitat. Rhenoburgenſibus*, Belgice ſcriptis, atque una cum *Antiquitat. Cattovicenſibus* editis.

(1) Quæ prima vel ſecunda fuerit, haud promptum ſibi eſſe in præſentia dicere fatetur *Scriverius* pag. 14. Ermgardis tamen ſecunda oportuit fuiſſe, qui Gerhardo mortuo, Conrado, Com. Luzelburgenſi, nupſiſſe dicitur. *Schlichtenh.* lib. 6. p. 75.

(2) Forte is eſt, cujus poſt *Hugonem* meminit *Ægid. Gelen.* de Magnit. Colon. ſed familiam non commemoravit; qui enim illum ſecutus fuit ejusdem nominis Archiepiſcopus, Comes fuit *VViedanus. Gelen.* ibid.

(3) De proſapia Namurcenſi eum fuiſſe teſtatur *M. Chron. Belg.* p. 161.

(4) Ut *Textor* quoque refert in *Chronico Naſſavico.* Nullum autem vel Abbatiæ *Beder*, vel loci ejusdem nominis veſtigium in Haſſiæ vicinia ſupereſſe, diligentiſſimus ceteroquin Antiquitatum Haſſiacarum indagator *Frid. Lucæ* ſcribit im Fürſten-Saal p. 1091.

(5) *Berchemius* a Gerhardo II. id extructum refert. Sed jam a Gerhardo I. inchoatum fuiſſe, quia Ottbertus, Leod. Epiſcopus, anno 118. in ejus extructionem conſenſiſſe dicitur. Vid. *Pontan.* pag. 113.

(6) Bellum iſtud tam ob proavum Florentium I. quam fratrem Florentium Nigrum, a Comitibus Cuickianis occiſos, a Theodorico, Hollandiæ Comite, ſuſceptum fuit. Vid. Not. ad pag. 216. & *Joh. a Leydis* in Chron. Belg. lib. 7. c. 9. & 10. *Pontan.* p. 99.

(7) Ita quoque exiſtimant *Scriverius* pag. 16. & alii, ad quorum teſtimonia ibidem provocat. *Lazius* vero Godefridi Bullionæi, Regis Hieroſolymitani, filiam fuiſſe cenſet, cui *Pontanus* adſtipulatur lib. 6. p. 104. quod Godefridus III. Barbati nepos, tribus annis demum ante

Digitized by Google

viæ partem, (1) quam ipſe ab Epiſcopo Ultrajectino in feudum acceperat, in dotem adeptus eſt. Ex illa Gerhardum & Ottonem, mutuos ſuos ſucceſſores, Mariam, Comiti Lonenſi, & Margaretham, (2) Engelberto Montano nuptas, ſuſcepit. In Italiam profectus, Friderico Barbaroſſæ contra Mediolanenſes militavit, & redux factus, monaſterium prope Dotecomium, Bethlehemum (3) dictum, ordinis Regularium D. Auguſt. ſatis locuples, anno 1179. erigere cœpit, quod poſtmodum adhuc locupletius legatis ſuis ipſe, aliique Dynaſtæ reddidere. Quod, ut appareat, quomodo paulatim domus hæc Bethlehemitica ditata & dotata ſit, ex Annalibus Procuratoris ejus poſtremi, Wilhelmi Schrieckii Herenbergii, & alterius cujusdam ejus monachi Bruchhenſii, paucis annotabimus: Anno 1179. quidam M. Franco, S. Theol. Doctor & Presbyter, an in loco, qui Marchia communis tum erat, ſibi manendum hæſitans, ſomnio ex Pſal. 132. confirmatus, rogante Henrico, ejus nominis primo, Comite Geldriæ tertio, & libertatem ob cohæredes loci communes promittente, ſacellum ligneum conſtruxit, quod Balduinus, Epiſcopus Trajectenſis, conſecravit. Eundem Franconem Henricus Geldrus cum Rabadone de Monte, conſanguineo ſuo, Henrico de Bernham, Woltero de Keppel, Bernhardo & Swedero de Wiſch, & cæteris Conmarchionibus, libertatem loci confirmando, beneficiis ſuis retinuerunt. Richardis, Ruremundana Abbatiſſa, Ottonis II. Geldriæ & Zutphaniæ Comitis, vidua, in monte Eccleſiæ proximo habitatione conſtructa, ejus dotem auxit. Cujus filius Gerhardus III. Geldriæ Comes, adhuc ampliavit. Franconis vero diſcipulus VVilhelmus, primus Eccleſiæ Præpoſitus, multa præterea bona eidem acquiſivit. Hermannus autem, Comes de Loen, præcipuus monaſterii benefactor, Eccleſiam Varſeveldenſem cum omnibus attinentiis, curtibus, agris, arboribus, loco molendini, præfectura & decimis Brunsveldenſibus, ei contulit. Margaretha, Comes Geldrienſis, decem libras; Ludolphus, ejus frater, undecim marcas argenti, tres equos & crucifixi imaginem in altari; Hildegardis, ſoror ejus, pro anima ejus, ad hoſtias & incenſum perpetuum pecunias attribuerunt. Anno 1250. Otto III. tres vini amas ad confectionem ſacræ oblationis; & Reinholdus, ejus filius, an. 1291. ex telonio Lobithano totidem vini menſuras, & ex mola Zurphanienſi tres critici modios in hoſtiarum conſecrationem contulerunt, &c.

Porro, quia Velavia ad Brabantiæ Ducem hac lege pervenit, ut ab Epiſcopo Ultrajectino in feudum acciperet, is eandem in Præfectos Groninganos tranſtulit. Hinc anno 1160. Lieffrido, Præfecto Groningano, mortuo, etſi ex filio nepotes ſupereſſent; Epiſcopus tamen Ultrajectinenſis præfecturam ad ſe, tanquam Dominum feudi, relapſam tranſtulit. Nepotes ergo Henricum hunc noſtrum, Geldriæ Comitem, patronum ſibi aſſciſcunt, qui, bello Epiſcopo denuntiato, (4) & per annum integrum geſto, tandem præfecturam, pecunia ipſis numerata, impetravit. Poſt 31. annorum regimen an. 1162. Henricus mortuus, in Campenſi monaſterio ante altare S. Stephani cum uxore & filio Ottone II. conditus, ut Epitaphium habet ſequens, ibidem marmori inſcriptum:

Inclyta de Ponte ſtirps nobilis, dictaque Gelre,
De qua ſunt orti Comes Henricus & Otto,
Religioſores animo, hoſtes vitiorum,
Qui nece proſtrati, hic pauſant incinerati
Iſtis in tumulis, quos marmora candida claudunt.
Chriſti millenis cent ſexaginta duobus
Henricus moritur; ſed Otto, filius ejus,

An-

obitum Henrici, Comitis Geldriæ, uxorem duxerit, atque filiam adultam illo vivente habere non potuerit.

(1) Quippe quæ a Godefrido Bullionæo Ottoni I. Geldriæ Comiti, oppignorata, nunc Henrico cum Seinara, filia Bullionæi, in dotem data fuit. *Pontan.* loc. cit. & Genealog. ejus apud *Schlichtenhorſt.* pag. 80.

(2) *Scriverius* p. 16. ad *Aquilium* addit *Agnetem*, quam, teſte *Gramaeo*, Henricus, Comes Naimurcenſis, in matrimonium duxerit.

(3) De quo vid. *Pontan.* lib. 6. p. 109. *Schlichtenh.* l. 6. p. 79. *Aquilius* in Chron. Geldr. p. 15.

(4) Quod ita tandem compoſitum fuit, ut Epiſcopus, acceptis 300. Marcis, præfecturam relinqueret Liffridi nepotibus; *Beka* p. 53. *Heda* p. 171. *Pontan.* p. 108. non ergo Henricus, Comes Geldriæ, ut Autor refert, eam impetravit.

Digitized by Google

Annis millenis ducentis atque duobus
Conſimili morte migrans patrem comitatur.

Gerhardus II. ſub Friderico I. Imp. primus ante fratrem, utpote primum genitus, præfuit, & Margaretham, Comitis Spanheimiæ & Hapsbaniæ filiam ſterilem, uxorem habuit primam: qua mortua, Idam, (1) Matthæi & Mariæ, Comitum Bolonienſium, gnatam, ſecundo conjugio ſuperinduxiſſe quidam volunt, itidem improlem. (2) Hic cum Balduino, Epiſcopo Ultrajectino, cui Florentius Hollandus, Theodoricus Clivenſis & Otto Bentheimius opem tulerunt, ob Velaviam, legitimo tempore in feudum non acceptam, (3) bellum geſſit; quod tandem Fridericus I. Cæſar, dictus Barbaroſſa, compoſuit. Ubi annis 22. Comitatum adminiſtraſſet, obiit ἄπαις anno 1180. Waſſenbergæ in Eccleſia collegiata, quam, ab avo Gerhardo I. cœptam, amplificavit & conſummavit, cum uxoribus tumulatus.

Otto II. fratri Gerhardo anno 1180. ſub Friderico I. Henrico VI. ejus filio, & Philippo nepote, Impp. ſucceſſit. Hic bellum Velavicum, a Balduino, Ultrajectenſium Epiſcopo, renovatum, Epiſcoporum Colonienſis & Monaſterienſis auxilio, animoſe geſſit, Daventriam etiam, in qua 800. equites novi præſidiarii veteribus additi, obſidione iterata, 7. Septembr. cinxit, & cum ad eam liberandam Epiſcopus Ultrajectinus & Hollandiæ Comes vires conjungerent, eorum exercitum ad pontem usque, inter Caudekerckam & Alphenam, profligavit, ubi prælium ingens, in quo ex utraque parte multi cæſi, exortum eſt; Cæſar Fridericus hoc audiens, viciſſim ad compoſitionem in Belgium profectus, Ottoni Velaviam attribuit, pacemque certam (4) & fixam ſtabilivit.

Idem hic Otto ad bellum ſacrum anno 1189. cum Friderico Cæſare, Philippo Galliæ, Richardo Angliæ Regibus, Henrico I. Lotharingiæ Duce, Philippo Flandriæ, Florentio Hollandiæ, Wilhelmo Friſiæ, ejusque genero, Theodorico Cliviæ Comitibus, abiit, & multa cum iis præclara geſſit. Redux Neomagi pignus, (5) Theodoricо IV. Clivenſi Comiti, ablatum, ob majus pecuniarum pretium, ab Imperatore primus impetravit; Ottoni, nominis III. ex filio Gerhardo nepoti, tempore Theodorici VI. Clivenſis, anno 1254. plenius confirmatum. (6) Goyam Ludolpho Holteno, Epiſcopo Monaſterienſi, conſignavit, ab eoque viciſſim in feudum accepit: Eidemque in Meinhœveliis (7) ditione expellendis adjumento fuit. Uxores binas habuit, primam Richardem, Gerhardi Juliacenſis filiam: qua mortua, alteram, (8) Henrici I. Lotharingi gnatam, ſuperinduxit. Ex quibus genuit Henricum II. ob pietatem Sanctum dictum, qui in bello Florentii Hollandi contra Henricum I. Brabantiæ & Lotharingiæ Ducem, captus, & ducta patris ejus, Theodorici VII. Hollandiæ & Selandiæ Comitis, filia Adelheide, dimiſſus. Et anno 1200. ſine

(1) *Akerlaken* nullam Idæ facit mentionem, quam vero uxorem poſteriorem Gerhardi fuiſſe, ex auctario Aquicinetino atque alio Codice manuſcripto probat *Scriverius* in Not. ad *Aquil.* p. 17. atque confirmant *Pontan.* pag. 112. & *Oliv. Vredæ* Geneal. Comit. Flandr. P. I. Tab. VII. p. 223. in eo diverſus a *Scriverio*, quod hic Idam, priori marito defuncto, Bertholdo, Com. Zaringenſi, ille vero Rainaldo, Com. Dammartenſi, nupſiſſe ſcribant.

(2) *Lazius*, qui Gerhardo liberos adſcribit, recte notatur a *Pontano* lib. 7. pag. 113. & *Scriverio* in cit. Not. pag. 17.

(3) A Duce Lotharingiæ, qui Velaviam Comiti Geldriæ in Subfeudum conceſſerat, nec Epiſcopum Trajectenſem ejus reſpectu Dominum directum agnoſcere volebat. Vid. *Beka & Heda* ſub *Balduino*, 29. Epiſcop. *M. Chronic. Belgic.* p. 181. *Pontan.* lib. 6. p. 112.

(4) Fridericus I. Ottonem in poſſeſſionem Comitatus Velavici reſtituit, donec Principum conſilio controverſia penitus decideretur, quod ſub *Henrico VI.* Imperatore factum. Vid. *Heda* p. 177. *Pontan.* p. 118.

(5) Jam ante anno 1172. id factum fuiſſe, patet ex Diplomate Friderici I. Imperat. apud *Pontan.* p. 114. conſer. Not. ad pag. 488.

(6) Diploma vide apud *Hedam* p. 208.

(7) His enim antea adverſus Epiſcopum Monaſterienſem opem tulerat Otto III. (perperam Autor ad Ottonem II. hoc refert,) ſed captus Goyam lytri loco ab Epiſcopo in feudum oblatum recepit. *Pontan.* p. 145.

(8) *Aquilius* in Chronic. cit. *Akerlaken & Pontanus* lib. 6. p. 122. unam tantum uxorem Richardam eum duxiſſe referunt.

Digitized by Google

ſine prole defunctus, cum uxore in Reginoburgica Abbatia (1) conditus eſt. Præter Henricum etiam Gerhardum III. ſucceſſorem, Adelheiden, Wilhelmo, Hollandiæ (2) & Selandiæ Comiti, Theodorici ſeptimi fratri, & Margarethan, Adolpho Marcano nuptas, ſuſtulit; Ottonem denique, qui ex Præpoſito Santenſi, annorum duodeviginti poſt mortem Theodorici, Epiſcopus Ultrajectinus factus, & ab Adolpho Colonienſe, (3) Ottone Monaſterienſe, Gerhardo Oſnabruggenſe, tribus fratribus, VVilhelmo Hollandiæ & Ottone patre, Geldriæ Comitibus, adjutus, cleri & populi calculo accedente, in hanc dignitatem promotus, ubi poſt annos quatuor Romam ad diſpenſationem ætatis impetrandam adire voluit, Northuſæ (4) anno 1213. febri correptus, occubuit, indeque Ultrajectum delatus, in templo Cathedrali, S. Martino ſacro, conditus eſt. Otto vero, ejus pater, cum Comitatui 22. annis laudabiliter præfuiſſet, anno 1202. obiit, in veteris Campi monaſterio ad latus patris Henrici inhumatus. Uxor vero Ruremundæ in cœnobio ordinis Ciſtercienſis ſepulta.

Gerhardus III. ſub Philippo & Friderico II. Impp. patri Ottoni ſucceſſit. Uxorem duxit primam Margarethan, (5) Roberti Naſſovii, in Syria mortui, filiam, qua, duobus illi filiis, Ottone ſucceſſore, & Henrico, Leodienſi Epiſcopo, relictis, mortua, ſecundam Henrici I. Brabantiæ Ducis, ex Mechtilde, Matthæi, Comitis Bolonienſis, gnata, filiam Sophiam (6) induxiſſe multi ſcribunt. De cujus partu, Cæſarius, monachus Heiſterbacenſis, prodidit, ex eo ſatis difficili, patrocinio S. Engelberti, Montium Comitis, Archiepiſcopi Colonienſis, liberatam, filiolum pulcherrimum fæliciter enixam, cujus rei fides penes authorem ſit.

Gerhardus autem, Geldriæ Comes in ordine 6. de telonio Lobithano, quod primo in **Oſterbeeck** ſitum, inde Arenacum, & demum Lobithum translatum, cum Friderico II. Imp. controverſiam habuit. Is enim cum ipſi, ut illud plane abrogaret, (7) mandaret, Engelberto, Montium Comiti, Archiepiſcopo Colonienſi, anno 1220. executione injuncta: (8) quemadmodum etiam idem Imperator omnibus Imperii Principibus, nullis omnino teloniis novis excitandis, (9) Fiſco etiam atque Advocatis immoderato ſuo exceſſu, interdixit. Tandem tamen Gerhardus noſter, ut Arenaco Lobithum, in locum ob Rheni diviſionem commodiſſimum, translatum, ſibi maneret, impetravit, (10) quod Henricus VII. & VVilhelmus Hollandus Cæſares confirmarunt.

Cum fratre Ottone duo Ruremundæ monaſteria condidit. Unum Veſtalium nobilium ordinis Benedictini, poſtea tamen in Ciſtercienſium regulam commutatum, caſtro, Pott dicto, in clauſtrum ad vota Engelberti, Archiepiſc. Colon. an. 1218. converſo: Alterum Carthuſianorum. Parthenonem vero Ruremundanam anno 1224. Cal. Julii, Engelbertus Archipræſul, præſentibus Henrico, Montium Domino, Gwaltero ab Eyl, Gerhardo

(1) Rectius *Rhenoburgica* prope Lugdunum Batavorum, condita a Petronella. Vid. ſupra pag. 503. de Henrici ibidem ſepultura *Beka* p. 61. *Heda* p. 184.

(2) Orientalis nempe, quam diviſione cum fratre facta obtinnerat, a quo vero captus poſtea, ſed mox dimiſſus, Ottonis, Geldriæ Comitis, atque commilitonis in bello ſacro, filiam duxit. *Heda* & *Beka* loc. cit.

(3) Errat Autor cum *Beka* & *Heda*, qui non unum errorem in electione Ottonis illius committunt. Etenim Adolphus æque ac Otto, pater Ottonis Epiſcopi, diu ante jam obierant; quem præterea fratrem Ottonis, Geldriæ Comitis, vocant, cujus nominis nullum fratrem habuit, Gerhardi autem fratris ope fuit adjutus. Vide *Buchelium* in Notis ad *Bekam* l. c.

(4) Non civitate illa Imperii in Thuringia, ſed juxta Altinum, ſ. Altenam in Comitatu Marcæ. *Heda* l. c. ibique *Buchelius*.

(5) *Richardam* potius, juxta *Aquilium*, *Akerlaken* & *Pontanum* p. 124.

(6) Aquilius *Merbildam* vocat, ſed hanc ſororem Sophiæ fuiſſe, atque Florentio IV. Hollandiæ Comiti, nupſiſſe, *Scriverius* monet in Notis p. 19. *Pontanus* vero l. c. *Margarethan* appellat, nixus Diplomate Gerhardi, biennio ante ejus obitum ſcripto, teſte quoque *Margaretha*, ejus conjuge.

(7) Literas Imperatoris refert *Heda* pag. 195.

(8) Juxta Literas apud eundem p. 197.

(9) Confirmatis tamen teloniis, quæ Archiepiſcopi ad Rhenum inſtituerant. Vide Tabulas apud eundem Scriptorem p. 193.

(10) Vide *Pontanum*, qui ad Diploma provocat, anno 1222. ſcriptum.

Digitized by Google

hardo & Henrico de Barsdunck, fratribus, Gerhardo a Rotheim, Arnholdo a VVachtendunck, aliisque, diplomate publico dato inauguravit. Monaſterio veteris Campi privilegia & reditus multos, inprimis immunitatem in ţelonio Lobithano anno 1228. conceſſit. His autem duobus etiam tertium Minorum acceſſit. Ab Henrico, Brabantiæ Duce, (1) cum quo acre bellum geſſit, prope Heusdam anno 1210. captus, & filia ejus ducta, dimiſſus, cum eodem paulo poſt Leodium anno 1211. expugnavit, & demum pro Archiepiſcopo Bremenſi in Stadingos hæreticos (2) cum Belgicis Dynaſtis movit, eosque delevit. Cum Ottone Lippienſi, Epiſcopo Trajectenſi, ob Salandiam, (3) quam ſibi vindicabat, auxiliis fratris Epiſcopi Monaſterienſis ſubnixo, ſibi adſiſtentibus VValramo Limburgio, Florentio Hollando, & Henrico Semenſi, bellum geſſit, quod tandem, multis damnis, inprimis in Velavia & tractu Borckeloënſi datis & acceptis, anno 1222. per Conradum, Portuenſem Epiſcopum, Cardinalem, pace inita, ita compoſitum, ut Salandia Epiſcopo, Altinenſis vero præfectura Comiti Geldrio accederet. Hoc tempore magna ditionis Geldriæ & vicinarum vaſtitas fuit: (4) nam anno 1225. cum inter Trentones, Rudolphum, Cœverdiæ Dominum, & Engelbertum, (5) Præfectum Groningenſem, eorumque vaſallos, pace conſtituta, eam Trentones contra fidem datam rupiſſent, idem Otto, Epiſcopus Trajectinus, ſuis una cum Flandriæ, Hollandiæ, Theodori Cliviæ, Gerhardi Geldriæ Comitum, amicorum, copiis collectis, in eos duxit, & Cœverdam obſedit, quam Trentones, Rudolphum fugientem ex inſidiis inſecuti, liberaturi, Ottonem, arma ſua opponentem, ad paludes redegerunt, ipſi ſeſe ex iisdem expedientes, Otto Epiſcopus, limo infixus, cum ſuis exſus, Otto Benthemius dire interemptus, Comes Geldriæ captus, ſed tamen mox libertati reſtitutus eſt. Quam injuriam ut ſucceſſor Ottonis Willibrandus Oldenburgicus vindicaret, caſtrum Cœverdenum oppugnavit & cœpit, Rudolphum cum aliis multis capite mulctavit, (6) & Trentonibus, veniam petentibus, certæ pecuniarum ſummæ depenſionem, & monaſterii prope Aquam nigram, non longe a Swolla, (7) conſtructionem victor ex lege an. 1228. impoſuit.

Ex Naſſovia (8) Ottonem ſucceſſorem, & Henricum reliquit. Hic Henricus, familiæ Geldricæ labes, ab Engelberto, Archiepiſcopo Colon. ſatis juvenis primum Abbas Stabulenſis, deinde Epiſcopus Leodienſis anno 1246. in ordine 40. contra omnium fere voluntatem, utpote ad arma potius tractanda, quam Epiſcopatum adminiſtrandum aptus, inauguratus, eundem præterea multis impuris & nefandis libidinibus contaminavit: Accedit, quod, quos ex diverſis fœminis ſuſcitaverat ſpurios, quorum, teſte Placentino in Hiſtoria Epiſcoporum Leodienſium, 20. juxta alios 65. numerati ſunt, Eccleſiæ bonis ditatos dotatosque, ad altiora provehere ſategit. Ideoque etiam a Gregorio X. ſummo Pontifice, in concilio Lugdunenſi depoſitus, tribus nihilominus ſequentibus Epiſcopis ſupervixit, cum prius, male ſibi conſcius, an. 1274. ſponte annulo remiſſo, Epiſcopatu ceſſiſſet.

(1) In iſto bello, quod anno 1202. geſtum atque finitum fuit, Otto, Gerhardi pater, atque Florentius, Hollandiæ Comes, capti, tandemque affinitatibus cum Henrico contractis dimiſſi fuere, ita videlicet, ut altera ejus filia Margaretha Gerhardo, Ottonis filio, altera Florentio nuberet. *Beka* p. 62. *Heda* p. 185. *Pontan.* pag. 120. Gerhardus poſtea in bello, quod cum Epiſcopo Trajectenſi contra Rudolphum, Præfectum Covordiæ, geſſit, captus fuit. *Beka* p. 69. *Heda* p. 193.

(2) De quo bello vide ſupra p. 222.

(3) Bellum hoc excitatum fuit, quod Epiſcopus vaſallos Comitis Geldriæ in Salandia nimis premeret, Comes vero Ultrajectinos prope teloneum Lobedanum detineret. Pax tandem, ut Comes jure ſuo in Salandiæ Clientes cederet, ejusque loco acciperet allodium Eliſtenſe, &c. *Pontan.* p. 128. *Beka* p. 70. *Heda* p. 193.

(4) Ut itaque Geldriam cultiorem redderet, multas immunitates advenis promiſit Gerhardus, codicillis emiſſis, quos vide apud *Pontan.* p. 130.

(5) Quem alii *Eberhardum*, alii *Egbertum* appellant. Erat vero uterque Epiſcopi Præfectus, atque privatis de cauſis illas turbas excitaverant, de quibus vid. *Heda* p. 193. 204. *Beka* p. 70. 72. *Pontan.* p. 129. *Ubbo Emmius* lib. 9. Rer. Friſ.

(6) Atque rotæ impoſuit, cum denuo rebellis eſſet factus. *Heda* & *Beka* l. c.

(7) In loco occiſi Ottonis Epiſcopi. *Heda* l. c.

(8) Ita quoque exiſtimant *Akerlaken*, *Scriverius* in Notis ad *Aquilium* p. 19. nullos autem ex illa Gerhardum liberos ſuſcepiſſe, ſcribit *Pontan.* p. 124.

Digitized by Google

Eodem refignationis Epiſcopatus anno 1274. expeditioni, contra Saracenos in Aſiam ſuſceptæ, adfuit: Ex eaque redux, anno 1284. ab Equite aurato, Theodorico de Pratis, prope Francomontium necatus, (1) Ruræmundæ in ſummo templo conditus eſt. Vide uberius Joh. Placentinum in ipſius Hiſtoria.

Pater ejus, Gerhardus tertius, anno 1229. ipſa Matthæi Apoſtoli, ſeu 22. Octobr. in fata conceſſit, etiam Ruremundæ, ſed in clauſtro Veſtalium nobilium, a ſe fundato, inhumatus.

Uxor ejus ſecunda, Sophia Bolonienſis, feriis Matthiæ Apoſtoli anno 1231. maritum ſecuta, ibidem quoque tumulata eſt.

Otto, nominis III. Geldriæ Comes in ordine 7. cognomento Claudus, **mit den Stuetzvoet/** quia curvum pedem habuit, ab anno 1229. ſub Friderico ſecundo & Conrado IV. ejus filio, Impp. præfuit: Patrisque Gerhardi ſucceſſor factus, Comitatum Geldricum non tantum feliciter adminiſtravit, ſed etiam auxit: Adeoque inter omnes Geldriæ Principes, ſapientiæ, pietatis, prudentiæ, rerumque geſtarum laude (2) decorandus. Uxores binas habuit:

Prima fuit Margaretha, Theodorici VI. Clivorum Comitis 22. filia (3) ſterilis, quæ ei in dotem 10. millia Marcarum auri attulit, a fratre ejus, Theodorico ſeptimo, primo Comitatus ejus anno, qui fuit Chriſti 1260. exſolutam: ob quam etiam hujus filio, Theodorico octavo, licet adhuc impuberi, filiam ex ſecunda uxore Philippina, S. Pauli Comite, Irmgardem in matrimonium reciproce promiſit. Cum priori autem uxore, Margaretha Clivenſi, monaſterium ordinis Ciſtercienſis nobilium Veſtalium anno 1250. in valle Comitum, **Greventhal** appellata, ex caſtro, Rodio dicto, in parochia Aſperdenſi prope Gochiam ad Nierſam ſito, ſtruere cœpit, & anno 1255. in Junio, Veſtalibus aliquibus Ruremunda in illud deductis, perfecit.

Hoc cœnobium omnibus ibidem ſitis bonis ſuis, utpote fermento cerevisiario, quod Gruitam vocant, fructibus, ſive arbuſtis, (**paſſen/**) paſcuis, piſcatura Nierſæ, ſylva inde a ponte Aſperdenſi usque ad prædium Keldoncium, cum duabus villis, agri Lemptiani decimis, ad 312. modios ſecalis ſe extendentibus, collatione item parochiæ Gentilis in Batavia, inibique duabus villis, & tertia decimarum in **Genth/ Angeren & Deerenborg/** ad parochiam Gentilem pertinentium, parte, itemque medietate aliarum decimarum, jure patronatus Leuthanæ & Keſſeliæ Eccleſiarum: prædiis denique duobus, uno a Godefrido a Lynen empto, ipſo ſine hæredibus mortuo, & altero Stephani a Pleze, Equitis, ſimiliter defuncti, feudo ſuo dotavit: Et teſtibus Wilhelmo de Keſſel, Gerhardo de Parwys, VVilhelmo Altenano & Heusdano Comitibus: Rutgero a Brempt, VVilhelmo a Schillingh, & VVilhelmo a Tegelen, Equeſtris dignitatis Viris, de his omnibus Diploma conceſſit. (4)

Eſt autem hæc vallis Comitum multorum Principum Geldrienſium mauſolæum: Et cum in bello civili Archiepiſcopatus Col. anno 1474. vaſtata eſſet, iterum de novo inſtaurata, & ab hac inſtauratione hodie Novum Clauſtrum, **Neuwen-Klooſter/** appellatur.

In eo Margaretha Clivia, Ottonis uxor prima, anno 1251. 4. Id. Septembr. ſicut tumbæ inſcriptum, mortua, ſepulta eſt: eidemque Theodorus Clivius, ejus nominis octavus, gener Ottonis, libertatem in teloniis anno 1302. conceſſit.

Dehinc Otto ſecundam ſibi ſociavit Philippinam, Comitis ſani S. Pauli filiam, quæ, poſtquam ei tres filios, Reinholdum, patris ſucceſſorem, Henricum & Gerhardum, in juventute defunctos, & Irmgardim, unicam filiam, Theodorici VIII. Comitis Clivenſis, uxorem, edidiſſet, anno 1266. mortua, & in valle itidem Comitis tumulata eſt.

Hic Otto Comitatum Geldricum, urbibus Ruremunda, Arnhemio, Harderwico, Bom-

(1) De exauctoratione Henrici pariter, ac cæde ejus, vid. *M. Chron. Belg.* pag. 242. 243. *Pontan.* p. 155.

(2) Imperatoriam quoque Dignitatem, antequam Wilhelmus, Hollandiæ Comes, eam nactus eſt, ei oblatam fuiſſe, ex *Matthæo Pariſienſi* refert *Pontan.* p. 141.

(3) *Scriverius* cum *Reuſnero* Juliacenſis Comitis filiam fuiſſe ſcribit p. 20. in Notis ad *Aquil.* ſed vide *Pontan.* p. 135. & ſupra p. 223. MS. *Chron. Eſſend.*

(4) Quod vide apud *Pontan.* pag. 145.

Digitized by Google

Bommelia, Gocha & Vada, mœnibus, foſſis, (1) & privilegiis munitis, egregie auxit atque ornavit.

Eundem anno 1233. præſentibus Gerlaco ab Hekeren, Stephano de Lantrop, Goswino a Straelen, Segero a Broichuſen, Wilhelmo a Weeſpe, Gobelo ab Elmete, Arnholdo a Straelen, Equeſtris dignitatis Viris, Præpoſitus Eccleſiæ collegiatæ Emmericenſis, Otto, & Decanus Gerhardus Lucius, cum toto Capitulo, quia vicini Domini, inprimis Montanus & Wiſchius, ipſis in reditibus accipiendis inſeſti erant, in Tutorem ſeu Advocatum acceperunt. Idem anno eodem 1233. 2. Cal. Julii, præſentibus Stephano & Eberhardo, fratribus Lantropiis, Goswino & Arnholdo a Straelen, Henrico ab Helbergen, Equeſtris dignitatis Viris, & Miniſtris ejus, Arnholdo Schœke, Conrado Roloff, Stephano & Eberhardo ab Emmerick, militibus, primus Emmericenſibus privilegia conſecravit. In eundem Ottonem quoque an. 1237. Henricus, Montis Dominus, jus, quod intra foſſam Emmericenam habuit, Præpoſitis Aquenſi & Ultrajectino, Gerhardo Randeradio, & Goswino Millenio, conſanguineis, præſentibus, tranſtulit.

Wilhelmo, nominis II. Hollandiæ Comiti, Regi Romanorum, nepoti, cum cæteris Germaniæ Principibus, in Aquenſis urbis (2) obſidione, aliisque expeditionibus bellicis, anno 1254. opem tulit. Neomagenſe regnum, & multas ſuperiores Bataviæ partes, ab eodem Wilhelmo pro 21000. Marcis (3) argenti puri, anno prædicto 1254. in pignus acquiſivit, quod a Rudolpho Imp. anno 1273. filio confirmatum eſt: Ejusdem etiam Wilhelmi Regis, an. 1255. a tironibus (4) occiſi, filii minorennis Florentii, ejus nominis VII. in ordine vero 19. Hollandiæ Comitis, tutelam geſſit: Et necem patris (5) vindicanti, cum Theodorico Clivio, adfuit. Ab Ottone vero Comes Loſſenſis Stochumium & Alſenam, Goswinus Bornenſis dominium hoc pro feudis agnita (6) acceperunt.

Anno 1266. Philippina Paulina, ſecunda ejus conjux; Anno vero 1271. 4. Id. Januar. ut Epitaphium habet, ipſe Otto diem clauſit extremum, ad latus utriusque uxoris in eadem Comitum valle humatus.

Reinholdus I. Bellicoſus dictus, anno 1271. ſub variis Imperii competitoribus, & tandem Rudolpho I. Adolpho Naſſovio, Alberto I. Auſtrio, Henrico VII. & Ludovico IV. Bavaro Impp. patri ſucceſſit, & Comes Geldriæ 8. ſeu ultimus, fuit. Uxores binas habuit: Prima fuit Irmgardis, Walerami, Ducis Limburgenſis ultimi, filia, quæ absque liberis obiit: Secunda Margaretha, filia Guidonis Dampierii, Comitis Flandriæ, & Alexandri, Regis Scotiæ, (7) vidua, ex qua (8) Reinholdum ſucceſſorem, Guidonem & Philippum, *Reinbold. I.* *Conjugium ejus duplex.*

(1) Ut a direptionibus, quas hactenus erant perpeſſæ, tutæ eſſent. Grollam præterea ab Henrico Bornioënſi emit, juxta Tabulas apud *Pontan.* p. 139. Bredevordiam vero dono accepit ab Hermanno, Com. de Lœn. Vide Tabulas apud eundem p. 139.

(2) Qua expugnata, Wilhelmus coronatus fuit. *M. Chron. Belg.* p. 245.

(3) Tabulæ confirmationis apud *Hedam* p. 208. 16000. tantum continent. Ipſe tamen *Heda*, 1500. Marcas poſtea adhuc ſolutas fuiſſe, ibidem refert. Anno vero 1252. non 1254. id factum, patet ex iisdem Tabulis.

(4) Friſiis, non ſine prædictione quadam, de qua Chronic. *Auguſtenſe* apud *Freh.* p. 378. & 379. *Wilhelmus*, refert, *Rex, eodem menſe* (Januario) *in Freſia cum exercitu exiſtens, a Freſonibus eſt occiſus, qui, cum ad quandam Civitatem ejusdem provinciæ veniſſet, fertur, ibidem inveniſſe ſepulchrum, opere mirifico conſtructum, & dum a Civibus quæreret, cujus eſſet hoc ſepulchrum, opere tam ſumptuoſe decoratum? dicebant, quod nondum quisquam ibi ſepultus eſſet, ſed antiqui patres eorum conſtruxerint illud, præfatum cognoſcentes, quod in eodem loco deberet Romanorum Regum aliquis tumulari. Devicta itaque & ſubjugata tota Freſia, cum jam Victor ipſa terra exiret, a quibusdam fugitivis, ſecus viam in arundineto latitantibus, cuſpidibus occiditur, & in prædicto tumulo ab indigenis ſepelitur, anno regni ſui nono.* Vid. quoque de aliis circumſtantiis *Alb. Stad.* an. 1256. *Beka* p. 87. 88. *M. Chron. Belg.* p. 247. 248. *Matthæus* in Notis ad *Chronic. Egmond.* p. 209.

(5) Cujus cadaver tunc erui, atque Middelburgi condi juſſit. *Beka* p. 94.

(6) Videlicet, ut a frequentibus tum latrociniis & invaſionibus tuti eſſent. *Pontan.* p. 136.

(7) De priori Margarethæ cum Alexandro, Rege Scotiæ, & poſteriori cum Reinaldo I. Com. Geldriæ, matrimoniis pacta dotalia refert *Oliv. Vred* P. II. Genealog. Com. Flandr. p. 69. & ſeqq. Vide quoque *Pontan.* p. 177.

(8) Circa liberos ejus valde diſcrepant Scriptores. Vide *Scriverium* in Notis ad *Aquilium* p. 24.

Digitized by Google

pum, in juventutis flore defunctos, Margaretham, Theodorici IX. Comitis Clivensis, uxorem, Isabellam & Philippam, ad S. Claram Coloniæ Vestales, procreavit. Nam Isabella quidem Friderico Pulchro Austriaco nupsit, sed deserta, cum Philippa sorore ad S. Claram Coloniæ Deo castitatem nuncupavit: Et utraque illi loco, ut Archiva monasterii habent, præsuit, bonisque multis illud locupletavit.

Res gestæ. Henricum Geldrum, patruum, Episcopum Leodium, contra cives armis suis ab anno 1246. usque ad annum 1274. adjuvit.

Anno 1284. feria quinta post Victoris festum, ob Limburgensis successionis spem, ratione prioris uxoris, Irmgardis Limburgiæ, prætensam, (1) fratrio suo, Theodorico Clivio decimas in Honnepell, & Judithæ, Comitis Clivæ, Ducis Limburgiæ, dotem, post mortem ejus, largitus est: Joannem etiam a Meer/ Theodorum, Ruremundæ Advocatum, Theodorum a Vonderen, & Arnholdum a Niel, Vasallos ei concessit, 280. denique Marcas ex telonio Lobithano annuas attribuit. Cum Joanne autem Brabantino, ob eundem Ducatum Limburgium, quem Adolphus Montanus ei vendiderat, bellum gessit, & præcipuas ejus urbes atque castra occupavit: Sed a Joanne prælio superatus & captus, non prius dimissus ab illo fuit, quam juri suo cessisset; Cum enim, Siegfrido Westerburgio, Archiprasule Colon. ejusque fratre Henrico, Henrico Lutzenburgio, Adolpho Nassovio, gentili suo, postmodum Cæsare, Theodorico Clivio, Joanne Limburgio ad Lenam, Waleramo Falckenburgio, Theodorico Morsano, & Waleramo a Rupe unitus, vires suas adversus Colon. Rempublicam conjunxisset, Joannes Brabantinus & Adolphus Montanus cum hac confœderati sunt; & Tiela capta, exercituque ad Mosam trajecto, Ducatum Limburgium invaserunt, arcem Limariensem, reliqua etiam castra & oppida, recuperarunt.

Tandem cum Waleramo Julio, Eberhardo Marcano, Waleramo, Joanne & Balduino Lutzenburgicis, & sani S. Pauli atque Lossensi Comitibus, armis conjunctis, die 5. Junii anno 1288. Worringense prælium, de quo supra in Montium Principibus, initum est, in quo Reinholdus hic noster, multis vulneribus saucius, cum Siegfrido VVesterburgio, Archiepiscopo Colon. & Adolpho Nassovio captus, ut se libераret, præter ingens λύτρον numeratum, juri suo in Ducatum Limburgicum & Dynastiam VVassenbergensem renuntiavit. (2) In hac pugna quia memorabile (3) quid accidit, id breviter cancellis Historiæ nostræ quoque includendum duximus. Adolphus, Nassoviæ Comes, quinque excellentissimos in apparatu signorum Brabantiæ Ducis Præfectos in conflictu prostravit: sed captus ipse Duci offertur: Rogatus, quis esset? Comes sum, inquit, Nassovius, rerum Dominus non magnarum; & rursus ad Ducem: Tu vero quis? sum, inquit, Dux Brabantiæ, quem bello persecutus es assiduo, & cui quinque belli duces strenuissimos occidisti: Tum Adolphus, miror, quo modo ensem meum evaseris, quem in te acueram, teque præ omnibus occidere animus gestiebat. Liberam hominis vocem audiens Dux Brabantiæ, e captivitate liberum dimisit, muneribusque insuper honoratum in familiaritatem suam recepit.

Hic Adolphus Nassovius, gentili suo, Reinholdo Geldro patrocinatus, (4) postea, nem-

(1) De prætenso a Reinaldo in Ducatum Limburgensem jure, & belli & de causa cum Duce Brabantiæ gesti exitu, vide *Dissert.* supra p. 430. insertam.

(2) Vide *cit. Dissert.* & *Scriverium* in Notis ad *Aquilium* p. 22. 23. 24.

(3) Ut *Lipsius* Lovanii II. c. 9. & ex illo *Scriverius* l. c. quoque referunt.

(4) Ejus quoque rogatu Adolphus Imperator de Insula in flumine nata, aliisque tum controversis capitibus in comitiis Noribergensibus anno 1293. constitutionem edidit, quam *Marquardus Freherus*, Notis suis illustratam, in *Reprasent. Reipubl. German.* p. 620. 621. ita refert:

Nos Adolphus, &c.

Quod ad verbà attinet de Insula in Rheno, vel alio flumine nata, id *Schilterus* in Notis ad §. 22. *Instit.* de *Rer. Div.* Imperatorem & Principes Imperii voluisse putat, quod ejusmodi Insula quoad Dominium directum ad Imperium, quoad Dominium utile vero ad ipsum potius Comitem territorii, quam ad alium privatum dominium, cujus fundus ad ripam præ libati fluminis protendatur, spectet. A qua interpretatione Cl. Vir atque Collega noster conjunctissimus, *Henricus Reinoldus* in *Spicilegio* de *Insulis* ad L. 65. §. ult. D. de A. R. D. *Exercit. Francof. II.* T. I. p. 40. discessit, atque Insulam talem illi potius, qui telonea & condu-

Digitized by Google

nempe anno 1192. Romanorum Imp. factus, post 6. annorum regimen, 6. Non. Julii anno 1298. in acie dimicans, manu Alberti Austrii concidit. Contra ex eadem familia Sereniſſima Albertus novus, Burgundiæ, Brabantiæ Dux, viciſſim a Mauritio Naſſovio, in pugna Flandrica ad Novum portum, 2. Julii, eodem ferme tempore, anno 1600. ſuperatus eſt.

Privilegia Cæſarea Provinciæ Geldricæ.

Porro Reinholdus noſter, ut ad ipſum revertamur, privilegium monetæ, Arnhemii, Ruremundæ & Harderwici cudendæ, a Rudolpho, ejus nominis primo, Habsburgico Imp. anno 1290. & 91. impetravit, quod in imperio ipſius ſucceſſor, Adolphus Naſſovius anno 1263. Noribergæ alio de ſucceſſione filiarum (1) privilegio anno 1295. Henricus item Lutzenburgicus anno 1310. Spiræ confirmarunt. Poſtremus etiam Imperator Nonis Septembr. eodemque anno & privilegio immunitatem ſubditos Geldricos non evocandi addidit, 22. Aprilis anno 1524. a Carolo quinto Cæſare Spiræ confirmatam.

Feuda Geldrica.

Anno 1298. Otto Burenus (2) & Hubertus Cuilenburgius caſtra & Dominia ſua illi aſſignata ab eodem in feudum recognoverunt. Anno 1319. Friderico, ejus nominis II. Montium Dynaſtæ, immunitatem a cenſu & tributo Dynaſtiæ Montanæ conceſſit.

Ei-

---

ductum in flumine habeat, iſtis verbis adjudicari exiſtimavit, Notis ſuis ad illam conſtitutionem, quibus occaſionem & totam ejus hiſtoriam explicaturus, ſententiamque ſuam pluribus confirmaturus ſit, promiſſis, quas tanto avidius expectamus, quod controverſiæ de Inſula in flumine nata originem, quamvis diligenter in eam inquiſiverimus, detegere nobis non licuerit. Subjungitur interim conſtitutio Adolphi, Regis Roman. ex *Freheri* Commentario, in curia Noribergenſi anno 1293. de Inſulis Rheni his verbis promulgata:

Nos ADOLPHUS, Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, recognoſcimus per præſentes, quod nobis Anno Domini milleſimo, ducenteſimo, nonageſimo tertio, in die Beatorum Tiburtii & Valeriani Martyrum, in generali curia apud Norimberg pro tribunali ſedentibus, ad requiſitionem Spectabilis Viri REINALDI, *Comitis Gelrenſis, per communem Principum ſententiam eſt obtentum: Quod ſi Inſula nata eſt in Rheno, vel alio flumine, in Comitatu alicujus Comitis, qui in ipſo flumine recipit teolonia & conductus, habetque Comitatum eundem, teolonia & conductum ab Imperio in flumine prædicto; eadem Inſula potius ſpectat ad Imperium & ad ipſum Comitem, quam ad alium Dominum, cujus diſtrictus protenditur ad ripam fluminis prælibati.*

Secundo ad ejusdem Comitis inſtantiam eſt obtentum, quod nulli liceitum eſt munitionem erigere de novo in Comitatu alicujus Comitis, niſi petita ejus licentia & obtenta. Si autem Comes alicui ædificanti præſtitit patientiam, quousque ædificatur munitio, & paſſus eſt Dominum ejus tamdiu pacifice poſſidere, donec ſecundum terræ conſuetudinem præſcriberentur alia bona contra Comitem, vel alium quemcunque, quod poſtea non poteſt impeti a Comite ſuper ædificio prælibato.

Tertio fuit obtentum, ſi inter aliquos diſcordantes ſuper homicidio aliqua compoſitio intercedat, & a parte, quæ injuriam intulit, parti leſæ ſatisfactio impendatur, & compoſitio fiat pro conſanguineis omnibus partis paſſæ injuriam; poſtmodum vero pars injuriam paſſa proponat, quod non pro omnibus de parte eadem compoſitio intervenit, ſed quibusdam nominatim exceptis; alia parte dicente e contrario, quod pro omnibus conſanguineis leſa partis compoſitio facta extitit & ſatisfactio ſubſecuta, partis hoc affirmantis probatio cum duobus teſtibus (ita quod manus affirmantis ſit tertia,) potius ſit admittenda, quam partis contrarium aſſerentis.

Quarto fuit quæſitum pro ipſo Comite: Si alicujus Domini familia in oppido, cujus Dominium ſpectat ad ipſum, male tractatur verbis vel factis, utrum Dominus loci vel Scabini ipſius debeant factum hujusmodi judicare? Et obtentum fuit communi ſententia, quod potius ſpectat ad Dominum judicium hujusmodi, quam ad Scabinos prædictos; niſi forſan ipſi cives per libertatem conceſſam ab ipſo Domino, vel a ſuis prædeceſſoribus, contrarium doceant.

Quinto ſententialiter eſt obtentum, quod ſi aliquis obſideat caſtrum in terminis Regni Romani, niſi prius obtinuerit in figura judicii, quod licite facere illud poſſet; Nos obſidenti debeamus dare auctoritate Regia in mandatis, ut obſidionem ſuam diſſolvat, & proſequatur ſuam juſtitiam coram Nobis.

Sexto ſententiatum extitit coram Nobis, quod ſi debitor dicat, ſe creditori debitum perſolviſſe, creditor vero neget; Ipſius debitoris, & non creditoris, eſt ſuper hoc probatio admittenda.

Datum anno Domini, die & loco prædictis, Regni vero noſtri anno ſecundo.

(1) Nullam ejus privilegii mentionem faciunt *Pontanus, Schliehtenborſtius*; meminit vero *Pontanus* ad an. 1295. pag. 168. privilegii, Reinoldo conceſſi, de novo oppido juxta Staveræ pagum in Velavia condendo.

(2) Vid. ſupra pag. 480.

Digitized by Google

Velavia. Eidem Guido Flander, Epiſcopus Trajectenſis, ut Velaviam immediate ab Eccleſia Trajectenſi, non vero a Duce Brabantino in feudum acciperet, conceſſit.

Bellum Monaſterienſe. Cum Ludovico Haſſo, Epiſcopo Monaſterienſi, a Theodorico, ejus nominis nono, Cliviæ, & Eberhardo, ejusque filio, Engelberto, Marcanis Comitibus, adjutus, bellum geſſit: (1) In quo ille Bredevordenſe, Epiſcopus Barneveldium in Velavia caſtra occuparunt. Ob quam rem Reinholdus, Bohemiæ Regis, Leodienſis atque Trajectenſis Epiſcoporum, & Flandriæ, Hollandiæ, Arteſiæ, Juliæ & Marchiæ Comitum auxilio fretus, ſeptingentis armatis Diœceſin Monaſterienſem ingreſſus, eam depopulatus eſt, donec intervenientibus Epiſcopis, ipſa Ægidii anno 1324. pax hac conditione ſtabiliretur, ut, Barneſeldio reddito ab Epiſcopo, Bredevordenſe caſtrum Geldriæ, agri vero circumjacentes Diœceſi Monaſterienſi adlegerentur.

Opera Eccleſiaſtica. Annis demum & curis ingravescens Reinholdus, Eberhardum Marcanum, ad Geldriam ſuam gubernandam, anno 1305. accivit, cui in ejusdem moderatione poſtea ex filio Engelberto nepos Adolphus ſucceſſit, ut infra dicemus, donec, Comitatu laudabiliter adminiſtrato, & collegio Canonicorum anno 1303. Bomeliæ fundato, duobus quoque cœnobiis Dominicanorum Neomagi, & Minorum Ruremundæ ædificatis, quibus uxor ſecunda Margaretha Flandrica tertium itidem Minorum Suitphænæ adjecit, a filio, ob cerebri ex vulneribus contractam debilitatem, quod etiam diuturnioris ejus imperii pertæſus eſſet, cuſtodiæ honeſtæ anno 1313. octennium Montforti traditus; poſtquam annis 54. præfuiſſet, in cuſtodia, ipſa Dionyſii, ſeu 4. Idus Octobr. anno 1326. (2) ut inſcriptio tumbæ habet, mortuus, inque Comitum valle apud parentes tumulatus eſt, quem uxor ſecunda, Margaretha Flandrica anno 1321. præceſſerat, ibidem quoque condita.

SECTIO TERTIA,

De octo Geldriæ Ducibus.

Reinholdo primo hoc modo defuncto, filius Reinholdus II. dictus Rufus, vel, ut Chronicon magnum Belgii habet, Niger, ſub Ludovico Bavaro Imp. a quo etiam Francofurti in comitiis anno 1339. primus Geldriæ Dux (3) ſalutatus eſt, ſucceſſit.

Hic

(1) Inde ortum, quod Epiſcopus Monaſterienſis Dominium directum in Dynaſtiam Bredevordenſem & jurisdictionem in illa ſibi vindicaret, ita tandem arbitrio Johannis, Epiſcopi Trajectenſis, compoſitum, ut Dux Geldriæ Caſtrum ſolus poſſideret, in Dynaſtia vero jurisdictio utrique communis eſſet. *Pontan.* p. 139. 213. 214. *Schaten.* T. II. Annal. Paderb. pag. 261.

(2) Quem Reinaldi annum emortualem, in quo Scriptores diverſi ſunt, comprobat quoque *Scriverius* in Notis ad *Aquilium* p. 26.

(3) Tabulas Ludovici ita refert *Leibnizius* Cod. Diplom. P. I. p. 151.

LUDOVICUS IV. omnibus has literas viſuris Salutem! Quandoquidem REINOLDUS, *Comes Gelriæ, regio genere ortus*, multa ſervitia Imperio præſtiterit, & adhuc præſtare poterit, Henrico Moguntino & Balduino Trevirenſi Archiepiſcopis, Joanne, Rege Boëmiæ, Rudolpho, Comite Palatino Rheni & Duce Bavariæ, Rudolpho, Duce Saxoniæ, Ludovico, Marchione Brandenburgenſi, filio noſtro primogenito, præſentibus, dictum Reinoldum ex *Comite Ducem Gelriæ creamus*, ut & poſteros ejus legitimos; cum hoc privilegio, quando nos aut Succeſſores noſtri publicabunt parlamenta, vel quando novi aliqui Principes creabuntur, vel ſimiliter *actus publici celebrabuntur*, quod tunc ipſe *veſtibus Cæſareis nos induet.*

§. 2. Item, quando Succeſſores noſtri Romanorum Reges Aquisgrani, Mediolani & Romæ coronabuntur, quod tunc ipſe aut ejus heredes *coronam Regiam dictis Regibus ſuper caput imponent, deponent, portabunt, & in manibus geſtabunt.*

§. 3. Inſuper ad majorem dicti Ducatus & Principatus ſplendorem aſſignamus ipſi *juxta morem Imperii quatuor Officiarios* infra nominandos, & eorum heredes, videlicet Jacobum van Myrlaer *Oeconomum*, Everardum van Wylp *Mareſchalcum*, Theodoricum van Lienden *Buticularium*, & *Pocillatorem*, & Guilelmum van Brouchuyſen *Camerarium.*

§. 4. Item concedimus ipſi *jus cudendi monetam auream* juxta valorem monetæ Archiepiſcopi Colonienſis, Ducis Brabantiæ, & Comitum Hannoniæ atque Hollandiæ. In teſtimonium veritatis has literas ſcribi, & ſigillo noſtro firmari juſſimus. Datum Francofurti die 19. Martii anno Domini Milleſimo trecenteſimo triceſimo nono.

Videntur in hoc exemplo nonnulla deeſſe, inprimis, ſi cum ſummis capitibus, quæ ex iisdem codicillis vernacule ſcripta *Pontan.* p. 228. exhibet, conferantur.

Digitized by Google

Hic cum Joanne, Duce Brabantiæ, ob jurisdictionis & privilegiorum conservationem, bellum gessit: (1) in quo Philippus, Galliæ Rex, cum Brabantinus filiam suam, ejus filio copulandam, quia de unica Comitis Namurcensis nata & hærede cogitabat, recusaret, plurimum PP. Henrici Vierneburgii, Col. Adolphi Marcani, Leodiensis Episcoporum, Theodorici Cliviæ, Wilhelmi Juliæ, Adolphi Montium, Adolphi Marchiæ Comitum, suppetias ei impetravit. Anno vero 1327. pace inita, Tiela cum pagis Sandwichio, Herwerdeno Geldriæ, tractus vero Heusdanus Brabantiæ vicinior, huic accessit.

Idem Reinholdus, vivo adhuc & superstite patre, prodigalitate & luxu multum ditionem suam labefecit: Et quia locum & dignitatis gradum in his angustiis ægre tueri poterat, consilio Henrici Vierneburgii, Archipræsulis Colon. an. 1325. Florentii Mechlinienſis, prædivitis mercatoris, (2) filiam, Sophiam, a magnis Principibus propter amplissimam dotem expetitam, petiit, hac lege, ut parens ejus non tantum debita, quibus sibi obstrictus erat, remitteret, sed etiam pecunia sua arces & oppida reliqua, creditoribus oppignorata, redimeret: Huic conditioni pater assensit, ut, si quidem Reinholdus præmoriatur, non relicta sobole, possessio rerum omnium ad filiam transferatur, & penes eam sit: sin vero contingat, ipsam præmori, ut tum, licet aliam illustriori genere natam duxerit, susceptí e conjuge hac liberi in paternam hæreditatem admittantur. Ista cum non displicerent, Sophia Reinholdo nupsit, sed quarto post nuptias anno, Christi vero 1329. 6. Maji, cum quatuor prius filiabus maritum beasset, e vivis migravit. Filiæ autem hæ sunt:

I. Mechtildis, primo Godofrido Lossenſi, an. 1342. vivente adhuc patre ejus Theodorico, mortuo, deinde Joanni Clivio, anno 1368. extincto, demum Joanni Castilionæo, Blesenſi Comiti, anno 1371. nupta, sed ex omnibus tribus maritis nulla prole relicta, post ultimum Joannem Castilionæum, anno 1374. ipsa S. Firmini Schonhoviæ defunctum, ipsa quoque Hussenæ Batavicæ in dote Clivia, ad vitam concessa, an. 1388. exspiravit.

II. Maria, Wilhelmi II. Juliæ Ducis, uxor.

III. Margaretha, anno 1344. ipso Francisci, in cœlibatu defuncta.

IV. Isabella, vallis Comitis Abbatissa tertia, quæ anno 1376. in præsulatu mortua, ibidemque condita est.

Uxore autem prima defuncta, Reinholdus secundam superinduxit, Eleonoram, Eduardi, Regis Angliæ, filiam, quam ei Isabella, Philippi Pulchri, Galliæ Regis, filia, genuerat, quæ etsi ei Reinholdum ipso S. Servatii, anno 1333. & Eduardum ipso S. Georgii, anno 1337. cum filia Joanna edidisset, ab illo tamen ob lepræ prætextum (3) repudiata est, quæ propterea maritum in convivio, multis Equestris dignitatis Viris præsentibus, in arce Falconia Neomaga apparato, infula linea, cui nigra toga inducta erat, indura, utroque filio stipata accessit, & de lepra coram Deo, & toto mundo, oculari etiam inspectione oblata, se excusavit, addiditque, sin minus hæc ipsius innocentia apud Reinholdum

(1) Duo cum Johanne III. Brabantiæ Duce, bella gessit Reinaldus. Prius, in quo Philippo, R. Galliæ, adversus Ducem Brabantiæ Reinaldus opem tulit, ortum erat, quod is Robertum, Philippi Vasallum perduellem, recepisset, hac vero conditione compositum fuit, ut dimisso Roberto, Johannis filius Philippi, G. R. filiam in matrimonium duceret, antequam vero illud consummaretur, defunctam. *Pontan.* p. 214. *Hæreus* A. Brabant. ad ann. 1332. p. 312. 313. Alterum inter Johannem & Reinaldum bellum ex vendito ab hoc Mechlinio, in quod vero Johannes supremum Dominium sibi vindicabat, ortum fuit, his conditionibus autem sopitum, ut Johannis filia, Maria, Reinaldi filio, ejus nominis III. nuberet, controversia circa Mechlinium ad arbitrium R. G. remitteretur, Tila Duci Geldriæ, Heusdena vero Duci Brabantiæ relinqueretur. *Pontan.* p. 218. *Hareus* ad a. 1333. & seqq. *Mejerus* in A. Flandr. ad eosdem annos.

(2) Florentium illum e familia Bertholdorum, (van Berthout,) ipsis Ducibus Brabantiæ affinitatibus juncta, ortum fuisse, *mercatoris* autem nomine venisse, quod Mechliniam Comiti Hollandiæ vendiderit, & ab ipso postea iterum emerit, testatur *Gramæus* in histor. Mechlin. apud *Scriver.* in Not. ad *Aquil.* p. 28. & 30.

(3) Ex *Berchemio* id referunt *Pontan.* p. 241. & *Schlichtenh.* p. 130. Eratque Reinaldus in opinionem illam inductus a pessimis hominibus, qui dissidiis inter ipsum & conjugem delectabantur.

Digitized by Google

dum locum invenire posset, illius stirpem, ob filialem, patre incarcerato, & matrimonialem, se repudiata, fidem violatam, brevi interituram, quod etiam post utrumque filium, sine hæredibus defunctum, non diu post ita contigit: in eos enim cum perpetuæ semper discordiæ essent, non tam in liberis, quam bellis susciandis occupatis, ambobus anno 1371. mortuis, Geldrica Provincia primum Juliæ Ducibus, deinde Egmundanis, denum Burgundicæ domui regiæ, accessit.

Anno 1327. ob damnum, a sorore Margaretha, conjuge Theodorici Clivii, perpessum, ad 400. Marcas æstimatum, ejus refusionem Reinholdus promisit.

Privilegia & status Politicus.

Anno 1328. cum conjuge Sophia jus inter Mosam & Vahalim provinciale definivit. Eodem anno subditis, in utraque Mosæ & Nersæ ripa habitantibus, Montforto tantum & Herculeni exceptis, de prætoribus, scabinis & bonis, privilegia, matre Margaretha, conjuge Sophia, Isabella & Philippina sororibus, Gwalthero Keppelio, Joanne Bilandico, Ottone Haltio, Equestris dignitatis Viris, præsentibus, ipsa trium Regum, Venlonæ conceſſit. Anno 1333. vespera post Bonifacii, Emmericenſi collegiatæ Ecclesiæ & Reipublicæ, præsentibus Gwalthero Keppelio, Ottone Haltio, Eberhardo Ulstano & Joanne Brynio, Viris Equestris dignitatis, privilegia confirmavit.

Res gestæ.

Quoad res ejus gestas, anno 1328. Adolpho Marcano, Episcopo Leodienſi, cum Adolpho, Montium Comite, contra rebelles cives auxilia adduxit, eorumque ad novem millia occisis & devictis, maximas ex illa victoria opes acquisivit: (1) ob quas, sicut etiam fœlix conjugium, omnium Principum, qui illis temporibus vixerunt, opulentissimus æstimatus est. Anno 1332. Eduardo socero, (2) Anglorum Regi, adversus Philippum, Gallorum Regem, suppetias tulit, dux Belli decretus. Anno 1335. Tielam expugnavit & munivit. Anno 1336. bello, Frisonibus indicto, eorum ad duo millia occidit, reliquos prælio vicit, fugavitque.

Acquisita.

Anno 1330. a Joanne Diestio, Trajectenſi Episcopo, castra Vollenhœvium & Vredelandium in pignus accepit. Anno 1331. tres sylvæ Kelckianæ partes ab affine, Comite Clivienſi, Theodorico emit.

Anno 1336. Theodorico III. Heinsbergæ & Blanckenbergæ Dynastæ, cum pro Comitatu Lossenſi obtinendo bellum gereret, & pecuniæ indigus esset, 24. mille Scutatos, pro Heinsbergæ, eique locorum subjectorum, Gangoltæ, Millæ & Fuichtæ pignore, conceſſit, sed Friderico, Comiti Morsenſi, filius ejus Eduwardus vicissim hæc oppignoravit: qui cum videret, hunc eo redactum, ut redimere non posset, Wenceslao, Duci Brabantiæ, loca hæc vendidit, ob quam causam acre inter Wenceslai viduam Johannam & Wilhelmum, Juliæ & Geldriæ Ducem, ut supra diximus, anno 1371. & deinceps, bellum gestum est.

Idem Reinholdus noster Dynastias Kesseliam & Krieckenbeciam anno 1343. Geldriæ suæ adjecit: Eodemque tempore Venlonam, locum in Mosæ ripa situm, & Blariaco objectum, ne tutela nova ditio careret, munivit.

Cum

(1) Civitate quoque Mechlinenſi cum aliis locis in feudum accepta, quam vero Episcopi consensu Comiti Flandriæ vendidit. *Pontan.* p. 211. 215. *Lev. a Northoff* Chronic. Marcan. pag. 400. apud *Meibom.* T. I.

(2) Fratri potius conjugis suæ Eleonoræ, qui jure matris Isabellæ, Philippi IV. Gall. Regis, filiæ, post, Carolo Pulchro defuncto, in Regno Galliæ succedere voluit, incitatus a Roberto Atrebate, in Angliam profugo, ceteris vero Gallis Philippo Valesio adhærentibus, proximo Caroli agnato, atque feminas a Successione in Regno Galliæ lege Salica excludi contendentibus. Atrocissimis bellis hæc causa acta fuit Inb Regibus Galliæ, Philippo Valesio, Johanne, Carolo V. VI. & VII. Angliæ vero Eduardo III. Richardo II. Henrico IV. V. & VI. qui Rex quidem Galliæ Parisiis anno 1432. coronatus fuit, sed a Carolo VII. Delphino Galliæ, ad incitas redactus, Galliam relinquere debuit, Caleto solum retento, quo an. 1558. quoque amisso, nudum titulum Regni Franciæ Reges Angliæ adhuc conservant. Vide de hac controversia *P. Æmilium* lib. 8. *Walsinghamum* in *Eduardo III.* ejusque successoribus. *Polyd. Virgil.* lib. 19. - 23. *Gagvinum* lib. 8. *Froſſard.* lib. 1. Pro Gallis scriptum apud *Leibnitzium* in Mantissa Cod. Diplom. p. 63. sub Tit. *Diſſenſion des differends entre le Roy de France & d' Angleterre.* Pro Anglis Cl. Viri *Pet. Ludwigii* Dissertat. *de juſtis Anglorum in Galliam prætenſionibus.*

Digitized by Google

Cum Wilhelmi, Comitis Hollandi, Baptiſmi teſtis eſſet, necem illi prædixit, (1) quæ anno 1345. quoque contigit. Et quia ejus non ſolum virtus, ſed etiam potentia, vicinis regionibus formidabilis erat, ac fama pietatis, juſtitiæ & fidelitatis erga Romanum imperium inclareſcebat, Francofurti, ut diximus, in comitiis anno 1339. a Ludovico Bavaro Imp. Philippo Galliæ, & Eduardo Angliæ Regibus, avunculo & ſocero, Electoribus etiam imperii, Henrico Vierneburgio, Moguntino, Balduino, Lutzenb. Treviro Archiepiſcopis, Joanne, Rege Bohemiæ, Ludovico Palatino Rheni, & Ludovico Brandenburgico, Ludovici Cæſaris filio, præſentibus, poſt ſuſceptum regimen tertio & decimo, poſt Wichardum vero, primum Geldriæ Præfectum, 469. annis, primus Geldriæ Dux ſalutatus, inſignia quoque Geldrica, a Naſſoviis derivata, immutavit, & flavis apicibus omiſſis, in ſolo cœruleo aureo Leone uſus eſt. *Inauguratio Ducatus.*

In iisdem comitiis Wilhelmus Juliacenſis ex Comite Imperii Marchio factus eſt: qui poſtmodum, anno ſcilicet Chriſti 1356. Juliæ quoque Dux (2) inauguratus, per filium VVilhelmum cognominem, Reinholdi hujus filiæ Mariæ copulatum, Geldriam Juliæ addidit: unde hodieque in inſignibus Geldricis niger, inaurato Leoni conjunctus, apparet.

In inauguratione Ducali Reinholdi noſtri Jacobus a Mirlaer aulæ præfecturam, Eberhardus a Vellep Mareſchalci, Wilhelmus a Bruichuſen Camerarii, & Theodoricus a Linden Pincernæ dignitates obivere.

Ex operibus Eccleſiaſticis Reinholdus clauſtra monachis Carmelitis Geldriæ, & Carthuſianis prope Arnhemium Monchuſium, & hoc quidem anno 1340. ædificavit. Uxor Eleonora, ordini Franciſcano dedita, duo eidem monaſteria, unum Harderwici, Daventriæ alterum, conſecravit. *Opera Eccleſiaſtica Reinholdi, primi Geldriæ Ducis.*

Ætate ingraveſcente Adolphus Marcanus, qui Margaretham Clivenſem, Theodorici IX. filiam & hæredem, duxit, & per eam in illa Provincia ſucceſſionem filio cognomini Adolpho procuravit, ejus vice Geldriam adminiſtravit, in illa anno 1347. ante feſtum Severini mortuus, indeque Frundebergam delatus, apud majores inhumatus eſt.

Ipſe vero Reinholdus eum quatuor annis præceſſit, anno Chriſti 1333. 12. Octobr. mortuus, quem uxor Eleonora Anglicana 1. Maji anno 1355. ſecuta, ambo in valle Comitum conditi ſunt.

Poſt ejus fata primum filii Reinholdus & Eduardus, ſed loco eorum adhuc minorennium mater & Ordines; poſt illorum vero breve ac acerbum, in mutua ſæviens viſcera, imperium ſorores, Mechtildis & Maria, inprimis hujus filii, Wilhelmus & Reinholdus, Juliæ & Geldriæ Duces, iisque etiam extinctis Egmundani, Arnholdus, Adolphus & Carolus, pater, filius & nepos, partim cum Juliæ ac Montium Ducibus, partim cum Carolo Burgundo, de Geldria contenderunt.

Reinholdus, nominis III. ſecundus Geldriæ Dux, filiorum primogenitus, dictus Pinguis, (3) anno 1333. natus, cum vix decem ætatis annos compleviſſet, patri, ſub Carolo IV. Imp. anno 1343. ſuccedens, (4) ſumma rerum Geldricarum potitus eſt quadriennio, poſt ætatis decimo quarto, ſic volentibus & urgentibus Ordinibus, uxorem duxit Mariam Brabantinam, Joannis III. filiam, Johannæ ſororem, ſed ſterilem, quæ caſtrum Oyum, (5) prope Sylvam Ducis ſitum, tempore cuſtodiæ mariti, a fratre Eduardo, ut dicemus, incarcerati, ſtruxit, illudque inhabitavit. Anno 1346. ipſe & frater Eduardus,

(1) Ut refert *Joh. Beka* p. 118. ad quem locum *Buchelius* in Notis *Pronum*, ſcribit, *hoc ſeculum ad hujusmodi prædictiones & vaticinia fuit, quæ ſi contingerent, evulgabantur continuo, ſi fallerent, oblivione evanescebant.*

(2) Vide ſupra pag. 395.

(3) Natura ad obeſitatem proclivi, longaque in cuſtodia deſidia, ſaginaque ita impinguinatum fuiſſe, ut foribus, per quas ingreſſus fuerat, non niſi dilatatis potuerit egredi, atque duorum propemodum hominum menſuram exceſſerit, refert *Pontan.* p. 275.

(4) Non absque controverſia cum Wilhelmo, Com. Juliacenſi, qui juxta pacta dotalia, inter Reinaldum I. & Sophiam, conjugis ſuæ Mariæ matrem, inita, quibusque cautum erat, ut liberi ex Sophia ſuſcepti patri in ejus ditionibus ſuccederent, Reinaldo II. præferri volebat. *Pontanus* pag. 251.

(5) Et Beerd. Vid. *M. Chron. Belg.* p. 299.

Digitized by Google

adhuc concordes, assentientibus Ordinibus, de fossis in utraque Nierfæ ripa, in Twee-stedenveldе & Wiedersaele/ usque ad fossam Ottonianam & septem sylvanos, cum Georgio a Middeler, Schenckio a Nydecken, Wilhelmo a Bær, & Theodorico van der Straten/ Equestris ordinis Viris, transegerunt.

Factiones Brunchorstianorum & Heckerensium excitatæ.

Sicut autem in Hollandia factio Asellata & Hamata (1) extitit, sic in Geldria Brunchorstianorum & Heeckerensium (2) anno 1351. pullulare cœpit: Ex quibus illi Eduardi secundogeniti, hi Reinholdi primogeniti partibus adhæsere. Ab his Joannes, Comes Clivensis, hujus profapiæ ultimus, affinis, Joannes, Dux Brabantinus, socer, cum Adolpho Marcano, Monast. & Colon. Episcopo, & Arnholdo Herculeo, aliisque Viris nobilissimis, steterе. Ob quam fidelitatem Reinholdus Joanni Clivensi Emmericam (3) pro 2107. Scutatis an. 1355. obligavit. Eduardo Engelberrus Marcanus, Adolphi frater, Wilhelmus Bronchorstanus, Dynasta Bærensis, aliique adfuere. Ex civitatibus Neomagum cum potioribus eidem Eduardo, reliquæ Reinholdo adhæserunt. Quarum sicut & Heckerensium auxilio, hic Arnhemium, Tielam, Dœsburgum, Venlonam, Emmericam, & castrum Lobithanum expugnavit: Eberwienum etiam a Druiten, ejusque sequaces, qui a partibus Eduardi, ipsa solennitate Paschali, ad summum licet altare fugientem, interemerunt. Contra Eduardus castra Lenthium, Bemmelium, Zuylenium, Avesatum, Tuylium, Appeldornium, Lœnense, Dornicium, Synderium & Balverense, fratri Reinholdo eorundem Dominis faventibus, diruit.

Hinc igitur civile & cruentum bellum (4) exortum, in prælium publicum tandem desiit: In quo Eduardus, Neomagum possidens, Reinholdum fratrem, prope Tielam ipsa Urbani anno 1361. ætatis 28. Ducatus 18. captum, decem annis, quinque in castro Rosendalio, & totidem in Nienbeccensi, libera quidem ambulatione concessa, portis tamen omnibus & fenestris arcte occlusis atque custoditis, detinuit. Sed postquam ille 22. Sextilis, sive August. an. 1371. in bello Brabantino, post conflictum Bæswieleranum, (5) transfixus esset, Reinholdus, carcere liberatus, tres tantum menses, totidemque dies iterum præfuit, quibus exactis, ipsa S. Barbaræ, seu 5. Decembr. anno 1371. vel, ut Merula vult, (cui inscriptio tumbæ calculum addit,) anno 1372. mortuus, & in valle Comitum tumulatus est: Uxor vero Maria Brabantina an. 1398. Bruxellis excessit, ibidemque apud patrem in æde Carmelitarum condita est: prius tamen Canonicorum secularium (6) Turnhouti in patria & regularium Kyrsdoncensium fundatrix. Sub Reinholdi imperio anno 1354. Arnhemium conflagravit.

Idem Reinholdus ipsa Victoris an. 1371. Neomagensibus, itemque Gochensibus, & reliquarum urbium, quæ Eduardi fratris partes secuti fuerant, civibus, culpa defectionis remissa, omnia eorum, de arrestis, judiciis & teloniis, privilegia confirmavit.

Eduardus, tertius Geldriæ Dux.

Eduardus secundogenitus, ipsa Gregorii anno 1337. natus, cum fratre Reinholdo aliquandiu suorum auxiliis (7) de imperio contendit, donec ipsi victo, & custodiæ tradito, cum annorum esset 24. vel circiter, successit an. 1361. quo eodem anno Engelberto Mar-

(1) Sive Cabelavia & Hœkia, quarum illa a pisce voraci, quasi alteram factionem absorptura esset, ita dicta, Wilhelmi V. Com. Hollandiæ, hæc ab hamo, belgice Hoeck, appellata, ac si Cabelavios ut pisces capere vellet, matris ejus Margarethæ partes defendebat. *M. Chron. Belgic.* p. 303. *Heda* p. 244. Autor *Arcadiæ Batavicæ. Schookius* de factionibus.

(2) Ita dictæ a duabus illustribus Geldriæ familiis Bronchorstianorum & Heckerensium, quorum hi apud Reinaldum plus valebant gratia, illi vero invidia ducti Eduardum, ac si in divisione paternæ hereditatis læsus esset, tanto facilius in fratrem concitabant, quod in ipso, ut *Aquilius* refert p. 32. *animi magnitudo, juvenilis audacia, & libido dominandi ingens fuerit.*

(3) Vide supra p. 235. & *Pont.* p. 266. ubi testes refert, qui codicillis ea de re factis subscripserunt.

(4) Vulgo dictum de vryen Oorloogh, de quo vid. *Pontan.* lib. 7. *Schlichtenhorst.* lib. 7.

(5) De quo vid. pag. seq.

(6) De quo & altero monasterio *M. Chronic. Belgic.* p. 299. *In Brabantia, quia Thornout cum ceteris villis circumjacentibus pro dote sua habuit, fundavit collegium Canonicorum in honorem Virginis Mariæ & S. Petri, Principis Apostolorum. Et rursus monasterium Canonicorum regularium prope Thornout, quod dicitur* Beersendanck. *Insuper castrum in Thornout construxit, & multa alia bona fecit.*

(7) Bronchorstianorum videlicet, quibus Cabelavii quoque ex Hollandia se junxerunt. *M. Chron. Belgic.* p. 311.

Digitized by Google

Marcano, pro fideli in hoc bello ſibi præſtita opera, Limerſiam in pignus tradidit. Gochiæ quoque 15. Julii ejusdem anni 1361. inauguratus, civibus privilegia confirmavit.

Idem ob fratri Reinholdo a Joanne, Clivorum Comite, præſtitam operam, inprimis ob uxoris ſuæ ſororis Mechtildis (1) dotem petitam, eundem ex Gochia an. 1362. aggreſſus, in Clivenſi agro Wiſſelium, Tyllium, aliosque circa Calcariam & Grieth am pagos atque villas vaſtavit: Cum quo tamen anno 1363. bonitate ejus (2) permotus, compoſuit.

Anno 1362. Alberto, Hollandiæ Comiti, bellum indixit, (3) ſed paulo poſt, facti pœnitudine ductus, remiſit. Albertus nihilominus irritatus perrexit, & Geldriam depopulatus eſt.

Anno 1364. ipſa Odulphi de aggeribus Duiffliæ leges tulit.

Anno 1366. die Jovis poſt Pentecoſten, Gochenſibus facultatem fodiendi ceſpites, & ligna in **Tiechelbrugh** incidendi, ad lateres pro civitate ulterius munienda excoquendos, indulſit. Et privilegium de civium bonis in præfectura non arreſtandis addidit.

Anno 1367. veſpera Paſchali, largitionem ſororis Iſabellæ, Abbatiſſæ vallis Comitis, de molis, aquatili, ventoſa & fullonia, Gochenſibus pro 50. Marcis antea oppignoratis, nunc vero pro modiis ſiliginis 200. hordei 100. & macerati frumenti mixti totidem, tritici vero 50. factam, ratificavit; Gruitam vero pro 100. Marcarum pignore tradidit, & hoc anno 1370. die Eliſabethæ ratum habuit. Controverſiam vero ejusdem ſororis Iſabellæ, quam cum Nicolao & Joanne a Druiten, Wilhelmi filiis, ob dominium Afferdenum habuit, veſpera Laurentii, anno 1368. cum Joanne a Bruichuſen, Domino in Wickrædt, & Gwaltero ab Iſendorn, Equite, ex parte ſororis arbitris; ex parte Nicolai & Johannis a Druiten, Nicolai filio, & Wernhero a Pufflich, inſpectore Joanne a Muerſs, Equite, conſtitutis, compoſuit.

Idem Johannem Brabantinum contra Leodienſes fortiter adjuvit: ſed in bello Juliacenſi, quod Wilhelmus contra Wenceslaum, Brabantiæ Ducem, anno 1371. geſſit, affini ſuppetias tulit; eundemque in **Baesweiler** loco inter Rhenum & Moſam ſito, devicit & cœpit, ipſe vero in eo occubuit, cujus quidem belli & cauſam, & alia circa id geſta, in hiſtoria Wilhelmi II. Juliæ Ducis, latius commemoravimus.

Anno 1371. nuptiis Hollandinis Hagæ-Comitis operam dedit. Catharina enim Alberti, Bavariæ Ducis, Hollandiæ atque Seelandiæ Comitis, filia, ei deſponſata fuit. Audiens vero ibidem ſororii Wilhelmi, Juliæ Ducis, periculum, cui ob bellum cum Wenceslao, Lutzenburgiæ & Brabantiæ Duce, implicatus erat, poſt, habita tantiſper ſponſa, & fortium militum manu quantocyus collecta, affini ſuccurrit, victoriamque ejus inſignem adjuvit, ubi, ante nuptias conſummatas, anno ætatis 36. vel in conflictu, (4) ut Divæus in Brab. exiſtimat, vel, ut alii, (5) poſt pugnam Baesweilerianam, victoria obtenta, a proprio ſervo, Hermanno **Leerß** ex Heeſo pago oriundo, cujus uxore abutebatur, galea ob æſtum aperta, transfixus, poſt tres dies ipſa Bartholomæi, ſeu 24. Auguſti, anno eodem 1371. occubuit, in Comitum valle apud Majores humatus: ideoque Catharina Hollandica hos verſus, acu pictos, in veſtibus circumtulit:

Hei mihi, quod rapto lethali vulnere ſponſo,
In viduo degam virgo pudica thoro.

Hæc

(1) Rectius ita diceretur: *ob uxoris ſuæ Mechtildis, ſororis Eduardi;* Mechtildis enim illa, Reinaldi II. filia ex priori matrimonio, mortuo Godefrido, Com. Loſſenſi, primo marito, Johanni, C. Clivenſi, nupſit. De controverſia propter dotem Mechtildis *Pontan.* p. 279.

(2) Cum enim Johanni Clivenſi ſe obtuliſſent, qui Eduardum occidere vellent, lancea in latrina ſedentis ventrem vibrata, id non ſolum deteſtatus eſt Johannes, ſed & Eduardo ſignificavit, quo ſibi caveret, qua re is permotus, pacem cum Johanne reſtituit, Embricæ ceſſione ei confirmata. Vid. *Pontan.* p. 282. 283.

(3) Quod hoſtes ſuos recepiſſet, compoſitum Catharina, Alberti filia, deſponſata Eduardo, ſed antequam nuptiæ celebrarentur, in prælio Bæſwileriano occiſo. *Pontan.* p. 284.

(4) Ita *M. Chron. Belg.* p. 309. *Aquilius* p. 33. *Pontan.* p. 294.

(5) Ut quoque *Chron. Honſcler.* De pugna vero Bæſwilerianæ, & victoria, Eduardi inprimis auxilio reportata, vide quoque ſupra p. 399.

Digitized by Google

Hæc autem postea Wilhelmo, sponsi sui Eduardi sororio, tertio Juliæ, ac quarto Geldriæ Duci, nupsit, qui utrumque Ducatum, post utriusque avunculi, Reinholdi & Eduardi, sine hæredibus excedentium, mortem, acquisivit, & ad filios binos, Wilhelmum III. & Reinholdum III. transmisit, de quibus duobus Geldriæ Ducibus supra in Ducibus Juliis actum est.

Sequuntur ergo Arnholdus, Adolphus & Carolus Egmundani, pater, filius & nepos, qui ad Wilhelmum usque Clivium in Ducatu Geldrio successerunt.

Factiones Geldriæ Bronchorstanorum & Heeckerensium refuscitatæ. Mechtildis Geldra.

Mortuo Reinholdo, Juliæ & Geldriæ Duce, factio Bronckhorstiorum & Heeckerensium, aliquandiu sopita, iterum recruduit: Illa enim cum Tetrarchia Neomagensi Wilhelmum Julium, Wilhelmi ex Maria Geldra filium, successorem, patrem vero Ducatus administratorem, & filii tutorem nominavit: hæc Mechtildem primogenitam, (1) defunctorum Ducum sororem adhuc superstitem, proximam hæredem esse voluit, quæ post Joannem, Comitem Cliviæ, anno 1368. defunctum, Joanni Castilionæo, Comiti Blesensi, Goudæ, Schonhoviæ, Werdenæ, Veteraquinatis & Goylandiæ totius Domino, nupserat; & quia Adolphum Clivium ob Orsoviam & Linnam adversum habuit, eum Tielæ & Bommeliæ pignore in suas partes, & ille vicissim Engelbertum & Theodoricum, fratres Marcanos, Wilhelmum Montanum, Arnholdum ab Horn, Episcopum Trajectensem, Reinerum Brederodium, Gennepiæ Dominum, Woltherum a Borst, & civitatem Arnhemiam pertraxit, quorum auxilio urbem Geldriam 16. septimanis obsedit, irrito licet conatu. Deinde Rheno trajecto, Vadæ, Niedeceæ & Lobithi præsidia vi expugnavit. Wilhelmus Julius contra intempestæ noctis silentio Arnhemium occupavit. Quo tempore etiam Joannes Blesensis, senio confectus, uxori & Adolpho Clivio, atque Arnholdo ab Horn, Episcopo Ultrajectino, belli mole relicta, Schonhoviæ anno 1374. excessit. Circa festum Jacobi Goswinus Varix, partes Mechtildis secutus, Tielam dolo intercepit: sed non longe post, Mechtilde cum Arnholdo Hornæo, Episcopo Ultrajectino, aliisque secure festivitatibus indulgente, Wilhelmus Julius, Lonone Hornensi, Episc. Traj. fratre, Gisberto Hardenbroichio, Friderico Zuelenio, Jacobo & Adamo Lochorstiis, inibi captis, & Neomagum abductis, recuperavit. Adolphus vero Clivius, & Arnholdus Hornæus, Episcopus Trajectinus, cum Venlonam & Harderwicum ad obedientiam Mechtildis quoque reduxissent, Wilhelmus Julius, ditione Trajectensi occupata, Amerongum, Dœrnium, Zeistium, pagos, & Biltium, suburbium Trajectense, vastavit: Reinherus vero Brederodius ipso Paschatos festo Tielam iterum sibi vendicavit.

Quo conflictu Gerhardus Herculeus & Bruno Hondrwichius cecidere: Adolpho vero Clivio in hoc bello civili militantes, Rutgerus a Boetzelaer, Lucas ab Empell, Hermannus Eill, Theodoricus a Mormpter, cum equitatu selecto, Neomagensium abactis armentis, ex civibus erumpentibus, & liberare satagentibus, 350. cœpere, sed vicissim dimisere. Tandem Wilhelmus, Juliæ Dux, filium primogenitum, Wilhelmum, an. 1377. annos 14. natum, fautoribus in Ducatu Geldrio suis transmisit, & Catharinam, Alberti Bavari, Hollandiæ & Seelandiæ Comitis, filiam, & Eduardi sponsam, Papa, quia ab eo tacta non fuerat, dispensante, uxorem dedit, quæ nullos ei hæredes procreavit. Hic Wilhelmus Gennepium, Reinheri Brederodii castrum, statim obsedit, quam obsidionem ut Woltherus a Borst solveret, adscita sibi Heeckerensium manu, in Honnepel castra fixit. Wilhelmus ergo, obsidione soluta, recta in hostem movet, consertoque in Caldenhavia villa prope Calcariam prælio, victoria potitus est, Heeckeriis omnibus aut occisis, aut fugatis & captis: ex quo tempore res Mechtildis labascere cœperunt, ideoque ex compositione Adolphi Clivii, pecunia accepta, anno 1378. integrum Ducatum Geldrum VVil-

(1) *Margaretha* potius, Reinaldi & Eduardi soror, fuit primogenita, juxta *Berchemium* apud *Pontan.* p. 244. & *Aquilium* p. 34. qui vero in eo errat, quod Heekerii ejus partes adversus Wilhelmum defenderint, cum illa in cælibatu anno 1343. jam fuerit defuncta, ut *Pontan.* refert l. cit. Fuit autem Mechtildis secundo genita, atque tertium nupta Johanni, Com. Blesensi. Vide supra *Tabul. Genealog.* De cujus controversia & bello cum Wilhelmo, D. Juliacensi, Mariæ sororis natu minimæ marito, circa Successionem in Ducatu Geldriæ, prolixe refert *Pontan.* lib. 8. *M. Chron. Belg.* p. 311. *Heda* p. 257.

Digitized by Google

VVilhelmo Julio nepoti reſignavit. (1) Anno demum 1380. poſt varios motus, Huiſſenæ Batavicæ defuncta.

Arnholdus Egmundanus.

Arnholdus Egmundanus, ſub Sigismundo, VVenceslai fratre, Caroli IV. filio, Alberto II. & Friderico III. Auſtriacis Impp. anno 1410. patre VVilhelmo Egmundano, & Maria Herculea, Johannis Herculei, & Joannæ Juliæ filia, (2) natus, Dux Geldriæ anno 1423. factus in ordine 6. VVilhelmo & Reinholdo (3) defunctis fratribus, Juliæ & Geldriæ Ducibus, matris avunculis, ſucceſſit, licet Adolphus Montanus, ejusque ex fratre VVilhelmo, Ravensburgio Comite, nepos, Gerhardus, Juliæ & Montium Duces, vehementer repugnarent: (4) Hic etiam, ne ſe ſuosque perderet, Carolo Burgundo Geldriam vendidit. (5)

Conjugium.

Cum tamen Catharinam Cliviam, Adolphi primi Ducis filiam, duceret, pactis (6) ex parte ſua a Joanne Egmundano, Joanne Cuilenburgio, Theodoro VViſchio, Joanne VVerdenburgio, Gisberto Meckerenio, & Gisberto Pieckio: Ex parte Adolphi, Clivorum Ducis, filiæ Catharinæ a Præpoſito VViſſelio, VVilhelmo Reeſio, Arnholdo Heſſenio, Rutgero Cuilenburgio, Gerlaco Rosheimio, Elberto Alpenſi, & Henrico Schienkio a Nydeggen / cum omnibus Cliviæ civitatibus, initis atque ſubſcriptis, admiſſus, ipſaque Remigii anno 1423. privilegiis nobilitati & urbibus omnibus confirmatis, præſentibus Ottone de Haſſten / Theodorico de Blodorff / Gisberto Pieck / & Joanne de Zeller / inauguratus eſt, & ſequenti anno 1424. Gochenſium privilegia combuſta renovavit.

Liberi.

Ex hac Catharina Clivia Adolphum ſucceſſorem, Wilhelmum, in juventute defunctum, Mariam, Scotiæ Reginam, anno 1449. Jacobo II. Scotorum Regi, copulatam, & magno Virorum nobilium comitatu in Scotiam deductam, atque menſe Julio in fano S. Crucis ad Edimburgum coronatam, Margaretham, Bavariæ Ducem, & Catharinam, in virginitate mortuam, genuit.

Georgh. Buchananus in hiſtoria Scotica.

Res geſtæ.

Primo in Rudolphum a Diephout, quod Ahaswerum (7) Cuilenburgium ipſi in Epiſcopatu Trajectenſi præferri nollet, movit, ſed ab illo anno 1427. victus fuit, quos anno ſequenti Adolphus Clivius ſocer reconciliavit.

Anno 1423. ope ejusdem ſoceri & Egmondani atque Iſſelſteinii fratrum, Ducatum Julium ingreſſus, ſed quod Adolphus Montanus ab Imperatore illo Ducatu inauguratus eſſet, exercitum etiam peſtis impeteret, Joannes Heinsbergius, ab Adolpho Montano in partem tituli admiſſus, ut hic Juliæ Dux, ille vero ejusdem Dominus, ſalutarentur, bello ſe medium interpoſuit, & decem annorum (8) induciis pactis, decem etiam mille aureis Arnholdo numeratis, Adolphus eum integrum obtinuit; Redux Burenam obſidione cinxit integro anno, & in deditionem accepit anno 1434. Mortuo vero anno 1437. Adolpho, Montium & Juliæ Duce, Coloniæ, cum ei Gerhardus, ex fratre Wilhelmo nepos, continuo ſucceſſiſſet, Arnholdus Egmundanus iterum Ducatum Juliæ ingreſſus, ab illo 200. Geldris captis, die S. Huberti (9) anno 1444. inter Hinsbergam & Linnichium prope Aldenhoviam inſigni ac memorabili victoria ſuperatus a Gerhardo, in-

(1) Certis, cum nullos e ſuis tribus maritis haberet liberos, annuis reditibus, ac Huſſena, quam Comes Clivenſis in dotalitium ei conſtituerat, retentis. *Pontan.* p. 318.

(2) Vide ſupra *Tabul. Genealog.*

(3) De quibus vide ſupra p. 401. & ſeqq.

(4) Utpote proximi agnati. Vide ſupra p. 449.

(5) Vide ſupra p. 452.

(6) Quibus perpetuum fœdus inter utrumque Principem, illorumque poſteros, Clivenſium & Geldrenſium Ordinum conſenſu fuit initum. Tabulas vide ap. *Pontan.* p. 459.

(7) *Sucderum* potius, dum alii Rudolphum Diepholtinum, alii Johannem Burenum, alii alios ad Epiſcopatum Trajectenſem commendarent, Suedero primum, atque hoc defuncto, Walravio Meurſano armis cum Rudolpho ea de re contendentibus, de quibus turbis vid. *Heda* p. 284. *Beka* p. 154. *Pontan.* lib. 9.

(8) Quatuor potius, interponente ſe Friderico, Com. Mörſano, *Pontan.* lib. 9. p. 441. quarum tamen induciarum tempore id egit utraque pars, ut jus ſuum in Ducatum Geldriæ & Juliæ literis ad Principes ſcriptis docerent, quas vide apud *Pontan.* p. 447. & ſeqq.

(9) De illo prælio & Ordine S. Huberti, a Gerhardo in memoriam victoriæ tunc reportatæ inſtituto, vide ſupra pag. 451.

Digitized by Google

inducias petere coactus est, socioque Adolpho tabulas nemoris imperialis, anno 1327. daras, anno 1436. ob sumptus belli renovavit. Anno 1440. urbem Wachtendoncam pro 18000. Aureis, & anno 1445. & 49. Duiffliam oppignoravit.

Anno 1438. Martis post Palmarum, Gochensibus de fullonia, præsentibus Joanne de Ghemen, & Udone Tacholt, nova privilegia dedit.

Anno clademJuliam insequente, nempe 1445. Adolpho socero, ejusque filio Joanni, Ducibus Cliviis, adversus Theodoricum, Archiepiscop. Colon. quia ei conspiraverat, occultas suppetias tulit.

Anno 1447. dissidium, inter ipsum & Adolphum Clivium socerum exortum, per utriusque provinciæ Viros nobiles, Wilhelmum, Montis & Bilandiæ Dominum, Theodorum Bronckhorstium & Batenburgium, Anholtæ Dynastam, Joannem Brochusium, Henricum Meerium, Joannem Arendalium, Gerhardum Vellepium, Joannem Budtbergium, hæreditarium Geldriæ Mareschalcum, Walramum Haffronium, & Wilhelmum Holthusium, compositum est.

Eodem anno 1447. bellum ob Drielensis pagi rusticos, quorum incuria, (1) aggere perforato, vicinorum agri submersi erant, exortum est. Hos enim cum ex Proceribus Geldris plerique, Vincentii Morsani & Theodorici Batenburgii suffragiis subnixi, in bonis tantum puniendos existimarent, Arnholdus Egmundanus illorum accessit sententiæ, qui in ære & corpore simul castigandos ducebant, ideoque apprehensos utroque modo punivit. Proceres igitur, assentientibus Catharina conjuge, & Adolpho filio, Ducatum integrum, sola dempta Gravia, ad se pertraxerunt, donec anno 1450. pace, vigente Romæ Jubilæo, inita, Arnholdus Hierosolymitanum iter ingressus est. (2)

Virtutes & eruditio Principis.

Porro hic Princeps, ex bonarum literarum & eruditæ doctrinæ cultu, summis effulsit honoribus, quippe qui eum non tantum in sedem vacantis Ducatus Geldriæ & Comitatus Zutphaniæ, jure accedente materno, collocarunt, sed etiam ad conjugium auspicatum cum Catharina, Adolphi, primi Ducis Clivii, filia, promoverunt. Inprimis vero cum veterum quorundam Christianorum consuetudinem observando, multis Heroibus ac aliis Ducibus, præsertim fratre Guilielmo, Domino Egmundano, & Henrico Swartzenburgio, comitatus, anno, quo diximus, 1450. Hierosolymam iter instituerat, solus ob eruditionem magno passim honore fuit affectus: at frater Guilielmus, & reliqui, quoniam rudes literarum erant, vulgus indoctum, homines illaudati, & ad pocula Germani fratres judicati. Eidem Romam venienti magnificum honorem exhibuit Pontifex maximus Paulus II. latinam enim illius confessionem & eruditam colloquii facundiam exosculatus, tam expolitam ante omnes hospitem regaliter tractavit, cæterisque omnibus Germaniæ Principibus prætulit, subinde prædicando, solum Arnholdum Principem esse dignum, qui liberis populis imperaret, cum ita bene, ut qui didicerat, Principatum gerere posset. Hæc Guilielmi fratris animum, ignorantiæ suæ sibi conscium, occulto verbere pupugerunt: unde reversus in patriam, filios omnes suos bonis literis imbuendos curavit, & Lutetiam missos, non ante in patriam redire passus est, quam in Magistros, ut vocant, artium evasissent. Fratris exemplo bonus Princeps, licet sero, didicit, quanti studiorum gloria, laus & honor esse soleat. Quare omnes nervos intendit, ut divinis, quæ neglexisset ipse, literarum insignibus exornati liberi, & suis & patriæ summo esse possent ornamento.

Humilitas & simplicitas Principis.

Idem Arnholdus, nimios aulæ strepitus odio prosecutus, nunquam sericam vestem induit. Tandem sericam villosam, a Philippo, Duce Burgundiæ, patre Caroli, an. 1467. mortuo, dono missam, nactus, eam nihil admiratus, cum semel atque iterum toto induisset anno, sese minime suspexit, nusquam ostentavit, sed potius ludibrio se, quasi dissimilem sibi redditum, solitus est habere.

An-

(1) Imo potius malitia, cum enim Drielenses jus aquagii & aggerum sibi assererent, aggeres studio perfoderunt, maximo vicinorum damno, qua de causa cum eos punire vellet *Arnoldus*, partes illorum Adolphus Clivensis & Neomagenses amplexi fuere. *Pontan.* lib. 9. pag. 475. 495. & 500.

(2) Non tam pietatis causa, quam ut interea animi Ordinum Geldriæ, qui ab ipso paulo alienati erant, lenirentur. *Pontan.* lib. 9. p. 502.

Digitized by Google

Anno 1455. ipſa aſſumptionis Mariæ, monialibus Gochenſibus leges tulit. Eodem anno collegium Elſtenſe in Batavia vetuſtum Canonicorum locupletavit. Anno 1458. de ſucceſſione civium Gochienſium rationem præſcripſit, iisdemque 100. jugera Hollandica ericeti donavit.

Anno 1459. cenſum a Nobilitate & civitatibus exegit, quem denegantibus filius Adolphus cum matre adhæſit, & licet Ruremunda, Venlona, Geldria, Gravia a partibus Arnholdi eſſent, Neomagenſibus tamen, utpote potentioribus, quos privilegiorum de vini portieu venditione, Dordracenſibus facta, Arnholdus quoque offenderat, (1) adjutus, primum anno 1462. ex urbe Venlonenſi patrem Arnholdum & Ruremundanos deficere nolentes oppugnavit: ſed ibidem filius a patre obſeſſus, opera patrui Guilielmi, Egmondæ reguli, pace facta, in gratiam receptus eſt, urbemque Neomagenſem dono accepit, cujus ope (2) carcerem patri poſtea molitus eſt anno 1465. quo Graviæ eum cœpit, annisque octo Lobithis & Burenæ captum detinuit, dum Caroli Burgundi & Jo- *Captivitas.*
annis Clivii armis compulſus, libertati eum reſtitueret, qua de re, ut ſupra quædam annotavimus, ita in hiſtoria filii Adolphi ſequente ea, quæ huc faciunt, ulterius in medium adferemus. Hoc tantum hic addentes, quod ex ſeptennalibus filii compedibus liberatus, cum rogaretur pius & ſanctus Princeps: *Quidnam toto hoc captivitatis tempore intolerabilius ſibi viſum?* reſpondit: *Nihil, quam præcum proprii filii facinus. Aliquin*, inquit, *ad ſolum Deum omne periculum, omnemque injuriam remittebam, animo conſiſtens inconcuſſo, minimeque ignorans, magnos Principes majoribus ſemper calamitatibus objectos eſſe.* Arnh. Heymricius in Sophiol. lib. 1. c. 3. de fortitudine.

Anno 1472. pridie nativitatis Mariæ, Joanne, Clivorum Duce, dicto Bellicoſo, affine, Wilhelmo Egmundano fratre, aliisque multis Viris nobiliſſimis præſentibus, Carolo Audaci, Burgundiæ Duci, Ducatum Geldricum & Comitatum Zutphænium pro 92. mille aureis ceſſit: (3) Cui etiam Gerhardus, Juliæ & Montium Dux, circa 12. Cal. Julii, anno ſequenti 1473. cum filiis Wilhelmo & Adolpho ad ipſum profectus, in easdem Provincias ſuum jus pro 80. mille floren. vendidit. (4)

Hinc Carolus Ducatum Geldricum emptionis titulo jure ſibi debitum exiſtimans, cum Ordines, quibus inſciis contractus initus, reluctarentur, eumque in filium Arnholdi Adolphum, & nepotem Carolum transferre ſatagerent, Carolus Burgundus anno 1473. armata manu (5) Ducatum occupavit & ſui juris fecit. Nam Trajectum Moſæ progreſſus, maximoque ad domandam Geldriam exercitu coacto, primum Ruremundam, Keſſeliam & Cuickiam in deditionem accepit. Deinde, feria 4. poſt Pentecoſten, Sittardum, Sueſterenam, Echtam, quæ oppida Vincentius, Comes Morſenſis, a Reinholdo, Geldriæ Duce, in pignus acquiſiverat, cum in iis ſubjectis locis accepta adhuc poſſidebat, fugientibus præſidiariis, quos impoſuerat, occupavit: Circa feſtum Sacramenti Venlona obſeſſa, & crebris tormentorum ictibus verberata, ad 12. Cal. Julii expugnata eſt. Non longe poſt Locheimia, Gochia, Stralena, Herculena, Geldria, Wachtendoncia, Gravia, Tiela, Bomelia, Burena ultro in poteſtatem ejus venere: Quinto Non. Julii Neomagum, cujus præſidium Reinherus Bruchuſius, Vir ordinis Equeſtris præcipuus, tenebat, filiumque Adolphi, Carolum, puerum octennem, equo impoſitum, in muris circumducebat, (6) ob-

(1) Quorum varias querelas & accuſationum capita refert *Pontan.* p. 510. 511.

(2) Ut & matris Catharinæ, marito Arnoldo infenſæ, nec non Ottonis & Henrici, fratrum Bilantorum, aliorumque. *Pontan.* p. 524.

(3) Vel potius oppignoravit jure antichretico. Vide Codicillos *Arnoldi* apud *Pontan.* pag. 542. collatis Tabulis Caroli, Burgundiæ Ducis, apud eundem p. 543.

(4) Vide ſupra pag. 452.

(5) Poſtquam collegium Equitum aurei Velleris Valencenas ad ſpeciem convocaverat, & Adolpho quidem vocato, ſed non veniente, ab illis pronunciatum eſſet: *eam, quæ eſſet inter Carolum & Arnoldum Duces habita, de Gelriæ Ducatu & Comitatu Zutphania tranſactionem legitimam ac ratam cenſendam: & poſſe Carolum dictas ditiones, earumque, cum ſibi liberet, poſſeſſionem adire, ſibique eas ſubjicere: Adolphum vero Gelrum, utpote malæ tractationis atque impietatis erga patrem reum, perpetuis detinere vinculis. Pontan.* p. 552. *Pontus Heut.* de Reb. Burg. lib. 5. p. 171. *Haræus* A. Brab. p. 437. ad ann. 1473.

(6) *Pont. Heut.* lib. cit. pag. 171.

Digitized by Google

obſidione cinxit: Et pridie Jacobi in deditionem accepto, liberisque Adolphi Carolo & Philippina oſculatis, & ad uxorem Margaretham Gandavum miſſis, Lobithum ad divortium Rheni & Vahalis, inde Druſiburgum & Zutphænam perrexit, totamque Provinciam in poteſtatem ſuam redegit: Wilhelmo Egmundano, Iſſelſteinii regulo, Præfecto, & Adolpho Marcano, Joannis, Clivorum Ducis, patruele notho, JCto, Conſiliario conſtitutis: Tandemque 4. Cal. Octobr. ingenti faſtu Auguſtam Trevirorum ad Cæſarem Fridericum III. Imp. profectus, ditioneque Geldrica ab illo inauguratus, Mariam filiam, tot Provinciarum hæredem, genero ſuo, Maximo-Æmiliano (1) hac conditione in matrimonium promiſit, ut ante traditionem Rex Burgundiæ & Imperii Romani Vicarius a Friderico Cæſ. patre Maximiliani, ſalutaretur, quod poſtremum tamen (2) non obtinuit.

Arnholdus vero Egmundanus, de quo agimus, 24. Febr. anno 1472. apoplexia Graviæ correptus, ibidemque pridie Matthiæ mortuus, cum fratre Wilhelmo Egmundano, Iſſelſteinii Dynaſta, conditus eſt, (3) ut verſus habet memorialis.

Pridie Matthiæ obiit Arnholdus, Geldriæ Dux, uxor vero ejus, Catharina Clivenſis poſt 4. annos, 10. Febr. anno 1476. Lobithi exſpiravit, in Inſula Mariana Carthuſianorum prope Veſaliam apud parentes tumulata.

Adolphus Egmundanus ſeptimum Geldriæ Ducem, reclamante tamen Carolo Burgundo, ſic dixit; Et patre adhuc diu ſuperſtite, Provinciæ gubernaculis raptis, Margaretham Borboniam uxorem duxit, ex eaque filium Carolum & Philippinam filiam, Renato, Lotharingiæ Duci, nuptam, ſuſtulit.

Omnem ætatem in armis contrivit: Patri bis ob duplicem prætextum obſtrepuit, Drielenſes ruſticos, ſeu cenſum ſubditorum: inprimis ob Wennemerum & Arnholdum Prangios, (4) capite mulctatos, & Burenum denique ac Bofincheimium Dominia, Friderico Iſſelſteinio, ex fratre nepoti, Gerhardi Cuilenburgii filiæ unicæ & hæredi copulato, attributa, revera autem, quia imperium Provinciæ ſibi a patre tradi perquam deſideraret, cum matre Catharina Clivenſi conſpirans, donec tandem 9. Jan. anno 1465. Graviæ captum, octennium carceri manciparet.

Quod Juſtus Lipſius (5) in Monitis politicis ita recenſet: Arnholdus Egmundanus ſenuerat, filius adoleverat, qui patris diuturnum imperium ægre ferens, per factiones quosdam e popularibus ſuis in arma trahit, & patri bellum palam facit: Sed pater, viribus & cauſa melior, obſeſſum in oppido Venlona tenet, ac denique Principum vicinorum interventu pax coit, hac lege, ut juvenis urbem Noviomagenſem ſibi accipiat, teneatque, in qua libere & ſolus dominetur: ſed exigua hæc ei portiuncula vilâ, reſilit mox a fœdere, familiares quosdam patris in ejus contumeliam laqueo enecat, & cum videt, a ſe vim fruſtra tentari, ad alienam potentiam confugiens, Philippum Bonum Bruxellis adit, patrem accuſat, ſeſe approbat, promittit multa, ſed apud vere Boni Principis ſurdas aures. Deſperatis igitur auxiliis, ne patrem videat, Hieroſolymam properat homo ſacer, ſcil. ad terram ſacram: paulo poſt redit, omnium inops, quo, nili ad patrem? recipitur amice, & ipſe pœnitentiam & amorem ſimulat, ſed vultu, non animo bonus: nam fraudem & inſidias patri ſtatim ita ſtruit. Erat ſenex Graviæ, ditionis ſuæ tunc oppido, cum uxore; venit quaſi per officium filius: more gentis epulantur & bibunt largius,

(1) Quod nomen ex Fabii Maximi & Pauli Æmilii nominibus conjunctis Maximiliano, ut egregios illos Romanorum Duces imitaretur, a Friderico patre, ducto ex aſtris augurio, impoſitum fuiſſe, ſunt, qui ſcribunt. *Gerhardus de Roo* in Annal. Auſtr. p. m. 217.

(2) Imo neutrum obtinuit, etſi omnia ad Coronationem eſſent parata, ipſeque Imperator Fridericus Auguſtum Trevirorum veniſſet, qui vero, inceſtum qua de cauſa, ſubito, atque inſcio Carolo inde Coloniam abiit. Vid. *Pont. Heut.* de R. B. lib. 5. pag. 172. *Haræus* Annal. Brab. T. II. p. 438. *Gerhardus de Roo* lib. 8. p. m. 275. *Arnoldus* de *Lalaing* in *deſcriptione Congreſſus Frider. & Caroli* apud *Frcher.* T. II. p. 155. *Mejer.* Annal. Flandr. l. 17. ad an. 1473.

(3) Cor tamen ipſius Sylvam Ducis in Monaſterio S. Gertrudis ejus juſſu deportatum fuit, quod Veſalii quædam ejus cœnobii ſingularem fidem erga ipſum probaſſet, oblata veſtium permutatione, ut e caſtodia elabi poſſet. *Pontan.* lib. 9. p. 549.

(4) Quos Arnoldus cum literis Arnhemium miſerat, ſed Adolphus ſiniſtra ſuſpicione captos capite plecti juſſit. *Pontan.* p. 521.

(5) Vid. quoque *Pontan.* l. 9. p. 524. & ſeqq. *Pont. Heut.* de Reb. Burgund. l. 5. p. 169.

Digitized by Google

gius, ſaltant etiam in multâm noctem, ipſo ſene Duce ſuſtentante, & in filii gratiam præter vires & morem lætiore. Tandem cubitum ſe conſert: vix fecerat, cum adſunt à Noviomago (ii juveni parebant,) cives armati, & ab Adolpho clam intromiſſi, recta ad cubiculum Ducis, duce filio, tendunt: pulſant fores: ille e lecto, jocos & choreas etiam tunc cogitans, negat id noctis ſaltare ultra ferre poſſe, juvenes faceſſant & abeant. At illi effractis jam foribus adſtant, jubent ſurgere, & ſe conſequi. Quo autem? ait ſenex, & ubi filius? miſer, ubi auxilium putat, exitium eſt: Et ille improbus, pater, inquit, neceſſitati parendum eſt, age, ſequere: nec tantillum exſpectant, ut tunicalam interiorem aptet, atque induat, nec tibialia quidem ſumat: ſed pater equitantem filium nudis pedibus & corpore ita ſequitur Buram usque, ibi tetro carceri includitur, & ſex annos totos, (non illius, ſed popularium impietatem culpo;) ſex, inquam, annos detinetur. Tandem improbitas non ſolum querelas vulgi excitat, ſed & minas Principum vicinorum; e quibus Joannes, Cliviæ Dux, ipſius Adolphi avunculus, arma etiam ſumit: qui tamen, a ſe parum validus, auctoritatem, vel auxilium a Pontifice Paulo II. & Friderico III. Imperatore petit: Illi ſtatim annuunt, ad Adolphum acres minacesque literas ſcribunt, & ut patrem luci & libertati reddat, jubent; nihil fit, ridet. Itaque iidem Carolo Audaci, Burgundiæ Duci, valido Principi, totam rem committunt, liberet ſenem, reconciliet filium, denique faciat, quod ex æquo & uſu videretur. Ille utrumque coram ſe ſiſtere jubet, qui in Galliæ finibus Dorlani tunc erat. Adolphus haud ſpernendam iram & juſſa tam potentis vicini ratus, patrem ſecum eo ducit, accuſat, in conſilio fœda & falſa in eum ingerit; quorum facile purgatus ſenex bonorum & illuſtrium Virorum teſtimoniis, tandem impatientia & fiducia eo prorumpit, ut filium ad ſingulare certamen provocaret, ferro & Deo judicibus innocentiam ſuam aſſerturus: mos tunc ſatis creber in martiali iſto populo erat: ſed Audax tamen abnuit, fœditatem rei proponens & inſolentiam, & ſimul in eventu incerto certum ſcelus utercunque viciſſet. Itaque re cum ſuis deliberata, pro ſententia dixit: Arnholdus pater ſolus titulo Ducis utatur, ſed filio oppida arcesque totius Geldriæ cedant, ſola Gravia ſibi excepta, accipiat etiam in alimoniam de manu filii tria quotannis aureorum millia.

Hæ conditiones? Quis abnuat? imo quis non miretur filio tam bonas? ſed non ſilent hiſtorici, Carolum, neſcio, qua occulta cauſa, an pacto in filium proniorem. Quid tamen deinde? Refertur ad filium, & quidem a Viris primariis & gravibus, inter quos Philippus ille Cominæus erat, qui hæc ſcripſit. At illis reſpondet in ipſa verba: malle ſe præcipitem dare parentem in puteum, ſe deinde ſuperjicere, quam ut in has conditiones paciſcatur; quid malum? inquit, pater alibi imperet, qui totos 40. annos omnibus præfuit; æquum eſt, ut noſtræ quoque jam vices ſint, nec aliud admiſero, quam de penſione trium millium, ſic quoque, ut pater tota Geldria cedat, atque adeo excedat, nec unquam pedem in eam referat. En reſponſum non tam impium, (& ita tunc omnibus viſum,) quam inſanum! Igitur Carolus, cui aliæ res prævertendæ, cum idipſum temporis Ambianum Galliæ Rex intercepiſſet, dilata hac cognitione, expeditioni ſe parat. Juvenis ſuſpicatus, detentum ſe iri averſione animorum cogitata, fugam cum duobus comitibus Gallica veſte ad ſuos capit, omnia in reditu vi & armis occupaturus aut turbaturus. Sed ecce Namuri, dum Moſam flumen cymba transmittit, agnitus ab uno alteroque vectorum, mox a pluribus capitur, & ad Audacem reducitur, qui Vilvordiam, atque inde Cortracum duci, & in honeſta cuſtodia aſſervari juſſit. Manſit ad Audacis ipſius mortem, quæ anno 1477. contigit: Tunc Gandavenſes, pro ſuo tunc more turbas daturi, hunc idoneum Ducem arbitrati, cum ſolvunt, & bello in Tornacenſes præficiunt, quod tunc Galli habebant. Ivit, cum manu aliqua adequitat mœnibus, erumpunt præſidiarii, & miſer inter primos cecidit, mortuus, velut pecus mactatum, jumento ex transverſo impoſitus, & in Eccleſia majore conditus. Quid tu nunc pater? Vindictam, ex lege prima promiſſionem habente violata, & talionem aliqua parte a juſto Judice vides. Careere te punivit, ipſe ſuſtinuit; mortem machinatus eſt, ipſe ſubivit. Nec ſanguis hic multus fuſus, aut violenta cædes, fateor, ut in prioribus; mihi tamen liberanti impiæ impietatis exemplum viſum eſt, & ſupra omnia inſeræ & obſtinatæ, Nero, Tullia, aut alius aliquis impetu peccaverint & calore; hic meditatum, hic diuturnum ſcelus eſt, nec adhæſit animo, ſed inſedit. Hæc Lipſius, &c.

Ob

Digitized by Google

Ob hoc facinus nefandum a Paulo II. Papa, (1) Friderico III. Cæſare, Philippo Burgundo & Joanne Clivio, (uti ex Lipſio quoque adduximus,) literis monitus, cum impio hoc propoſito avelli non poterat, primum Joannes Clivius (2) ſuis & Gulielmi atque Giſonis Luſci, filiorumque Gulielmi, Joannis & Friderici Egmundanorum, Gerhardi Cuilenburgii & Henrici Bochovii armis bellum ei indixit, & Ducatum Geldriæ ingreſſus, intra octo menſium ſpatium centum florenorum millia a Bataviæ & Velaviæ colonis extorſit: propugnaculo quoque e regione Gennepæ conſtructo, Cuickium & Keſſeliam infeſtavit, in reditu etiam Gochiam tentavit, ſed, amiſſo Arnholdo Benthemio, obſidionem ſolvit: Neomagenſes etiam atque Dotinchumios ex Embrica doliorum ſtratagemate fudit. Et cum Arnholdus Vuijenus cum civibus Neomagenſibus Hagam invaderet, 55. ex iis a Tutore Hollandiæ capti & decollati ſunt: molam etiam in Dufflia erectam Dux Joannes evertit, ubi Arnholdus Portmann, Adolphi Geldri Conſiliarius fideliſſimus, a Joanne Horſtio, Ducis Joannis Clivii genere notho, occiſus eſt.

Poſtea Adolphi Naſſovii, Moguntini, Joannis Badenſis, Treviri, & Roberti Bavari Colonienſis Archiepiſcoporum opera a feſto Cæciliæ usque ad feſtum cathedræ Petri anno 1467. indueiæ conſtitutæ, (3) quæ in loco Buſculo prope Craneburgum ab ipſis Ducibus Joanne & Adolpho confirmatæ, hac lege, ut Friderico Iſſelſteinio & patre Arnholdo in Spoya Rheni ripa ap Adolpho reſtitutis, Joannes Duffliam oppignoratam, 5. floren. millibus receptis, traderet: Sed Adolphus ad viſum tantum parente exhibito, conditionem acceptam eluſit. Joannes igitur Clivius ſubſidio Egmondenſium Ducatum Geldriæ pervagatur, per Fridericum Iſſelſteinium Vadam intercepit, ſpoliatam incendit, & veteris & novæ Eccleſiæ pagos in præfectura Geldrica vaſtavit. Anno etiam 1468. oppidum Druſiburgum, Joanne & Petro a Beeck tradentibus, aſtu intercepit, ubi Joannes Egmondanus, mero onuſtus, in luſtratione vigiliarum crurifragium paſſus, Joannes Kell, Zutphanienſium Capitaneus, cum multis aliis nobilibus captus, & 300. cives partim Arnhemium, partim Sevenariam, maximo uxorum & liberorum planctu comitante, abducti ſunt, inque urbe Theodoricus ab Eickel Marcanus adminiſtrator conſtitutus, Aleiden Lorrenam vetulam, cum civibus 14. contra Clivenſes denuo conſpirantem, capite plecti juſſit: Traditores tamen Joannes & Petrus a Beeck, a Zutphanienſibus intercepti, in rotam acti ſunt. Ex quo tempore fortuna Clivenſium inclinavit. Cum enim an. 1468. Adolphus Egmundanus Wachtendoncam obſidione cinxiſſet, & Dux Joannes commeatum obſeſſis intuliſſet, quia in propugnaculo provinciali præſidium non collocarat, ex eo Adolphus Joannem per inſidias adortus, ſagitta licet ipſo in crure vulnerato, & Matthia ab Eill, Scheiffardo a Bornheim, & Joanne Rickio, Conſule Neomagenſi, vexilliferis ejus occiſis, Coloniam usque fugavit, ubi prius ex ipſius exercitu Gumpertus, Novaquilanus Comes, Theodoricus Limburgius cum tribus fratribus periiſſent. Coloniæ Joannes Clivius a Republica, & a Sophia Montana Duſſeldorpii exceptus, auxilio eorum in patriam reductus, & moderatione Vincentii Mœrſani pax ſtabilita eſt, hac conditione, ut Arnhemio, Druſiburgo, Vada & Wachtendonca, ejusque pignoris 14. floren. millibus renunciatione, reſtitutis, Clivenſibus & Egmondanis ſua quoque redderentur, & Robertus, Colonienſis Archiepiſcopus, a cenſuris Papæ, per Epiſcopum Wormatienſem, ejus Commiſſarium, latis, Joannem Clivium etiam abſolveret. Nihilominus tamen Adolphus Egmondanus, peſſimis uſus conſultoribus, rupto hoc fœdere, cum Ludovico, Rege Galliæ, Roberto, Archiepiſc. Colon. contra Carolum, Burgundiæ Ducem, & Joannem Clivium conſpiravit, cujus conſpirationis literas, Adolphi manu ſignatas, Clivia quædam nobiliſſima, (4) Neomagi repertas, Joanni, & hic viciſſim Carolo Burgundo transmiſit; qui, Adolpho & Joanne Ducibus per Joannem de Bergis citatis, violatæ pacis cauſam ventilavit, & Adolphum, propriæ manus teſtimonio convictum, Pauli II. & Sixti IV. Pontificum calculo accedente, ſex annis, uno Vilvordiæ, & quinque Cortraci in

(1) Vide ejus & aliorum ad Adolphum literas apud *Pontan.* p. 535.

(2) Vide ſupra p. 481. & ſeqq. *Pontan.* lib. 9. *Schlichtenb.* l. 9.

(3) Iterum vero ab Adolpho ruptæ. *Pontan.* lib. cit. p. 530.

(4) Vide ſupra p. 309.

Digitized by Google

in vincula conjecit, (1) divina ipſum vindicta merito perſequente, qui parentem, contra præceptum Dei expreſſum, tam diris modis ante tractaverat. Sic dimiſſus pater ejus Arnholdus Egmondanus, & in Geldria ſua tota anno 1470. ſolo Neomago excepto, admiſſus eſt, & quia ſubditos plerosque omnes adhuc refractarios habebat, anno 1472. Ducatum Carolo Burgundo pro 300. floren. millibus vendidit, (2) quo totum Ducatum occupante, ipſe anno inſequente Graviæ obiit, ibidem quoque, ut diximus, tumulatus.

Et cum hoc modo Adolphus Geldrus prope Stralam anno 1468. Joannem Clivium viciſſet, Carolus Burgundus venditum ſibi interea a patre Arnholdo Geldriæ Ducatum, Normannorum & Batavorum copiis collectis, invaſit, & poſt urbes multas occupatas, Adolpho tandem cum filio Carolo, cujus tutor erat Vincentius Mœrſanus, Neomagi captis, & in Burgundiam abductis, inveſtituram Ducatus anno 1473. a Friderico III. (3) Imp. Treviris impetravit, ſed cum non longe poſt, nempe anno 1477. ad Nancæam (4) occubuiſſet, Adolphus a Maria, filia & hærede Caroli, e cuſtodia dimiſſus, copiisque Burgundicis præfectus, in congreſſu cum Gallis ante Tornacum, in ſeptem dormientium, quos vocant, feſto, haſta transfixus, (5) atque in majori urbis templo ibidem ſpectabili, funeris Mauſolæo, in ſacello S. Ludovici eodem anno conditus eſt. Uxor vero Catharina Borbonia, ex conceptis animi doloribus anno 14 . occumbens, in Neomagenſi Eccleſia humata eſt. Sicuti hæc omnia in Joannis Bellicoſi, Ducis Clivenſis, hiſtoria ſupra quoque prolixe enarravimus.

Carolus, Adolphi filius, ætatis ſexto, ſub Friderico III. Maximiliano I. & Carolo V. Impp. anno Chriſti 1467. 10. Novembr. hora nona antemeridiana, Graviæ natus, a Carolo Burgundo anno 1473. abductus, ſed anno captivitatis tertio a Maximiliano Cæſare, ejus genero, liberatus, coronationi ipſius Aquisgrani cum aliis Germaniæ Proceribus interfuit, & in bello, quod Maximilianus cum Carolo VIII. Galliæ Rege, ob filiæ ſuæ Margarethæ (6) abdicationem geſſit, iterum anno 1491. captus eſt. (7) Soror igitur Adolphi, Caroli patris, Catharina, anno 1477. Carolo Burgundo & fratre Adolpho cæſis, nepote vero hoc Caroli capto, imperium affectavit, & a Statibus accepta, illud annis plus minus quindecim adminiſtravit.

Et

(1) Carolus nempe Audax Adolphum, ut pacem inter ipſum & patrem reſtitueret, Hesdinum invitaverat, eumque, ut patrem e cuſtodia dimitteret, commoverat, cum vero Adolphus ſidem datam fallere, atque clam a Carolo ſe ſubducere vellet, nec a fuga retractus, æquiſſimas conditiones reciperet, Vilvordiæ primum, dein Cortraci in cuſtodiam datus fuit. *Pontan.* p. 540.

(2) Vid. ſupra pag. 521.

(3) Ut referunt *M. Chronic. Belgic.* p. 402. 403. *Pontan.* lib. 9. p. 553. Tabulæ vero in *Aſſertione juris Caroli V. in Ducatum Geldriæ & C. Zuitphaniæ, in Comitiis Ratisbonæ* anno 1541. *exhibita*, atque poſtea cum Scholiis pro Wilhelmi, D. Juliæ, Clivix, in easdem ditiones jure edita, recenſentur.

(4) Tertia vice ab Helvetiis & Lotharingiis cæſus, ibique cum triduo demum poſt ex unguibus, quos aliis longiores gerebat, aliisque ſignis inter occiſos agnoſceretur, ſepultus. *Pont. Heut.* lib. 5. p. 186. *Hareus* A. B. T. II. p. 447. *Gerh. de Roo* p. 286. *Pontan.* lib. 9. p. 556. *Mejerus* Annal. Flandr. lib. 17. ad ann. 1476.

(5) Cum ſpeculatum iviſſet, quid hoſtes molirentur, & ſi qua capiendæ urbis via inveniretur, non ſine ſuſpicione proditionis. *Aquilius* in Chron. Geldr. p. 37. *Gerh. de Roo* p. 374. *Nicol. Burgundus* lib. 3. Hiſt. Belg. *Pontan.* lib. 9. p. 557.

(6) Quæ pace Atrebatenſi Carolo Delphino Galliæ deſponſata erat. Vide Tabulas ejus pacis in *Recueil de Traités* T. I. p. 704. Summa capita apud *Hareum* T. II. p. 460. Præcipua vero belli iſtius cauſa erat, quod idem Carolus, Rex Galliæ factus, Annam, Franciſci II. ultimi Britanniæ Ducis, filiam, Maximiliano deſponſatam, prætripuiſſet, ad quam injuriam vindicandam Maximilianus cum Henrico VII. Rege Angliæ, fœdus pepegiſſet, ſed milite & pecunia deſtitutus, anno 1493. Sylvanecti pacem cum Carolo inire debuit, cujus Tabulæ in *cit. Tract.* T. I. p. 703. exhibentur. De ipſa controverſia & raptu Annæ vid. *Baco Verulamius* in Vita Henrici VII. R. A. *Virgil.* lib. 26. *Gerhard. de Roo. Cominæus* lib. VII. cap. 3. *Pont. Heut.* l. 5. c. 1. *Baylius* Tom. III. *des Reponces* &c. facinus illud Caroli excuſare ſtudet.

(7) In Oppido Betunæ cum multis Germaniæ Proceribus, inſidiis Philippi Cordeſii, poſt biennium iterum dimiſſus fuit. *Aquil.* p. 38.

Digitized by Google

Et cum Wilhelmus Egmundanus (1) Arnhemium occupaſſet, illud duobus menſibus obſedit. Deinde vocato anno 1478. in ſocietatem imperii Friderico Brunſwicenſi, conjugium (2) cum ipſo, ab iisdem Statibus propoſitum, renuit; Et cum idem Herderwici in inſaniam (3) verſus eſſet, Henricus Schwartzenburgius, Epiſcopus Monaſterienſis, in Geldria moderanda ſucceſſit. Sed anno 1492. Carolus Egmundanus, Adolphi filius, ope Vincentii Mœrſani, poſt Henricum, Epiſcopum Monaſterienſem, Geldriæ Gubernatoris filio, Bernhardo, loco illius obſide conſtituto, ſubditorum provinciæ ſumptibus, redemptus, & a Carolo, Galliæ Rege, dimiſſus, in imperio ſucceſſit, Maximiliano tamen & Joanni Clivio omni vitæ tempore admodum inſeſtus manſit. Nam cum contra Maximilianum Geldriam, quam primum vinculis liberatus eſſet, uſurpaſſet, Maximilianus quidem, uxoris Mariæ Burgundicæ interceſſione, (4) expeditionem primam in ipſum diſtulit: Sed cum iterum turbas moveret, Trajecti ad Moſam per Electores imperii, an ad ſe, an vero Carolum Geldria pertineret, decerni juſſit, qui cum pro ipſo pronunciarent, auxiliis Johannis II. Clivii & Wilhelmi Julii Albertum (5) Saxonem Geldriæ immiſit, qui urbes Batenburgiam, Stralenam, Wachtendoncam, Herculenam, Echtiam & Neoſtadiam expugnavit, & ipſus an. 1498. compoſitis Helvetiorum motibus, (6) Emmericam, ut ex ea Carolum, Dotinchomii verſantem, adoriretur, acceſſit, ſed 18. Decembr. Cliviæ & Juliæ Ducibus in periculo relictis, iterum retroceſſit: Quapropter Geldri, Dominio Hinsbergio invaſo, Echtiam recuperarunt, & cum Joannes Clivius 1500. cives Neomagos in Moldict proſtraſſet, Geldri Craneburgum ſagittis igneis incenderunt, pagumque Kellenium cum arce Smithuſia exuſſerunt, una in Bedbergio monaſterio nocte commorantes: Extincto vero anno 1500. Vincentio, Mœrſano Comite, Geldriæ adminiſtratore, Carolus corpus ejus, aromatibus delibutum, Mœrſam, oppidi in deditionem accipiendi ſpe, deſtinavit, Joannes autem, Sarwerdenſis Comes, ope Clivenſium, Dominorum feudi, prævenit, ideoque juxta parentes in Abbatia Pantaleonæa Coloniæ conditum eſt.

Eodem anno 1500. Carolus Egmundanus, a Maximiliano pulſus, ut paternam ditionem iterum recuperaret, cum Maximilianus aliis negotiis involveretur, & exercitui ſtipendia non ſolverentur, eo ad ſe traducto, Juliacenſes ac Clivenſes crudeliſſime deprædatus eſt; qui idcirco, de pace & tranquillitate ſolliciti, Ludovicum, Galliæ Regem, arbitrum capiunt, (7) hujus ergo ſententia Carolus in poſſeſſionem Geldriæ rediit. Verum cum inducia minus ſancte colerentur, anno 1505. Philippus, Belgii totius Princeps, a patre Maximiliano Imp. auxiliis acceptis, Geldriam intravit, (8) & Arenacum obſedit, ſed Iſabella Hiſpanica defuncta, cum ſibi neceſſario in Hiſpaniam abeundum eſſet, dato Ca-

(1) Patruus Caroli, cujus tutelam quoque ſibi vindicabat.

(2) Catharinæ videlicet, Adolphi defuncti ſorore, de quo vide *Pontan.* p. 566. 567.

(3) Sive ægritudinem cerebri, ut ipſa Catharina refert in literis ad Regem Galliæ apud *Pontan.* pag. 568.

(4) Imo illa jam diu obierat, atque Blancam in matrimonio tunc habebat Maximilianus, cujus interceſſione, cum Carolus Graviam veniſſet, factum, ut Maximilianus expeditionem ſuam in Geldriam detulerit, atque controverſiam Electorum Imperii arbitrio commiſerit. *Haræus* p. 492. *Pontan.* lib. 11. p. 602.

(5) Animoſum Saxoniæ Ducum lineæ Albertinæ ſtirpem, quem Maximilianus Friſiæ Orientalis & Occidentalis Gubernatorem conſtituit, jure hereditario, donec debita ipſi ſolverentur; a Friſiis his demum conditionibus admiſſum, *ne novis eos oneraret tributis; neque evocaret ex Friſia juris dicundi, aut militiæ obeundæ gratia; quod ſi Friſii eum, ejusque heredem aliquando repudiarent, ut ſolverent tunc prius quoſquos ille ſumptus in Friſiam feciſſet.* Pontus Heuterus Rer. Auſtr. lib. 5. c. 6. 7. *Ubbo Emmius* Rer. Friſ. lib. 37. & 48. *Bojemus* in Vita *Alberti*, & *Schurzfleiſch.* in Notis ad eam. *Perizonius* in Hiſtor. Sec. XVI. p. 22. 23.

(6) Inde ortis, quod fœderi Suevico ſe jungere nollent Helvetii. Vide de hoc bello *Bilibald. Pirckheimerum* apud *Freher.* Tom. III. *Gerb.* de *Roo* pag. 539. & 303. *Stumpfium* in Chron. Helvet. lib. 12. c. 34.

(7) Tabulas compromiſſi vide apud *Pontan.* lib. 9. p. 623.

(8) De ſolenni per ſecialem miſſum belli indictione, ejusque ſucceſſu, vid. *Haræus* T. II. pag. 509. *Pontan.* lib. 11. p. 625.

Digitized by Google

Carolo ſalvo conductu, & in caſtra (1) evocato, controverſiam ita digerit, ut illi Geldria ad vitam conceſſa, jus Philippo in Geldriam integrum maneret, eumque Carolus in Hiſpaniam cum equitatu comitaretur; verum quia profectio in ſequentem annum dilata, hæc omiſſa eſt.

Anno 1502. Carolus Egmundanus, ſub prætextu Jacobum Batenburgium vaſallum invadendi, Anholtinamque ejus urbem obſidendi, Hetteriam vaſtavit, & oppidum Huiſſenſe vallavit, ſed a Clivenſibus, omnibus impedimentis & pretioſiſſima ſuppellectile relictis, fugatus eſt: Zutphanienſes etiam, Neomagenſes & Arnhemii in Keppel, & Druſiburgii in Sevenaer, victi; de quo ſupra prolixius dictum eſt.

Anno 1506. ad Maximilianum Cæſarem Batenburgio, Bronchorſtio, VViſchio & Hœmerico Baronibus deficientibus, is ſuppetiis Johannis Clivii & Wilhelmi Julii Arnhemium obſedit, Tiela quoque, Bommelia, Hardewicum, Lochemium, Grolla, Hattemium, Duisburgum ei acceſſerunt, imo totum Geldriæ Ducatum occupaſſet, ni Carolus Egmundanus, Cæſarem Maximilianum in caſtris accedens, humiliter deprecatus eſſet; ſed Philippo filio mortuo, & Maximiliano Helvetiorum negotiis impedito, Carolus fide poſthabita Brabantiam iterum infeſtavit. Burgundi & Clivii contra Vadam urbem & caſtrum Petroyum inſederunt, & tria equitum millia, a Gallorum Rege Carolo ſubmiſſa, in ripa Rheni Spoya, ne ſaltum Clivium ingrederentur, repreſſerunt, quos Galliam repetentes, oppido Tienenſi capto, Burgundi profligarunt & ferme extinxerunt, indeque Goyam adorientes, 200. in Hengel ruſticos, viarum obſides, trucidarunt, & propugnaculum Anti-Wildeburgium everterunt. Contra Geldri, ex Gochia an. 1507. erumpentes, equites Clivios quinque, nobilibus Dominis captis, proſtraverunt, quo eodem anno pax utrinque ſtabilita eſt. (2)

Bello hoc finito, cum Friderico Badeno, (3) Epiſcopo Ultrajectino, ob Johannem ab Eſſen, Capitaneum, a Campenſibus decollatum, aliud Carolus noſter geſſit, illo quidem Tubantiam, contra Epiſcopo Velaviam & Goyam vaſtantibus. Idem Carolus oppidum Veterocelleuſe anno 1510. in deditionem accepit, oppidumque Friderici Egmundani Iſſelſteinium, urbs Trajectenſis ſibi amica, obſedit, (4) ſed Carolo ad Monſortium fugiente, obſidio ſoluta. Anno vero 1515. militibus habitu muliebri indutis, alia ejusdem expugnatio, ſed fruſtra, tentata eſt.

Anno 1511. Carolus Egmundanus, rupto cum Burgundis fœdere inito, Francofurto redeuntes mercatores Brabantinos exuit, Venlonam obſidione cinxit, Buſcoducenſes tumultuarie egreſſos ante urbis portam contrivit, omnes denique Geldriæ urbes anno 1512. (qui memorialibus literis, ILLe CrVCeM ChrIſtI, continetur,) recuperavit, Hollandiæ urbibus, Lugduno, Goudæ, Schonhoviæ & Veteraquinati, multa damna intulit, Joannem Waſſenarium (5) apud Werdanam occupavit, deinde Anholtinum oppidum,

(1) Juxta Roſendaliam, ubi Carolus ſolus cum ſolo collocutus, pepigit ſibi, quæ tenebat adhuc in Geldria ad vitæ tempus, transferenda dein in Auſtriacum aut ejus heredes. *Pontan.* p. 631. *Perizon.* in Hiſt. cit. p. 30.

(2) Cujus prætextu Legati Cæſaris, Regis Galliæ & Pontificis Cameracum anno 1508. convenerant, re autem vera, ut fœdus adverſus Venetos inirent. Pacis inter Auſtriacos & Carolum Egmondanum tum ſimul reſtitutæ capita erant, ut Carolus Weſopum & Mudam intra 40. dies redderet; ceterum, quæ quisque tum teneret, poſſideret, donec controverſia de utriusque jure in Ducatum Geldriæ per arbitros penitus componeretur. Vide Tabulas apud *Pontan.* p. 637. & *Haræum* A. B. T. II. p. 523.

(3) Origo diſſidii inter hunc Epiſcopum & Carolum, Ducem Geldriæ, fuit arx Oya, quam Philippus Auſtriacus & Carolus Egmondanus, cum uterque jus in illam prætenderet, Epiſcopo Trajectenſi in ſequeſtrum dederunt, dolo autem Brabantini occupaverant ac deſtruxerant, quod Carolus Egmondanus conſcio Friderico, Epiſcopo Trajectenſi, factum fuiſſe ſuſpicabatur. *Heda* p. 316. *Pontan.* lib. II. p. 641.

(4) Stratagemate potius, quia Iſelſteinius partes Auſtriacas ſequebatur, occupare voluit, myoparone militibus impleto, atque ceſpitibus tecto. *Pontan.* lib. II. p. 642.

(5) Ultimum nobiliſſimæ & primæ gentis iſtius familiæ, quem, indigno prorſus & inhumano ludibrio, in pendulam ex ligno cavéam, ſed ferreis undique columnellis munitam, ejus al-

pidum, ex igne & peſte habitatoribus nudum, armis doloque cœpit, & Ultrajectinis contra Florentium Egmundanum, Iſſelſteinii Dynaſtam, patrocinatus, illud obſedit. Inde iterum pax Trajecti conſtituta eſt. (1)

Anno 1514. a Comite Embdano, (2) Ezardo Friſio, & civitate Groningana, contra Georgium Saxonem defenſor vocatus, Saxonibus pulſis ac ſuperatis, Groningam obſidione, & Friſiam hoſtibus liberavit, totamque ditionem, Leowerdia, Franequera & Harlinga, maris portu, exceptis, occupavit. Georgius autem Saxo viribus reſumptis Friſiam, Groninga & Sneca demptis, recuperavit, ſed cum tertio Friſii rebellarent, jus ſuum Burgundis vendidit. (3)

Anno 1517. Nobiles quidam Geldri Novum portum e regione Schonhoviæ occuparunt, ſed Burgundis mox adventantibus, ex Geldris captis tres Dynaſtæ decollati ſunt.

Eodem anno, Carolo Burgundo Hiſpaniam petente, Carolus Geldrus Dochumium cœpit, (4) Slotam munivit, Alcmariam diripuit, & Amſtelodamenſes ſtravit, ſed Aſperenſi oppido obſeſſo, ad pontem Daventrienſem usque fugatus eſt: Mortuo vero anno 1519. Maximiliano Imp. ejus ex filio Philippo nepos, Carolus hic Burgundus ſucceſſit, anno 1520. Imperii Romani corona Aquis redimitus.

Anno 1519. idem Carolus Geldrus, Embricam dolo intercipere tentans, clamore ruſtici Welenſis, itemque eodem anno in Reeſæ & Cranenburgi, & anno 1521. iterum Embricæ obruendæ ſtratagemate prohibitus eſt.

Atque hæc omnia ante conjugium geſſit Carolus Egmundanus. Is anno ætatis 52. Chriſti vero 1519. cum Annam Cliviam fruſtra exſpectaret, Eliſabetham Luneburgicam, Henrici filiam, duxit: cujus ſocer, tam bellicoſo genero fretus, Ducum Brunſwicenſium, Henrici & Errici, fratri, Mindenſi Epiſcopatu pulſo, filium ſurrogare voluit, (5) & bello inito, Erricum Ducem cum Wilhelmo, Henrici filio, cœpit: ſed Henricus, ope Caroli, Regis Galliæ, & Joannis Clivii, pugna redintegrata, fratrem filiumque anno 1520. iterum aſſeruit.

Dein-

---

titudinis, ut vir erectus in ea ſtare poſſet, latitudinis vero, ut lectum cum ſella caperet, immiſit. *Pontan.* lib. II. p. 646. 695. *Perizonius* in Hiſt. Secul. 16. p. 57.

(1) Interveniente Franciſco, Galliæ Rege, induciæ in ſex menſes factæ, intra quos ille Rex, tanquam arbiter, totam decideret controverſiam. Decidit etiam Ultrajecti 27. Septembris, *ut Geldriæ Dux cederet omni Friſia inter Flevum & Lavicam Burgundo, viciſſim acciperet centum millia coronatorum; Groningæ vero cum tractu Omlandico, alteri judicio reſervata, maneret penes Geldros. Haræus* T. II. p. 527. *Pontan.* lib. 9. p. 647.

(2) Alberto nempe defuncto, ejus filius Henricus, cum adverſus hoſtes ſe tueri non poſſet, gubernationem Friſiæ in fratrem Georgium tranſtulit; cum vero is inſolita a nobilibus & Groninganis poſtulavit, hi Ezardum, Comitem Friſiæ, in auxilium vocarunt. Quum is ob bellum, quod Comes Oldenburgicus contra ipſum movebat, domum reverteretur, Groningani, duris licet conditionibus, Carolo, Duci Geldriæ, in tutelam ſe tradiderunt. *Pont. Heut.* de Reb. Auſtriac. lib. 6. c. 9.

(3) Pro ducentis aureorum Rhenenſium florenorum millibus, exceptis tormentis bellicis. Tabulas iſtius Transactionis refert *P. Heut.* Rer. Auſtriac. lib. 7. c. 10. Vide quoque *Pontan.* p. 661. *Haræum* T. II. p. 536. Caroli vero Auſtriaci nomine *Florentinus Egmondanus, Wilhelmus Roggendorpius, Georgius Schenckius*; Caroli vero Egmondani nomine *Martinus Roſſemius* & *Chriſtophorus, Comes Mörſanus*, Friſiæ poſtea præfuerunt. *Haræus* l. cit. *Perizonius* lib. cit. p. 88.

(4) Bello videlicet, poſtquam inter Legatos utriusque partis, Franciſco, R. G. electo, Novioduni de pace fruſtra actum erat, redintegrato, in quo Carolus Egmondanus deinceps prævaluit, multaque per legionem nigram & *Pierium longum*, ruſticum e Pago Kinswertano juxta Harlingam oriundum, atque Piraticam exercentem, Hollandis damna intulit. *Pont. Heut.* lib. 7. c. 14. *Pontan.* lib. 9. p. 672. 673. 674.

(5) Belli hujus adverſus Duces Brunſwicenſes geſti ſocius erat Johannes, Epiſcopus Hildesheimienſis, qui hoſtes ſuos a Ducibus Brunſwicenſibus recipi querebatur. Henricus vero Luneburgenſis injuriam ſibi factam cauſabatur, quod Franciſcus, Mindenſis Epiſcopus, filiæ ſuæ, Carolo Egmondano deſponſatæ, tranſitum negaſſet. In favorem Franciſci I. R. G. qui Imperatoriam dignitatem ambibat, copias ab Henrico Luneburgenſi conſcriptas, turbasque illas excitatas fuiſſe, alii referunt. *Chytræus* Saxon. lib. 8. *Goblerus* de Bello Hildeshemapud *Schard.* T. 1. *Thuan.* lib. 1.

Digitized by Google

Deinde anno 1521. Carolus Egmundanus ipſe Emmericam, Reeſam & Craneburgum, urbes Cliviæ, inprimis Emmericam, quod Saxones ad occupandam Friſiam Rhenum ibidem trajecerant, tentavit, ſed non expugnavit, Emmericenſibus annum & diem liberationis ſuæ effatis Apoſtolicis enuntiantibus: ECCe, peCCatores perIbVnt In æternVM. SI DeVs pro nobIs, qVIs Contra nos?

Deinde, quod campis magis deditus Epiſcopus Ultrajectinus, David Burgundus, (1) Swolla ad Carolum defecit. Haſſelium vero obſedit, ſed non cœpit, Rudolphum tamen ab Itterſum ſuperavit, & cum centum aliis occidit. Daventrienſes, in ſuos, Haſſelienſem obſidionem ſolventes, irruentes, profligavit, ex ſuis Aſwienio & Hermanno a Velen deſideratis.

Die Matthæi Apoſtoli anno 1522. Daventriam obſedit, inteſtinis diſſidiis (2) laborantem, & ponte ejus, Transiſulana exuſta, fortalitiisque utrinque poſitis dejectis, Koerhupß expugnavit. Contra Clivenſes, die natali Domini, Schuceni Dynaſtæ pontem Zuitphænum ſuccenderunt, 20. Equites Gœræ proſtravere. Burgundorum autem 2000. Daventrienſibus in ſubſidium ſubmiſſi, propugnaculum Gelmœdanum prope Haſſelium adorti, cum Carolus profligare ab eodem niteretur, in diebus rogationum anno 1522. ſuis partim captis, partim occiſis, retrocceſſit: Caſtra tamen Cœverdenum & Diepenheimium expugnata ſui juris fecit. Swollenſes denique cives, Magiſtratui in ſumptibus belli conſerendis refractarios, compeſcuit. Eodem anno Lingam (3) a Comite Tecklenburgio, & Bredevordam, cum Alteno & Winterswickio pagis, a Comite Steinfurtenſi, magno ære, Trajectenſi diœceſi extorta, redempta, ſibi comparavit.

Anno 1524. Friſia exutus eſt. Cum enim (4) ejus pars Burgundis, pars vero Geldris pareret, & multæ naves onerariæ diverſarum nationum a Jo. Goldſteinio, Præfecto Geldro Doccumienſi, ſpoliatæ eſſent, Burgundi, duce Joanne Waſſenario, Doccumenium cum propugnaculo, a Geldris conſtructo, cœperunt, Snecanos, expulſo Comite Mœrſano, in deditionem acceperunt, Slotenſem denique portum, vulnerato in obſidione ejus in brachio Waſſenario, (5) & ex vulnere anno 1525. mortuo, & Hagæ Comitis apud Prædicatores condito, cum Groninganis & reliquis Friſonibus ſylvanis obtinuerunt. Qua Waſſenarii injuria Carolus provocatus, Friſiam orientalem infeſtavit, victoque Ennoni Comiti (6) inter alias etiam de religione, quam reformatam amplexus erat,

(1) Imo Philippus potius, Davidis frater, ejusque poſt Fridericum Badenſem Succeſſor, qui ortas inter Civitates tunc valde opulentas Campenſem & Swollenſem controverſias circa jus telonii & navigationis in flumine Iſala, ſive Aquæ nigræ initio ſtatim componere neglexit, atque ſpe lucri utriusque cives inter ſe primum collidi imprudenter paſſus fuit, atque Campenſes fovit, quippe quo factum, ut Swollenſes in tutelam Carolo ſe tradiderint. *Heda* p. 325. *Pontan.* lib. 11. p. 692. *Perizon.* p. 88.

(2) Ortis e verbis Johannis a Weelvelde male perceptis. Is enim rogatus de ſucceſſu pugnæ cujusdam cum Carolo, Duce Geldriæ, & qui res ſeſe haberent, magno clamore reſpondit: *Proditi ſumus omnes, proditi.* Wy ijn alle verraeden, verraeden. Quod plebs de Magiſtratu intelligens, multos e Senatu movit. *Pontan.* lib. 11. p. 695. 696. *Schlichtenb.* l. 11. p. 361.

(3) Nicolaus ſcilicet, Comes Teckleburgicus, quod ab Erico, Epiſcopo Monaſterienſi, laceſſeretur, Dynaſtiam Lingenſem a Carolo Egmondano in feudum recepit, mutuis pactis ſimul initis, ut ſe invicem contra hoſtes defenderent. *Hamelm.* Op. Hiſtor. Geneal. p. 390. *Pontan.* lib. 11. p. 726. 727. Reliqua ejus Dynaſtiæ fata vide ſupra p. 463.

(4) Res ita potius ſe habet: Cum Carolus Egmondanus, rebus ſuis in Friſia, Trans-Iſalania & Croninga florentibus, magnum imperium moliretur, atque eadem, quæ Saxones extorſerant, præter jus poſtulavit, Civitates Sneca, Franequera, Harlinga, Levardia, aliæque, Croninga & Covordia exceptis, ab eo defecerunt, & certis conditionibus Carolo Auſtriaco ſe ſubjecerunt. *Pont. Heut.* l. 8. c. 19. *Pontan.* lib. 11. p. 701.

(5) Ultimo familiæ primæ ejus gentis, *cujus filia natu major Maria Jacobo, Ligniaci & Falckenbergii Comiti, nupſit, inque eam domum ita hereditatem Waſſenariam intulit, ad Obdamios, ex minore filio ejusdem gentis cum Duivenvordiis omnibus ortos, emptionis titulo dein redituram. Altera, Johanni Marcano, Lumejæ & Serayna Dynaſtæ, collocata, peperit Wilhelmum Lumejum, illum, qui Brilam in ipſis turbarum Hiſpanicarum initiis cepit. Perizon.* l. c. p. 124.

(6) Ezardi filio, quem invadendi Balthaſar Eſenſis, ejus Vaſallus, & infenſiſſimus & hereditarius hoſtis, Carolo, Duci Geldriæ, occaſionem dedit, Eſena Dynaſtia ſua in Friſia ipſi vendita,

erat, abroganda, legem anno 1533. præſcripſit. Ab eodem Carolo Egmundano, ob tributum exactum, omnes fere Geldriæ urbes deſecerunt, adeo, ut a populo paſſim tumultuante excluſus, vix unum alterumque oppidum, quo perfugeret, retinuerit; Idcirco Cliviis confœderatus, non tantum Annam Cliviam pro Renati, Lotharingiæ Ducis, filio Franciſco exambivit, ſed etiam partibus Geldricis, Limarſiæ, Duiffliæ, Lobitho & nemori imperiali reſignavit.

In diſſidio Trajectenſis Epiſcopi, Henrici Bavari, (1) qui anno 1525. Philippo Burgundo ſucceſſit, quemque Conſules ſuſceperant, cives vero repudiabant, ab his in Ducem aſſumptus, ſubſidio venit, & Haſſeliam odio Swollenſium occupavit: Epiſcopus contra Bataviam invaſit, Rhenam expugnavit, & in Winſen propugnaculum conſtituit: Trans-Iſſulanæ autem urbes, Campi, Daventria, Swolla ad Carolum Cæſarem, Hiſpaniæ Regem, anno 1528. deſecerunt, quando Georg. Schenckius, Cæſaris in Friſia vicarius, Coverdiam quoque obſedit & cœpit. Carolus vero Brabantiam & Hollandiam ingreſſus, omniaque depopulatus, ſed in VVichenio pago ab Epiſcopo Henrico Bavaro repreſſus eſt. Martinus vero Roſſemius Hœsdæ hunc viciſſim debellavit: Hackſortius autem & Goldſteinius, Haſſeliæ præſidiarii, nullis ſuppetiis a Carolo ſubmiſſis, inedia compulſi, Schenckio urbem ipſa Aſcenſionis Domini dediderunt; Joachimus etiam VViſchius in Peelandia a Cliviis cæſus, Hattumia, Elburgo, Harderwico in deditionem acceptis. Henricus vero Epiſcopus, occupato clam Trajecto, Geldros viciſſim expulit, & duodecim, inter quos duo quoque Eccleſiaſtici, decollari juſſit; propugnaculo ſeu arce ante portam Catharinæ conſtituto, Tielam in Vahalis ripa obſedit, quam oppidani animoſe defenderunt. Georg. Schenckius etiam, ad Amesfordiam caſtra metatus, Geldros fudit, qui Mega tandem clam intercepta, Worcumii Carolo Cæſari reconciliati ſunt.

Anno 1528. Carolus Geldrus, ingenio inquietus, in Hollandiam irruit, Hagam, ſedem Comitis, capit & deprædatur; inde Belgæ Florentium, Comitem Burenſem, Caroli Cæſaris exercitus ducem aſſumunt, Carolo bellum inferunt, & multas ipſi urbes eripiunt: Inde per interceſſores Principes iterum pax fit, hac lege, ut omnes ſuas ditiones, ſi maſculo hærede deſtitueretur, Imperatori, ejusque ſucceſſoribus traderet. Anno 1529. Neomagenſes inobedientes correxit. Anno 1530. Geldria conflagravit.

Cum vero inter Joachimum Wiſchium, & Oſwaldum, ejus nominis II. Montium Comitem, ob arcem & dominium Hœmœtium prope Arenacum, quod Wiſchius per Meinhardum ab Hamm exuſſerat, diſſidium anno 1523. ſuboriretur, Carolus anno 1529. primum inducias inter ipſos conſtituit, ſed ubi anno 1530. Wiſchium Arenaci capi per ſuos juberet, hic ciſtæ ruſticanæ incluſus, ac ita elapſus, Huiſſenam pervenit, indeque Reeſam a Cliviis perductus eſt. Quod audiens, Oſwaldo ſuffragatus, Wiſchium Hœmœtium caſtrum inſtaurare juſſit: quo ab ipſo negato, arcem eodem an. 1530. ſolo æquavit.

Anno 1537. ipſa Huberti Epiſcopi, Neomagenſibus caſtrum Falckenburgium invadentibus, ipſe tota hac Terrarchia cum Ruremundana & Suitphana fuiſſet a Proceribus exactus, ſolam Arnhemiam retinuit, ad integram Provinciam non niſi certis cum conditionibus iterum admiſſus eſt.

Con-

dita, vel cum aliis terris in Geldria permutata. Ceterum erat Anno reformatæ Religioni addictus, atque bonis Monachorum occupatis, e Monaſteriis ipſorum aulas atque prætoria extruxerat, pace autem cum Carolo inita, hic inter ceteras iniquas conditiones leges quoque Religionis ipſi præſcribere non erubuit. Vide *Tabulas* transactionis apud *Pontan.* p. 773.

(1) Ludovici, Electoris Palatini, fratris, quem Ultrajectini, præteritis, quos Burgundi & Carolus, Dux Geldriæ, commendaverant, Epiſcopum elegerant, ut ejus potentia adverſus vicinos hoſtes ſe tuerentur. Cum vero is, ut pecuniam, quam Carolo ad redimendam pacem promiſerat, ſolveret, tributum cereviſiæ, aliisque rebus imponeret, diſſidium inter eum & plebem ortum, ac ipſe tandem urbe ejectus fuit; *Heda* p. 329. *Pontan.* p. 722. qua dein recuperata, a Nobilibus & Senatoribus ſupplicia ſumſit, Canonicos quosdam culeis immiſſos in Leccam abjecit, populo jus Comitiorum ademit, atque ipſe tandem munere ſuo ſe abdicavit, & jus politicum in totam regionem conſenſu Pontificis ad Carolum V. Cæſarem, tanquam Brabantiæ Ducem & Comitem Hollandiæ, anno 1529. detulit. Tabulas ceſſionis, ab Henrico factæ, & confirmationis Clem. VII. Pontif. R. refert *Leibnizius* in *Mantiſſa* Cod. Diplom. P. II. N. 41. & 42. & *Lamb. Hortenſ.* Rer. Ultraject. lib. 7.

Digitized by Google

Controverſia vero inter Carolum V. Cæſarem & ipſum tractatus Gorcumii an. 1529. Graviæ an. 1536. hac lege, (1) ut diximus, compoſita, ut deficientibus legitimis hæredibus, ditio integra ex veteri jure ad Cæſarem reverteretur, hanc conditionem non diu ſervavit. Nam anno 1538. quod per omnem vitam partium Gallicanarum Burgundionibus admodum infeſtus, ipſo adhuc ſuperſtite & conſentiente, Wilhelmus, Cliviæ, (2) Juliæ, Montium Dux, qui in Geldriam quoque jus ob matrem Mariam Juliacam (3) prætendebat, ab Ordinibus adſcitus & inauguratus fuit, & deinde Cal. Aug. an. 1539. mortuo ſucceſſit, maxima cum Caroli Cæſaris indignatione: uti in Hiſtoria ipſius explicavimus.

Prima inter Carolum Egmundanum & Joannem III. Clivorum Ducem, in ordine 4. Wilhelmi patrem, unio 27. Januar. anno 1538. facta eſt: Cui ex Baronibus ſubſcripſere Jodocus, Comes Brunchorſtanus, Borkeloæ Dynaſta; Oſwaldus, Comes Montium, Dynaſta Bilandicus, & Hermannus, Comes Brunchorſtanus, Dynaſta Batenburgicus. Ex nobilitate in Tetrarchia Neomagenſi Walramus ab Erckel, Werdenburgius, Joannes a Roſſum, Bruichuſius, Wilhelmus a Roſſum, Suilenus, Joannes a Boynenbruch, dictus Honſtein, Ubbergius, Lillhardus, Oyæus, Jacobus Pieck, Iſendornius, Caſparus a Linden, Hœmenius, Wilhelmus a Genth, Loënius Dynaſtæ: Walramus a Genth, Reinherus ab Aſwyn, Walramus ab Hafften, Walramus Pieck, Euſtathius ab Hemerth, Caſparus a Wyke, Gibbertus a Poll, Henricus Pieck & Adrianus a Baweren. In Ruremundana Tetrarchia unionem hanc ratam habuere Gerhardus a Flodorph, Archipræfectus Ruremundanus, Cornelius a Budbergen, Archimareſchalcus Geldricus, Chriſt. Schenck a Niedeck, Hellenradii Dominus, Theodoricus a Lipp, dictus Hœn, Grebenſorſtanus & Afferdenus, Adrianus a Biland, Wellius, Wilhelmus, Keſſelius Dynaſtæ, Albertus a Gœr, & Arnholdus a Wachtendunck. In Suitphæna Tetrarchia illam adprobarunt Theodoricus, Comes Brunchorſtanus, Baro Batenburgicus & Anholtinus: Joannes a Palandt, Vorſtius & Keppelius Dynaſta: Eberhardus ab Heckeren, Wilhelmus a Bær, Chriſtophorus Munſter, Eberhardus a Lintelœ, & Vitus a Munſter. In Arnhemienſi denique Tetrarchia manuum teſtimonio unionem hanc confirmarunt: Segerus ab Arnheim, Henricus a Middachten, Arnholdus a Bockop, & Reinherus ab Appeldorn, cum omnibus urbibus tetrarchicis, illisque ſubjectis oppidis.

Quoad religionem, Carolus Egmundanus doctrinam Pontificiam magno ſtudio defendit, (4) nec a ſuppliciis etiam abſtinuit: Ob doctrinam Evangelicam Neomagis infeſtus, Arnhemii quoque Sacellanum cum aliis viris & fœminis religioſis capi, examinari, quosdam ſubmergi, quosdam decollari, alios vero relegari, libros denique Evangelicorum cremari juſſit.

Imo Ennoni, Friſiæ Comiti, anno 1533. victo, inter alias pacificationis leges, & hanc, uti ſupra diximus, præſcripſit, ut ritibus Eccleſiaſticis, cum aliis reformatis conformibus, usque ad Concilium generale in ditionibus ſuis tantum utatur, quod niſi intra anni ſpatium celebretur, ut ſe de ſalutaribus remediis audiat, injunxit.

(1) Ut quoque referunt *Pont. Heut.* Rer. Auſtr. lib. 9. c. 11. *Pontan.* p. 287.

(2) De quo *Pont. Heut.* Rer. Auſtr. lib. 11. c. 10. *Odii*, ſcribit, *inveterati erga Burgundos, eorumque heredes cauſa Dux Carolus dictas Regiones, cum Francis, quod paulo ante tentaverat, (recuſantibus Geldris,) relinquere non poſſet, Guilielmo Marcano, Clivie Duci, Adoleſcenti viginti duorum annorum, Ordinum aliquot aſſenſu conceſſit, qui paulo poſt a Geldris in Ducem auguratus, præcipuis Civitatibus præſidia impoſuit, quæ res calamitoſiſſimo bello cauſam dedit.* Pacta ab Ordinibus Geldriæ Neomagi confirmata refert *Pontan.* l. 11. p. 788. - 792.

(3) Vide ſupra pag. 406.

(4) Qua de cauſa in Epitaphio ſuo apud *Haræum* p. 611. ita inter alia laudatus:

Admirabilis Magnificentiæ Princeps illuſtriſſimus Carolus, Dux Geldriæ & Juliæ, Comes Zutphaniæ, Friſiorum, Groningæ, Covordæ, Tenctorumque Dominus, ad arumnas ſuperandas, ut alter Hercules natus, & vario rerum turbine tota vita jactatus, ad omnes fortunæ caſus invictum animi robur geſtabat. Chriſtianam inferioris Germaniæ Eccleſiam, pravis opinionum figmentis pollutam, pectoris vere Chriſtiani conſtantia, veluti ſacra Anchora, piiſſime ſtabilivit. Poſt infinita præclariſſima geſta tandem mentis iniquo vulnere confectus obdormivit in Chriſto anno M D XXXVIII. Julii die ſecunda, noctis hora undecima, vixit 70. annos, menſes 7. dies 21. horas 14.

Paulo aliter hoc Epitaphium refert *Pontan.* p. 794. aliaque ibidem elogia addit.

Digitized by Google

Obiit, ut jam indigitavimus, ultima Junii, hora 11. nocturna, anno 1538. Arenaci Geldrorum, ibidemque in ſummo templo inhumatus.

Conjux ejus, Eliſabetha Brunſwicenſis & Luniburgica, cui Geldropolin pro dotalitio uſufructu aſſignaverat, ibidem quoque, maritum poſt annos 33. inſecuta, anno 1572. decedens, condita eſt.

Controverſia autem ſucceſſionis Geldricæ inter Carolum Cæſarem & Wilhelmum, Cliviæ, Juliæ, Montium Ducem, anno 1543. poſt belli fortunam variam & ancipitem, ita tandem definita eſt, (1) ut Cæſar, victo Wilhelmo, Geldriam acciperet, eamque ad filium Philippum II. Hiſpaniarum Regem, derivaret: qui etiam pacare eam usque ad annum 1570. poſſedit, & ab anno modo dicto 1543. per Proprincipes, Philippum de Lalain, Comitem Hochſtratanum, Carolum a Brimeu, Comitem Meghenium, & Florentium de Barlamonte & Lalain, Baronem Hiergeſium, anno 1579. in expugnatione Trajecti ſuperioris ad Moſam mortuum, adminiſtravit: Cancellario addito decem Conſiliariis ceu Præſide, qui primus Hadrianus Nicolai Marius fuit: Caroli filius, Philippus II. anno 1559. Cameram rationum addidit: Utrumque vero conſilium Arenaci reſidere voluit. Anno autem dicto 1570. Provincia, abdicato Regis Hiſpaniarum imperio, ſolius Proprincipis ac Senatus provincialis, Ordinum ſuffragiis electi, adeoque ipſorum Ordinum regimen cœpit agnoſcere, illudque ad præſens usque ſæculum perduxit: Gubernatoribus additis, qui ſummæ rei, belli & pacis tempore, præeſſent. Quorum primus fuit Johannes Naſſovius, Wilhelmi, Principis Auraſionenſis, frater, anno 1578. evocatus. Eique, ob neceſſitatem Provinciarum hæreditariarum anno 1581. iterum domum redeunti, ſuffectus Wilhelmus, ejus nominis IV. Montium Comes, illius affinis, qui occupatis, Zuitphænia, Druſiburgo, Doteconio, Lochemio, Gronloa; in Velavia etiam Harderwico, Elburgo, Hattumio; in provincia Ultrajectina Amersfordia; in Transiſulana Campis, Swolla, Vetericella, Haſſeltio, oppidis, eadem ad Ordinum obedientiam reduxit. Sed cum poſtea negligentius rem gereret, imo anno 1583. contra Ordines cum Rege Hiſpaniarum conſpiraret, idemque filiis quoque perſuaderet, ipſo exauthorato, Adolphus, Comes Novarienſis & Morſenſis, ei, in provinciis Geldrica & Ultrajectina adminiſtrandis, ſucceſſit: Cui, anno 1589. ex pulvere tormentario, negligentiori cura accenſo, Arenaci extincto, Mauritius Naſſovius, & huic frater Fridericus Henricus, Principes Auraſionenſes, ſuffecti ſunt.

De Carolo Egmundano ita Poëta ad tumulum ejus:

Carolus, Imperii Dux illuſtriſſimus hujus,
Hic jacet, inceptum ſiſte, Viator, iter.
Qui ſeptem decies vixit fœliciter annos,
Multa domi geſtans prælia, plura foris,
Ter tria tranſiverat ſuperi Sol brachia Cancri,
Cum datur extructo corpus inane rogo.

(1) Vide ſupra pag. 333. & ſeqq.

Ad

Ad Geldriam Tetrarchiam APPENDIX TRIPLEX,

Quarum Prima eſt

De Dominis & Comitibus Montanis.

Secunda

De Brunchorſtanis, Batenburgiis & Anholtinis Dynaſtis.

Tertia

De Baronibus Wiſchiis.

Appendix Prima,

De Dominis & Comitibus Montanis.

Ex Comitibus Zutphaniis illuſtres Comites Bergenſes originem ſuam trahunt, nam non tantum iisdem inſignibus, rubro ſcilicet Leone cum exurgente Leone dimidiato, uſi ſunt, in circumferentia numnis additis primo 14. deinde 11. (1) ſed etiam, utroque Comitatu inter fratres diviſo, ſecundo genito Dynaſtia Montium cum jure monetario majori ceſſit, quæ proinde tum longe quoque amplior fuit, & non Hetteriam tantum atque Aſpeliam ditionem, cum urbibus Emmerica & Reeſa, ſed Limerſiam quoque ambitu ſuo complexa eſt. (2)

Caſtrum horum Dynaſtarum Metropolitanum Heresbergium, Eresburgum putat eſſe, (3) tempore Caroli Magni celebratum, Bernh. Furmerius Annal. Friſ. lib. 4. ſed in loco erravit. Hoc certiſſimum, in turri templi Diedamenſis, quod non longe a foſſa Druſi, quæ hodie Iſſala dicitur, ſitum, corpus Druſi (4) effoſſum eſſe, cujus caput hodieque in caſtro Comitum Metropolitano monſtratur.

Primo autem Montis Domini Barones facti, poſtmodum anno 1486. a Friderico III. Imperatore inter Imperii Comites cooptati ſunt, licet eam dignitatem antea, ut jam diximus, a Comitibus Zutphænis habuerint.

Primus Montis Dominus, quantum ex Annalibus vetuſtis colligere licet, fuit Henricus, Ottonis, (5) Comitis Geldrienſis & Zutphanienſis, ejus nominis primi, filius ſecundogenitus, qui filio Rabadoni Dynaſtiam Montanam iterum reliquit. *Divæus in rerum Brabant. Annalibus.*

Raba-

(1) Reliqui tres nummi cum dimidio Leone Heresbergio Civitati conceſſi fuerunt. *Schlichtenh.* lib. 1. pag. 77.

(2) Priſtinas ditiones & antiqua Comitum Montenſium jura pluribus deſcribit *Schlichtenh.* l. 1. p. 78. §. 136. 137. *Albertum* Comitem, qui circa medium ſuperioris Seculi vixit, hoc titulo: Grave tot den Bergh, Marckgrave tot Bergen op Zoom, Grave tot Walhain, Vormeer en Champlite, Vryheer tot den Bylandt, Wiſch, Dartwiſ, Heer tot Dirmuyden, Haeps, Sambeek, Beerſell, Brunelaleut, Homoet, Millingen, Gendringhen, Etten, &c. Erf-Banner-Heer des Vorſtendoms Gelder, Hooftmann van des Konings Lüfs-Wacht, ende over eene Ritterbende, uſum fuiſſe, idem refert lic. cit. p. 86.

(3) Perperam. Vide ſupra pag. 99.

(4) Intelligit cadaver, in turri juxta Didam, vulgo Bergh-Vreede, cum illa anno 1609. deſtrueretur, inventum, quod vero Druſi eſſe non potuit, quia illud Romam fuit deportatum, ibidemque in Campo Martio ſepultum. Vide ſupra pag. 55. Ducis cujusdam Hunnorum cadaver eſſe, conjicit *Schlichtenhorſt.* lib. 1. p. 77. 78.

(5) Vide ſupra ad pag. 502. *Tabul. Genealog. Comit. Geldr.* Inter alios teſtes literis quoque Conradi, Legati Sedis Romanæ, apud *Hedam* p. 201. ſubſcripſit. Nepotem ejus Henricum Ottonis III. Geldriæ Comes, propterea conſanguineum ſuum vocat in Tabulis transactionis, cum ipſo anno 1237. factæ, apud *E. Waſſenbergium* in deſcript. Civit. Embricenſis p. 91. Ceterum quod ad Proſapiam attinet Comitum Montenſium, *Schlichtenhorſt.* quoque lib. 1. p. 79. & ſeqq. eam exhibet, multoque labore & temporis jactura ex antiquis documentis eam ſe eruiſſe ſcribit. Nihil fere vero ipſum egiſſe, niſi ut Autorem noſtrum in linguam Belgicam tranſtulerit, & pauca admodum Hiſtoriæ ultimorum Comitum adjecerit, reperi, ex quo utriusque deſcriptionem ejus familiæ exacte invicem contuli; uno loco *Schlichtenhorſt.* ab Autore noſtro abit, nullo vero adducto teſtimonio, quod ut pateat, *Genealogiam Comitum Mon-*

Digitized by Google

Rabadonis hujus, ſecundi Montium Dynaſtæ, in fundatione cœnobii Bethlehemii prope Dotecomum, tempore Henrici, ejus nominis primi, Geldriæ & Zutphaniæ Comitis tertii, ejus authoris, nepotis ſui, anno 1179. inchoata, mentio ſit, ubi ejus conſanguineus appellatur, & jus in communem illam Marchiam, cœnobio aſſignatam, habuiſſe dicitur.

Filius autem Rabadonis Henricus, ejus nominis ſecundus, Montium vero tertius Dynaſta fuit. Cujus mentio ſit anno 1224. in fundatione Parthenonis Virginum nobilium Ruremundanæ, a Gerhardo III. Geldriæ Comite ſexto, eodem tempore conſtitutæ; Nec non in privilegiis urbis Arnhemienſis, anno 1233. 3. Cal. Julii, ab Ottone, ejus nominis tertio, ſeptimo Geldriæ Comite, ei conceſſis; Itemque in primis urbis Veſalienſis privilegiis, a Theodorico, ejus nominis quinto, Clivorum Comite in ordine 21. anno 1240. datis.

Ejus ætate quoque, cum prius Decanus & Capitulum Emmericenſe Ottoni tertio, Gerhardi filio, Geldriæ & Zutphaniæ Comiti ſeptimo, Tutelam ſeu Advocatiam ſui & oppidi anno 1233. 2. Cal. Junii, ipſo aſcenſionis Domini, tradidiſſent, isque murorum munimentis & legibus illud firmaſſet, idem hic Henricus, Montium Dynaſta, jus ſuum reliquum, quod intra foſſam Emmericenam ad ſuum usque territorium habebat, præſentibus Ottone, Præpoſito Aquenſi & Trajectenſi, Gerhardo Randeradio & Goswino Millenio, conſanguineis, Gulielmo Hyrnio, Friderico Rhedano, cum Goswino Stralenо, Gerhardo Dapifero & Johanne Zutphanio, in cognatum ſuum, eundem Ottonem tertium, anno 1237. hac tamen conditione tranſtulit, ut ſubditi Montium nunquam in illam libertatem recipiendi, neque immunitate hac gauderent, neque injuria etiam aliqua ab Emmericenſibus afficerentur.

Henrici II. filius Adamus, ejus nominis primus, & quartus Montium Dynaſta, vixit anno 1259. & Simoni de Gehmen/ cognato, curiam Rasfeldiam, vulgo Rabbinghoff dictam, vendidit. Sacellum Montanum, ut Sedamenſis parochialis, ceu matris filia, eſſet, in memoriam Pancratii erexit, eique ad alendos duos Sacerdotes, & perpetua in eo luminaria aſſervanda, de reditibus neceſſariis proſpexit.

Adamus I. Fridericum, ejus nominis primum, Montium Dynaſtam in ordine quintum, genuit, qui anno 1278. imperavit, & uxore ducta Hedwige, Oyenſis Domini filia, prima, quam Annales nominant, Montis Domina, Henricum III. ſucceſſorem reliquit. Dominium Etthenium, & cum eo jus cudendæ monetæ minoris, ab Archiepiſc. Colon. & Monaſterienſi Epiſcopo acquiſivit. Uxor an. 1293. vivis exceſſit.

Henricus III. Montium Dynaſta in ordine ſextus, ex uxore Hedwige Randeradia Adamum II. edidit. Cujus idcirco cum filio in confirmatione privilegiorum, a Reinholdo, ejus nominis primo, octavo Geldriæ Comite, civitati Arnhemienſi anno 1312. facta, mentio: Hedwigis Randeradia tamen prius, nempe ipſa Huberti anno 1305. ipſe vero 19. Calend. Februar. eodem, quo privilegia Arnhemienſia confirmata ſunt, an. 1312. vivis exceſſere.

Ante obitum hic quoque Henricus, feria ſecunda poſt Epiphaniam, anno 1304. a Stephano Wilhelmo & Henrico Ulffenis, Stephani filiis, medietatem bonorum, in Weerbeide ſitorum, fidejubentibus Stephano primogenito, Alhardo Brewin & Henrico Friſone, Godeſchalci filio, coëmit, prout Wilhelmus Snipart/ Theodorus Flinthius & Conradus Hernbergius, Scabini Emmericenſes, Diplomate ſuo teſtantur.

Adamus II. Friderico II. ſucceſſore, & Irmgarde, Abbatiſſa Altinenſe, 26. Jul. ipſo S. Annæ, ſeu poſtero Jacobi, anno 1365. mortua, genitis, anno 1312. 19. Calend. Febr. vivis exceſſit.

Fridericus II. Montis Dominus in ordine octavus, Eliſabetham Millenſem, Grebenii Dominam, VVilhelmi Millenſis, VVickradiæ Domini, ipſo Leonhardi anno 1328. defuncti, filiam, uxorem accepit, exque ea Adamum III. VVilhelmum I. & Fridericum filios, cum Eliſabetha filia, anno 1339. Joanni Lindano deſponſata, ſuſtulit. A Reinhol-

---

Montenſium, ex *Schlichtenhorſtio* contractam, hic adjicere operæ pretium duxi. Quam vero *Ritterhuſius* in Exegeſi Hiſt. Genealog. exhibet, magno defectu laborat.

Digitized by Google

TAB. XVIII. GENEALOGICA

DYNASTARUM ET COMITUM MONTENSIUM, vulgo S'HEERENBERGH,

Juxta *Schlichtenhorſtium* Lib. I. pag. 78. & ſeqq.

HENRICUS I. circa annum 1125.

RABADO circa annum 1179.

HENRICUS II. circa annum 1240.

ADAMUS I. circa annum 1259.

FRIDERICUS I. circa annum 1270.

HENRICUS III. circa annum 1304.

FRIDERICUS II. ob. 1321. — *Henricus.* — *Adamus.*

ADAMUS II. improlis ob. 1340. — WILHELMUS, obiit 1387. — *Fridericus.* — *Eliſabeth.*

FRIDERICUS III. obiit 1416.

SOPHIA. — OTTO Leccanus, ob. 1428.

WILHELMUS II. ob. 1465.

OSWALDUS, ob. 1506. — *Ludolphus.* — *Adamus.* — *Sophia.* — *Machtildis,* Ux. Nicolai, Com. Teckleb. — *Ottonia.*

WILHELMUS III. ob. 1516. — *Fridericus.* — *Anna,* Ux. *Johannis,* Com. de Saerwerden. — *Metta,* Ux. *Friderici* de Bronchorſt. — *Walburgis,* Ux. *Joh.* de Wiſch.

OSWALDUS II. ob. 1546.

WILHELMUS IV. ob. 1586. — *Oswaldus,* ob. cælebs. — *Fridericus,* ob. cælebs. — *Anna.*

Magdalena, obiit cælebs 1579. — HERMANNUS, obiit 1611. — *Maria Eliſabeth.* — FRIDERICUS, obiit 1618. — ALBERTUS, cui Henrici patrui heredes ex ſententia de an. 1644. C. Montenſem reddere debuere. — *Oswaldus,* obiit 1586. — *Willemina* cum *Juliana* aquis merſæ. — *Eliſabeth,* Abbatiſſa Eſſendienſ. — *Jooſt, Ludovicus, Adolphus,* tenera ætate mortui. — HENRICUS, ob. 1638. Ux. *Margaritha* van Berg op Zoom. — *Catharina. Anna. Eliſabeth.*

Digitized by Google

Digitized by Google

holdo I. Geldriæ & Zutphaniæ Comite octavo, immunitatem a cenſu & tributo dominii ſui Montani, tanquam feudi Geldrici, anno 1319. impetravit. Obiit autem mature, nempe ipſa Eraſmi an. 1321. Kerckhellæ in ditione Recklinghuſiana mortuus.

Eique primogenitus filius Adamus III. primum ſucceſſit, & ad annum usque 1354. habenas dominii Montani tenuit, Montium Dynaſta in ordine nonus, cujus mater Eliſabetha Millenſis anno 1355. vita hac defuncta eſt.

Sibi vero anno præcedente 1354. ſine hæredibus mortuo, Wilhelmus primus, frater, ſucceſſit, Montium Dynaſta in ordine decimus, cui uxor Sophia Bilandica dominium illud cum Millingenſi, Cliviæ feudo, & Pannerdenſi Emphyteuſi, in dotem attulit. Porro hanc Emphyteuſin anno 1294. Theodoricus Bilandicus a Capitulo Emmericenſi primum conſecutus eſt: Ex eadem familia nobiliſſima Joannes Bilandicus literas Reinholdi, Comitis Geldriæ octavi, de Batavia, poſtea Nicolai, una cum aliis Dynaſtis Geldris, anno 1327. obſignavit; conſenſu etiam matris ideм Joannes Venniam & Averdyckiam villas pupillo Schappii filio in feudum conceſſit; Wilhelmus autem, Montium Dynaſta, anno 1356. hanc Pannerdenſem Emphyteuſin a Decano & Capitulo Emmericenſi iterum accepit.

Idem cum Theodorico Ulfftano, ejusque conjuge Margaretha, & utriusque filio, Eberhardo Equite, anno 1373. ipſa Petri ad Cathedram, de permutatione caſtri & dominii Ulftani, alia ipſis bona aſſignando, tranſegit. Anno 1379. ipſa nativitatis Mariæ memoria, urbi Montanæ privilegia dedit, & ex Sophia Bilandica Friderico, ejus nominis tertio, edito, frater ejus ſecundus, Fridericus, anno 1381. feria quinta poſt Martini, ipſe anno 1387. vivis exceſſere.

Fridericus III. Montium Dominus in ordine undecimus, uxorem duxit Catharinam Burenam, quibus, parentibus Wilhelmo & Sophia Bilandica adhuc vivis, an. 1377. ipſa Gregorii Martyris, Dynaſtia Pannerdenſis a Decano & Capitulo Emmericenſi confirmata eſt. Fridericus ſacellum Montium Pancratianum, a Sedamenſi Eccleſia ſeparatum, in parochialem Eccleſiam an. 1399. craſtina Nativitatis Mariæ, commutavit, quod Fridericus Blanckenheimius, Epiſcopus Ultrajectinus, inauguravit. Uxor ejus, Catharina Burena, anno 1410. die Pontiani, ſive 14. Junii, ipſe vero memoria Ewaldorum anno 1416. humanis rebus exempti ſunt.

Quia vero nullos reliquerant hæredes maſculos, filia ipſorum unica, Sophia, Montis & Bilandiæ Domina, ſucceſſit. Hæc Ottoni a Leck, juniori Bredæ filio, Domino in Hedel & Almenſtein/ nupſit, qui auſpicato hoc conjugio Montium Dynaſta factus eſt, & cum Hedelia molarum quoque volatilium Bredenſium reditus Montibus conjunxit. Mortua autem ante patrem Fridericum filia Sophia anno 1412. ipſo Bedæ Presbyteri, cum eam maritus illius, Otto Leccanus, anno 1428. inſecutus eſſet, Wilhelmus II. ipſorum filius, Friderici nepos, ſucceſſit, qui, quia parens, inſignibus natalitiis tribus Lunis dimidiatis abjectis, alis vero inauratis retentis, arma Montana induerat, iisdem quoque cum poſteris uſus eſt.

Wilhelmus II. Montium Dynaſta decimus tertius & ultimus, ob dominia multa & magna, quæ poſſedit, Dives dictus, anno 1404. Aſpeliæ prope Reeſam natus, ibidemque baptizatus, ſuperſtite adhuc parente, Ottone Leccano, anno 1416. defuncto avo Friderico tertio, Montibus imperare cœpit. Uxorem duxit Loccam, ſive Ludovicam, Eberwini, Comitis Bentheimii & Steinfurtenſis, filiam, quæ illi tres filios genuit: Oswaldum ſucceſſorem, primum Montium Comitem, qui ideo undecim nummis inauratis; Ludolphum, Hedeliæ Dominum, qui decem; & Adamum, qui novem ex iisdem inſignibus uſi ſunt, prout in templi Diedamenſis Auſtrali plaga apparet. Eadem Locca tres filias, Sophiam, Mechtilden & Ottoniam, quoque edidit, quarum prima & ultima in moniales Duroſtadii inauguratæ, media Comiti Tecklenburgio deſponſata, eique domus dotalis Linga aſſignata fuit.

Dynaſtias ſuas egregie auxit: Nam Emphyteuſin dominii Pannerden anno 1439. a Capitulo Emmericenſi conſecutus eſt. Beeckium pagum ab Adolpho primo, Cliviæ

Digitized by Google

Duce, anno 1447. in pignus pro certa pecuniæ ſumma accepit. Caſtra Diedemenſe & Ulfftanum emit, & poſterius quidem, pro quo Wilhelmus primus alia bona cognato ſuo, Theodorico Ulfftano, anno 1370. dederat, cum Bredenbrochio agro, anno 1451. a Friderico Ulfftano ſibi comparavit, qui anno poſt contractum tertio, Chriſti vero 1454. 10. Aprilis, in Montibus mortuus & conditus eſt. Idem VVilhelmus civitatem Montium ſuorum muris cinxit, & molas volatiles lapideas Sedheimiæ, Gendringæ & Diedeimiæ conſtrui juſſit.

In Eccleſiam etiam benignus fuit: nam anno 1447. tres parochiales Eccleſiæ Montanæ choros pulcherrime conſtructos conſummavit, & anno 1450. inauguravit, non tantum ejus perpetuus patronus & proviſor, ſed etiam anno 1454. die 11. mille virginum, memoriam parentum ſacram, ſingulis diebus Martis habendam, inſtituit. Anno eodem & die de perſonarum quoque profeſſarum hæreditate leges tulit. An. 1460. in oppido Montano domum pauperum & xenodochium ædificavit. Anno denique 1462. a Pio II. Papa bulla pro monaſterio Franciſcano Obſervantium in terris ſui dominii conſtruendo obtenta, anno 1463. illud in loco, Brimerio dicto, prope Emmericam inchoavit, quod poſtea Oswaldus filius egregie conſummavit, hodie deſtructum.

Locca Bentheimia 21. Maji anno 1445. Wilhelmus, ejus maritus, ipſa Catharinæ, ſive 7. Decembr. anno 1465. obierunt.

Comites Montenſes ſeptem.

Oswaldus primus, anno 1442. ultima Februar. natus, & patrinis, Arnholdo, Duce Geldriæ, Eberwino, Comite Bentheimio, & Maria Burgunda, Adolphi primi, Cliviæ Ducis, conjuge, pro eo ſpondentibus, baptizatus eſt: Ab Hermanno Haſſo, Archiepiſcopo Colonienſi, nomine Cæſaris Friderici tertii, anno 1486. primum Imperii Comes ſalutatus eſt. Uxorem habuit Eliſabetham, Vincentii, Comitis Mœrſenſis, & Annæ Palatinæ filiam, ex qua duos filios, VVilhelmum & Fridericum, Hedeliæ Dominum; quatuor itidem filias, Annam, Joannam, Comiti Saerwerdano & Mœrſenſi, Mettam, Friderico, Comiti Bronchorſtano & Limburgio, Walburgim, Joanni Wiſchio, deſponſatas, & quartam Coloniæ veſtalem ſuſtulit. Hic cum Decano & Capitulo Emmericenſi de Pannerdenſi Dynaſtia controverſiam longam habuit, quæ tandem hac lege compoſita eſt, ut præter antiquum cenſum annuum, quotannis 135. floren. (pro unoquoque 24. alb. computatis,) Capitulo ipſe poſterique exſolverent. Dominiorum Hœmœtii & VViſchii (ad quod Varſeveldius pagus olim pertinuit,) medietatem, ære ſuo comparatam, Montibus adjecit. Cum Joanne, ejus nominis primo, Duce Cliviæ ſecundo, anno 1476. pactus. Anno vero 1484. Cracovia in Comitatu Mœrſano ob dotem uxoris ipſi oppignorata eſt. Inter filios VVilhelmum & Fridericum ipſa Luciæ anno 1502. diviſionem inſtituit; quorum hic Fridericus, ſub Burgundo militans, 7. Novembr. anno 1511. ante Venlonam teſtamento nuilitari condito, cum Emmericæ octava Stephani, anno ætatis 38. Chriſti 1513. vita hac defunctus eſſet, ex fratre nepotem Oswaldum ſecundum hæredem inſtituit, quam inſtitutionem Carolus Egmundanus, Geldriæ Dux, die Lunæ, Dominicam Miſericordiæ Domini inſequente, anno 1511. ratam habuit. Uxor Coloniæ mortua, & in monaſterio Prædicatorum condita, ipſe an. 1506. vivis exceſſit.

VVilhelmus, ejus nominis tertius, Montium vero Comes in ordine ſecundus, Annam Egmondanam uxorem, & cum ea Boxmarinum, Haipſium, Stephaninſulanum & Spalbeccenſe dominia in dotem accepit. Ex hac natus Oswaldus ſecundus, tertius Montium Comes. Ipſe in motibus Geldricis cum fratre Friderico Burgundorum partes ſecutus, filio Oswaldo vix trimulo, Bommeliæ anno 1511. obiit, Hedeliæ conditus. Poſt cujus mortem Anna Egmondana anno 1514. ad ſecundas nuptias cum Philippo, Comite Vierneburgio & Novarienſe, tranſiit, qui ex ea filium, anno 1517. ipſo decollationis S. Joannis Baptiſtæ, natum, ſuſtulit.

Oſwaldus, ejus nominis ſecundus, tertius vero Montium Comes, anno 1508. natus, trimulus patrem, ut diximus, amiſit, & poſt biennium parvum Fridericum, anno

no 1513. octava Stephani, sive 2. Januarii, Emmericæ mortuum, ob cujus hæreditatem magna illi cum VVischiis Dominis controversia fuit, his domum Montano-VVischiam Borghæ occupantibus, illo Dominum feudi, Carolum Egmundanum, Geldriæ Ducem, prout in historia ejusdem quoque narratum, invocante. Anno 1523. cum Joanne, ejus nominis III. Duce Clivio, de terminis Emmericensibus & Montanis convenit. Uxorem duxit Elisabetham a Dorth, ex prosapia, quæ in Hollandia & Geldria familias quasque nobilissimas attingit, ortam, Joannis Horstii viduam, anno 1545. in Decembri mortuam, ob quam eodem anno cum Gerhardo a Flodorph, Archipræfecto Ruremundano, de Archipræfectura aulæ Geldriæ controversiam habuit. Anno 1546. 9. Maji Zutphaniæ uxorem secutus, in Montana Ecclesia humatus est. Ex uxore Elisabetha a Dorth ab ipso VVilhelmus, Oswaldus & Fridericus, filii, & Anna filia, geniti sunt, quorum primogenitus solus, reliquis in cœlibatu manentibus, familiam illustrem fœcunde admodum propagavit.

Wilhelmus, ejus nominis, & Montium quoque Comes in ordine quartus, uxorem duxit Mariam Nassoviam, anno 1539. patre Wilhelmo Divite, Henrici fratre, natam, quæ illi Tillenburgi 13. Septembris anno 1556. promissa, & 11. Novembris Mœrsæ, convivium nuptiale splendidum Hermanno, Novariensi & Mœrsano Comite, qui ejus sororem Magdalenam sibi antea desponsarat, apparante, ducta, & 28. Februar. an. 1557. in Montanam Metropolin introducta est. Ex ea octo filios, & totidem filias genuit.

Magdalena, filia primogenita, 1. Augusti anno 1557. nata, testibus fratre patris, Oswaldo, Jodoco, Comite Styrumio, Comitissa VViedana, Abbatissi Eltinensi, & Magdalena Nassovia, Comitissa Novariense & Mœrsensi, baptizata, cœlebs in arce Montana anno 1579. denata est.

Hermannus, primogenitus filius, 2. Augusti, die Martis, anno 1558. in Montana aree in lucem editus, ἀναδόχως sacros habuit Joannem Nassovium, Hermannum Novariensem & Mœrsensem, Amœnam Falckensteiniam, Gumprechti Novariensis & Limburgici conjugem, Mariam Brederodiam, Godhardi Milendoncii uxorem; obiit 12. Augusti, die Veneris, stylo novo, inter 3. & 4. matutinam, anno 1611. ad interstignia Leonis deaurati in Aquis Spadanis, corpus Brandeloæ, cor Spadæ condita sunt. Ex uxore Maria Mancia, Marchionissa Bergæ ad Zomam, ipsa Bartholomæi anno 1610. Maria Elisabetha nata, Alberto, ex patruo Friderico nepoti, copulata, post abortum duplicem anno 1633. in arce Boxmarina vivis excessit.

Porro Maria Mancia Marchionatum integrum Montanum Hermanno in dotem attulit, quem Carolus quintus Imper. primum in Anthonium contulerat, sed linea in Joanne, ejus filio, anno 1566. una cum Florentio Momerantio, Barone Montignio, Philippi, Comitis Hornani, fratre, in Hispaniam legatis missis, illo quidem 21. Maji anno 1567. socio vero anno 1579. initio Octobris, extinctis, deleta, ejus ex sorore neptis post pacificationem Gandavensem anno 1576. Marchionatum adepta est, quæ Gasbecano, filio Berselæ Domino, nupta, tres filias edidit, ex quibus Maria Hermanno, & Margaretha Henrico, Comitibus Montanis, conjugatæ, tertia Ernestina Baroni Bellovacensi nuptit.

Fridericus, secundus filius, in Ulfftana arce in lucem prodiit 18. Augusti, itidem die Veneris, anno 1559. cujus patrini fuerunt Fridericus VVeedanus, Præpositus summi templi Colonensis, & postmodum anno 1562. Episcopus, Eberwinus Bentheimius, & Maria Styrumiensis. Uxorem habuit Franciscam Ratingiam, ex qua Albertus, Leonora & Anna Maria, nati. Hic gubernator Geldriæ a Rege Hispano constitutus est, cui 3. Septembr. hora prima nocturna, anno 1618. in arce Boxmarina defuncto, frater Henricus successit.

Oswaldus, tertius filius, 16. Junii anno 1561. natus, pro quo baptizando Cornelius a Deelen, Præfectus provincialis Montanus, Alexander a Tellicht, Præfectus Ulfftanus, Anna Montium & alia Styrumiensis Comitissæ, fidejusserunt. Hic in Frisia in conflictu Boxumano anno 1585. interiit. Inter fidejussores ejus sacros Alexander a Tel-

Digitized by Google

licht unioni Belgiæ preſſiori, Ultrajecti anno 1579. initæ, inter primos ſubſcripſit. Ipſe Oswaldus anno 1581. in Friſia occubuit.

Wilhelma, ſecunda filia, 7. Julii anno 1562. nata, ejus in baptiſmo ſponſores fuere Wilhelmus, Cliviæ, Juliæ, Montium Dux, Carolus a Brimeu, Comes Meghenius; Geldriæ gubernator, Duciſſa Geldriæ, Eliſabetha Luneburgia, & Maria, Comitiſſa Brunchorſtana, nata Hoyenſis. Hæc anno 1591. in fine Novembr. aquis non longe ab arce Ulfftana cum Juliana ſorore periit.

Eliſabetha, filia tertia, ultima Decembr. die Veneris, veſpera novi anni 1563. nata, & teſtibus, patris altero fratre, Friderico, Theodorico a Loe, Præpoſito Emmericenſi, Manderſcheidia & Seinenſi Comitiſſis, Eltenis veſtalibus, baptizata, in puberrate vitam finiit Coloniæ.

Jodocus, filius quartus, 24. Januar. die Jovis, hora 5. matutina, anno 1565. natus, & pro ipſo ſpondentibus Jodoco, Schowenburgio Comite, Jodoco Batenburgio, Honnepeliæ Domino, & Præfecta provinciali Deelenia, baptiſmo initiatus, in arce Montana denatus eſt.

Ludovicus, filius quintus, natus anno - - Hic cœlebs in obſidione urbis Steinwichianæ 9. Junii anno 1592. periit.

Henricus, filius ſextus, natus anno 1573. Fratris Hermanni conjugis ſororem duxit, Margaretham Manciam, Montis prætexti Marchionem: Ex qua nata Maria, quæ Principi Zollerio nupſit. Hac mortua, anno 15 . alteram ſuperinduxit.

Adamus, filius ſeptimus, natus anno 157 . Hic Groninghæ peſte extinctus.

Adolphus, filius octavus & ultimus, natus anno - - Hic Sylvæ Ducis obiit.

Catharina, in ordine filiarum quarta, nata anno - - Hæc anno 1601. Dominica quadrageſimali, Florentio Palando, Cuilenburgii Comiti, nupſit.

Anna. Juliana, nata anno - - Anno 1591. in fine Novembris cum VVilhelma ſorore ſubmerſa.

Eliſabetha. Charlotta.

Pater horum liberorum, Wilhelmus, Montium Comes, in bello Belgico primo Ordinum confœderatorum partes ſecutus, cum aliis Ordinibus ſupplicem libellum Parmenſi, Belgii gubernatrici, anno 1566. exhibuit. Integrum etiam Comitatum Zutphanienſem occupavit. Geldriæ totius an. 1581. gubernator conſtitutus, inque locum Joannis Naſſovii, affinis, anno 1578. ab Ordinibus evocati, domum abeuntis, ſuffectus, ſed anno 1583. ab Ordinibus ad Hiſpanum, cum filiis ſuis, quibus idem perſuaſit, defecit, qui etiam cum patre, invita licet matre, ad finem usque vitæ in hoc propoſito perſeveraverunt. Anno vero 1632. fratrum ultimus Henricus, adhuc ſuperſtes, vel Hiſpanorum ambitione irritatus, vel potius amore patriæ ductus, partibus Hiſpanis abdicatis, Ordinum cauſam amplexus eſt.

Obiit VVilhelmus anno 1586. in Novembri, in arce Ulfftana; quo mortuo, ex ejus diſpoſitione Maria Naſſovia conjux ab anno prædicto 1586. usque ad annum 1599. conſentientibus filiis, habenas imperii adminiſtravit: Ipſa vero etiam rebus humanis exempta anno 1599. filius primogenitus Hermannus ſucceſſit; quo anno 1611. defuncto, fratres ejus Fridericus & Henricus gnatæ ſuæ, Mariæ Eliſabethæ, tutelam geſſerunt. Friderico autem, an. 1618. excedenti, Florentius, Comes Cuilenburgius, in tutela ſurrogatus eſt, donec Maria Eliſabetha, Alberti Friderici filio, nepoti ſuo, copulata, eidem Comitatum & Marchionatum Montium in dotem attulit: Utrumque vero, poſt abortum duplicem, anno 1633. ipſa Epiphaneias, iterum reliquit; Anno 1637. poſt controverſiam multam, cum Alberto agitatam, ex natura feudorum Suitphan. &c. patruo Henrico, unico VVilhelmi filio ſuperſtiti, a Dominis feudi in aula Suitphanio-Geldrica adjudicatum. (1)

APPEN-

(1) Sententia vero anno 1644. lata, Henrici Heredes Comitatum Montenſem *Alberto*, Henrici ex Friderico, fratre natu majore, nepoti, reddere debuerunt. *Schlichtenborſt.* p. 86.

Digitized by Google

Appendix Secunda,

De Dynaſtis Brunchorſtanis, (1) *Anholtinis & Batenburgiis.*

Dynaſtia Brunchorſtana antiquiſſima, a ſplendore, vel elegantia (Germani Brüncken dicunt,) appellata, initium ſuum & incrementum ad Romani Imperii Auguſtos, inprimis Henricum VII. Lutzenb. anno 1308. ad Imperiale axioma, ejusque filium Joannem, ad diadema regni Bohemici anno 1311. evectos, refert: A quibus, ſicut etiam diu ante ab eorum anteceſſoribus Romanis, item Columnenſibus, non tantum deſcendit, ſed etiam arcem ad Iſalam condendi (a qua Comitatui nomen,) poteſtatem, ſimulque Leonem album in rubro ſolo incedentem, cum jure monetæ majoris accepit, eumque poſtmodum Limburgico conjunxit. *Hermannus Hamelmannus in Axiqua ſua Weſtphalia, ejusque Comitibus & Ducibus, pag. 375. Oper. Geneal.*

Ex Dynaſtis Brunchorſtanis Gisberti anno 1233. in primo urbis Arnhemienſis privilegio mentio. Joannes Epiſcopus fuit Trajectenſis in ordine 45. anno Chriſti 1275. Gisbertus, Epiſcopus Bremenſis, cujus frater Florentius ex Herculea Ottonem, cujus in unione Suitphænia anno 1436. mentio: Iſte ex Nevenarica Hedwiegem, Fridericum & Gisbertum: Hic ex Egmundana Fridericum, Walpurgem, Simonis Lippienſis, & Hedwiegem, Ottonis Diepholdis Comitum, uxores, genuerunt; conjugio vero poſtremo Dynaſtia Bærenſis & Latumia familiæ huic obvenit. *Hiſt. Edit. Lemgov. 1711.*

Fridericus ex Metta Montana, Oſwaldi primi, Montium Comitis, filia, edidit Jodocum, Comitem Brunchorſtanum, Dynaſtam Borckeloënſem, quod dominium poſt obitum Gerhardi, ultimi poſſeſſoris, anno 1385. nomine dotis, Brunchorſtanis Comitibus per Gisbertum acceſſit. Peculiariter vero mentio Dynaſtarum Borkeloënſium, Henrici an. 1190. in primis urbis Suitphænæ privilegiis, alterius Henrici Borckeloënſis anno 1271. in ſecundis Suitphænæ privilegiis.

Porro Jodocus, ducta Maria Hoyæa, Jodoci ſorore, nullam prolem reliquit: Unde tres, de hæreditate Comitatus Brunchorſtani & Dominii Borckeloënſis adeunda, ex proſapia Brunchorſtana deſcendentes familiæ contenderunt: *Borckeloënſis Dynaſtia olim.*

Primo Irmgardis, Abbatiſſa Aſſindienſis, cujus avia Hedwieges Brunchorſtana, ejusque ex fratre Friderico nepos, Rudolphus, Diepholtius & Brunchorſtanus Comes fuit.

Secundo Theodoricus Brunchorſtanus, Anholtinus & Batenburgius Baro, &c.

Tertio Hermannus Georgius, Limburgi Comes, Baro Styrumius & Wiſchius; matre Irmgarde Brunchorſtana & Wiſchia genitus.

Ex eadem generoſa familia quoque prognatus eſt VVilhelmus Brunchorſtanus, qui, Joannæ Batenburgicæ copulatus, Dominium hoc cum ſuo Brunchorſtano conjunxit.

Dy-

(1) Quorum origo & proſapia admodum obſcura eſt, adeo ut *Schlichtenh.* lib. 1. pag. 77. poſtquam nonnullos Dynaſtas Bronchorſtanos recenſuerat, ingenue fateatur: Ick zonde deſe Zaek wyder wtbryden; dan alzo ick geene volkoemene en aen een geſchakelde Aſkoemt weet nit te levern, heb ick liever voortaen niet met allen den iet buyten de Warheyd doervon te ſprecken; te meer nademael dit Geſchlacht an verſcheide tacken, als Batenburgh, Anholt, Borkeloe, Groensfeld, Waerdenburgh en andere Zuix iß verſpreyd, dat het buyten een Weghwyſer niet moegheliken iß deſſen doelhaft zonder ſtrupkelen wt te tacken. Certe admodum confuſa & mutila eſt ſeries illorum Dynaſtarum, quam Autor noſter, *Hamelmannum* ſecutus, hic exhibet. *Imhoffius* quoque in *Spicilegio Rittershuſiano* in eadem Genealogia adornanda induſtriam ſuam collocaverat, ſed in *Notitia Procerum* S. R. I. lib. 9. c. 2. Tabulam illam defectu laborare fatetur, eamque tum ex Genealogia iſtius familiæ, in quam poſtea inciderat, tum e Scriptis Hiſtoricorum ſuppletam & emendatam ita exhibet, ut in adjecta *Tabula Geneal. XIX. & XX.* eam repræſentare operæ pretium duximus. Ob nominis quoque Dynaſtarum Anholtinorum cum Principibus Anhaltinis convenientiam illorum familiam quoque attingit Cl. *Beckmannus* in *Chronic. Anhalt.* P. I. p. 10. ſed non unum errorem in ea committit, merito vero ignorantiæ arguit eos, qui res Dynaſtarum Anholtinorum & Principum Anhaltinorum turpiter confuderunt.

Digitized by Google

Gerhardus Geldenhauerius Noviomagus in Historia sua Batavica.

Dynastiam autem Batenburgicam, ut id breviter ex superioribus addamus, alii a Batto, Cattorum Regis filio, sicut etiam Bataviam insulam totam: alii, & quidem rectius, utramque a bonitate agri, quod Saltus nempe sit pascuis irriguis optimus, appellatam volunt. Per conjugium vero VVilhelmi Brunchorstani & Johannæ Batenburgicæ, generosæ familiæ, Brunchorstana, Batenburgica, Anholtina, sive Columnensis & Gronsfeldica, propagatæ sunt.

Wilhelmus enim & Johanna conjuges, præter filias, Gisbertum, Theodorum, & Balduinum, filios, reliquerunt. Balduinus absque hæredibus decessit. Ex duobus prioribus diversi rami orti sunt.

Gisbertus primogenitus pro hæreditatis portione Dynastias Brunchorstanam & Borckeloënsem accepit, de cujus posteris, qui cum Herculea, Nevennarica, Egmundana, Montana, Diepholdica, Nassavica, Teckleburgica, Solmæa, familiis illustribus, conjuncti fuerunt, jam diximus.

Theodorico secundo genito, ejus nominis primo, Batenburgum cum aliis maternis bonis circa annum Christi 1380. obtigit. Cujus posteri, cum generosis prosapiis, Meersensi, Bentheimia, Columnæa, sive Suelenia, Ghemensi, Gronsfeldica, copulati, tres ex se ramos deduxerunt.

Primus est generosa familia Anholtina, quæ originem suam inde a Columnis Romanis deducit, quia ejus majores, ob bellorum civilium in patria motus, Italia excedentes, arcem hanc & cum ea dominium, quod columna alba coronata in insignibus conspicuum est, condiderunt.

Theodoricus, ejus nominis secundus, Brunchorstanus, Batenburgius & Anholtinus Dynasta, Joannæ Gronsfeldicæ & Rimburgicæ conjunctus, hæc quoque dominia per ejus, utpote hæredis, dotem familiæ suæ intulit, & circa annum Christi 1451. vivis excessit. Post ejus mortem, omnibus Dynastiis inter filios tres divisis, Theodoricus tertius, Adelheidi Alpensi & Frœnebruchiæ sociatus, anno 1488. in fata concessit.

Ejus vero filius inter cæteros, Theodoricus quartus, Annæ Wieckedenæ copulatus, Moilandiam prope Calcariam, Provinciæ Clivensis urbem, hoc conjugio acquisivit, obiit anno 1549.

Theodoricus vero, nominis quintus, hypotheca Bredefordensis dominii acquisita, anno 1578. mortuus est, relicto ex Elisabetha Noyellæa filio Jacobo.

Jacobus, Gertrudi Milendunciæ, Joannis, Mielenduncii & Drachenfelsii Domini, Burggravii hæreditarii Archiepiscopatus Colonienſis, & Mariæ, Comitis Limburgiæ, Brunchorstanæ, Meidericensis, Rulandæ, filiæ & hæredi, copulatus, Theodoricum, nominis sextum, & Johannem Jacobum (1) ex ea genuit.

Jacobus, in motibus Belgicis 2. Febr. an. 1580. Regis partibus accedens, & idcirco Bredefordensis dominii pignore ab Ordinibus Geldriæ privatus, anno 1583. in obsidione Locheimiensi transfixus periit.

Ex

(1) Quem *Bellus* im Lorbeer-Krantz c. 6. Serenissimi Archi-Ducis Leopoldi supremum Aulæ Magistrum, in castris Cathol. ac Bavar. Ducis General. Vigil. Præfect. & unius Legion. Ductorem fuisse scribit, hosque in ipsum compositos versus recenset:

Hic ille est fama celebratus Anholtius heros,
Inclytus inque armis, inclytus inque Toga.
Hic moderari Aulas, Legionibus inde præesse,
Et tuta excubiis castra tenere scient.
Nuper ubi in Montem Victoria Cæsaris Album
Victa fuit, niveos hic quoque flexit equos.
Ora vides, Lector, tantis dignissima factis,
Sed decora intra animum nobiliora latent.

Est ille, qui Christianum, Ducem Brunsvicensem, 1622. juxta Höchst magna clade affecit, atque Comitem Mansfeldicum in fugam egit. *Theatr. Europ.* T. I.

Digitized by Google

Ex filiis binis Theodoricus primogenitus, ejus nominis ſeptimus, Philibertam Imerſellinam, Vicecomitem Aloſtanam, uxorem duxit: Ex qua unica tantum filia genita, fratre Johanne Jacobo etiam ſine hærede maſculo extincto, ex primi hujus rami Comitibus Brunchorſtanis, Anholtinis, Batenburgicis Baronibus &c. ultimus eſt.

Secundus ramus eſt eorum Dynaſtarum, qui Batenburgicum, Brechtium ad Moſam, Weſtberendrechtanum & Morkirchenſe in Hollandia, in Juliis Frecheimium & reliqua dominia poſſident: Ex quibus ſolus etiam hodie ſupereſt Maximilianus, Comes Brunchorſtanus, Baro Batenburgius & Steinenſis, Brechtius, Weſtberendrechtanus, Morkirchenſis, Frecheimius, Turnichus, Vogbellenſis Dynaſta. Nam filius ejus, quem, præter plures gnatas, ex Agnete Kettleria, Aſſenſi & Neſſelradia, unigenitum habuit, VVilhelmus Arnholdus, anno ætatis decimo tertio, 25. Novembr. anno 1612. Veſaliæ deceſſit.

Tertius ramus eſt Comitum Brunchorſtanorum, Gronsfeldenſium, Baronum Rimburgiorum, Alpenſium, Honnepelenſium: Ex quibus Theodoricus, Præfectus Provincialis Clivenſis, ipſa Cuniberti, an. 1508. uxor Gertrudis VVylichia, veſpera S. S. Petri & Pauli, anno 1523. mortui, & in clauſtro Hagenbuſchiano prope Santos conditi ſunt. Johannes vero, ejus filius, & in præfectura Provinciali ſucceſſor, hujusque uxor Gertrudis a Loe, poſt exceſſum Sonsbecæ, oppido Clivenſi, in templo parochiali inhumati. Joannes fratrem habuit Theodoricum, qui ex uxore Limburgia Jodocum Theodoricum, inferioris Monumenti Dominum, & Adolphum, filios, cum filia Gertrude, VVilhelmo Bungardo, Heideniæ Domino, nupta, ſuſtulit. VVilhelmus, Joannis filius, ex Agnete Bilandica iterum Jodocum primogenitum & Joannem genuit. Jodocus ex Comite Duirby nullas exeitavit proles. Joannes, Sybillæ, Eberſteiniæ Comiti, conjunctus, Jodocum Maximilianum & Ottonem VVilhelmum, filios, produxit.

Joanni hujc 26. Sept. an. 1598. Jodocus Brunchorſtanus & Batenburgius, avi Wilhelmi nepos, Theodorici filius, dominium Honnepelenſe tradidit. Agnes Bilandica, 2. Maji anno 1615. mortua, cum Eliſabetha, Jodoci legantis ſorore, anno 1619. defuncta, Honnepeliæ condita. Joannes, pater Jodoci Maximiliani & Ottonis VVilhelmi, anno 1617. ſatis conceſſit, Gronsfeldiæ humatus.

Appendix Tertia,

De Baronatu Wiſchio.

Nomen a viridantibus pratis habet, quorum familia hæc generoſa multa poſſedit: Sicut etiam municipium Borghenſe & pagi Varſefeldius & Sylvoldanus ad eandem olim ſpectarunt.

Inter proſapiæ Heroës Bernhardus & Suederus recenſentur anno 1179. in benefactoribus cœnobii Bethlehemitici prope Doreconum, cum Rabadone, Montium Domino, Heinrico de Bernham, & Gwalthero de Keppel, ubi jus quoque in communem illam Marchiam, cui Monaſterium inædificatum eſt, habuiſſe dicuntur.

Robertus Wiſchius, Præpoſitus Elſtenſis in Batavia, eidem Cœnobio centum florenos contulit.

Theodoricus Wiſchius pactis dotalibus Arnholdi Egmundani, Geldriæ Ducis, & Catharinæ Clivenſis, anno 1423. ſubſcripſit.

Anno 1459. mortuus Heinricus Wiſchius, poſt cujus obitum Joannes, Dux Clivenſis, villas in Elp & Ermel, Velaviæ pagis, ad ſe ſpectantes, quibus Heinricum infeudarat, ad ſe iterum tranſtulit, & redituum eorundem rationes quæſtori Limerſio demandavit.

Ex eadem familia prognatus Joannes Wiſchius, qui Walburgi Montanæ copulatus, Henricum iterum edidit.

Hen-

Digitized by Google

Henricus Wiſchius, Hœmotius Dynaſta, ex Comite Salmenſi Joannem Gisbertum & Henricum genuit: Poſtremus Henricus Joachimum & Irmgardem.

Et anno 1498. Daventrienſibus, ob nonnulla, ut ajebat, damna ſibi illata, infenſus, bellum movit, & collecta militum plus minus 400. manu, eorum agros invaſit; cui Fridericus Badenus, Epiſcopus Ultrajectinus, occurrens, eos fudit, centum amplius captis, & Daventriæ contra datam fidem capite plexis.

Joachimus Wiſchius, Henrici filius, Novarienſem quidem conjugem duxit, verum ex ea ſobolem nullam ſuſcepit.

Soror ejus Irmgardis primo Scheifardo Merodio, deinde Georgio, (1) Limburgio & Brunchorſtano Comiti, nupſit, eique Baronatum in dotem attulit, de quibus ſupra in Comitibus Limburgicis in Appendice ad Provinciam Montanam dictum eſt.

(1) De cujus Poſteris & Succeſſoribus in Baronatu Wiſchio vid. *Imhof.* Notit. Proc. p. 451.

DIPLO-

CODEX DIPLOMATUM,

QUIBUS

ANNALES CLIVIÆ, JULIÆ, MONTIUM, MARCÆ WESTPHALICÆ, RAVENSBERGÆ,

UT ET

GELDRIÆ ET ZUTPHANIÆ,

ILLUSTRANTUR.

Digitized by Google

Digitized by Google

DIPLOMATA,

Quibus

ANNALES CLIVIÆ, JVLIÆ, MONTIVM, MARCÆ, WESTPHALICÆ ET RAVENSBERGÆ,

Ut &

Annotationes illis adjectæ,

magis confirmantur.

No. I.

Friderici Wilhelmi Confirmatio Privilegiorum Civit. Vesaliensis.

Jr Friederich Wilhelm, von GOttes Gnaden Marggraf zu Brandenburg, des Heil. R. Reichs Ertz-Cämmerer und Churfürst, in Preussen, zu Magdeburg, Jülich, Cleve, Berge, Stettin, Pommern, der Cassuben und Wenden, auch in Schlesien zu Croßen und Jägerndorf Herzog, Burggraf zu Nürnberg, Fürst zu Halberstadt, Minden und Cammin, Graf zu der Marck und Ravensberg, Herr zu Ravenstein und der Landen Lauenburg und Bütau, ꝛc. Thun kund und bekennen für Uns, Unsere Erben und nachkommende Herzoge zu Cleve: Als Uns Bürgermeister, Scheffen und Rath Unser Stadt Wesell unterthänigst vorbringen, auch in Originali produciren lassen, welcher gestalt Unser Vorfahr, weyland Herr Johann Wilhelm, Herzog zu Cleve, Jülich, Berge, Graf zu der Marck und Ravensberg, Herr zu Ravenstein, Ihnen und einem jeden Bürgern derselbigen Unserer Stadt, ihre beyde zu Wasser und zu Lande gehabte Handvesten, Privilegien, Briefen, Gnaden, Freyheiten, Rechten und Gewohnheiten, welche sie von weyland dero Vorfahren die Herzogen, Grafen und Herren gewesen seynd des Landes von Cleve und von Wesell, als auch Herzogen Adolphen, Herzogen Johannen den ersten, Herzogen Johannen den andern und Herzogen Johannen den dritten dieses Nahmens, fordt Herzogen Wilhelmen erlanget und herbracht haben, letzlich am 26. Junii des 1598. Jahres confirmiret und bestättiget hätte; daß Wir demnach auf Bürgermeister, Scheffen und Rath gemeldter Unser Stadt beschehenes unterthänigstes Anhalten alsolcher von höchstgemeldten Unsern hochlöblichen Vorfahren, Grafen und Herzogen zu Cleve, Jülich und Berge erhaltene, und von Grafen zu Grafen, und von Herzogen zu Herzogen zu Cleve confirmirte, auch in den gegebenen Reversalen bestättigte und bis hiehin ertheilte Privilegia, Freyheiten, Handvesten, Briefen, Gnaden, Rechten und Gewohnheiten, allermassen das angeregte Reversal vom 26. Jun. 1598. ferner nachführet, gleichfals gnädigst confirmiret und bestättiget haben. Thun auch solches hiemit und in Kraft dieses, dergestalt und also, daß nicht allein obgemeldter Stadt-Magistrat, sondern auch alle und jede Bürgere und Einwohnere Unserer Stadt Wesell, die itzo allda seynd, oder sich nochmahln daselbst häußlich niederlassen, und als Bürgere darinnen zu wohnen begeben möchten, vorangeregte Rechten, Gnaden, Brie-

fen

ſpero Ludolphus Regvaizo & cæteri plures Data 8. Idus Martii Anno Dominicæ Incarnationis 1129. Indict. 7. Actum Duisburg feliciter.

No. IV.

Privilegium Civitatis Duisburgenſis de extruendis ædificiis circa Curiam Regalem, uf der Burgh.

COnradus III. Romanor. Rex omnium fidelium noſtrorum noverit induſtria, quod nos petitiones fidelium noſtrorum Civium Duisburgenſium admiſimus, & domos ſive ædificationes, quas circa Palatium & Curiam Regalem ſive ſupra forum locaverant, pro devoto & fideli eorum obſequio illis confirmavimus. Hoc autem id circo ex conſilio Principum & fidelium noſtrorum fecimus, ut & idem locus Duisburg ab habitatoribus ipſius, tanto ſtudioſius coloretur & nobis ibidem Curiam habentibus Principibus & familiaribus noſtris ceu in aliis locis Regalibus fieri ſolet aptiora hoſpitia invenirent. Et ut hæc ab omnibus credantur & omni in poſterum tempore inconvulſa ſerventur hanc inde chartam ſcribi & ſigilli noſtri impreſſione inſignari juſſimus, manuque propria corroborantes idoneos teſtes ſubter notari fecimus; Quorum nomina ſunt hæc Anſelmus Haverburgenſis Epiſcopus, Lambertus Abbas Werdenſis, Adolphus Comes de Monte, Robertus Comes de Gravina, Hermannus Comes de Hardenberch, Marquardus de Grumbach, Giſo de Hiltenburch, Tibertus de Spileberg, Hermannus Calf, Wernerus Schabinus, Henricus Albertus, Wernerus Wiſuandus, Bruno, Gervandus, Bruntwardus, Widekimus, Anno Dominicæ Incarnationis 1145. Indict. 8. Data eſt apud Werdenam S. Ludgeri.

No. V.

Privilegium Civitatis Duisburgenſis de Theloneo Moguntinenſi.

ARnoldus Moguntinæ ſedis Archiepiſcopus. Noverint univerſi Chriſti fideles qualiter Mercatores de Duisburg quodam pago regali, Civitatem noſtram Moguntinam cum mercibus ſuis dudum frequentabant, pacifice ibi ementes & vendentes. Accidit autem, quod tempore querre, quæ habita eſt inter Prædeceſſorum noſtrum Albertum & Henricum Quintum Imperatorem Anno 1121. prædicti pagi negotiatores non ob ſuam culpam, ſed propter Domini ſui videlicet Regis, apud civitatem noſtram vim paterentur, adeo & theloneum contra jus & præter ſolitum ab ipſis immoderatum exigeretur. Hæc exactio & juris ipſorum diminutio usque ad tempora noſtra durabat, & tam diu noſtris ſub temporibus, donec ipſis injuriam ſuam ſæpius proclamantibus a Domino noſtro Rege Frederico, nobis injunctum eſt, ut cauſam illorum diſcuteremus & ordine judiciario definiremus. Nos itaque diligentius veritatem perquirendo cauſam illam tam diu ventilavimus, donec ſecundum jus Civile accepto judicio Mercatores illi teſtimonio ſeniorum & idoneorum civitatis noſtræ Burgenſium in audientia noſtra comprobaverunt, quod ad portam noſtram applicantes, ſecundum jus primitivum & legitimum quatuor nummos ad theloneum de Vari deberent perſolvere, & ſi forte ibi naves ſuas onerarent, de uniuscunque navis onere unum tantum nummum ad theloneum eſſe perſolvendum; Si autem navem vacuam deferrent, quatuor nummos thelonares exinde perſolverent. Hanc illorum juſtitiam veritatis teſtimonio comprobatam, ratam & in convulſam omni ævo volentes permanere præſentis paginæ ſigilli noſtri impreſſione inſignitæ teſtimonio ſtabilivimus & confirmavimus. Acta ſunt hæc Anno Domini 1155. Indict. 2. Dat. Magunt.

No. VI.

Privilegium Civitatis Duisburgenſis de Theloneo Ultrajectenſi.

FRedericus Romanorum Imperator omnibus Imperii noſtri fidelibus notum eſſe volumus quantæ gratiæ, quanta benignitate fideles noſtros Burgenſes de Duisburg reſpexerimus, quos magnis incommoditatibus & pluribus damnis ibique locorum vexatos & frequentius aggravatos fuiſſe cognovimus, quos etiam prædictos Burgenſes de Duisburg Epiſcopus Trajectenſis Godefridus de Renen per injuriam & violentiam ſæpius vexaverat & ad theloneum indebitum (cum ad Nos tantummodo & ad ſolum pertineat Imperium) pro Voluntate ſua jam diu compulerat, Nos ex Sententia Principum Curiæ ab illa Coactione prorſus expedivimus & abſolvimus. Hanc itaque gratiam ex gratia noſtra Eis benigne indulſimus, quod ab omni theloneo ſolvendo in Civitate & terra Trajectenſi prædicti Burgenſes de Duisburg omnino ſint liberi & exempti, hoc ſolo reſervato & excepto, quod de menſura, ſi indiguerint, unum denarium in Trajecto exhibeant & perſolvant, hujus autem Thelonei abſolutionem noſtra Imperiali Autorita-

Digitized by Google

re prædictis fidelibus noſtris confirmamus & præſentis Privilegii robore in perpetuum valituro communivimus. Acta ſunt hæc Anno Dni. 1166. Indict. 14. Dat. Aquisgrani 5. Calend. Januarii.

No. VII.

Diploma Civitati Duisburgenſi datum de Theloneo Noveſii ſolvendo, poſtea translato Zons.

NOS Sigfridus Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus univerſis præſentes literas viſuris & audituris notum facimus, quod cum oppidani Duisburgenſes, qui præ aliis mercatoribus frequentius Rhenum frequentantibus in alveo Rheni ſua mercimonia deducere navigio conſueverunt, & Rhenum frequentare nobis intimaverint, quod thelonarii noſtri Noveſienſes, theloneum ab ipſis ultra jus debitum & conſuetudinem antiquam receperunt, ac recipiunt, & ſolvere compelluntur. Nolentes igitur oppidanos prædictos ultra jus & antiquam conſuetudinem in noſtro theloneo Noveſienſi hactenus obſervatam, aliquatenus prægravare, volumus quod Adam Nuen, Thelonarius noſter Nuiſſienſis, ſeu alii thelonarii, qui ibidem pro tempore fuerint ultra decem & octo denarios de juſto theloneo vaſis cujuslibet, & ultra duodecim denarios, & obilum de prætheloneo, aliquatenus non recipiant eo jure, quo antiquitus eſt obſervatum. Dat. & Act. An. 1286. in die B. Agatæ Virginis.

No. IIX.

Privilegium Civitatis Duisburgenſis von der Zollfreyung zu Straßburg.

WIr Rullen von Berſ:e: der Meiſter und der Rath zu Straßburg kunden mäuniglich mit dieſem Briefe, als die Ehrſamen, weiſen, unſere guten Freunde, Burgermeiſter und Rath zu Duißburg an uns gefordert, und geſucht haben, von etlicher Zolle wegen, darum ſie uns auch vorgeheiſchet haben vor den Allerdurchlauchtigſten Fürſten und gnädigſten Herrn Sigißmund des Römiſchen Königs Heff-Gericht zu Rottweil, bekennen wir mit dieſem Brief, daß wir darum zu beiden Seiten freundlich und gütlich mit einander überkommen ſind, alſo daß dieſelben von Duißburg bey uns kauffen, oder laſſen machen, noch von keinem Holtz, das zu ſolchen Schiffen kommet, noch von keiner andern Kauffmannſchafft, wann wir ſollen ſie mit den Zollen halten, wie wir die von anher, biß auf den heutigen Tag gehalten haben, an ſolchen Zollen, die unſerer Stadt zugehören, und verſprechen uns auch mit dieſem Brief vor Uns und unſere Nachkommen, daß alſo ſtett und feſt zu halten, doch alſe, daß wir unſere Bürger und alle unſere Nachkommen, von denen von Duißburg, und ihren Nachkommen, auch alſo ungezollet werden und bleiben, nachdem und wir das gefreyet, und von alten Herkommen ſeind, und des zu Urkund, ſo haben wir unſere Stadt-Inſiegel thun hencken an dieſen Brief, der gegeben ward auf S. Sixtus Tag, des H. Pabſtes, des Jahres, da man zählt nach Chriſti Geburt vierzehnhundert und achtzehen Jahr.

No. IX.

Diploma Ottonis IV. Civitati Duisburgenſi datum.

OTTO IV. Rom. Imper. omnibus præſens ſcriptum inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Noveritis quod Nos attendentes honorem & Libertatem Dilectorum fidelium Noſtrorum Burgenſium de Duisburc: ob magnam eorum fidelitatem & grata ſervitia nobis exhibita præcipimus & Imperialis noſtræ Majeſtatis Authoritate ſtatuimus, ut quilibet cujuscunque profeſſionis, tenens prædia vel funda, ſive alia quæcunque bona, quæ vel emtione vel jure hereditario ad ipſum ſunt devoluta in Burgo noſtro Duisburc: ad omnem exactionem, quæ ad noſtrum ſpectat mandatum, de Bonis quæ intra muros prædicti Burgi, aut extra tenet ſecundum priſcam conſuetudinem & jus Civile reſpondeat. Ne igitur id, quod tam proprio motu quam conſilio dilectorum noſtrorum fidelium ordinavimus quispiam infringere attentaverit præſens ſcriptum Bulla noſtra juſſimus communiri. Volumus præterea ſtatuentes ne quis Burgenſium in Duisburc ſuum Concivem juri obedire volentem ad Xantenſe vel ad aliquod alium judicium trahat, quod qui fecerit, Noſtræ Majeſtatis offenſam ſciat ſe graviter incurſurum. Datum apud Caſtrum noſtrum Werd. Anno Incarnationis Domini 1213. 6. Nonas Februar. Indict. 1.

No. X.

Wilhelmi Imp. Confirmatio Privilegii præcedentis.

WIlhelmus in Romanorum Regem electus ſemper Auguſtus, Veſtram noſſe volumus Univerſitatem quanta gratia quanta benignitate fideles noſtros Burgenſes de Duisburg

Digitized by Google

burg universos, qui nobis & nostris multiplex obsequium gratum post nostram electionem fideliter impenderunt, respeximus, quod ipsos unanimiter cum rebus suis ac Personis quocunque tendentes in suis negotiis sub nostram specialem recepimus protectionem. Hinc est, quod ad justitias eorum, quæ antiquitus obtinuerunt, & sub quam plurimis nostris Prædecessoribus firmiter & inviolabiter usque ad dies nostros perduxerunt roborandos, pium animum intendentes pro ipsorum defensione & justitia, per exactiones theloneorum diversorum gravaminis obstaculo, devotis ipsorum precibus inclinati ad evidentioris circa ipsos gratiæ & favoris indicium diligenter oculis nostræ Pietatis perspeximus ea, quæ ipsi nostris conspextibus exhibuerunt, cuncta videlicet ipsorum Privilegia cum omnibus continentiis & juribus eorum a plurimis Imperat. & Regibus Romanorum nostris Prædecessoribus a multis retro actis annis centum videlicet & amplius tam pro Avis ipsorum Burgensium quam Patribus eorum indulta & ad ipsos devoluta, pro sua defensione ac libertate omnique eorum justitia & juribus, ab antiquo juste per ipsos & per Patres eorum retentis, sive infra jurisdictionem ipsorum vel extra, vel in terra, vel in aqua eundo, redeundo, & tam de foresto suo & nemore, cujus fundus ad ipsorum pertinet oppidum, quam de lapidibus & lignis in ipso foresto sibi licite & sine cujusquam contradictione ad usus suos, cum necesse fuerit excidendis, ita ut nihil inde unquam persolvere teneatur coacti vel angariati etiam de diversis structuris in oppido prædicto vel circa forum vel atrium ipsis ad regalem utilitatem licentiatis, & de libertate thelonei tam apud Castrum Werde & aliorum ubique locorum tam in terra quam in aqua, seu ascendant seu descendant, ut liberi sint & quieti ab omni iniqua & injusta & violenta exactione prout in ipsorum Privilegiis continetur expressum, in argumentum & firmitatem hujus nostræ confirmationis & Gratiæ prædictis Burgensibus impensis præsentem paginam exinde conscriptam, Bullæ nostræ regalis munimine percepimus communiri, cum testibus, qui interfuerunt subnotatis, quorum hæc omnia Conradus Archiepiscopus Colonienſis, Theodoricus V. Comes de Cleve, Otto Comes de Gelre, Wilhelmus Comes de Juliaco, Walraven Dux Limburgensis, Adolphus Comes de Marchia & duo filii sui. Arnoldus Dominus de Dieſt, Wilhelmus de Grimberg, Henricus de Vorne, Gilbertus de Anieſtad, Nicolaus Personogirus, fideles & familiares nostri. Datum in Castro apud Werden in die S. VValburgis. Anno Dominicæ Incarnationis 1247. Indict. 5. Regni nostri primo.

No. XI.

VValram. Ducis Limburgensis Donatio Novalium des Neulandt vor Schwalen-Porten *Civit. Duisburg.*

NOS VValramus Dux Limburgensis universis præsentes literas intuentibus volumus esse notum, quod nos attendentes obsequia longe & fidelissima nobis de novo impensa a nostris fidelibus Civibus Duisburgen, quoniam intellexinus eosdem Cives nostros in omnibus beneplacitis nostris, quibus possunt, nobis videlicet confirmari, quod præ oculis quam diu vivimus habere non omittimus. Hinc est, quod ipsis Civibus nostris Duisburgensibus, si aliquo modo possemus, libentissime vicem rependeremus, quod utique faciemus tempore oportuno, & licet exiguum sit, quasdam terras adjacentes extra muros oppidi Duisburg; pro quibus terris ipsi nostri Cives jam sæpius nos rogarunt, ipsam terram, seu terras ipsis Civibus Duisburgensibus damus & resignamus eisdem, quæ terra Neulandt nuncupatur perpetuo liberam & absolutam possidendam, & quando se facultas obtulerit multa majora pro iisdem Civibus nostris faciemus, in cujus rei testimonium præsentes literas prædictis nostris Civibus Sigillo nostro tradidimus sigillatas. Act. & Dat. Limburgi Anno Domini 1278. feria 6. ante festum Beati Barnabæ Apli.

No. XII.

Reinold. Comit. Geldriæ Confirmatio Privileg. Civit. Duisburgensis.

REinoldus Comes Geldarienſis, Dux Limburgensis &c. Et ultra nihil requiret, secundum quod hactenus ibi est consuetum. Etiam confirmamus ipsis Civibus & sine læsione ipsis observare promittimus eorum jus silvarum in lignis curtarum & terræ secundum jus dictum & sententias officialium, qui dicuntur Heyen, & hæredum ac officialium, qui dicuntur Waldgenoten seu Holtgenoten, item promittimus eisdem Civibus ipsos & quemlibet ipsorum cum bonis suis Rhenum ascendentibus seu descendentibus apud theloneum, ante silvam juxta Duisburgum, sive sit in theloneo justo duabus vicibus anni cujuslibet, sive per aliquam negligentiam tempore non debito ibi Theloneum faciamus libere & absque aliquo theloneo & impedimento descendere & ascendere

Digitized by Google

permittimus. Cum cæteris gratiis in eodem Privilegio contentis. De dato 1297. feria quarta ante annunciationem B. Mariæ Virginis &c.

No. XIII.

Rudolphi Imp. Privilegium de immunitate a Theloneo Civit. Duisburg. conceſſum. 1290.

RUdolphus Romanorum Rex ad univerſorum tam præſentium quam futurorum notitiam volumus pervenire quod nos ex conſuetæ magnitudinis noſtræ benignitate homines & Mercatores noſtros in Duisburg ſub ſingulari & ſpeciali benignitatis noſtræ Patrocinio cum omnibus ipſorum rebus mobilibus & immobilibus benigne ſuſcepimus, & conſuetudines ſive jura a Prædeceſſoribus noſtris divis Impp. collata & conceſſa illis noſtra autoritate Regia renovamus concedentes & confirmantes eisdem ex largitate noſtræ Pietatis, ut prædicti noſtri homines ab omni prorſus theloneo & indebita exactione liberi omnino ſint, & abſoluti in omnibus locis in Imperio tam per aquam, quam per terram ubicunque ipſi negotiandi cauſa venerint, nec aliquod omnino theloneum exigatur, vel aliqua eis injuria aut moleſtia inferatur, præſentis ſcripti pagina, lege in perpetuum valitura clementer efficimus. Dat. Erphordiæ 12. Calend. Martii Indict. 3. Anno Domini 1290 Regni noſtri Anno 17.

No. XIV.

Theodorici Comit. Oliv. confirmatio Privileg. Civit. Duisburg.

UNiverſis præſentes literas viſuris & audituris Nos Theodoricus Comes Clivenſis notum facimus, quod cum ſuſcepimus in Nos ex Commiſſione Domini noſtri Rudolphi Romanorum Regis Regnum & gubernationem Civitatis Duisburgenſis & Civium Civitatis ejusdem nomine Imperii & Domini noſtri Regis prædicti Civitatem & Cives ſingulos & univerſos prædictos cum rebus eorum mobilibus & immobilibus ac attinentiis eorum jura & libertates, prout continent Privilegia Domini Regis & ipſius anteceſſorum Romanorum Regum & Impp. ipſis indulta & conceſſa, promiſimus & promittimus firmiter obſervare ſalvo in omnibus jure Imperii & jure cujuslibet Perſonæ cujuscunque conditionis & Præminentiæ exiſtat. In ejus rei & promiſſionis teſtimonium præſentibus literis noſtrum ſigillum duximus apponendum & ad majorem cautionem ac promiſſorum obſervantiam Venerabilium Virorum videlicet Domini Werneri Præpoſiti S. Gereonis, Domini Wichbaldi Decani Colonienſis, Theodorici Domini de Mœrs Svederi de Apen, Theodorici de Monement, Bernhardi de Strunckede & Wilhelmi dicti Proyte Inclitum Sigilla regavimus apponi. Datum Anno Dn. 1290. feria quarta ante Nativitatis B. Mariæ Virginis.

No. XV.

Ludovic. Imp. privilegium de redimenda Civitate Duisburgenſi, Comitibus Cliviæ conceſſum.

NOS Ludovicus IV. Romanorum Imperator ſemper Auguſtus ad univerſorum noſtrorum & Imperii fidelium notitiam volumus pervenire, quod nos ſpectabili Viro Joanni Comiti Clivenſi fideli noſtro dilecto ob remunerationem fuorum ſervitiorum, nobis ut in antea præſtandorum dare promiſimus decem millia Marcarum puri argenti & pro eisdem decem millibus Marcis ſibi & hæredibus ſuis obligavimus & præſentibus obligamus nomine pignoris oppidum noſtrum Duisburgh ſuper ſummam, pro quæ idem oppidum ſibi prius fuerat obligatum, ita quod ipſe & hæredes ſui dictum oppidum cum omnibus honoribus, juribus, jurisdictionibus, redditibus, proventibus, obventionibus & univerſis pertinentiis frui debeant & tenere, donec ab eis per nos vel noſtros ſucceſſores Rom. Impp. ſeu Reges pro dictis decem millibus Marcarum, & pecuniæ pro qua prius obligatum omnino ſolutum fuerit & redemptum, Theloneum etiam ſitum ſub nemore Duisburg, quod ſui Progenitores a Romanis impp. tenuerunt, omni jure, quo ipſis conceſſum eſt ſibi confedimus ipſumque, infeudavimus & præſentibus inveſtimus, de eodem volentes tamen, quod per prædicti obligationem & Thelonei infeudationem jure Comitis Adolphi & Collatoralis ſuæ, quoad vitam ipſorum minime derogetur nec præjudicium aliquod generetur, cujus rei teſtimonium præſentes literas noſtras conſcribi, & Majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus conſignari. Dat. Monaci prima die menſis Septembris Anno milleſimo, trecenteſimo, quadrageſimo ſeptimo, Regni noſtri anno tricesimo tertio, Imperii vero viceſimo.

No. XVI.

Digitized by Google

No. XVI.

Caroli IV diploma de oppignoratione Civit. Duisburgenſis.

CArolus DEI gratia Romanorum Rex, ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex, Notum facimus univerſis, quod cum pridem a Dominis Romanorum Impp. & Regibus Prædeceſſoribus noſtris ſpectabili Johanni, Comiti Clivenſi fideli noſtro dilecto hæredibus & Succeſſoribus ſuis oppidum Duisburgenſe cum ſuis pertinentiis pro viginti millibus Marcarum puri argenti certis & rationalibus cauſis illud rite poſcentibus, extiterit obligatum. Nos attendentes multiplicia merita probitatis & indefeſſæ fidei conſtantiam, quibus idem Comes noſtrum & Sacri Romani Imperii honorem debita fidelitate proſequitur, ſibi hæredibus & Succeſſoribus ſuis decem millia Marcarum puri argenti *conſtituunt, cum omnibus cenſibus, redditibus, honoribus ſuperadditis* de noſtræ Celſitudinis gratia ſpeciali. Eidem Johanni hæredibus & ſucceſſoribus ſuis prædictum oppidum Duisburgenſe pro ante dictis pecuniarum ſummis, quæ in unam ſummam redactæ triginta millia Marcarum puri argenti conſtituunt, cum omnibus cenſibus, redditibus, honoribus, proventibus, obventionibus, juribus, Judiciis, jurisdictionibus & univerſis & ſingulis pertinentiis ſuis, prout ad Sacrum Roman. Imperium pertinere dinoſcitur, nomine veri & juſti pignoris de certa noſtra ſcientia tenore præſentium obligantes, Decernimus etiam, quod prædictus Comes oppidum ſupra dictum cum ſuis pertinentiis ut præfertur habere, tenere & poſſidere debeat pacifice & quiete fructibus & percipiendis ſeu perceptis hactenus in forte dictarum triginta millia Marcarum puri argenti non defalcendis, nec decutiendis donec nos aut noſtri Succeſſores Romani duntaxat Impp. ſeu Reges ſibi aut eo non exiſtente hæredibus & ſucceſſoribus ſuis prædictam ſummam triginti millium Marcarum argenti cum parata pecunia vel argento absque omni diminutione ſolverimus & dederimus integraliter, & ex toto præſentium ſub noſtra Majeſtatis Sigillo teſtimonio literarum. Dat. Coloniæ Anno Domini 1349. Indict. 11. Calend. Martii, Regnorum noſtrorum Anno 3.

Carolus IV, Romanorum Rex, Privilegia Duisburgenſium ratificat, approbat & per omnia literis confirmat. Aquisgrani Anno Domini 1349. Indict. 2. Sexto Calend. Auguſti.

Ejusdem Regis confirmatio eorundem Privilegiorum denuo germanice facta Pragæ in Bohemia Anno 1352. proxima Dominica poſt Mich.

No. XVII.

Johannis Comitis Cliviæ Confirmatio Privileg. Duisburgenſium.

WIr Johann Grave von Cleve maken kund und kendlich allen Luyden, dat wie mit dorbedachten und vorſinnigen Raade unſer Friinde ende unſrer Radt hebben geconfirmirt ende confiremiren mit dieſem Brieve, vur Uns und vor unſe Nakomling Graven to Cleve, Unſer lieven Statt Duißburg, di wy van dem Rinke hebben, alle ähre Privilegie, Gratien und Freiheit, die ſie hebben beſchrieven ende verſiegelt, ſo wie ende wat manieren oder die beleent ende gegeven ſeint von Keyſeren, von Königen, von Graven von Gelleren ende von Graven von Cleve Unſern Vorfahren, gelick als die Brieven einhalten, die davur gegeven ende gemackt ſein, na allen iren tenor als die begrepen hebben ꝛc. Gegeven int Jar unſers Herren, als man ſchrevet 1366. up S. Peters dag ad vincula &c.

No. XIIX.

Sigiſmundi Imp. confirmatio Privileg. Duisburgenſium.

SIgiſmundus Romanorum Rex Prudentibus Viris Magiſtris & Conſilio Civitatis noſtræ Argentium Gratiam Regiam & omne bonum in noſtræ Majeſtatis conſpectu pro parte noſtrorum & Sacri Romani Imperii fidelium atque dilectorum providorum Virorum, Civium, Concivium, Mercatorum, habitatorum totiusque Communitatis noſtri oppidi Duisburgenſis, queruloſe expoſito accepimus diſplicenter: Quod quanquam nos gratiis, Indultis, exemtionibus, libertatibus & Privilegiis per Divos Romanorum Reges & Impp. Albertum & Carolum IV. noſtrum Progenitorem noſtros Prædeceſſores eisdem noſtris Civibus, hominibus & Populis Duisburgenſibus ipſorumque Communitati factis, datis & conceſſis, penſatis, attentis & confideratis literis eorundem Principum latius expreſſis veſtigia imitari volentes, cum ipſi Principes glorioſi non per errorem, ſed ex mature prælabito conſilio hujusmodi gratias, Indulta & Privilegia dederint, fecerint & alias via regia proceſſerint ex legitimis & rationalibus cauſis ſignanter ſuper theloneo per eosdem noſtros homines Cives & Populos Duisburgenſes nec in terra, nec ſuper aquis ſolvendo in locis ſub Romano Imperio deputatis univerſis inter cætera, quæ ex liberalitate noſtra regia, eisdem Duisburgenſibus facta & conceſſa fuerunt, & exiſtunt, prout hæc & alia ex literis authenticis

Præ-

Digitized by Google

Prædictorum Principum, Regum & Impp. noſtrorum prædeceſſorum & noſtris lucidius continentur &c. Fidelitatem igitur Veſtram attente requirimus & movemus, vobisque firmiſſimo regio noſtro damus ſub Edicto mandantes & committentes, quatenus a modo & in antea Vos ab ejusmodi rebellione indebita ac illicita & periculoſa reſiſtentia cunctisque aliis attentatis ſupra dictis attentandis penitus deſiſtendo & ceſſando ac prædictis noſtris & prædicti Romani Impp. fidelibus Civibus, Concivibus, Mercatoribus & habitatoribus univerſis dicti noſtri oppidi Duisburgenſis ipſorumq; rebus mercionalibus ſeu bonis quibuscunque per eos ſeu eorum nomine ductis vel ducendis negociandi & mercandi ſeu ex alia cauſa legitima ipſorum animos moventibus nullum theloneum, nec in terra nec ſuper aquis recipiatio nec recipere præſumatis, nec etiam per Veſtros theloneatores ſeu officiales recipi, ſeu quovis modo exigi aut extorqueri faciatis, nec alias occaſionem hujusmodi thelonei ſolvendi eosdem noſtros fideles Duisburgenſes, quovis quæſito colore impedire ſeu gravare, turbare vel moleſtare debeatis in ipſorum rebus, Perſonis, ſed ipſos juxta vim & formam literarum & Privilegiorum ſuorum ſuper non ſolutione thelonei & aliis gratiis ac Indultis datorum, confectorum & conceſſorum: Vobis, ſi opus fuerit, in ſpecie exhibendorum libere & ſecure die noctuque de foro ad forum, de loco ad locum ſe conferentes in eundo & redeundo cum ſuis rebus mercimonialibus & aliis ipſorum propriis quibuscunque præſertim tributorum loca pacifice & quiete tranſire permittatis & a Veſtris pertranſire faciatis, ſi (ut præfertur) prætactam centum liberarum auri & noſtræ Indignationis graviſſimæ ac noſtram arbitrariam & quemcunque aliam juris & legis pœnam formidabilem evitare velitis &c. Dat. Perpipiniani Anno Domini 1414.

No. XIX.

Churfürſt Friedrich Wilhelms Patent, die im Cleviſchen gelegene Univerſität Duißburg betreffend *de anno 1654.*

VOn GOttes Gnaden Wir Friedrich Wilhelm, Marggrafe zu Brandenburg, des Heil. Röm. Reichs Erz-Cämmerer und Churr-Fürſt, zu Magdeburg, in Preußen, zu Jülich, Cleve und Berg, Stettin, Pommern, der Caſſubeu und Wenden, auch in Schleſien zu Crossen und Jägerndorff Herzog, Burggraf zu Nürnberg, Fürſt zu Halberſtadt und Minden, Grafe zu der Marck und Ravensberg, Herr zu Ravenſtein ꝛc. Thun hiemit kund und zu wiſſen, als Wir bey Uns reiflich erwogen, was maſſen Unſer Vorfahr an dieſen unſern Cleviſchen und angehörigen Landen, weyland Herzog Wilhelm, Chriſtmilder Gedächtniß, bey weyland Käyſer Maximilian dem zweyten, hochlöblicher Erwehnung, ein ſtattliches Privilegium zu Aufrichtung einer Univerſität, Academiæ und hohen Schule, in Unſerer Stadt Duyßburg, in Unſerm Herzogthum Cleve gelegen, vor dieſem erhalten, wie dann daſſelbe von Wort zu Wort lautet, als folget:

Inſeratur Privilegium Maximiliani II, Imperatoris de anno 1566.

Daß wir Uns zur Ehre GOttes des Allerhöchſten und dieſen Unſern ſämtlichen Landen und Leuten zum beſten entſchloſſen, die bishero vielfältig eingefallene Verhinderungen halber, hinterblibene An- und Aufrichtung einer Univerſität zu Duyßburg in GOttes Nahmen zur Hand zu nehmen, deſſen auch albereits ohnlängſt, durch würckliche Anſtellung der Profeſſoren in unterſchiedlichen Facultäten, ingleichen mit Beſtimmung und Verordnung einiger Einkünfften, zur Unterhaltung der Profeſſoren, ein Anfang gemacht, zu welchen Einkünfften Wir auch noch Ein tauſend Thaler jährlich, wie auch die ſämtliche Brüchten und Geld-Strafen Unſers Land-Droſten-Amts Dinſtlocken geleget;

Wollen auch und befehlen hiermit, daß bis zu Unſer anderwertlicher Verfügung, hinführo zween aus dem Mittel Unſer Cleviſchen und Märckiſchen Regierungs-Räthen, einer aus dem Ritterbürtigen, der ander aus dem bürgerlichen Stand, wie auch neben ihnen Unſer Schultheiß zu Duißburg und der Burgermeiſter daſelbſt Curatores ſolcher unſer Univerſität und Academiæ ſeyn, und alle fleißige Sorge tragen ſollen, daß alles nach Inhalt oberwehnten Käyſerlichen Privilegii gemäß angeſtellet, gehalten und verrichtet: Von Profeſſoren und Studenten, was jedem obliegt, mit Gottesfürchtigen erbaren Leben und Wandel emſig geleiſtet; Inſonderheit denen Profeſſoribus die gebührende Ehrerbietung bezeuget, die Beſoldungen zu rechter Zeit gezahlet, und zu ſolchem Ende der Univerſität Rentmeiſtern, von denen, welche obbeſagte jährliche ein tauſend Reichsthaler zu bezahlen haben, wozu ſich dieſelbe mit Eyde verbinden, auch die Curatores, in Fall der Verſäumung paratam executionem wider ſie ergehen zu laſſen, hiemit bemächtiget ſeyn ſollen, dieſelbe Summa jedesmahl richtig geleget werde.

Wir vergönnen auch hiemit gemeldten Curatoribus, daß ſie zu Verbeſſerung der Einkünffte unſer Univerſität, ſich bey den Ständen, Eingeſeſſenen und Unterthanen dieſer und anderer Landen etwan um eine gewiſſe jährliche Beyſteur bewerben; Ingleichen, nachdem etwa

die

die Gefälle der Universitæt zu nehmen, die Zahl der Profeſſoren vermehren mögen. Weilen auch das Käyſerliche Privilegium alle diejenige Brüderſchafften, Gilden oder Zünfften, welche hin und wieder in den Städten dieſer Unſerer Landen, von weltlichen Perſonen aus eigener Gelüſtung angeordnet, zu dem Ende allerdinges abgeſchaffet, daß die dazu beſtimmte jährliche Renten und Gefälle zu Behuf Unſerer Universitæt angewendet werden ſollen: So iſt Unſer Will und Meinung, daß alle ſolche Renten und Einkünfte zu Unterhaltung einer gewiſſen Anzahl Stipendiariorum in ſelbiger Unſer Universitat gebraucht werden.

Ob auch etwa ein Profeſſor mit Todt abgienge, ſo ſollen die Profeſſores an deſſen Stelle den Curatoribus zween oder drey andere bequeme Männer benennen, woraus die Curatores den tüchtigſten Unſerm Clevisch- und Märckiſchen Stadthalter und Regierungs-Räthen vorſchlagen, und auf derſelben Erklär- und Verordnung an die vorgeſchlagene Perſon das Beruff-Schreiben ergehen laſſen.

Zu den Gradibus Doctoralibus, Magiſterii oder Baccalaureatus ſollen, nach fleißigem tentamine, examine und publice habita oratione & diſputatione, allein tüchtige und bequeme Perſonen zugelaſſen werden. Es ſollen auch die Curatores drob ſeyn, daß die Unkoſten der Promotion nicht höher, als ſie in andern Universitæten, ſonderlich zu Baſel, gebräuchlich, geſteigert werden. Und iſt ſchlüßlich, Krafft dieſes, Unſer gnädigſter Will und Befehl, daß ob dieſen allen, und wie das Käyſerliche Privilegium ferner in Buchſtaben mit ſich bringet, von Unſern Clevisch- und Märckiſchen Stadthaltern, Räthen, wie auch Curatoribus, mit allem ſorgfältigen Fleiß gehalten, und was der Sachen Nothdurft erfordern wird, in acht genommen und werckſtellig gemachet werde. Uhrkundlich haben Wir dieſes Patent mit eigenen Händen unterſchrieben, und mit Unſerm Inſiegel bekräftigen laſſen; So geſchehen zu Cölln an der Spree am 15 Octobr. Anno 1654.

Friedrich Wilhelm.

No. XX.

Churfürſt Friedrich Wilhelms zu Brandenburg *Intimations-Diploma*, wegen *Fundation* der *Univerſitæt* Duisburg, im Herzogthum Cleve gelegen, *de anno* 1655.

VOn GOttes Gnaden, Wir Friedrich Wilhelm, Marggraf zu Brandenburg, des heiligen Römiſchen Reichs Ertz-Cämmerer und Churfürſt, zu Magdeburg, in Preußen, zu Cleve Jülich, Berge, Stettin, Pommern, der Caſſuben und Wenden, auch in Schleſien zu Crossen und Jägersdorff Herzog, Burggraf zu Nürnberg, Fürſt zu Halberſtadt und Minden, Graf zu der Marck und Ravensberg, Herr zu Ravenſtein ꝛc. Thun hiemit kund und zu wiſſen, was maſſen Wir jederzeit vor nützlich und nöthig erachtet, auch ſehr begierig geweſen, zur Ehre GOttes des Allerhöchſten, zu Ausbreitung der wahren Chriſtl. Evangelischen Religion und Fortpflantzung und Erhaltung aller guter und heylſamer Freyer Künſte und Wiſſenſchafften, zuförderſt in denen vier Haupt-Facultatibus, Theologica, Juridica, Medica und Philoſophica, wie nicht weniger in denen Sprachen, in denen Hiſtorien, und andern löblichen Exercitiis liberalibus eine ſonderbare und eigene Univerſitæt und hohe Schule in dieſen Unſern Clevisch-Jülich-Bergiſchen und angehörigen Landen zu ſtiften, zu begaben und aufzurichten; Geſtalt dann zu einem ſolchen Ende Unſere geehrte Vorfahren, die vorige Lands-Fürſten erwehnter Unſerer hieſigen Lande, allbereit vorlängſt ſtattliche Käyſerliche Privilegia zu Aufrichtung einer ſolchen hohen Schule ausgebracht, Krafft deren dieſelbe aller derjenigen Privilegien, Autoritæten, Prærogativen, Freyheiten und Gerechtigkeiten, womit die allervornehmſten Universitæten in gantz Europa begabt ſind, habhaftig ſeyn und genieſſen ſollen.

Nachdem nun angeregte Unſere löbliche Vorfahren, und Wir ſelbſten, durch die Weltkündige, ſo lang gewährte Kriege an dieſem guten Vorhaben, nun ſehr geraume Zeit von Jahren, mercklich gehindert geweſen; Und aber die Zeiten ſich, GOtt Lob! nunmehro in etwas gelinder und ſänfter anlaſſen, haben Wir, ungeachtet der noch übrig gebliebenen, und bisweilen wieder herfür brechenden ungeſtümen Winde und Waffen, dennoch nicht länger zurück halten, ſondern den gefaßten heylſamen Vorſatz endlich durchdringen und zu Werck richten wollen: Wie Wir dann auch in der That ſelbſt eine ſolche Universitæt und hohe Schule, in der Stadt Duisburg, in Unſerm Herzogthum Cleve gelegen, in Betrachtung des Orts, zu einem ſolchen Werck, innerlichen und äuſſerlichen ziemlich guten Bequemlichkeiten, aufgerichtet, dieſelbe mit allen hiezu nöthigen Unſeren Privilegiis auf den Fuß, und nach Inhalt obangezogener Käyſerl. Privilegien, ingleichen mit guten und tüchtigen Profeſſoribus in gemeldten Facultæten und andern auf Universitæten gewöhnlichen und erſprießlichen Profeſſionibus und Studiis verſehen und verſorget haben, auch noch ferner, nach erheiſchenden Gelegenheiten, gnädigſt verſehen und verſorgen werden.

Und dieweil Wir vorhabens seynd, diese von Uns also aufgerichtete und gestiftete Universitatem, Academiam und hohe Schule, üblichen Gebrauch nach, mit gewöhnlicher und hergebrachter inauguration und allen dazu gehörenden Solennitæten, vornemlich mit dem Gottesdienst, dem nechst mit gewöhnlichen Orationen auch würcklichen Promotionibus zu den Gradibus in den Facultæten, auf den 4. (14) Tag des Monaths Octobris schierst künftig einführen, einleiten und bestättigen zu lassen.

So haben Wir nicht umgehen wollen, solches alles hiemit zu jedermans, welcher Religion (die nur im Heil. Röm. Reich zugelassen ist) er auch seyn mag, Wissenschafft zu bringen. Auf daß männiglich, wer Lust und Liebe darzu träget, sich auf ihtbenannten Tag, in Unserer Stadt Duisburg einstellen, berühter Einführung und Inauguration und denen dazu gehörenden Solennitatibus beywohnen; auch ferner nach eines jeden Gelegenheit und Zuneigung mit Verbleibung und Anstellung seiner Studien daselbst, sich dieser Unserer einem jeden, er sey in- oder ausländisch, zum besten geschehenen Stifftungen gebrauchen und fruchtbarlichen Genuß empfinden möge. Geben zu Cleve den 16(6) August. Anno 1655.

An statt und von wegen höchst-gedachter Ihrer
Churfürstl. Durchl.

Johann Moritz, Fürst zu Nassau.
Ut. Johann von Diest. *V. C.*
J. G. Kuchenbecker. *S.*

No. XXI.

Käysers *Maximiliani II Privilegium* vor die *Universitæt* Duisburg im Herzogthum Cleve gelegen, *de anno* 1566.

MAximilianus Secundus Divina favente Clementia Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, Rex, Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ &c. Dux Luzenburgiæ ac superioris & inferioris Silesiæ, Wirtenbergiæ & Teke, Princeps Sueviæ, Comes Habsburgi, Tirolis, Ferreris, Kiburgi & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii Burgoviæ ac superioris & inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ, Sclavoniæ & Salinarum &c. Notum facimus tenore præsentium universis, posteaquam Dei optimi maximi nutu & voluntate adhoc sacri Romani Imperii summum fastigium evecti, ac veluti in specula constituti sumus, ut circumquaque oculos mentis circumferentes, quæ ad Rempublicam recte riteque componendam & laudabiliter administrandam pertinere cognoscimus, sollicite procuremus, in hanc potissimum curam cogitationemque omni studio nobis incumbendum semper judicavimus, non tam ut pacem tranquillitatemque publicam populis, fidei nostræ commissis, conservemus, quam ut honestarum artium & literarum studia summis viribus foveamus & propagemus, quod his florentibus salvas & incolumes Republicas esse & permanere, ac vicissim neglectis, neque ecclesias recte constitui, nec Respubl. laudabiliter administrari, nec belli consilia vigere aut explicari, atque adeo nec domi nec foris rite geri quicquam & præclare posse experientia magistra didicerimus, cumque majores & prædecessores nostros divos Romanorum Imperatores & Reges Augustæ memoriæ, ut subditos suos ad Rempublicam probe administrandam, atque alia tam civilia qua bellica officia obeunda aptiores efficerent, Gymnasia & Academias undique in Sacro Romano Imperio instituisse & erexisse, & liberalium artium aliarumque honestarum scientiarum & disciplinarum Professores eximios quosque & insignes viros literis & doctrina egregie instructos delegisse, eosque dignis præmiis, honoribus & Privilegiis ornasse, constet, & nobis Illustris Guilielmus Dux Juliacensium, Clivensium & Bergensium Comes Marchiæ & Ravensbergensium Princeps, Sororius & consanguineus noster charissimus humiliter supplicavit, ut Gymnasium, Universitatem quam vocant, seu studium generale, quod in oppido suo Duisburg prope flumen Rheni in umbilico fere ditionum suarum sito, & non modo agri fertilitate, sed & aëris salubritate celebri institui summo opere cupiat, autoritate nostra Cæsarea erigere, & specialibus Privilegiis, gratiis, indultis & immunitatibus, quibus alia Gymnasia Germaniæ potiri fruique hactenus consueverunt, ornare atque donare, nec non omnes & singulas confraternitates Laicorum, in quibusvis oppidis privatis eorundem affectibus institutas, & quarum fructus in compotationes aliosque profanos usus, ex quibus conventicula, conspirationes, tumultus & alia mala oriri consuevissent, ut plurimum exponuntur & converturtur, confraternitatem illarum consensu penitus abolere & abrogare, ac illarum fructus nec non alios quoscunque proventus annuos per ipsum Ducem de bonis

bonis ſuis propriis, præfatæ ſic erectæ & inſtitutæ Univerſitati, pro ipſius dote & Scholarum conſtructione, ac Doctorum in Theologia, utroque Jure & Medicina, nec non Magiſtrorum & aliorum in aliis facultatibus, linguis & literis humanioribus exercitatorum proborum & inſignium Virorum, ac aliarum perſonarum neceſſariarum, quotquot pro ratione temporum Univerſitati expedire judicaverit & præficiendos duxerit ſtipendiis, & decenti ſuſtentatione perpetuo applicare & appropriare clementer dignaremur.

Nos autem laudatis majorum noſtrorum veſtigiis inſiſtere cupientes, præfati illuſtris ſororii & conſanguinei noſtri Gvilielmi Ducis Juliacenſis æquiſſimis precibus benigne annuendum & honeſtos ejus conatus omni ſtudio juvandos & promovendos duximus, & ideo adhibito ſano Principum, Comitum, Baronum, Procerum, & aliorum aulæ noſtræ nobilium conſilio, animo deliberato, ex certa ſcientia & de Cæſareæ poteſtatis noſtræ plenitudine Univerſitatem ſeu ſtudium generale & Gymnaſium in prædicto oppido Duisburg inſtituimus, ereximus, nec non omnes & ſingulas confraternitates, laicorum in quibusvis oppidis præd. Illuſtris Ducis Juliacenſis privatis eorum affectibus inſtitutas penitus abolevimus & abrogavimus, ac illarum fructus nec non alios quoscunque proventus annuos per ipſum Ducem Juliacenſium de bonis ſuis propriis præd. ſic erectæ & inſtitutæ Univerſitati pro ipſius dote & ſcholarum conſtructione, nec non Doctorum, Magiſtrorum & aliarum perſonarum idonearum ſtipendiis & ſuſtentatione applicavimus & appropriavimus, atque inſuper ſic erectæ & inſtitutæ Univerſitati ac illius Magiſtris & Doctoribus ſeu aliis in ea legentibus & ſcholaribus ſtudentibus aliisque illius perſonis, quibuscunque omnia & ſingula privilegia, gratias, indulta, favores, immunitates, quibus aliæ Univerſitates Germaniæ, maxime vero Heidelbergenſium, Friburgenſium in Brisgoja, Ingolſtadienſium in Bavaria hactenus uſæ ſunt, ſeu quomodo libet utuntur, potiuntur & gaudent, conceſſimus & indulſimus, ac tenore præſentium Univerſitatem illam ſeu Gymnaſium publicum in oppido Duisburg erigimus, inſtituimus, confraternitates, privatis laicorum affectibus inſtitutas penitus abolemus, abrogamus, earum fructus & alios proventus annuos ex propriis ipſius Ducis bonis Univerſitati illi conſignatos, applicamus & appropriamus, atque inſuper prædictæ Univerſitati in Duisburg, ac illius Magiſtris & Doctoribus, ſeu aliis in ea legentibus, & ſcholaribus Studentibus aliisque illius perſonis quibuscunque omnia ac ſingula privilegia, gratias, indulta, favores, & immunitates præfatas, concedimus & indulgemus, volentes & eadem autoritate noſtra Cæſarea decernentes, quod Doctores quarumcunque facultatum & perſonæ idoneæ ad id per ſæpe nominatum Ducem Juliacenſium & ejus in eodem Ducatu ſucceſſores, vel quibus idipſi demandarint, deputandæ poſſint & valeant in præfata Univerſitate in omnibus facultatibus, videlicet in ſacra Theologia, in utroque Jure, tam Canonico quam civili, in Artibus & Medicina nec non in Philoſophia & quibuscunque ſcientiis legere & lectiones diſputationes & repetitiones publicas facere, concluſiones palam ſuſtinere ac præfatas ſcientias docere, interpretari, gloſſare ac dilucidare, omnesque actus ſcholaſticos exercere, eo modo, ritu & ordine, qui in ceteris Univerſitatibus & Gymnaſiis publicis obſervari ſolitus eſt; & cum ipſa ſtudia eo facilioreſ gradu procedant, & majus ſumant incrementum, ſi ingeniis & diſciplinis ipſis ſuus honos, ſuus dignitatis gradus ſtatuatur, ut emeriti aliquando digna laborum ſuorum præmia conſequantur, ſtatuimus & ordinamus, ut per Collegia Doctorum a præf. Illuſtri Duce Juliacenſium & ejus ſucceſſoribus, in unaquaque facultate inſtituenda electis ad id idoneis & præ ceteris excellentioribus in illis facultatibus Doctoribus his, qui ad ſumendam palmam certaminis ſui idonei judicati fuerint, adhibito per ipſos Doctores Collegii in unaquaque facultate prius pro more & conſuetudine atque ſolennitatibus & ritu in ceteris Univerſitatibus obſervari ſolitis rigoroſo & diligenti examine (in quo conſcientias ipſorum Doctorum cujuslibet Collegii onerari volumus, quoscunque ſub juramenti vinculo ad hoc adſtringimus) in ea facultate, quam didicerint, & qui examini præd. ſe ſubmiſerint, & ſe pro more & juxta ſtatuta & ordinationes per præf. Illuſtrem Ducem Juliacenſium & ejus ſucceſſores faciendas, per aliquos dignos & honeſtos viros de gremio ipſius Collegii præſentari fecerint, poſſint ad ipſum examen admitti, & in vocata Spiritus S. gratia examinari, & ſi hoc modo habiles idonei & ſufficientes reperti & judicati fuerint, Baccalaurei, Magiſtri, Licentiati ſive Doctores pro uniuscujusque ſcientia & doctrina creari & hujusmodi dignitatibus inſigniri, nec non per bireti impoſitionem & annuli aurei & oſculi traditionem ceterisque conſuetis ſolemnitatibus inveſtiri, & conſueta ornamenta atque inſignia dignitatum præd. eis tradi & conferri, quodque Doctores in eadem Univerſitate promoti & promovendi debeant & poſſint in omnibus locis & terris Sacri Romani Imperii, & ubique terrarum

& locorum, libere omnes actus Doctorum legendi, docendi, interpretandi & glossandi facere & exercere, quos ceteri Doctores in Bononiensi, Senensi, Batavino, Papiensi, Perusino, Parisiensi, Heidelbergensi, Freyburgensi, Ingolstadiensi, & aliis studiis privilegiatis, promoti & insigniti exercent & exercere possunt & debent consuetudine vel de jure. Ceterum, quo præfata Universitas seu Gymnasium Duisburgense suis gubernatum Magistratibus solidiori & firmiori consistat fundamento, damus & concedimus Doctoribus & Scholaribus in dicta Universitate, quoquo tempore existentibus consensu & voluntate sæpe nominati Illustris Ducis Juliacensium, ejusque successorum autoritatem & potestatem condendi & faciendi statuta & ordinationes juxta consuetudinem ceterarum Universitatum, nec non creandi & eligendi Rectorem Scholarum & Syndicos, sive alios quoscunque officiales Universitatis, prout ipsis visum fuerit expedire, dantes & concedentes autoritate nostra Imperiali Rectoribus, sic per eos eligendis & creandis, facultatem & Jurisdictionem in Scholasticos, nec non citandi, audiendi, judicandi, exequendi, puniendi, & omnes alios actus judicis ordinarii exercendi, & jus reddendi, eximentes nihilominus Doctores & Scholares Universitatis præfatæ a jurisdictione & superioritate cujuscunque alterius, præterquam a nostra & præfati Illustris Ducis Juliacensium & ejus successorum; Præterea ut ipsa Universitas dignis fulcita prærogativis nulli alteri quantumvis vetustæ & celebratæ Universitati postponatur, volumus & decernimus per præsentes, quod præfata Universitas, nec non Doctores & Scholastici ac ibidem dignitatem seu gradum aliquem assumentes, gaudeant & potiantur, utique frui, gaudere & potiri possint ac debeant omnibus & quibuscunque gratiis, honoribus, dignitatibus, præeminentiis, prærogativis, privilegiis, concessionibus, immunitatibus, favoribus & indultis ac aliis quibuslibet, quibus Universitas Bononiensis, Batavina, Papiensis, Perusina, Parisiensis, Heidelbergensis, Freyburgensis, Ingolstadiensis, ac alia studia privilegiata, ac Doctores & Scholastici istic promoti aut aliqua dignitate seu gradu insigniti gaudent, utuntur, fruuntur & potiuntur, quomodolibet consuetudine vel de jure, non obstantibus aliquibus privilegiis, indultis prærogativis, gratiis, statutis, ordinationibus, legibus, constitutionibus, reformationibus, exemptionibus, aut aliis quibuscunque in contrarium facientibus. Quibus omnibus & singulis ex certa nostra scientia, animo deliberato & motu proprio derogamus, & derogatum esse volumus per præsentes; Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc nostræ creationis, institutionis, fundationis, erectionis, indulti, gratiæ, derogationis, constitutionis, concessionis & privilegii gratiam infringere, aut ei quovis ausu temerario contravenire, seu illam quovis modo violare aut infringere, si quis autem id attentare præsumserit, nostram & Imperii Sacri indignationem gravissimam & pœnam centum Marcharum auri puri toties quoties contra factum fuerit, se noverit irremissibiliter incursurum, quarum dimidium Imperiali Fisco seu ærario nostro, reliquam vero partem sæpe nominato Illustri Duci Juliacensium & ejus successoribus decernimus applicandam, harum testimonio literarum manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Datum in Civitate nostra Imperiali Augusta Vindelicorum die vicesima sexta Mensis Maji Anno Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, Regnorum nostrorum Romani quarto, Hungariæ tertio, Bohemiæ vero decimo octavo.

MAXIMILIANUS.

Vice & nomine Reverendissimi Domini Archi-Cancellarii Moguntini.

Ad mandatum Sacræ Cæsareæ Majestatis proprium.

Haller.

No. XXII.

Privilegia Electoralia vor die *Universitæt Duisburg de anno* 1655.

I. UNiversitas seu Senatus Academicus nullius nisi Serenissimi Electoris Brandenburgici ejusque Regiminis, quod Clivis est, Jurisdictioni subjectus esto.

II. Rector & Senatus Academicus Jurisdictionem, merum mixtumque imperium in Professores & Præceptores singulos, studiosos, & alia membra Academica, a tempore receptionis in matriculam exercento.

III. Ubi ex Caroli V Constitutione pœna mortis vel alia corporis afflictiva fuerit decreta, sententiæ non nisi transmissis ad Serenitatem Electoralem, vel ejus Regimen, pro executione earundem, vel eroganda gratia, actis publicantor & excutioni mandantor.

IV. Nocturno tempore delinquentes Studiosi comprehensi cives Academici a vigilibus asser-

Digitized by Google

aſſervantor. Sole orto Magnifico Rectori & Senatori a Prætore & Magiſtratu Civico extraduntor. Si diſtulerint per horam, Rector e cuſtodia eos eximendi jus habeto.

V. In hac Academia promoti Doctores & Magiſtri præ aliis ad officia publica commendantor.

VI. Prælo in toto Ducatu Clivenſi & Comitatu Marcano nulli tractatus niſi a facultate, ad quam materia pertinere judicabitur, approbati ſubjiciuntor.

VII. Ab omnibus perſonalibus & præſtationibus ruſticis in hoc loco promoti Doctores exempti ſunto.

VIII. Omnes denique Profeſſores, Præceptores & Studioſi, prærogativis & omnibus aliis immunitatibus in Privilegio Imperatorio conceſſis libere utuntor, fruuntor. Signatum Clivis die 22 Sept. 1655.

No. XXIII.

Privilegia Civitatis Hueſſen.

IN Godes namen amen. Wy Johan Grave van Cleve maecken kondt undt kennelyck allen Luyden die deſen brieff ſullen ſien off hooren leſen, Dat wy by Rade onſer Frunden und onſes Raets om ſonderlinge gunſt und trouwen dienſten, die ons ende onſen alderen, onſe goede luyden, und getrouwen onſer Stadt van Hueſſen Duck gedaen hebben, gegeven hebben, und geven alle die daer nu in woonachtigh ſyn und naemaels woonen, ſullen erffelyck und ummermeer voor ons ind onſen Erffgenamen of nacomelingen alſulcke Rechten und Vryheyden te behalden und hebben, alſoo veer als dat Gericht van Hueſz keert, als in deſen brieff beſchreven ſteet und navolget.

Van Erve te beuren als tot Hueſz recht is.

Item in den eerſten ſoo is te weten, ſoo wie van onſen poirteren in der voorſz-Stadt ſterft, die neeſte Erffgenamen ſullen ſyn erve ind goet opbeuren vryelyck ſonder eenigh wederſeggen, weert dat daer geen wetlycke Erffgenamen en weeren, ſoo ſouden wy off onſe Amptman by Rade der Schepenen een Jaer ind ſes weecken halden des dooden goet den genen te geven, die binnen deſer tyt probyrden ind beweeſen, dat ſy rechte Erffgenamen weeren, und weert dat geen Erffgename en quame binnen deſe tyt, ſoo ſoude dat goet ons weſen.

Van Breucken.

Ten Eerſten die met Vuyſten Sleet.

Voort ſoo wie met vuiſten Sleet, die ſal gelden ons vyff Schillingen und onſe Stadt vyff Schellingen payements als genge und geveis.

Van Keurbaer of onkeurbaer wonden.

Voort, ſoo wie eenen Menſche wondt, daer die wondt niet keurbaer en is, als lidt lanck ind nagels diep, die bekeuringe ſal weſen gelyck den vuyſten Slagh, mer daer die wond keurbaer is, daer af ſullen wy hebben twee pondt X. Schillingen und onſe Stadt voorſchr. twee pondt X Schell.

Die eenen lam Sleet.

Voort ſoo wie eenen lam Sleet die verbeurt thien pont, daer af ſullen wy hebben twe deel und onſe Stadt voorſz het derde deel payements voorſz.

Die eenen Doodet.

Voort meer weert Saeck dat yemants den anderen dooden, ſyn lyff ſteet tot onſen wil, ende ſyn goet half, ende ſoo wie den anderen handt of voet afsloech, of ooge uyt, die heeft verbeurt handt tegen handt, voet tegen voet, ooge tegen ooge.

Breucken met Schepen te overwyſen.

Voort meer weert ſaeck dat wy of onſe Amptman yemant van onſen poirteren antegen van eenigen breucken, des wy off onſe Amptman oen niet met Schepenen mochten betuygen, ſoo mach hy ſyn onſchult daer voor doen, und daer mede ſal hy quyt weſen.

Van breucken te verborgen.

Voort meer, wie ſyn breucken mach verborgen ter Schepenen vonden iſſe, of die ſyns goets alſoo veel bewyſen mach, dat et genoech is voor ſyn breucken, die ſal men niet meer behachten noch beſweeren van der breucken.

Of die Amptman weygerden Schepenen Vondenisz.

Voort willen wy, weert saeck, dat wy of onse Amptman yemants weygerden Schepen Vondenisz, noch over gericht wesen, sonder misdaet oft breucken tegen ons ende tegen onsen nacomelingen, noch wy, of onsen Amptman binnen den gericht van Huesz niet richten sullen hent der tyt dat die menische wort gesadt tot Schepen vondenisse.

Van Tolvry te varen.

Voort willen wy, dat alle onse poirteren die binnen onsen gerichte van Huesz geseten syn, Tol vry varen sullen alle onse Graefschap door, te lande und te wateren, und to Nymegen, uytgesondert onsen Tol tot Buderick.

Van besetten.

Voort willen wy, dat onse poorteren to Huissen oir lyf ind oir goet nymant in onsen lande besetten of becommeren mach of sal, meer wie een saeck tegen een heeft, die sal comen te Huissen voor dat Gericht und eyschen ind nemen van dien poorter dat Schepen wysen dat recht is, het en weere saeck, dat sy ergent verbonden weeren, off geloftenis gedaen in onsen lande und men oen des met Schepen overgaen mocht, daer en sullen sy niet neen voor seggen mogen.

Van beschermen.

Voort soo wie die poorteren van Huesz voorschreven buyten onsen Landen aen oir lyven und aen oir goederen quetseden of aenveerdighden, die sullen wy te hulpe comen met onse macht te beschermen.

Van Burger te warden.

Voort willen wy dat geen eygen man of hoorich man die ons, of onse vaichdie, of onsen mannen of dienstmannen gehoerich is, ontfaen sullen tot eenen poorter, Ten is dan gemeyn willen onsen ende onsen Mannen en Dienstmannen die sy gehoorigh weeren.

Van Schattinge te geven.

Voort soo vryen wy onsen voorschreven poorteren eeuwelycken und ummermeer van allen Schattungen und ongelt, daerom sullen sy onse land helpen weeren nae oir macht tegen die Vianden, in allen formen und manieren dat onse andere Steden schuldigh syn te doen, maer als wy onsen wettelycken soon Ridder maecken, oft onse wettelycke Dochter mannen, Daer toe sullen sy ons volleste doen na oir macht und hierom geven wy oir vry water ende weyde.

Van Accyse te setten.

Voort willen wy, dat onse Borgemstr. Raedt ende Schepenen van Huessen setten mogen Cynsen ind koirseyse by onsen Rade, ofte onsens Amptmans binnen den Gerichte van Huesz, und in oire Stadt behoeff als mogelyck ind redelyck is, ende soo wie den keur braecke, die koeren sullen wy halff hebben ende onse Voorfz Stadt halff.

Van Amptmans Eedt.

Voort willen wy, dat onse Amptman ind Richter die nu syn te Huesz, oft namaels wesen sullen, sweren sullen ten Heyligen voor den Schepenen Burgemeester ende Raet tot Huessen, eer sy dat Ampt aenvaen, of toe gericht sittet of eenigh gericht oen onderwinden, dese voorschreven luyden van Huessen, die nu syn of naemaels wesen sullen alle oir Rechten te behalden, und yder malck recht und vondenisse te doen, na onsen Schepen vondenisse voorsz den Armen als den Rycken.

Dat die Burger kiesen mogen Borgemeester, Schepen und Raedt.

Voort meer willen wy, dat onse goede poirteren van Huessen mogen kiesen Borgemeester ind Raet ind Bade tot oeren wil als gewoontlyck is, alle jaer des neesten Sondaghs na andage Paesschen, und wie dat wederseyde die tot desen ampt woorde gecoren, die waer ons schuldigh een pont en onse Stadt een pont der vorschreven munte, ende of sy driewerf wederseggen, soo sullen sy tot alles wederseggen die peen betalen, mer of sy vierwerff wederseggen, soo sullen sy doen by alle oir goede dat sy hebben.

Van den aensanck der Stadt van Huessen.

Voort willen wy, wie gespannen wort ind den Bade bevolen wort in onser Stadt van Huessen, die sal gelden dre Schillingen tot sluytgelt deser voorschreven munte, und die hoft sal staen tot twyer Schepenen seggen.

Van

Van vrede te eyſchen.

Voort willen wy, wanneer daer twiſt gevelt, daer ens vrede te doen is te geven, in onſer voorſchreven Stadt of in den Gerichte van Hueſſen, daer onſe Richter eyſſchede eenwerf, anderwerf, ind darderwarf van den gene, die dan des vrede niet geven en woude, alſo als hy dat wederſechte verbeurde hy vyf pont der voorſchreven munte, meer of hy vierde werf wederſechte, ſoo is hy op lyf ind goet, ſoo mochte oen dan onſe Richter halden tot onſen behoeff, hent hy den vrede geeff, ende oock die breucke ons und onſen Richter betaelt, voort willen wy of onſe Richter daer niet by waer, Dat die Borgemeeſter Schepenen of poorteren van Hueſſen alle den ſelven mogen doen, van onſer wegen.

Van die Weeck-Marckt.

Voort ſoo geven wy onſen poorteren binnen Hueſz een weeck-marckt binnen onſer Stadt van Hueſſen, die aen ſal gaen Donderdaegs te veſper tyt ende duyren ſal hent des Saterdaegs dat men luyet te miſſen, und geven goet geleyde alle den genen die daer comen om oir Coopmanſchap und die marckt te ſoecken, und voort geven wy tolfry alle goet dat in deſe voorſz marckt gekoft ende vercoft wordt, ende alle dat goet dat onvercoft blyft, tolvry weder te varen, daer het comen is, behelteniſſe ons, onſes tolles te Hueſſen voorſz, ſonder argeliſt.

Van Recht der Vreemden.

Voort meer ſoo geven wy allen luyden die om oir Coopmanſchap komen al ſulck recht, van woorden und van vechtelycke ſaecken als wy onſen poorteren vorſz gegeven hebben in deſe voorſz ſtadt, und voort meer van eenige geloftenisſe ind Coopmanſchap die yemand den andererf gelooft ind gemaeckt hadde in deſe voorſchreven merckt, daer mach die een den anderen voor aen talen, ende nemen van oir een onvertaget recht op die ſtaende voet ſonder wederſeggen, und of daer yemant weer, die des van den anderen niet nemen en woude, die ander ſoude dat recht bieden oorkont twee Schepenen, woude hys dan niet hebben, ſoo mach hy varen ſonder breucken ons ind onſer Stadt.

Van Jaer-Marcte.

Voort meer ſoo geven wy onſen poirteren van Hueſſen een jaermerct tot tween tyden van den jaer, die eerſte merct ſal beginnen des Sondaegs voor midvaſten, und ſal duyren hent des Sondaghs na midvaſten, ende die ander jaer merct ſal ingaen acht dagen voor Sinte Margareten dagh, ende ſal duren achte dagen na Sinte Margareten dagh voorgenoemt, und geven alle die in deſe jaer-mercte komen, om oir koopmanſchap, alle dat recht ind geleyde, dat hier voor beſchreven ſteet in die Weeck-Mercte.

Van Geleyde te geven.

Voort meer geven wy onſen poorteren voorſz, dat onſe amptluyden niemant geleyde geven en ſullen van eenigerhande ſaecke et en ſy oorkondt tweer Schepenen, und weert dat yemant van onſen poorteren kroenden over eenigh geleyde man oirkonde Schepenen als van redelycke ſaecken, ſoo ſoude onſe Amptman den man dat geleyde uytſeggen und oen geleyde geven, ten weer des willen die over oen kroenden.

Van Recht ende alde gewoonte.

Voort meer ſoo geven wy onſen poorteren voorſchreven Vryheyt recht ende alde gewoonten alſo als die oen gegeven ſyn ind ſy die heergebracht hebben van aldes van alderen ind van onſe voorcomelingen, vaſt ind ſtede te halden beheldelyck oen alle recht ind punten die in deſe hant veſten hier voorbeſchreven ſtaen.

Van Cancellirung der Privilegien.

Voorts ſo hebben Wy unſer Stadt und Bürgeren vorſtl. verleent eenen Weeckmerckt tot allen Weecken und twee freye Jahrmarckten alle Jahr binnen unſere Stadt würgl. to halden, den Weeckmerckt voorſtl. op alle Brydage to Vormiddags, und die Jahrmarckte op entelicke tyden und dagen, die ſie dartoe binnen twee Jahren naeſtkomende ordinirende werden, und den het bequaemſte düncken ſall, und die Weeckmarckte voorſtl. ſall gefreyd und geveylicht weſen, van eenen Veſpertyt tot de darde Veſpertyt daernegſt folgende, und die Jahrmarckte voorſtl. ſüllen gefreyt und geſeyligt weſen acht dagen lanck, als twee Dagen voor und ſeß Dagen nae, alſo dat alle die goene, die die Weeckmarckten und Jahrmarckten voorſtl. verſueckende würden, die verſtl. tyt langh als die Freyheiten der Marckten voorſtl. duiren, ſo voorſtl. is, ellicker op ſynen gewoonlicken Toll und Weggelt Veylickheit und Geleide hebben ſüllen met hoeren lieve, haeve, guede und Koopmanſchap, 't ſy in offte nyt den voorſtl. Marckten brengen werden, in- und door alle unſe Lande und Gebieden an- und affto komen moegen vor ons, unſe Lande, Luide, underſaeten, und daer WD, unſe Erben und Nakomelingen ſonder argelist mechtig ſin, by alſo dat dieſelve die tytlanck oock weder Veylickheyt und Geleide helden ſollen, Vtgeſcheiden hierin apenbahre doodtſchlegere, Mordenaeren, Dieven, Verraederen, Stroom- und Stratenſchenderen, und die uns off unſere Landen off Luyden apenbaere onrſachte Vyanden waren, und oock die op unſen off der unſen und die ons te verdedigen ſtaen, ſchade geweſt hadden, des ſie ungeſont weren, und oock die goene, die met Gericht und Recht in unſen Landen und ſteeden vredeloß gelacht und verwunnen weren, off ons oer lyff verbroeckt hadden, und op anganck der Vreyheit van der Merckten voorſtl. ſalmen Cruiſſen opſtaen als men in andere Merckten unſer Steden gewohnlick plag te doen, und off jemandt die de Merckten vorſtl. verſueckende worde, off verſocht hadden, dacrover geſchendt offte beſchedigt würde, darin ſüllen Wy und unſen Ambtman van Lymers van unſerentwegen unſen flyt und beſt doen, dat ſülx gekiert und geſtrafft mag werden, als geboeren ſall, und Wy verbieden overmidz deeſen unſen Brieff allen unſeren underſaeten van Lymers, dat ſy met oeren Korn und ſaeth geenen merckten verſtecken ſollen, ſie en hebben dat irſten to Sevenahr op den Merckt veil geboden, by eener poen van thien alde ſchildt tot uns und unſeren Erben behueff. Dick ſo willen Wy, dat die goene die deſen voorſtl. merckten verſtecken würden, van opſchlag und affſchlag frey, loß und ledig ſin ſüllen, beheltlicken des gewohnlicken Toll und Weggelts, und off jemand binnen Freyheit der Jahrmarckten voorgl. bröckte, dat niet an kieff off leven en dröge, die Broecken ſüllen unſen Richter Bürgemeiſter und Schepen aldaer geboerlicken forderen und vthdragen, und wes daraff kommen würd, dat ſüllen ſie keeren tot timmerung und nüttigheit unſer Stadt voorſtl. und wie die Freyheiten der Merckten voorſtl. toe brocke, met gewapende offt geſweerde Handt, als met Schweerden, blancken Meſſen, Steenen off andere Geweer off Wapenenen, und daer jemandt mit bluetwunde, blauw off blundt ſchlug offte ſtiet ſonder doetſchlaen, die ſal ſyn Vorder handt verbroeckt hebben, tot unſeren gnade;

Voorts hebben Wy unſeren Bürgeren voorſtl. verleent, dat men ſie üm Broecken willen. die ſy broeckende würden, niet in Gefengniße ſetten ſall, in dem ſie gelove hebben off doen voor die Koere und beteringe;

Vorts hebben Wy unſe Stadt verleent alle Koer und Willekoer die Bürgemeiſter, Schepen und Raht to Sevenahr bey Rade unſers Ambtmans in der tyt aldaer van unſerentwegen inſetten würden, dat die vaſt gehalden ſüllen werden, und oock alles dat geene, dat ſie in maethen voorſtl. tot nodürfft und Veſteniſſe unſer Stadt voorſtl. und tot dwanck und ſtraffinge der Unwilligen und ungehorſamen Bürgeren tot Sevenaer inſettende offte ordinirende würden, dat uns gemeine Bürgeren darin folgen ſöllen, by poene ſie daerop ſettende würden, welcke ſie met unſer Stadts Boe-

denn tot behueff unſer Stadt vrpenden ſöllen mogen, daertoe unſer Richter vnne behülpelick weſen ſall, hie to ſtrecken und die ungehorſame toe berichten dat ſie gehorſam blieben;

Dick hebben Wy unſe Stadt voorßl. verleent, dat niemandt in unſen Lande van Lymers noch Weel Bier brawen noch Brodt backen ſall op den Koop anders dan binnen unſer Stadt Sevenahr, und dat oock niemandt eenig Bier, dat men verkoepen ſall, buiten Sevenahr halen ſall, ten würde vnnen gegünt van unſen Ambtman und Stadt voorßl. dat wy allen unſen Underſaſſen van Lymers und Weel voorßl. verbieden overmits deeſen Brieff by eener poene van tien aldе ſchildt tot unſen behueff;

Dick hebben Wy unſere Stadt und Bürgere voortßl. vergünt und gegeven unſen tichelaven aldaer daarop ſteenen te backen mogen, ſo dück vnnen dat gelieven und noth ſyn ſall, Beheltlicken dat Wy oock ſteenen tot unſere timmerung offte behueff daerop backen doen mögen; Allet ſonder arg und liſt ꝛc. und des in oirckondt und vaſter ſtedigheit hebben Wy unſeren Seegel met unſere rechter Wetenheit ahn deſen Brieff doen und heiten hangen. Gegeven in den jaer unſers Heeren dupſent vier hondert ſoeven und tachentigh op S. Pauli Avendt Converſionis.

(L. S.)

Concordantiam cum Originali attestator

Jac. Th. Wynen, Landſchr.

No. XXXIII.

Theodorici VII Comit. Cliv. Diploma de jure Civitatis Griethanis conceſſo.

JN den Naeme der Heyliger Dryveldich. Wy Derick Greue van Cleue Jnnd Derick myn aldſte ſoen macken kondt Jnd kenlick allen Menſchen dye deſen tegenwordygen Brieff ſullen ſyen off hoeren leſen dat Wy vm rechter gonſten die onſe lieue Stat van Gryet ind unſe Burgher der vorſchreuen unſer lyever Stat ons bewyſt ind gedain hebben ind noch naemals doen moeghen der ſelueer onſer lyeuer Stat ind all unſen Burgheren dye dair nu in woenachtig ſyn, ind dair vnmermeer inwonen ſullen mit gueden voirbedachten raede ons ſelffs onſer maegen Brunden und onſe gemeynde raede gegeuen hebben verleent vernyet ghenen verlenen Jnd vernyen als hyer nae van Woerde toe Woerde volcht ind geſchreven ſteet.

Item in den perſten ſoe wanneer dair yemant ſtoerfft ſoe ſall dat naeſte litt in der maeghſchappen des Doeden erff ind guet boeren ſonder yemantz wederſeggen. Weer ener die doede van buyten inkomen Jnd geen erffghenoeten en hedt, ſoe ſal onſe Amptman die dair onſe Amptman is des doeden erff ind guet een Jair ind Seß weken halden ind waren in behuyff des ghoenen dye des binnen deſer tyt eyſſchet Jnd mitten rechten Prueffi dat hy dat erffdoeren ſall Jnd en qweme binnen deſer tyt alſo voirß nyemant ſoe ſall ons dat erff ind guet toegehoeren.

Voort ſoe wye ſyn geweldighe hand ſteet aenden anderen op Vrydach op Saterdach op den Sonnendach off op enyghenm anderen heiligen Vyerdaegen die verboert Seeuen ind twintich ſchillinck munten in vnſer Stat toe gaen plegen van aldt dye hy ons tot onſer genaeden betaelen ſall. Mer ſoe wye dat dede op eenen ſlechten dach dye verboirde dry ſchillinck derſelueer Munten voirß.

Item ſoe wye den anderen met eenen Swerde Glaube Meſſ off inſtrumento qweetſt off Wondt dairmit ing eenen doeden mach die verboert tot onſer genaede Hondert ſchillinck der ſelueer Munten voirß.

Item ſoe Wye den anderen lemden mit Hant Voet off litt aff to houwen off aff te ſlaen die verboert dieſelue Pyne te entfangenn. Meer wye den anderen doedt die hefft ſyn Lyff verboert ind ſyn guet halff tot onſer genaede.

Wy willen oick ind hebben onſen lyeuen Burgheren voirß toe gegeuen dat oir Lyff und oir Guet toe Water ind toe Lande Toll vry weſen ſall Jnd vn nyemant yet te eyſſchen hebben en ſall aen all onſen tollen to Land ind toe Water den Rynſtroem vyt ind in varende tot Orſoy tot Smithuyſen tot Huyſſen ind tot Nymmegen alſoe dat ſy dair vry ind loß aff weſen ſullen als voirſchrl. is.

Voort ſoe en ſullen wy noch nyemant anders in vnſen Lande dan Cleue vnſen voirſchreuen Burgheren Lyff noch guet verghent becommeren off beſetten. Meer weer yemant vn wat thyende dye ſall onſen Burgheren volghen tot Gryet aen die Banck Jnnd nemen aldair van vn dat onſe Schepen aldair wyſen dat ſtede recht is Ten weer ſacke dat ſy ſich anders in Schepen Bryeuen verbonden hedden.

Wert oick dat onſe lyff Burgher en voirſchreuen in anderen Landen beſat off bekommert worden dair ſullen Wy ſy toe beſchudden ind toe beſchermen ind alle vnſe vordenifſe ind gonſte doenn mit vlyt Jnn mit trouwen.

Vort ſoe en ſullenn ons Lyeff Burgheren voirß nyemant ontfangen tot oeren Mitburger ſo en hebben vn nerſt aeprueffi ind beſecht toe voerens acht daeghe lanck dan en ſullen geen eyghen Mannen tot oeren Burgeren ontfangen die ons offte vnſen dyenſtmannen eyghen ſyn off voeghe Luyde het en ſy mit onſer offte onſer Mannen den ſy gehoerich ſyn Wille Jnd orloff.

Vort

Voort meer ſoe verlaeten Wy Jnd verdragen onſen lieven Burgeren voirß alle ſchattunge Jnd bede off ſoe woe ſy genoempt ſyn dairum ſy ons ſchuldich ſullen weſen enſe Lant helpen toe beſchudden ind toe beſchermen binnen onſen Lande Seß Weken op oeren Coſt Ten weer ſacke dat onſe rechte ſoen Ritter worden weer, off dat wy onſe rechte Dochter tot witlicken Hylicke berichten alsdann ſy ons geuen ind ſchencken een Bede die genedelick ind mogelick is, die ſy ons mit eeren ſchencken moegen dairum Wy vn verleent ind gegeuen hebben Water ind Weyde ind geminte, ſy tot her toe gehadt ind gebruyckt hebben ind van aldts gewoentelick tot hier toe is ind geweſt hefft.

Voort meer ſoe wy in vnſer Stat dat Stede-recht gewonnen hefft ind Porteren geworden weren die hebben wanneer ſy een Jair ind Seß weken dair gewoent hebben, oeren vryen willenn all oeren guede dair toe bliuen woenen in ſtede recht toe bruycken plegte, off mit oeren guede weder dair vyt toe varen.

Voort meer off innige nye Hoffſtede geſlaegen, off vytgegeuen wurden in vnſer Vryheit Gryet dairaff ſullen ſy ons Jairlix ind alle Jair tinſen, die hondert ind veirtich voet lanck is ind vier ind veirtich Voet breet is twee honre ind Seſſ Cöelſche penningen alſoe alß men ons geefft van den alden Hoeffſtieden aldair op Sunte Stephanus dach tot midt winter.

Voort meer hebben wy all onſen lieuen Burgheren voirß toe gegeuen ind verleent dat ſy all Jair op Jaerßdach dat ons HEren Beſundinge geheyten is ſonder argeliſt kyſen ſullen Eenen Burgermeyſter Raede Schepen ind Baede ind ander Amptluyde der onſer Voirßſtatt dom hefft ind oer mit ſyn ind wy ſullen vn eenen Richter ſetten ind ſtedighen ind den ſullen wy ſtede halden.

Alle deſe voirßl. punts ind dinghen ſyn geſchiet in antwordt ind tegenwordheit voel Edelre ind Erſamer Mannen Herrn Rutgher van Eueck Johan ind Wilhelm van Hueßden gebroeders Bartolt ind Gherit van Oy gebroeders Henrick van Gennop Jnd Gherit van Rutenborch Geeddelinge Stephaen van Zuylen Theodricus van Wiſſel, Weſſel van Galyn, Jybrant van Ryneren, Euert van der Horſt, Derick van den Venne, Arndt van Nyell, Frans van Benchen, Derick van Brien, Derick van Vanderen, Derick de Monumento, Gherit Dnare, Henrick van Hueſſen ind meer andere. Jnd op dat allet dit voirßl. alſoe gehalden ſall weſen ſtede vaſt ind vnuerbroeckelick gelyck voirß, Soe hebben Wy beide Greue voirß onſe ſegele aen deſen Brief doin hangen mit onſer rechter Wetenheit voir Ons ind onſen Eruen ind Naecomelingen gegeuen toe Calcker Jn den Jair ons Heren Duyſent Twehondert Jnd vier Jnd vyfftich kalendy Marcy.

Deſe tegenwordige Copie is inhaldende dan Woerden geſyn vit principal vnd is vyt den Latyn in dupeſche auergeſat.

(L. S.)

No. XXXIV.

OTTONIS I. Confirmatio Monaſterii Eltenſis.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Otto divina favente clementia Romanorum Imperator.

Notum eſſe volumus quod pro animæ ſuæ remedio Wichmannus Comes in Dominio fidelis noſtræ Imperiali Majeſtati ſupplicavit, per noſtri præcepti paginam ad Eccleſiam in honorem Salvatoris & Sancti Viti Martyris conſecratam in monte, qui dicitur Altina conſtructam & ſanctimonialibus in eodem loco devote famulantibus, concedere atque donare dignaremur. Cujus petitioni propter divinum amorem aſſenſum præbemus ad Eccleſiam Salvatoris & Sancti Viti Martyris in prædicto monte Altinen conſtructam & ſanctimonialibus in eodem loco Deo famulantibus ipſam hæreditatem, quam Wichmannus Comes ipſis donavit, per paginam noſtri præcepti concedimus atque donamus, id eſt Curtem, HELTREN, & FERNOE & VORTHUYSEN & EMBRICK & HAMMA & LYEMERSCHE & RYNHAREN, & RIDICHEM & RINGART & GRESE & HOFLA & THUMNA, LIENDLE, LEYLA, TORVES, Thulii neſt nachelt, & quæcunque in his quatuor Comitatibus ſcilicet HERNESSA, FOMELGA, MERMO TVERINE, MIDAGE prædictus Comes Wichmannus habere videbatur, ſive a nobis illi datum fuiſſet & omnia quæ prædictis videntur pertinere curtibus cum Eccleſiis, ædificiis, mancipiis, terrisque cultis incultis agris, campis, paſcuis, pratis, ſilvis, aquis, aquarum decurſibus, molendinis molendinorumque locis, piſcationibus, venationibus, quæſitis & exquirendis, viis & inviis, exitibus & reditibus, mobilibus & immobilibus rebus omnibusque pertinentiis & adjacentiis, quæ dici vel nominari poſſunt, jure legitimeque pertinentibus, ut jam prædiximus ad præfatam Eccleſiam Salvatoris & Sancti Viti Martyris in prædicto monte Altinen ædificatam & ſanctimonialibus in eodem Deo devotiſſime famulantibus, quatenus melius illas delectet omni tempore, pro nobis atque ſtabilitate regni noſtri miſericordiam Domini attentius exorare, & ut hæc autoritas conceſſionis noſtræ atque do-

nationis firmior habeatur & per futura tempora a ſanctis fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtrisque præſentibus & futuris, verius credatur atque diligentius conſervetur manu propria ſubſcripta eam firmavimus & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus. Signum Domini Otthonis magni & invictiſſimi Imperatoris Auguſti Lutgerus Cancellarius advicem Roberti Epiſcopi, Archi-Capellani recognovi atque ſubſcripſi. Datum Tertio nonas Auguſti, Anno Dominicæ incarnationis noningenteſimo ſeptuageſimo indictione tertia decima. Anno regni ſereniſſimi Regis Ottonis treceſimo quinto, Imperii vero ſui nono. Actum in Apulia ad civitatem, quæ dicitur Beutz, in nomine Domini JESU Chriſti Amen.

Et erat ſubſignata, collationata & auſcultata & præſcripta copia, cum ſuo primævo, nec in ſcriptura, nec ſigillo vitiato originali & idem de verbo ad verbum concordans reperta per me Johannem Schetler Fredanum ſacra Imperiali auctoritate publicum & juratum nec non in ampliſſima Eccleſiaſtica Monaſterien. immatriculatum Notarium, quod teſtificer hac manus meæ propria ſcriptura & ſubſcriptione Joan Schetler Fredanus, Notarius præmiſſa vera eſſe ex certa ſcientia atteſtatur ideoque ſe manu propria ſubſc.

No. XXXV.

OTTONIS II. Diploma datum Monaſterio Eltenſi.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Ottho divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Silocis Deo dicatis noſtræ Imperialis poteſtatis benevolentiam impenderimus hoc nobis ad æternæ remunerationis præmia capeſſenda profuturum fore liquide credimus; Quapropter omnium fidelium noſtrorum tam præſentium cognoſcat induſtria. qualiter Wichmannus Comes, cum ejus filia Lutgarda venerabili Abbatiſſa Eccleſiæ ſcilicet in honorem ſancti Viti Martyris Chriſti conſtructæ in loco, qui dicitur Eltnon, quondam pii genitoris noſtri in noſtram actualem præſentism ſcripta, in quibus continebatur, quomodo prædictam Eccleſiam ex ejus benevola conceſſione conſtruxiſſet, & ſuo prædio ad id, quod ejus gratia de ſuo ſibi conceſſiſſet precatusque eſt manſuetudinem noſtram, ut eidem Eccleſiæ ſcripto noſtro hoc confirmaremus, eamque ſub Mon. diburdii noſtri defenſione ſuſciperemus. Nos vero ob amorem Dei & remedium animæ pii genitoris noſtri ceterorumque noſtrorum anteceſſorum, nec non pro noſtræ mercedis augmento paternas mores ſequentes & benignitate ejus conſentientes ita factum decrevimus; Suſcepimus eam in eo tenore ſub Mondiburdio noſtro, quo etiam cætera Monaſteria, Quendenlingenburch, Eſſendia videlicet & Gaudersem, ita ut Dei ancillæ inibi ſervientes cum conſenſu & convenientia Trajectenſis Eccleſiæ Epiſcopi eligentur detur ſe Abbatiſſam poteſtatem habeant conceſſimus. Ad hoc ergo jubemus, ut nullus judex publicus vel quislibet ex judiciali poteſtate in Eccleſias aut loca l. agros ſeu reliquas poſſeſſiones jam dictæ Eccleſiæ, quas nunc infra ditionem Regni noſtri legius poſſidet, vel quæ deinceps in jura ejus divina clementia voluerit augeri ad eas judiciario more audiendas vel freda exigenda, manſiones l. prata facienda, aut fidejuſſores tollendos; aut homines ipſius Eccleſiæ contra rationem diſtringendos, nec ullas redibitiones vel inuſitatas occaſiones requirendas ullo unquam tempore ingredi audeat l. ea, quæ ſupra mentionata ſunt, penitus exigere præſumat, niſi advocatus quem Abbatiſſa elegerit ad utilitatem ejus & conſororum ibi Deo Sanctoque Vito Martyri Chriſti famulantium quidquid vero fiſcus noſter exinde ſperare poterit aut Theoloen de piſcatione in pago *Salon* & in fluvio Isla, quod vulgari nomine *Habedol* dicitur, torum nos pro æterna remuneratione prædictæ Eccleſiæ ad ſtipendia ſanctimonialium in ea Deo ſanctoque Vito ſervientium donavimus & largiti ſumus. Et ipſa Abbatiſſa cum omnibus rebus ſuis noſtra fideliter pareat Imperio & ſuo noſtris mondiburdio & defenſione quatenus ipſam ſororesque ejusdem loci pro nobis melius exorare deleƈtet: Et hoc ut noſtræ conceſſionis autoritas pleniorem in Dei nomine obtineat firmitatem & ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus noſtrisque melius credatur & diligentius obſervetur hoc præſens præceptum conſcribi, & annuli noſtri impreſſione ſigillari juſſimus, quam & propria manu ſubtus firmavimus.

Signum Domini Otthonis Imperatoris Auguſti Williguſt Cancellarius ad vicem Roberti Archi-Cancellarii recognovi.

Datum decimo nono Kalend. Januarii Anno Dominicæ incarnationis noningenteſimo tertio, indictione ſecunda, anno vero regni Divi Otthonis tertio decimo, Imperii vero duodecimo. Actum Neomagi, hæ literæ fuerunt ſubſcriptæ, concordat cum ſuo vero ex omni parte non vitiato ſigillato, quod teſtificor ego infra nominatus Notarius hac manus meæ propriæ ſubſcriptione: Et erat ſubſignatum Joan Schetler, publicus juratus & immatriculatus. Notarius præſcripta vera atteſtatur, ideoque eadem ob

Digitized by Google

ob honorem ſanctæ veritatis, cui teſtimonium dare conſentaneum eſt, manu propria ſubſ.

No. XXXVI.

OTTONIS III. diploma datum Monaſterio Eltenſi.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Otto divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus.

Si loca vel Monaſteria a religioſis perſonis ac Deo devotis conſtructa noſtra Imperiali autoritate corroborare conamur, hoc procul dubio & ad præſentis noſtri Regni ſtatum & ad æternæ beatitudinis præmium nobis profuturum fore credimus. Quapropter omnibus in Chriſto fidelibus noſtris ſcilicet præſentibus & futuris notum eſſe volumus, quomodo temporibus Avi noſtri piæ memoriæ Divi Othonis Imperatoris Auguſti Wichmannus Comes pro animæ ſuæ remedio ſuorumque parentum in quodam loco Altenis dicto Monaſterium & ſanctimonialium congregationem in honorem Domini noſtri Jeſu Chriſti & ſancti Viti, amplifico benignitatis conamine conſtruxit, nec non magnam certæ proprietatis ſuæ partem, cujus nomina infra tenentur, ſimul & benefecit, quod dilectus Avus noſter piæ memoriæ ei conceſſit in beneficium poſtea pro ſervitute ſedula ſibi condonavit in proprium ad edi libenter contradidit Monaſterium ſuamque ipſius filiam nomine Lutgardam exteris monialibus præconſtituit Abbatiſſam, ſuccedente vero tempore cum idem Wichmannus Comes ſemel ad veſperam mortis inclinaſſet, penitusque naturæ conceſſiſſet, altera ſuæ procreationis filia nomine Adela quondam proprietatis jam traditæ partem expoſcens dicensque quod pater ejus ſecundum Saxonicam legem absque ejus conſenſu & licentia nullam potuiſſet facere traditionem totam, patris ſui donationem perduxit in errorem, hujus; itaque ſevitionis perturbatio uſque ad tempus dilecti patris noſtri perdurabat, ipſe noſter caritativus pater eandem contentionis cladem extinguere pro viribus infudabat, & hoc quoad ipſe vitam finivit minime ad unguem uſque perduxit. Exacto autem longo temporis intervallo cum ejusdem Monaſteriis Abbatiſſa prætitulati videlicet Wichmanni filia univerſæ carnis viam intraret, aliaque in ipſius locum Imperialis noſtræ poteſtatis jure accederet, in palatio noſtro, quod dicitur Noviomagum, nimirum juſſimus fieri colloquium ibique ſaltem hujuſcemodi ſeditionis fecimus finem. Baldericus enim prædictæ maritus Adelæ pro noſtra voluntate, exhortatione ſimul & petitione, id ipſum Monaſterium ſua propria ſuæque conjugis manu in noſtrum publice contradidit Mondiburdium. Et ſicut mos eſt laicorum cum fiſtula ab eadem ſemel exivit prædio, ex ratione, uti nos noſtris Regali Imperio ac deſcriptionum præcepto tale libertatis arbitrium eidem Monaſterio perpetualiter condonaremus, qualiter cæteras monialium congregationes videlicet Aſſindio, Quiddenlingenborch & Gauderſem habere cognovimus, inſuper Baldericus omnia ejusdem Monaſterii prædia, quæ prior Abbatiſſæ duntaxat in ſua habuit poteſtate & inveſtitura ad reliquias Sancti Viti ad præſentiam noſtram noſtrorumque plurimorum fidelium conceſſit, tradit atque contradidit, quorum nomina hic ſunt inſcripta Geltmon, Furnon, Hantthuyſen, cum omnibus utilitatibus ad ea loca, juſte & rite pertinentibus, Emrica media pars æque diviſa in Hamnio media pars, Apel, Ternicko media pars, Hervelt dimidia pars, Arnheim media pars, Redinghem media pars, Lyenden dimidia pars, Brummen dimidia pars, Tulendimidia pars, Maeſme dimidia pars, Olbrug dimidia pars, Ratho dimidia pars, Honnepe dimidia pars, Thelden dimidia pars, Tryenden dimidia pars, Putten in loco conſtructo dimidia pars; Adhæc quatuor partes Foreſti Sternewalt in offer Wichey, Mulo, & Subort: In his quatuor Foreſtis cervum & cervam nullam habeant venandi licentiam, niſi verbo etiam ſenſu Abbatiſſæ. Etſi cervus vel cerva de his effugiat foreſtis eos in alias ſilvas ſequi ſit licentia Abbatiſſæ nuntiis in foreſto, in quo Eltena eſt conſtructa, ſingulis annis inter cervos & cervas duodecim fere tribuantur Abbatiſſæ: Ut autem hujus traditionis donatio firma & inconvulſa permaneat poſterior Abbatiſſa nomine Lutgarda prælibatæ Adelæ maritetæ quatuor Curtes nomine Rinharn, Helikaubel, Linthuyſen, Reelo, cum omnibus utenſilibus ad ea pertinentibus in propriam trahendo ad ea recompenſavit quatenus poſthac ſicut prædiximus pacis & amicitiæ, pignus eo permaneat tenacius; hanc igitur idem Baldericus traditionem grate uni fronte recepit, necnon de fidelium noſtrorum ſcilicet Williginſi Archiepiſcopi, Heldeboldi Epiſcopi & Heggebardi Marchionis cæterorumque multorum fidelium conſilio ſicut idem Baldericus donando poſtulavit, eidem monaſterio poteſtative & conceſſimus ut a modo ſicut cætera monaſteria ſuperata libero perenniter fruantur arbitrio. Præter hoc, quicquid prædii Divus Imperator ſemper Auguſtus Wichmanno in proprium donavit, præcipue quæ dicuntur in Nardincklant, Urck, Barbnegas, Otmes prædia inſuper in Friſonibus quicquid Abbatiſſæ in quatuor Comitatibus videlicet,

Hunesio, Fualgo, Merme, Mecheta tributaria, munificentia Avi noſtri recepiſſet nos noſtro deinceps præcepto ad utilitatem Abbatiſſæ & Sororum ibidem Deo Sanctoque Vito famulantium, largimur & concedimus, cum omnibus utilitatibus inſuper dictis, ſimul & in iſta proprietate arcis, ædificiis, terrisque cultis & incultis, agris, pratis, campis, piſcinis, ſilvis, piſcationibus, molendinis, Eccleſiis, viis & inviis exitibus & reditibus quæſitis & inquirendis cunctisque appendicibus quæ dici poſſunt. Nec non ſiſcum & Theolonen de piſcatione in pago Salon, & in fluvio Iſula, quod vulgari numero Hædall dicunt. Et quod dilectus genitor noſter eidem Monaſterio conceſſit, eodem modo pro æterna remuneratione nos contradimus. Et nos adhuc volumus noſtro Imperialique præcepto cunctis noſtris in Chriſto fidelibus firmiter jubemus, ut in eodem monaſterio l. locis ad id pertinentibus nullus Dux, Comes vel Vice-Comes, nullus Marchio vel quilibet Schuldacio, vel alia judiciaria perſona ullum habeat placitum nec parafredes, nec prata faciendas, nec aliud exigatur ſervile ſervitium priusquam ejusdem Abbatiſſæ ſervus in cujuscunque habitet Comitatu alterius Comitis non eat placitum, ſed ad ejus ſolummodo quemcunque Abbatiſſa ſibimet eligere velit Advocatum. Ceterum pro animæ noſtræ expiaculo eidem largiti ſumus Monaſterio, ut poſthac perpetualiter cum ejusdem Monaſterii Abbatiſſa morbo conſumta moriatur, ſanctimoniales inter ſe unam quamcunque velint ſimul conſenſu Trajectenſis Epiſcopi in cujus poſitæ ſunt diœceſi absque mortalium omnium contradictione licenter eligent. Et ut hujus monaſterii ſtatus ab adverſariorum omni incurſione maneat intactus ſicut Wichmannus Comes inſtituit, de eodem Monaſterio ad limina S. Petri Principis Apoſtolorum Romani argenti tot annis libra deferatur. Poſtremo ipſa videlicet Abbatiſſa cum omnibus rebus ſuis noſtro ſemper pareat Imperio & ſub noſtro conſiſtat Mondiburdio, quatenus ipſam ſororesque ejus pro nobis jugiter exorare melius delectet. Et ut hæc noſtræ conceſſionis autoritas obtineat firmitatem & a ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus noſtrisque melius credatur, & diligentius obſervetur, hoc præſens præceptum conſcribi, & annuli noſtri impreſſione ſigillari juſſimus, quod & propterea manu ſubtus firmavimus. Signum Divi Ottonis Magni Imperatoris Auguſti, Hildebaldus Epiſcopus Cancellarius vice Willegiſi Archiepiſcopi recognovi. Datum quinto decimo Kalend. Januarii Anno Dominicæ incarnationis noningenteſimo nonageſimo ſexto, indictione decima. Anno autem tertii Ottonis regnantis, Imperio vero tertio. Datum in Palatio Noviomagi, Amen.

Fuerunt hæ literæ ſubſcriptæ præſens Copia reſpondet in uno tenore & voce ſuo abſque vitio carente ſigillato originali atteſtante hoc ipſum me infra ſcripto Notario, Johannes Schetler Fredanus Notarius præſcripta veriſſima eſſe profitetur, ideoque ſe manu propria ſubſcripſit.

No. XXXVII.

LOTHARII II. Confirmatio Privilegiorum Monaſterii Eltenſi.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Lotharius divina favente clementia Rex ſi loca vel Monaſteria religioſis perſonis a Deo devotis conſtructa noſtra regali corroborare potentia conamur, hoc procul dubio & ad præſentis noſtri Regni ſtatum, & ad æternæ beatitudinis præmium nobis profuturum credimus. Quapropter omnibus in Chriſto fidelibus noſtris, præſentibus ſcilicet & futuris, notum eſſe volumus, quomodo temporibus bonæ memoriæ Othonis primi Imperatoris Auguſti anteceſſoris videlicet noſtri Vichmannus Comes pro animæ ſuæ remedio parentumque ſuorum in quodam loco Eltena dicto, Monaſterium & congregationem ſanctimonialium in honore domini noſtri Jeſu Chriſti & ſancti Viti amplifico benignitatis conamine conſtruxit, nec non magnam ſuæ proprietatis partem, cujus nomina infra tenentur, ſimul & beneficii, quod idem Divus Imperator ei primum conceſſit in beneficium, ſed poſtea pro ſervitute ſedula ſibi donavit in proprium ad id ipſum licenter contradidit monaſterium ſuamque ipſius filiam nomine Ludgardam, cæteris ſanctimonialibus præeſſe conſtituit Abbatiſſam. Succedente vero tempore, cum idem Vichmannus Comes ſemet ad veſperam mortis inclinaſſet, penitusque naturæ conceſſiſſet, altera ſuæ procreationis filia nomine Adela, quartam proprietatis jam traditæ partem expoſcens, dicensque quod pater ejus ſecundum legem Saxonicam absque ejus conſenſu & licentia nullam potuiſſet facere traditionem, totam patris ſui traditionem perduxit in errorem. Hujus itaque ſeditionis perturbatio usque ad tempus, ſecundi Ottonis perdurabat Imperatoris, ipſeque eandem ſeditionis cladem extinguere pro viribus inſudabat, & hoc quoad ipſe vitam finivit, minime ad unguem perduxit: Exacto autem longi temporis ſpatio, cum ejusdem monaſterii Abbatiſſa prætitulati Vichmanni filia univerſæ carnis iter intraret, aliaque ei Senioris noſtri Ottonis III. pio jure ſuccederet, in palatio ſuo quod dicitur Novimgo ſuum juſſit

fieri

fieri colloquium, ibique hujus ſeditionis fecit finem. Baldericus enim prædictæ Adelæ maritus ejusdem pii Imperatoris ex hortatione ad ipſum monaſterium ſua propria ſuæque conjugis ſimul & petitione, manu in Imperiale publice contradidit mendibundium. Et ſicut mos eſt Laicorum ab eodem ſemet exuit Monaſterio & prædio facta feſtuca ea ratione, uti idem Imperator pius, ſuo Imperio & deſcriptionis præcepto tale libertatis arbitrium eidem Monaſterio perpetualiter condonaret, quale cæteras Sanctimonialium congregationes videlicet Aſſendia, Queddenlingenburgk & Ganderſen, habere cognoſceret. Inſuper prædictus Baldericus omnia ejusdem Monaſterii prædia, quæ prior Abbatiſſa, dum vixit, in ſua habuit veſtitura ad reliquias Sancti Viti, in præſentia ſui ſuorumque quamplurimorum fidelium conceſſit, reditusque contradidit, quorum nomina hic ſunt inſcripta: Eltena, ſurvum Werthuyſen cum omnibus utilitatibus & ad Eltena juſte & rite pertinentibus, Embrica media pars æque diviſa. Hamnes pars dimidia, Aladinge pars media, Feloida pars dimidia, Arnhem dimidia pars, Radinchem pars dimidia, Applen, Terrhha pars dimidia, Herwelt dimidia pars, Lechin dimidia pars, Thulo pars dimidia, Arnle pars dimidia, Malſum pars dimidia, Brummen dimidia pars, Olborch dimida pars, Rode pars dimidia, Honnipe pars dimidia, Telden dimidia, Trienden dimidia Eccleſiæ, Putten loco conſtructo pars media. Ad hæc pertinent Quatuor foreſte, Stenrewald, Meſſel, Wechamerlas. In his quatuor foreſtis cervum vel cervam nullus habeat venandi licentiam, niſi verbo & Abbatiſſæ conſenſu. Etſi cervus vel cerva de his effugiat foreſtis, eos in alios ſequi ſit licentia Abbatiſſæ nunciis. Et in foreſto, in quo Eltena eſt conſtructa quotannis inter cervos & cervas duodecim fere tribuantur Abbatiſſæ. Ut autem hujus traditionis donatio firma & inconvulſa permaneat, poſterior Abbatiſſa nomine Lutgarda prælibata Adelæmaritatæ, quatuor Curtes, nomine Rynharo, Helebanbecks, Lynhuyſen Trecklao cum omnibus utenſilibus ad ea loca pertinentibus in proprium tradendo recompenſavit, quatenus poſthac, ſicut prædictum eſt, pacis & amicitiæ pignus eo permaneat tenacius. Hanc igitur ejusdem Balderici traditionem grata & hilari fronte recepit, nec non cum plurimorum fidelium ſuorum, Willegeſi ſcilicet Archiepiſcopi, Hildebaldi Epiſcopi, ſimul & Eggehardi Marchionis multorumque fidelium conſilio, ſicut idem Baldericus donando poſtulavit, eidem Monaſterio poteſtative, ſicut & nos modo concedimus, conceſſit. Ac deinceps ſicut cætera Monaſteria ſupra nominata libero perenniter perfruantur arbitrio. Præter hoc quicquid prædii Magnus Otto Imperator Auguſtus Wichmanno Comiti in proprium donavit, præcepto Curtis, quæ dicitur Nerdinghland, Urck, Berbneger, Otuneus prædia; inſuper in Friſonibus quicquid ſuperior Abbatiſſa in quatuor Comitatibus, videlicet Huneſgo, Sudalgo, Merma, Micheta, tributi a munificentia magni Otthonis recepiſſet. Nos ſicut Divæ ſenior memoriæ & anteceſſor noſter deſcriptionis præcepto ad utilitatem Abbatiſſæ & conſororum ibidem Deo ſanctoque Vito famulantium largimur & concedimus cum omnibus utilitatibus in ſupranominata, ſicut & in iſta proprietate arcis, ædificiis, terris, cultis, incultis agris, campis, paſcuis, ſilvis, venationibus, aquis, aquarum decurſibus, piſcationibus, molendinis, Eccleſiis, viis vel inviis exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis cunctisque appendicibus, quæ dici poſſunt, nec non fiſcum, & Tollenen de piſcatione in pago Salon & in fluvio Iſta, quod vulgari nomine Cœtertal dicunt. Et quod ſecundus Otto Imperator eidem Monaſterio conceſſit, eodem modo pro æterna remuneratione, & nos contradimus. Adhæc volumus, utroque regali præcepto cunctis noſtris in Chriſto fidelibus firmiter jubemus, ut in eodem Monaſterio vel ad id pertinentibus nullus Dux, Comes vel Vice-Comes nullus Marchio vel quilibet Schuldacio, vel alia judiciaria perſona nullum habeat placitum, nec parefradas, nec pratas faciendas, nec aliquid ſimile exigatur ſervitium, priusquam ejusdem Abbatiæ ſervus in cujuscunque habitet Comitatu alterius Comitis non eat ad placitum, ſed ad ejus ſolummodo quemcunque Abbatiſſa ſibimet eligere velit advocatum. Cæterum pro animæ noſtræ ex piaculo eidem largiti ſumus Monaſterio, ut poſthac perpetualiter cum ejusdem Monaſterii Abbatiſſa morbo conſumta moriatur, Sancti moniales inter ſe unam quamcunque velint, ſimul cum conſenſu Trajectenſis Epiſcopi, in cujus poſitæ ſunt Diœceſi, absque mortalium omnium contradictione licenter eligant. Et ut hujus Monaſterii ſtatus ab adverſariorum omnium incurſione maneat intactus, ſicut Wichmannus Comes conſtituit, de eodem Monaſterio ad limina Sancti Petri, Apoſtolorum Principis Romani argenti libra quotannis deferatur. Poſtremo ipſa videlicet Abbatiſſa cum omnibus ſuis rebus noſtro ſemper pareat Imperio, & ſub noſtro Mondibardio, quatenus ipſam ſororesque ejus pro nobis jugiter exorare melius deleſtet. Et ut hæc conceſſionis noſtræ authoritas obtineat firmitatem, & a ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus noſtris melius credatur & diligentius obſervetur, hoc præſens præceptum conſcribi, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, quod & propria manu ſubtus firmavimus, quod etiam

Digitized by Google

etiam jam dictam Eccleſiam beati Viti in beatum Blaſii natale a ... ... Mildenſi Epiſcopo, præſente & favente Trajectenſi Epiſcopo una cum Clero ſuo aliisque quamplurimis ſanctæ Eccleſiæ fidelibus conſecrari mandavimus. De Cenſu noſtro, quem Duisborch habemus, unoquoque anno duo talenta probatæ monetæ donavimus, juvante & precante pia Regina & Conjuge noſtra Rebecca. Datum quarto Idus Aprilis, Anno Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo trigeſimo quarto. Anno quinto Lotharii Regis Edi. Actum Gaeſzilariæ. Hujus rei reſtes ſunt Adelbertus Moguntinenſis Archiepiſcopus, Norbertus Magdeburgenſis Archiepiſcopus, cum aliis decem Epiſcopis, tres Marchiones & alii plerique terræ Nobiles. Subſcriptæ hæ fuerunt literæ, quod præſens copia cum verbo ſuo & non vitiato ſigillato originali in uno tenore & voce per omnia correſpondeat. Teſtificor ego Joannes Scheller Fredanus, ſacra Imperiali authoritate publicus & juratus, nec non in ampliſſima Curia Eccleſiaſtica Monaſterienſi immatriculatus Notarius hac manus meæ propria ſcriptura & ſubſcriptione, Joannes Scheller Notarius ob honorem ſanctæ veritatis manu propria ſubſcripſi.

No. XXXVIII.

Fundatio Monaſterii Vallis Comitis ſ. Greventhal.

NOs Otto Comes Geldriæ, univerſis ad quos præſens ſcriptum pervenerit, æternam ſalutem. Ne res geſta diuturnitate temporis in obſivionem deveniat, neceſſe eſt, ut in ſcripto relinquatur poſteris obſervanda. Sciant itaque præſentes & futuri, quod cum nos ad honorem Dei & gloriosæ Genetricis ejus clauſtrum monialium Ciſtercienſis Ordinis in terra noſtra decreviſſemus conſtituere, & perſonis ibidem exiſtentibus de bonis noſtris in neceſſariis providere. Ne a noſtris ſucceſſoribus vel nobis factum noſtrum valeat imitari ea, quæ ad tanti boni completionem conferre curavimus, præſenti ſcripto duximus exprimenda. Aſſumpto ergo conventu monialium in Ruremunda contulimus eis locum ad manendum in prædio noſtro, Caſtrum videlicet, quod Rota vocabatur, quod nunc VALLEM COMITIS appellavimus, ſitum in Parochia *Aſperden* ſupra fluvium, qui Nirſa dicitur, ubi eis clauſtrum conſtrui fecimus cum piſcationibus adjacentibus a ponte de *Aſperden* inferius usque ad bona de Keldunck, attinentiis ſuis. Curtam etiam noſtram adjacentem, quam quidam Gerhardus a nobis ad annuam penſionem tenuerat, & alia bona ſimiliter, quæ quidam Hermannus a nobis tenuerat in penſione cum torris, paſcuis, ſylvis & aliis attinentiis ſuis. Inſuper penſionem, quæ ſolvebatur nobis de agris in Lempt prope Goch, qui facit ſingulis annis trecenta & duodecim maldera ſiliginis vel circa hoc ad menſuram pacti. Item contulimus eis jus Patronatus Eccleſiæ de Genth in Betua Trajectenſis Diœceſeos : & cum tertia pars decimæ dictæ parochiæ de Genth & de Angeren & de Dorenburg attineat ipſi Eccleſiæ de Genth, & duæ tertiæ partes nobis attinuerunt, contulimus memorato conventui quartam partem decimæ nobis attinentis, ita & cum tertia parte decimæ prædictarum Villarum habeant medietatem totius decimæ ſupradictæ, nos aliam medietatem nobis reſervavimus. Inſuper dedimus eis jus patronatus Eccleſiæ a *Lenthe* & jus patronatus Eccleſiæ de Keſtel Colonienſis Diœceſeos. Præterea cum præfatus conventus quædam bona ſita inter clauſtrum memoratum & pontem de Aſperden, quæ Godefridus de Lynen a nobis tenuit in feudo, ab eodem Godefrido comparaſſet, & idem Godofridus eadem bona in manus noſtras reſignaſſet, & filium hæredem non haberet, nos ſæpe dicta bona cum omnibus ſuis attinentiis memorato conventui tradidimus perpetuo habere poſſidenda. Item quædam alia bona dicto clauſtro adjacentia, quæ Stephanus miles de *Pleczo* a nobis ſimiliter in feudo tenuit, cum ea dictus Stephanus in manus noſtras reſignaſſet, & filium hæredem non haberet, ſimiliter ſupradicto conventui contulimus perpetuo poſſidenda. Et hæc omnia ipſis tradidimus libere & integraliter, prout nobis attinebant. Et ut hæc omnia eis in poſterum ſalva permaneant, & in conceſſa præſentem literam ſuper hoc confectam dicto conventui tradidimus ſigillo noſtro communitam. Acta ſunt hæc apud Gerle ſub hiſce teſtibus, Wilhelmo Comite de Keſſel, Godefrido Domino de Parwys, Wilhelmo Domino de Altena, Rutgero Domino de Grevich, Wilhelmo Dicto Schelling, Wilhelmo de Tiglo, & pluribus aliis. Anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quinto, menſe Junio.

No. XXXIX.

Diploma fundati Cœnobii Cappenbergenſis.

HEnricus divina favente Clementia IV. Romanorum Imperator Auguſtus, notum fieri cupimus tam præſentibus quam futuris Chriſti fidelibus, quod Godefridus Comes

Digitized by Google

Comes & frater ejus Otto Caſtrum Cappenberg, quod jure Allodiali poſſidebant cum adjacentibus quatuor curiis *Nette, Werle, Heyle, Aſſede*, Deo Patri Omnipotenti & B Dei Genetrici Mariæ, & B. B. Apoſtolis Petro & Paulo Sanctis omnibus ſpe futuræ retributionis animati obtulerunt, tradentes hoc venerabili fratri Nortberto, ſuisque fratribus ſibi ſubjectis eorumque ſucceſſoribus in Canonica Profeſſione ſecundum Apoſtolica inſtituta ibidem degentibus. Nos ipſis fratribus ad Imperiale patrocinium confugientibus traditionem hanc ratam, & inconvulſam permanere ſtatuimus. Decernimus etiam & firmamus ex rogatu eorundem fratrum, quod nullus Epiſcopus, vel ejus Eccleſiæ futurus Prælatus poteſtatem habeat regulam, profeſſionem, inſtitutionem aſſumtam immutare, vel indulgentia laxioris licentiæ corrumpere. Advocatus ibi nullus ſit, niſi quem fratres ipſi unanimiter elegerint, qui ſi incommodus vel inutilis ſit, ſi ſemel, ſecundo vel tertio correptus non emendaverit, alium eligendi liberam habeant facultatem. Hoc & fideles Dei ſcire volumus, quod eidem Godefrido, ejusque fratri pro redemptione animæ meæ ſupradicto Sacerdote pro eis intercedente regiam offenſam condonamus, obſides earum manumittimus, & quicquid cauſæ vel exactionis in ipſos habuimus, vel habere poſſemus, æternaliter poſtponimus. Ad hanc vero noſtram traditionem teſtes idoneos adhibuimus Adalbertum Moguntinum Archiepiſcopum, Fridericum Archiepiſcopum Colonienſem, Hartwicum Ratisponenſem, Ottonem Bavenbergenſem, Brunonem Spirenſem, Hermannum Auguſtenſem, Gebehardum Herbipolenſem Epiſcopum. Alii quoque Principes, Henricus Dux Bavariorum, Fridericus Dux, Simon Dux, Bertolfus Dux, & frater ejus Conradus, Marchio Lupoldus, Engelbertus Marchio, Berengarius Comes. Ut autem hæc noſtræ traditionis auctoritas ſtabilis & inviolata omni permaneat ævo, hanc inde cartam conſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Præterea quæcunque poſſeſſiones, quæcunque bona in terris, vineis, mancipiis, cenſibus, decimis, molendinis, aquis, aquarumque decurſibus, pratis, paſcuis, nemoribus, campeſtribus, montibus, collibus, vallibus, aut quibuslibet aliis rebus prædicta Cappenbergenſis Eccleſia in præſentiarum poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis poterit adipiſci, omnia ex Imperatoria auctoritate confirmamus, in quibus propriis vocabulis duximus exprimenda Mengede, Curede, Sorbeene, Wiſele, Wesheim, cum manſis & manſionibus & univerſis uſibus ac juſtitiis ſuis. Si qua igitur Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam venire tentaverit, indignationis noſtræ pœnam ſentiet. Signum Henrici IV. Romanorum Imperatoris. Philippus Cancellarius vice Archi-Cancellarii recognovi. Data anno Dominicæ incarnationis MCXXIII. Indict. XIII. (alii I.) apud Lobwiſſen, quando Dominus Imperator annulum & baculum remiſit durante adhuc eo anno.

No. XL.

Theodorici Comitis Clivenſis Confirmatio fundationis Cœnobii Averdorpienſis.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Theodoricus Dei munere Comes in Cleve, Arnoldi Comitis & Idæ Comitiſſæ filius, cunctis heredibus meis & univerſis, tam futuris quam præſentibus fidelibus notum facio, quod poſtquam nobiliſſimi Comites Cappenbergenſes, Godefridus & Otto ſua omnia, ſemetipſos Deo obtulerint, in Curtim Weſelenſem ſanctimoniales Chriſto ſervituros transmiſerunt; videntes itaque perverſæ mentis homines poſſeſſionem ejusdem Curtis ad clauſtrales perſonas devolutam, conati ſunt amplam ejusdem Curtis juſtitiam infirmare vel minuere; Denique a ſylva Demmerwald nomine, in qua ex diebus antiquis jam dictæ Curtis in cæteris & pro cæteris cum provincialibus ſemper potens extitit, moliti ſunt quidam, fratres illos quaſi alienos reputare, proinde nos timorem, Dei præ oculis habentes contra hanc injuſtitiam defenſionis noſtræ clypeum levavimus, & ad adverſarios clauſtri nuntios direximus & præſcriptam audaciam repreſſimus. Volumus itaque & præſentis ſcripti autoritate ſancimus, ut prænominata Curtis ex hoc & in omne tempus in ſuæ poteſtatis plenitudine permaneat, quam uſque ad noſtra tempora ex diebus antiquis habuiſſe dignoſcitur, & in jurisdictione & Veſelenſium Sylvarum communione ſupra dicta Demmerwald, in communione quoque earum, quæ trans Lupiam ſunt ſylvarum, ſed & in agris nemoribus nemo fratres illos inquietare, & vel vim vel fraudem eis inferre præſumat, qui ſub noſtræ defenſionis alas confugerunt. In ejusdem Curtis allodia, ſi mortuus quis fuerit non liceat hæreditatem requirenti exigere preces vel annonam, ſed & minuta decima, quæ de nutriendis animalibus provenire ſolet, nec ex ipſa fratrum Curte, nec ex domo inquiri aut dari ullo modo debet. Et quia eosdem Chriſti pauperes

Digitized by Google

ex animo diligimus, hæc & quæcunque ſunt alia eis attinentia banno noſtro confirmamus, mandantes heredibus noſtris, ut & ipſi idem clauſtrum pro reverentia ſanctæ Mariæ Virginis & pro ſalute animarum ſuarum diligant ac defendant. Ut ergo hæc ad poſterorum notitiam perveniant, ſcripturæ hujus teſtimonium ſigilli noſtri præcipimus impreſſione inſigniri ſub notatis teſtibus, quorum hæc ſunt nomina: Adalhartus de Weſenthorſt, Hermannus Pincerna, Rutgerus Bixel, Golachus de Dingde, Balduinus de Caliar, Weſſelinus de Stranckede, Bernhardus de Dulmer, Antonius de Dyaslacken, Rutgerus de Galen, Marcharus de Brechte, Amandus de Tile, & alii multi. Anno ab incarnatione Domini Milleſimo centeſimo, ſexageſimo tertio, regnante Domino Friderico Rom. Imperatore, Adminiſtratore Colonienſis Eccleſiæ Pontificalis Domino Reinaldo Viro venerabili in nomine Domini.

No. XLI.

Vertrag zwiſchen den Graffen von Cleve und der Dochter von Henßberg de Anno 1255.

UNiverſis præſentem paginam inſpecturis N. filius Comitis Clivenſis ſenior ſalutem, cum notitia ſubſcriptorum notum eſſe volumus & teſtamur, quod Illuſtris Vir, Henricus Dominus de Henisberg cum Aleide filia ſua uxore noſtra nobis donavit Caſtrum ſuum Saffenburg, quod ab Eccleſia movet Colonienſ, cum omnibus ſuis appendiciis, Vaſallis & miniſterialibus utriusque ſexus in ea parte Rheni, ibi Saffenburg ſitum eſt manentibus, omnibus vero ex altera parte Rheni manentibus, ad idem Caſtrum ſpectantibus ſibi & ſuis hæredibus perpetuo reſervatis. Inſuper nobis dedit Advocatiam majoris Eccleſiæ Colonienſis cum omnibus juribus ſuis ſicut ipſe tenuit eandem, exceptis bonis & hominibus advocaticiis, ſi qui dictæ attinent Advocatiæ, manentes in ea parte Rheni, ubi Blanckenborg ſitum eſt, quos ſibi & ſuis poſteris reſervavit. Item donavit nobis Advocatiam Bunnenſem cum omnibus ſuis appendiciis, quæ ſunt in ea parte Rheni, ubi Bruna ſita eſt, exceptis omnibus Curtibus, bonis & hominibus Advocatiis, ad eandem advocatiam ſive & quascunque Eccleſias Bunnenſes ac ad altaria pertinentibus, jacientibus aut manentibus in ea parte Rheni, ubi Blanckenberg ſitum eſt, quæ omnia idem Nobilis ſibi & ſuis hæredibus, eo jure, quo Heinricus quondam Comes Seynenſis ſuus avunculus tenuit, dedit hæreditarie ſervanda. Item dedit nobis bona ſua in Atwilre. Prædicta vero bona donavit nobis & uxori meæ prædictæ, & proli noſtræ, ſi quam ex ea genuerimus, hæreditarie poſſidenda, tali tamen interpoſita conditione, quod ſi d. A. Uxor mea ſine prole deceſſerit, nos in eisdem bonis, quoad vixerimus, poſſidebimus uſum & fructum, poſt deceſſum vero noſtrum, eadem bona ad Dominum de Hennesberg vel ad ejus hæredes ſine aliqua contradictione libere devolventur. Dicta etiam bona omnia a dicto Domino de Hennesberg nobis donata non commutabimus per concambium, nec vendemus, nec aliquatenus alienabimus, ſed nobis & noſtris hæredibus, ſicut nobis donata ſunt, integra ſervabimus. Præter hæc, quæ Dominus de Hennesberg excepit, adhuc excepit Dominum militem de Orſebecke, bona de Witenslike cum omnibus ſuis attinentiis, & quinque Carvatas Vini in Keſſenich, Advocatiam de Rodenkirch cum ſuis attinentiis, bona in Grunen, & alia Allodialia, quæ Commitiſſa Seynenſis in ſuis adhuc manibus tenet, quæ poſt mortem ejus ipſi duo H. cedent per diviſionem cum aliis ſuis Cohæredibus; Hæc & omnia jam excepta ſive ſint in bonis ſuis, ſive in hominibus, jacentibus vel manentibus in ea parte Rheni, ubi Blanckenberg ſitum eſt, ad quamcunque pertinent donationem ſive venditionem, ſæpe dictus Dominus de Hensberg ſibi & ſuis hæredibus, ſicut antea hæreditarie in perpetuum reſervavit. Nos igitur eisdem bonis exceptitiis omnibus renunciamus, nec aliquam ſuper ipſis contra domum de Hennesberg & ſuos hæredes nos & noſtri ſucceſſores movebimus quæſtionem, niſi per mortem hæredum ipſius Domini de Hennesberg ad nos & noſtros ſucceſſores rationabiliter devolvantur. Ad majorem igitur præmiſſorum omnium firmitatem, præſentem paginam, Sereniſſimi Domini noſtri, Dni. W. Romani Regis, Patris noſtri, Comitis Clivenſis, fratris noſtri Quæſ. noſtro, & Domini de Heusden & Domini de Oye decrevimus roborari Sigillis. Hujus rei teſtes ſunt G. Comes Seynenſis: C. Dominus de Heusden. B. Dominus de Oye. Th. Dominus de Mörſe. J. Dominus de Batenberg, nobiles Viri E. de Horſt. G. Nuenkirch. H. & G. Fratres de Huckelhoven. Arnoldus de Mullenarck. Theod. de Brackeli. Theod. de Keckbuſch. Reynaldus de Ederal milites & alii quam plures. Datum Anno Domini M. C C. LV. in die Mauricii & ſociorum ejus.

No. XLII.

Digitized by Google

No. XLII.

OTTO Comes Clivenſis univerſis & ſingulis noſtris Civium Conſulibus, Scabinis ac Univerſitatibus Oppidorum & Villarum liberarum terræ ſuæ ſalutem cum effectu. Vobis ſingulis Univerſitatibus & univerſis ſingulariter gratis prohibitione per præſentes diſtrictius inhibemus, ne aliquem vel aliquos de ſervis vel mancipiis utriusque ſexus honorabilibus Viris Decano & Capitulo Eccleſiæ Xantenſis, & eidem Eccleſiæ attinentibus in veſtrum cooppidanum vel cooppidanos recipere vel admittere præſumatis, volentes & mandantes quatenus, ſi quem vel quos ex his ſervis vos recipere contingit, ex tunc, quandocunque infra annum a die receptionis hujusmodi præfati Decanus & Capitulum receptum vel receptos requiſierint, vel requiri fecerint, & eum vel eos ſibi attinere legitime evicerint, receptum vel receptos ſic evictos reſtituatis ſine difficultate qualibet indilate. Datum A. D. MCCCVII. feria 3. poſt Pentecoſten.

No. XLIII.

Belehnung Kayſer Ludewigs Graffen Didrich von Cleve geſchehen Anno 1317.

LUdovicus Romanorum Rex ſemper Auguſtus, Spectabili Viro Theodorico Comiti Clevenſi conſanguineo ſuo dilecto, gratiam ſuam & omne bonum. Tuis exigentibus meritis, & ut nobis & Imperio fortius ad obſequendum & diligentius adſtringaris, Omnia & ſingula bona quocunque nomine cenſeantur, per Engelbertum Comitem de Marca, a Nobis & Imperio, titulo feodali ſeu quovis obligationis modo hactenus habita & poſſeſſa, quibus ipſum propter ſua demerita, nec non ingratitudinis vitium & rebellionem manifeſtam contra nos & imperium habitam, per alias noſtras literas privavimus, de plenitudine Regiæ poteſtatis, tibi tanquam bene merito de ſpeciali gratia conferimus & de ipſis te, auctoritate præſentium inveſtimus, volentes, ut eadem tam tu, quam hæredes tui legitimi de tuo corpore deſcendentes a nobis & Imperio titulo feodali teneatis, & poſſideatis ac etiam recognoſcere debeatis, quodque nobis & ſucceſſoribus noſtris Imperatoribus & Regibus Romanis proinde debita ſervitia faciatis & præſtetis conſuetum fidelitatis & homagii ſacramentum. In cujus rei teſtimonium præſentes conſcribi, ac noſtræ Majeſtatis Sigillo juſſimus communiri. Datum in Heidelberg XI. Calend. Junii Anno Domini Mllo CCC. ſeptimo decimo, Regni vero noſtri Anno tertio.

No. XLIV.

Proſcriptio Engelberti Comitis Marcan.

de Harpen & parochia de Ude cum ſuis attinentiis ſufficere & ſupportare omnia & ſingula talia onera, quibus ipſa vel eorum aliquid ſubjacebat tempore quo ſupra nominatus quondam noſter prædilectus bonæ memoriæ Dominus & genitor eodem Caſtrum, Territorium & Oppidum de Ravenſtein & Harpen & parochiam de Ude, & eorum poſſeſſionem realem de manibus nobilis Joannis Comitis de Naſſau Domini de Breda, dilecti noſtri Conſanguinei & heredibus nobilis quondam Domini Roberti Comitis de Vernenburg ſibi & in ſuos uſus conquiſivit, præterea cum prædicta parochia de Ude ab ipſo tempore citra, per perdilectum Dominum & genitorem noſtrum Domini Joannis Ducis prælibati conſenſu in & ad manus Theodorici de Brunchorſt Domini de Patenburg & de Anholt pro duodecim millibus florenis Rennenſibus oppignorata ſeu hypothecata exiſtat, debemus Nos Joannes Dux Clivenſis ſupra nominatus infra terminum octo annorum a dato præſentium literarum continue conſequentium ſupradicta duodecim millia florenorum Renenſium exſolvere, luere, atque diſtrictum & parochiam de Ude impignoratam de manibus Theodorici de Brunchorſt prænominati liberare, ſic perdilectus frater noſter ipſam parochiam de Ude cum ſuis attinentiis, de impignoratione ſupradicta redemtam, habere poterit & libere poſſidere, & quamdiu dictam redemptionem diſtulerimus fratri noſtro dilecto ſingulis annis in feſto Sancti Martini Menſis Novembr. pro dicta parochia de Ude reditus mille ducentorum Renenſium florenorum vel pagimentum legale pro eisdem æquivalens integre perſolvemus, quorum redditum primus ſolutionis terminus erit feſtum Sancti Martini poſt datum præſentium proxime futurum, verum quam primum nos vel heredes aut ſucceſſores noſtri duodecim millia florenorum Renenſium ſupradicta exſolverimus atque luitionem a dicto Theodorico de Bronchorſt aut ſuis heredibus ullo tempore intra dictos octo annos fecerimus, ſic quod noſter dilectus germanus ſupranominatus parochia de Ude cum ſuis attinentiis libere frui valeat absque gravamine dictæ impignorationis prænarrato, ex tunc nos & heredes noſtri de mille ducentis florenis ſubſcriptis ultro ſolvendis erimus abſoluti, reſervato dilecto germano noſtro prædicto pro tunc de mille ducentis florenis portione tanta idm, quod pro rata temporis illius anni ſibi competere poterit de eisdem, & quamdiu dictam redemptionem diſtulerimus, dictus frater noſter obſervabit, cum Theodorico de Brunchorſt & ſuis heredibus ratione ejusdem parochiæ de Ude impignoram, ſive contractum prædictos, in eventum vero, quo dicta Caſtrum, Oppidum & territorium de Ravenſtein, Harpen & Ude cum ſuis pertinentiis infra & citra tempus, quo in manibus genitoris noſtri ſteterunt, per eundem noſtrum genitorem, aut nos aliquibus fuerint oneribus aggravata, Nos onera hujusmodi tenebimur removere noſtris ſub expenſis inſuper reditus ſexcentorum coronatorum aureorum annuatim levandos ex diſtrictibus & Oppido de Buſco Ducis, quos quondam Dominus genitor noſter prædictus habuit, poſſedit, & tenuit in feudum a præfato Illuſtriſſimo Principe Domino Duce Burgundiæ & Brabantiæ Domino & Avunculo noſtro prædicto; Nos Joannes Dux ſupradictus in præſentia fraternæ diviſionis & compoſitionis placito, præfato, dilecto fratri noſtro Adolpho tradidimus hereditarie & aſſignavimus, tradimus & aſſignamus per præſentes, ſic quos eosdem redditus ſexcentorum Coronatorum aureorum ab eodem Illuſtriſſimo Principe Domino & Avunculo noſtro ſuisque heredibus & ſucceſſoribus Brabantiæ Ducibus acceptare & tenere poſſit & debeat, eo Jure, quo prædictus Dominus genitor noſter ſupradictus eosdem ab eodem tenuit, & poſſedit præterea ſicut Illuſtriſſimus Princeps & Domina Maria de Burgundia Ducissa Clivenſis & Comitiſſa de Marca amantiſſima Domina & mater noſtra in devalcationem dotis ſuæ Domino & genitori noſtra apportavit Territorium de Winnendale cum ſuis attinentiis juxta tenorem literarum deſuper confectarum. Quo quidem territorio eadem noſtra Domina & mater ad vitam ſuam frui debet, noſter quoque dilectiſſimus Dominus & Avunculus Dux Burgundiæ ſupranominatus Dominæ & Matri noſtræ prædictæ, ex parte principalis ſummæ ſuæ dotis aſſecurare & aſſignare debet annuos redditus hereditarios duorum millium Coronatorum juxta literarum ſuarum matrimonialium padionis & tenorem, quibus & prædicta Domina & mater noſtra ad vitam ſuam uti debet.

Sic nos Joannes Dux prælibatus Adolpho dilecto germano noſtro ſupranominato in præſente fraternæ compoſitionis placito fraternaliter aſſignavimus & aſſignamus per præſentes dictum territorium de Winnendael cum ſuis attinentiis, una cum dictis redditibus duorum millium Coronatorum annuos redditus ſupradictos adire, ad ſe recipere & ad tenendum hereditarie & poſſidendum acceptare potuerit & debeat a prædicto Domino & Avunculo ſupradicto. Quod ſi Dominium & Territorium de Winendal vel pertinentia eorundem a tempore, quo eadem ad bonæ memoriæ Dominum & genitorem noſtrum ſupradictum devenerunt, quibuscunque impignoratoribus vel oneribus fuerint aggravata, de quibus luitio ſive redemtio facta non eſſet, nec fiet, ipſa Domina & Ma-

Digitized by Google

& mater noſtra in vita perſiſtens cuncta hujusmodi gravamina a tempore, quo ſupra impoſita & non remota, nos & noſtri heredes & ſucceſſores, Duces Clivenſes poſt obitum ejusdem noſtræ Dominæ & genitricis ad requiſitionem dilecti fratris noſtri & heredum ſuorum prædictorum redimere tenebimur, & integri removet, ſaluis tamen in dicto Domino & Territorio de Winendal oneribus ibidem reper. in tempore quo dictus & Dominus & genitor noſter ipſa Dominum & territorium nomine dotis, cum Domina & genitrice noſtra primum coperat poſſidere ad quæ luenda, nos aut noſtros heredes nullatenus volumus obligari, cum itaque Dominus noſter & Avunculus prædilectus Dux Burgundiæ ac ſui heredes ac ſucceſſores territorium de Winendal & duorum millium coronatorum annuos redditus ſupradictos poſſint luere, cum ſexaginta millibus coronis juxta continent. literarum deſuper confectarum in eventum quo dicta luitio fieret in vita prædilectæ Dominæ & Matris noſtræ perdurante, ex tunc dicta ſexaginta millia coronatorum, in depoſitum apud certos & fide dignos depoſitarios deponentur, ubi prædicta domina & genitrix noſtra dilecta, certa & ſecura ſit de eisdem, quoad usque pro bonis hereditariis & redditibus, ſic comparand. eadem Domina & genitrix noſtra quoad vixerit pacifice gaudebit & fruetur, & poſt ejus obitum dilectus frater noſter Adolphus ut præfertur ad eosdem redditus & bona hereditariæ habenda & poſſidenda ſuccedit, quod ſi non in tempore vitæ Dominæ & genitricis noſtræ ſupradictæ, ſed poſt obitum ejusdem, & in tempore, quo dilectus frater noſter Adolphus ipſa territorium & Dominium de Winnendal & redditus duorum millium coronatorum ex ſucceſſione quæ ſuper poſſidet, per dilectum Dominum & Avunculum noſtrum, vel ejusdem heredes eorundem Dominii vel territorii de Winnendal & duorum millium coronatorum luitio ſeu redemptio debita fieret in effectu, ex tunc hujusmodi ſumma redemtionis, apud fide dignos in depoſitum noſtro ſupra ſcripto collocabitur, quo ad usque pro redditibus & bonis hereditariis comparandis poſſit utiliter erogari, quibus redditibus & bonis hereditariis taliter comparatur, Idem dilectus frater noſter Adolphus hereditarie gaudebit & fruetur. Item quia in præſente coponis placito, eo pacto conventionatum eſt quod Adolphus noſter dilectus frater germanus ſuper nominatus pro ſe & ſuis heredibus ad noſtram heredum & ſucceſſorum utilitatem abdicare a ſe & renunciare debet modis ad hoc optimis atque cum quibus nobis ſufficienter cautum vel proviſum exiſtet, omnibus juribus quæ piæ memoriæ Dominus & genitor noſter eidem fratri noſtro donavit & adſcripſit, de & ſuper caſtro, de Beilstain & de Virdenburg aut quod eidem in eisdem hereditatum eſſe potuit, quodque frater noſter germanus ſupradictus nunc nobis deſuper tradere debeat talis modi literas nobis utiles, quibus ex parte & nomine fratris noſtri ſæpedicti aut alias prout nobis expedire videbitur dicta dua caſtra & territoria cum ſuis attinentiis, melius profequi valeamus debetque idem frater noſter dilectus ad hujusmodi cauſas noſtras ſecundum ſuum poſſe fideliter pro nobis in melius curare, quapropter ſexcentorum florenorum Renenſ. redditus annuos ac hereditarios quos idem frater noſter dilectus a nobis & noſtris heredibus ac ſucceſſoribus, Ducibus & a Domo Clivenſi in feudum heredit. recipiet & tenebit eidem fratri noſtro ducimus aſſignandos, quorum primus ſolutionis terminus erit ultima dies anni proxime ſecuturi diem qua de voluntate DEUS continget, quod Illuſtriſſimus Gerhardus de Clivis Comes in Marcka patruus noſter dilectus diem ſuum clauſurus eſt extremum: Hoc adjecto quod idem dilectus frater noſter Adolphus in eodem prædicto anno, poſt obitum ejusdem Illuſtris Gerhardi, & ante prædictum ſolutionis terminum cum ſibi placuerit ipſos redditus ſexcentor. florenorum Renenſ. in feudum a nobis, vel noſtris heredibus juxta formam juris vel conſuetudinis debeat acceptare. Item quia pro tempore lapſo a die obitus præfati Domini & genitoris noſtri usque datum præſentium, continet ſpacium anni & amplius præfatus frater ac germanus noſter Adolphus ratione ſucceſſionis ſuæ paternæ nulla percepit emolumenta dabimus ſibi in hujus temporis recompenſam, ac realiter cum effectu ſolvi faciemus ſummam trium millium florenorum Renenſium terminis ſequentibus videlicet mille Dominica Miſericordia Domini, mille in Sancti Martini hyemalis ac cæteros mille florenos prædictos in beatæ Mariæ Virginis purificationis proxime futuris feſtivitationibus: Item & nos Johannes Dux prælibatus debemus & tenemur habere onus ad ſupportum. dilectum fratem noſtrum Adolphum de omnibus debitis actionibus & impetitionibus, in quibus amantiſſimus piæ memoriæ Dominus & genitor noſter Dux ſupra nominatus tenebatur & extitit, vel eſſe potuit obligatus in die ſuæ migrationis ab hac luce, a quibus quidem debitis actionibus & impetitionibus dictus Adolphus germanus noſter dilectus liber erit & immunis. Et nos Adolphus de Clivis & de Marck ſupra nominatus recognoſcimus pro nobis & heredibus noſtris per præſentes literas quod nos accedentes bene placito & conſenſui Illuſtriſſimi & præpotentis Principis & Domini, Domini Ducis Burgundiæ & Brabantiæ Domini & Avunculi noſtri dilectiſſimi, nec non Conſilio & aſſenſu quorundam conſanguineorum & Amicorum noſtrorum,

ſtrorum, libero voluntatis arbitrio, ab Illuſtri Principe Domino Domino Joanne Duce Clivenſi & Comite de Marcka Domino & fratre noſtro prædilecto præſente ſuper deſcriptam bonorum aſſignationem ſicut ipſa præſentibus ſupradictis punctis & articulis tacta comperiuntur in vero fraternæ compoſition. placito gratanter & amicabiliter recepimus & recipimus præſencialiter literas per præſentes cum omnibus pactionibus & conditionibus deſuper in præſentibus literis comprehenſ. Quibus mediantibus pro nobis & heredibus noſtris fraternaliter & ex integro de bonis noſtris paternis, & alias prout in ſequentibus ſpecificatum reperitur diviſi ſumus, & diviſi manebimus pacificati & contenti neque debemus nos aut heredes noſtri dilectum Dominum & germanum noſtrum, Ducem Clivenſem ſupradictum, aut ejus heredes deſuper in futurum amplius impetere, ſeu moleſtare quovis modo, Nosque propterea pro nobis & heredibus noſtris in manus & ad utilitatem ejusdem dilecti Domini & fratris noſtri germani ſuorum heredum & ſucceſſorum Ducum Clivenſ. legitime renunciavimus & renunciamus literas per præſentes, omnibus juribus, pertinentibus, portionibus, diviſionibus, actionibus ac perſecutionibus, nobis aliquo modo competentibus per mortem quondam Illuſtr. Principis Domini Adolphi Ducis Clivenſis, & Comitis Marckenſ. noſtri amantiſſimi Domini & genitoris cujus anima in pace requieſcat, tam in bonis, mobilibus, actionibus ac perſecutionibus, impetitionibus vel perſecutionibus, quo ad alia Dominia, hereditates, bona hypothecata, aut quis bona immobilia & Spbr. ſuper omni illo quod nos præſumimus, vel impetere poſſemus, de & ſuper Ducatu Clivenſi & Comitatu de Marcka, cum omnibus ſuis pertinentiis, aut aliis quibuscunque Dominiis, oppidis, Caſtris & territoriis ab imperio, vel alio quovis modo dependentibus, cum ſuis attinentiis, inſuper denunciamus nos Adolphus ſupradictus pro nobis & heredibus noſtris, ad utilitatem noſtri dilecti Domini & fratris germani Ducis præfati & ſuorum heredum, omnibus territoriis, oppidis, Caſtris Dominiis, redditibus, uſufructibus, terris & bonis, quæ Gerhardus de Clivis, Comes de Marcka noſter dilectus Patruus, & Catharina de Clivis & de Marcka Amita noſtra, habent, tenent, & mortis eorundem tempore poſt ſe relinquent, ſalva nobis portione competente de promptis pecuniis & clenodiis, aut aliis mobilibus ſi quæ reliquerint, etiam de redditibus, vel aliis bonis emptis ſeu hypothecatis, aliunde per eosdem patrem & Amitam noſtros præſcriptos, aut ſi quæ ex tunc emerent ſeu hypothecata acquirent & aliis hereditariis bonis, quæ ipſis aut eorum alteri ab hac die in antea per ſucceſſionem obvenient, in quibus partem & portionem habebimus ſecundum locorum & terrarum conſuetudinem in illis enim partem nobis pro tunc competenter reſervamus occaſione cujus & partem noſtram de debitis relinquendis per eosdem ſecundum portionem noſtræ ſucceſſionis perſolvemus præterea renunciam Nos Adolphus de Clivis & de Marcka prædictus noſtri dilecti Domini & fratris germani Ducis præfibati, & ſuorum heredum omnibus hereditatibus & bonis mobilibus, & immobilibus, quæ Illuſtris Princeps Domina noſtra de Burgundia Duciſſa Clivenſis & Comitiſſa de Marcka noſtra amantiſſima Domina & Mater tenet, & habet, & in quibus diem claudet extremum, excepto territorio de Winnendal, cum ſuis pertinentiis, ac annuis redditibus duorum millium coronatorum præſcriptor. quæ ad Nos modo prius dicto hereditarie pertinebunt, ſecluſa eſt, ſi poſt datam præſentem compoſitionem placiti dilectæ Dominæ noſtræ & Matri ſupradictæ hereditates aliquæ, vel bona ex morte alicujus advenirent, vel aliunde ſic herediaret aut & aliqua bona hereditaria acquireret per nos illis nullatenus renunciaſſe cenſebimur, ſed in illis partem & portionem noſtras ſecundum locorum & terrarum conſuetudinem habebimus, absque onere debitorum ſuorum ſolvendorum, quibus debemus eſſe liberi & quitti. Præterea in præſenti ſupra ſæpedicto fraternæ compoſitionis placito, cum diſtinctione pacionatum exiſtit, in eventum quod nos Adolphus præfatus, ob quamcunque cauſam nos ad hoc movens ſupra nominata bona, Territoria & Dominia cum ſuis attinentiis, quæ nobis in præſenti compoſitionis placito ſupradicto conſignantur in parte, vel in toto in pignore vel alias quacunque manere ad alienas manus decreverimus obligare vel vendere: Ex tunc debemus noſtro dilecto Domino & germano fratri Duci prædicto & ſuis heredibus Ducibus Clivenſibus ſi ipſi non fuerit in humanis hoc prius intimare, cum modis, quibus illa pignora obligari ſeu hypothecare, aut vendere proponemus, ſeu dilection. & ejus heredibus præſcriptis caritative favendo præ cunctis aliis illa ſic habere, quodſi fuæ dilectionis vel dictis ejus heredibus eo tunc ad ſe talia recipere complaceto ex tunc infra tres menſes intimationem hujusmodi proxime ſequentem emptionem & impignorationem talem ſub eisdem conditionibus & qualitatibus conſequi effectualiter adimplere tenebuntur. Præterea in præmiſſis omnibus & ſingulis hujus fraternæ noſtræ hereditariæ ſeparationis pactis & articulis ſpecialiter eſt conventionatum, quod nos Adolphus de Clivis & de Marcka, cum dies obitus noſtri venerit, quem DEUS ad Salutem animæ noſtræ

Digitized by Google

noſtræ miſericorditer diſponere dignetur ſine prole legitima ſuperſtite de corpore noſtro tunc relicta, decederemus ab hac luce, ex tunc omnia & ſingula Dominia, Caſtra, Territoria, poſſeſſiones & bona, quæ ex hujus noſtræ fraternæ hereditariæ ſeparationis concordia prout præmittitur, recepimus, prout & ſicut eadem obitus noſtri tempore reperta fuerint ad dilectum Dominum & fratrem noſtrum Ducem Clivenſem ſæpedictum & ejusdem heredes & Succeſſores Duces Clivenſes ſolum & inſolidum devolventur, ſalva tamen ac retenta pro nobis libera teſtandi facultate ſecundum conſuetudinem aut legem dictorum Territoriorum aut Dominiorum. Item ſimiliter eſt concordatum caſus, quo Dominus & frater noſter dilectus Dux Clivenſis ſupradictus aut ſi ſucceſſores occaſione hujusmodi noſtræ fraternæ compoſitionis & comprehenſorum in eadem omnium aut ſingulorum futuris temporibus & locis aliis ulteriori renunciatione fienda a nobis vel noſtris heredibus foret opus, & hanc a nobis vel noſtris fieri requiſierint, quod talem renunciationem toties quoties opus fuerit, nos & noſtri heredes facere tenebimur, & implere cum effectu, ſecundum quod de Jure vel conſuetudine ſit conſuetum, ac dilecto Domino & fratri noſtro Duci ſupradicto ſuisque ſucceſſoribus utiliter & bene ſit proviſum, ſicque quod ipſe omnibus & ſingulis Dominiis, Territoriis, Caſtris, poſſeſſionibus, redditibus obver. & bonis, ſuper quibus non in præmiſſis renunciationem fecimus pro nobis, noſtris heredibus ac omnibus aliis noſtri nomine ſibi obeſſe volentibus pacifice frui poterint, & gaudere. Et quia Nos Joannes DEI gratia Dux Clivenſis & Comes de Marcka atque Nos Adolphus de Clivis & de Marcka fratres germani præſens ſupraſcriptum fraternæ compoſitionis vel diviſionis placitum, & omnia puncta atque pactiones præſentium literarum juxta ſcitum & beneplacitum Illuſtriſſimi & Magnifici Principis ac Domini Dn. Ducis Burgundiæ & Brabantiæ Domini & Avunculi noſtri prædilecti & Illuſtriſſimæ Principis & Dominæ Dn. Mariæ de Burgundia Ducissæ Clivenſis & Comitiſſæ de Marca Dominæ & matris noſtræ peramandæ atque quorundam noſtrorum Conſanguineorum & amicorum bona voluntate præhabitoque conſilio confecimus, acceptavimus & inter nos mutuo concordavimus & conduximus in effectu. Etiamſi aliqui defectus ſeu controverſiæ futuris temporibus deſuper aut alias inter nos ambos exorti vel exortæ fuerint, quod propterea præſens noſtræ fraternæ compoſitionis placitum ſupra ſcriptum ex eo minorem efficaciam non habebit, imo inviolabiliter in plenaria virtute & ſubſiſtentia permanebit, verum ad controverſias ſeu defectus hujusmodi diluendos nos ex utraque parte ad requiſitionem illius noſtrum, qui talismodi defectus habere prætendet, amicos noſtros hinc inde ad locum congruum utrique noſtrum commodum & amicabilem dictam deſtinare & paratos facere curabimus, qui defectus & controverſias hujusmodi favorabiliter & amicabiliter tollant & pacificent, in amicita vel in Jure. Renunciavimus itaque cum bona præconſultatione, & renunciamus principaliter omnibus ſuffragiis, exceptionibus & conſtitutionibus, Canonici & Civilis Juris, & omnibus dolo atque machinatione, quæ contra præmiſſa excogitari poſſent ſeu confingi, quæ ullo unquam tempore præſentis compoſitionis placitum, quovis modo poterunt infirmare, unde nos ambo germani fratres ſupradicti & quilibet noſtrum alteri firmiter aſſecuravimus & promiſimus bona fide ac eſt elevatis digitis delato Juramento corporaliter ad Sancta DEI Evangelia, juravimus, & aſſecuramus, permittimus & juramus per præſentes litteras, hoc fraternæ compoſitionis placitum & omnes conventiones harum literarum ſic quocunque alicui noſtrum contingant, vel contingere poterunt fideliter & inviolabiliter obſervare, & contra ea nullatenus facere ſeu procurare fieri quovis modo, fraudis & doli machinatione remota, penitus & ſecluſa in eventum vero, quo præſentes literæ humectatæ, foratæ vel laceratæ fierent, aut aliqua ſigilla deficerent, aut fracta fuerint, propterea præſentes literæ & conventiones ſupra ſcriptæ minorem efficaciam non habebunt. Et in omnium præſcriptorum teſtium veritatis & roboris firmitatem, Nos Joannes Dux Clivenſis Comes de Marcka Germani ſupra nominati, ſigilla noſtra de noſtro expreſſo mandato præſentibus duximus appendenda, inſuper & inſtanti diligentia rogavimus Illuſtriſſimum Principem Dominum Ducem Burgundiæ Dominum & Avunculum noſtrum perdilectum & Illuſtriſſimam Principem Dominam Mariam de Burgundia Duciſſam Clivenſem & Comitiſſam Marckenſ. Dominam & Matrem noſtram peramandam ſupraſcriptam, quatenus ſigilla ſua in teſtimonium ſcitus & beneplaciti eorum ad præſentem noſtram fraternalem ſeparationem & concordiam præſentibus jubeant appendi.

Et nos Philippus DEI gratia Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgiæ, Comes Flandriæ, Artheſiæ, Burgundiæ Palatinus, Hannoniæ, Holandiæ, Zelandiæ & Namurci, Sacrique Imperii Marchio ac Dominus Friſiæ, Salinarum & Mechliniæ, ad ſupplicationem & requiſitionem Nepotum noſtrorum prædictorum & maxime quia dicta diviſio, ſeparatio & concordia inter ſe ipſos ex ſcitu & beneplacito noſtris facta

& pacificata fuerunt, ad majus veritatis teſtimonium prædictorum ſigillorum noſtrorum præſentibus literis juſſimus appenſum: Et cum hoc ad ſupplicationem & requiſitionem eorundem prædictorum noſtrorum nepotum ordinavimus & præcepimus cariſſimo & dilectiſſimo filio noſtro Comiti Caderalenſi eisdem præſentibus ſigillum ſuum poſt noſtrum apponi. Et nos Carolus Comes Caderalenſ. & Dominus de Caſtro Belmo ad præceptum & mandatum metuentiſſimi Domini mei genitoris ſupra ſcripti ſigillum noſtrum præſentibus iis duximus apponentum. Et nos Maria de Burgundia Dei gratia Duciſſa Clivenſis & Comitiſſa de Marcka recognoſcimus, quod Nos omnia puncta in præſenti ſeparatione practacta, quantum nos concernunt vel concernere poterunt, amore dilectorum noſtrorum filiorum præfatorum in finem ut ſic cum amicitia & favore ſint fraternaliter ſeparati, grata habuimus & in ea conſenſimus, grata habemus & in eis conſenti conſentimus literas per præſentes, Ideo, & quia hæc præſens ſeparatio & diviſio dictorum noſtrorum filiorum hereditaria, eſt noſtro beneplacito, & ſcitu eſt effecta, ſigillum noſtrum in teſtimonium & duximus apponentum: Datum ſub anno a nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo, die vero Veneris tertia decima menſis Martii. Et quia per diligentem Examinationem & collationem, ſeu auſcultationem de hujusmodi præſentibus præ inſertis vacum. dictis originalibus literis per Notarios infra ſcriptos & nos fideliter factas, comperimus ipſas de verbo ad verbum concordare, idcirco has præſentes in modum tranſumpti, ſeu vidimus, extractas literas exinde fieri & ſubſcribi noſtrique ſigilli fecimus appenſione communiri, Datum Clivis in noſtra Eccleſia beatæ Mariæ prædicta, ſub anno a nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo, Indictione tertia decima, die vero Martis ſeptima menſis Aprilis hora completiori vel quaſi Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Nicolai divina providentia ppe quini anno ejus quarto, præſentibus ibidem diſcretis viris Theodorico op den Kelle Johanne Ysenbudel Clerice, nec non Johanne Pels Laico Colonienſi dictis Teſtibus ad permiſſa vocatis pariter & rogatis.

Et Ego Henricus Scheper Clivis Colonienſis dioceſeos publicus Imperiali auctoritate Notarius quia dictarum literarum oſtenſioni aliisque permiſis, una cum diſcreto viro magno Gerhardo von Schuren hujusmodi negotio conotario & teſtibus prædictis interfui, præfatasque literas cum hujusmodi tranſumpti vidimus exinde extractlis & excopiatis literis de verbo ad verbum concordare reperi, Ideo has literas in modum Inſtrumenti publici confectas per alium fidelem me aliunde occupato, ſubſcripſi quas una cum appenſione ſigilli præfatorum Dominorum Decani & capituli ſigno & nomine meis ſolitis ſignavi in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum rogatus & requiſitus.

Et Ego Gerardus von der Schuren de Xantis Clivis, Colonienſis dioceſeos publicus Imperiali auctoritate Notarius quia & etiam dictarum literarum oſtenſioni, præſentationi, lectioni, auſcultationi & collationationi, cæterisque omnibus & ſingulis dum ſic ut permittitur fierent & agerentur, una cum prænominato honorabili viro Domino Henrico Scheper in hac parte connctario meo ac teſtibus ſupraſcriptis præſens interfui eaque ſic fieri, vidi & audivi, nec non præfatas literas in ſuis veris finis originalibus extractlas & excopiatas literis de verbo ad verbum concordare reperi, Ideo has præſentes literas in modum publici inſtrumenti confectas, per alium me aliis præpedito negotiis fideliter conſcriptis ſubſcripſi, & in hanc formam publicam, quosque una cum præfatorum venerabilium Dominorum Decani & Capituli Eccleſiæ Beatæ Mariæ Clivenſis ſigilli appenſione roboratæ, ſigno & nomine meis ſolitis & conſuetis rogatus & requiſitus in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum conſignavi.

No. XC.

Approbatio & Ratificatio diviſionis fraternæ inter Adolphum & Joannem, Duces Cliviæ a Friderico Imperatore factæ.

WIr Friederich von GOttes Gnaden, Römiſcher König, zu allen Zeiten mehrern des Reichs, Hertzog zu Oeſterreich und Steyer, zu Kärndten und zu Crain, Herr auf der Windiſchen Marck und zu Portenau, Graff zu Habſpurg, zu Tyrol und zu Pfriedt und zu Kyburg, Marggraff zu Burgau und Landt-Graff in Elſaß ꝛc. Thun kund allen Leuden, mit dieſem Unſern offenen Brieffe, daß der Hochgebohrne Adolph von Cleve und von der Marck unſer Lieber Getreuer, ſeine eigentliche offene Bete Brieue unter ſeine Siegel nu an Unß geſchiekht hatt, die van Wort zu Wort hyenae beſchrieben folgen; In welchen Er Unß zu erkhennen geben hatt, wie dat der Hochgebohren Unſer Lieber Oheimb und Fürſte Johann Hertzog von Cleue und Graue von der Marck,

Digitized by Google

Marck, ſein Bruder und Er, nach Dode und Ubermitte erſterbnüße Hertzogen Adolffs Gruß-Vaters ſeel. Gedechte, und anders in etlichen manieren und fürwerden es Erblich Brüderlich geſcheidt nach laut der Brieue zwiſchen in darauff gemacht und überliebert, angangen ſeyn, welcher Scheid-Brieff der obged. Adolph Unß auch ein wahre Vidimus oder transumpt mit geſend hatt, das von Wort zu Wort auch hiernach geſchrieben folget, und lautet die erſte, unß Lieben Getreuen Adolphs Brieff vorgl. albus, dem Allerdurchlauchtigſten ꝛc. und das Transumpt van dem Erfaeſcheid vorgl. Lnit albus ꝛc.

Und wann dann der obgenandt Adolph von Cleue und von der Marck in ſeiner obgut Botſchafft und offenen Brieuen uns demütiglich und dienſtlich gebeten hatt, daß wir die Obguth Erb-Brüderſcheidunge gnedentlichen van unß kunigklicher macht confirmiren und approbiren wolten, dieſelbes feſt und ſtete zu verbleiben, ubernitz Kunigl. Maj. verſiegelte Brieffe, ſeine lieben Herrn und Bruder Hertzogen Johann Obgut, want das ſo zwiſchen in beeden bededigt iſt, darauff zu geben als gebührlich ſeyn ſolte; So bekennen Wy Römiſcher Kunig ꝛc. obgl. want unſerm Kunigl. Weſen und Würdigkeit eigentlichen furget, redlichen bete guetlich zu erhören, und unſe und des Heil. Reichs Unterſaßen, und Getreuen da wir vermögen, ein Freundlichkeit zu verfaſtigen, daß Wir darum durch fleißig bete des obgl. Adolphs von Cleue und von der Marcke alſo'che Brüderſcheidunge, ſo wy das dan dieſelbe in dem obgl. Transumpt geruert, und erklöret ſteet, vbernitz uns Kunigl. macht confirmirt, approbirt, beſteetiget und zugelaßen heben, confirmiren, und approbiren, beſtettigen und zulaßen, in Crafft dies Briefs, wollende und gebieten dieſelbe Erb-Brüderſcheidunge zwiſchen den obgl. Gebrüdern, Veſt, ſtet, und in ganzer Macht und Würden zu ſeyn und zu verbleiben, in allen ihren puncten und Articuln, gleich die in den obgeſchriebenen transpuncten oder Original Obhaupt-Brieff von Wort zu Worte eigentlich geruert und geſchrieben ſtehendt, ohne alle indracht, irrunge, und Geſehrde: Und haben des zur Uhrkundt und ganzer ſtetigkeit Unß Königl. Maj. Inſiegel an dißen Brieff thun hengen, der gegeben iſt zu ꝛc. Alß man ſchreibt nach Chriſti Geburth, vierzehen hundert und darnac in dem Funffzigſten Jare uff den Tag ꝛc. und unſers Reichs in dem neunden Jahre.

Off Herr Albert den Brieff nit kriegen kan, alß vorſchl. ſteit, rürende van den confirmation der Brüderſcheidung dat he dan dit puncktenin den Beiehen-Brieff mede kriegen möge & ſufficiet ſi non ſic informs quod tamen ſubſtantia maneat.

Wort ſo onns der Edel Adolph van Cleue und van der Marck, Brueder des vurgeſchl. Hertogen Johanns, nu ouernit ſyn opene beſegelte Brieffe gethönet heſft wo hie by ſyn magen und Freunden, mit den vurſchl. ſeinen Bruder guetlick verlecken und Erfflickhen geſcheiden ſey, dat Hertoug Johann vorſchl. ben den Fürſtenthumb und Grafſchafft van Cleue und van der Marck ind aller andern Herrlikeiten, Landen und Lüdten vorgl. mit allen Iren toebehoerte dinen ſolle nae inhalt ſolcker beſegelter Scheids-Brieue tuſchen den zween Gebrüder vorſchl. op die Brudeſchl. vorgeruert gemacht, die der Hochgebrl. unſer Lieber Oheim und Fürſt Philipps Hertzog von Burgundien ꝛc. Carle Graue Herr van Sarlas ſyn Sohn ind die Hochgebarne Fürſtinne Maria van Burgundien, Hertougin von Cleue und Geruin van der Marck der obgl. zween Gebrüdern Oheim, Neue und Moeder mede beſegelt hebben, gelockk unß dat euernitz en Vidimus oder Transumpt derſelber Scheidbrieff getho nt iſt, ind vorſchl. Adolph in den vorged. ſinen openen Brieue onß dienſtlichen gebeten heit, dat wy die obgl. Erb-Bruederſcheidunge gnedigklichen van unß Kunigl. Macht confirmiren, approbiren wolten, ſo bekennen wo, dat wy die obgl. Erb-Bruederſcheidunge, ſo woe die Scheids-Brieff vorgl. einhalten, van Kunigl. macht confirmiret, und approbiret hebben, confirmiren und approbiren beuernitz deſen Brieff ꝛc.

No. XCI.

Matrimonium inter Dominum Ducem Joannem Juniorem Ducem Cliviæ & Mechtilden filiam Henrici Landgravii Haſſiæ de Anno 1481.

Wir Hermann van Gotis Gnaiden Ertz-Biſchoff der heyligen Kirchen zue Coelne, des heiligen Römiſchen Reichs durch Italien Ertz-Cantzlar und Churfürſt, Hertzog zu Weſtphalen und Engern, und Wir Wilhelm von derſelben Gnaden, Hertzog zu Jülich und zu dem Berge, Graffe zu Rauenſperge und Herr zu Hyrſperg, bekennen und thun kund allermänniglich mit dieſen Brieffe, daß wir in dem Nahmen der heiligen Dreyfaltigkeit, ein Freundſchafft der heyligen Ehe abgeredt, und verdedingt haben, zwiſchen dem Hochgebohrnen Fürſten unſerm lieben Neuen Herrn Johann Hertzog von Cleue, und Graffen von der Marck alß von wegen des Hochgebohrnen Fürſten Herrn Johannis ſeines Sohnes, auch unſern lieben Neuen einsund dem Hochgebohrnen Fürſten Herrn Heinrichen Landtgraffen zu Heßen, Graffen zu Katzenelbogen, zu Dietz, zu Ziegenheim, und zu Nidde, unſerm lieben Bruder und Oheimen, alß von wegen der Hochgebohrnen Fürſtinnen Frauen Mechtilden ſeyner liebe Dochter, unſer lieben Muh-

men anders theils, alſo daß obgenandten zweyen Johann Hertzog von Cleue und Graue von der Marck der Junger, und Frau Mechtild Landtgräffin zue Heſſen ꝛc. obgenandt einander zu dem Sacrament der heiligen Ehe nehmen und haben ſollen, ſo ferne Sie beyde am Leben bleiben, ohn geferde. Und wann des genandten Unſers Lieben Bruders und Ohem Landgrauen Heinrichs Dochter Frau Mechtildt unſer lieber Muhme zwölff Jair alt wurden iſt, ſo ſoll man ſie mit den obgl. Hertzog Johann nach Ordnung und Gewohnheit der heiligen Kirchen ſich unter einander vertrauen, und vermittelt einen Prieſter zu der heilgen Ehe zuſammen geben laßen, und ſo Sie vierthehen Jahr alt worden iſt, ſoll man Sie darnach ungefehrlich binnen den nechſten halben Jaire, darnach volgende Ehelich bepliegen und dergenandt unſer lieber Bruder und Oheim Land-Graffe Heinrich ſoll der ehegenandten Frauen Mechtilden ihuer Dochter, unſer lieber Muhmen, zu den obgenandten unſern lieben Neuen Johann Hertzogen von Cleue und Graffen von der Marck zu rechtem Braut-Schatz und medegifft geuen Fünff und zwantzig tauſend guter Reiniſcher Gulden Churfürſten Müntz Franckfurther wehrung, guet von Gelde, und ſchwer genug von Gewichte, und Ihme die ausrichten und bezahlen, immaſſen hernach geſchrieben folget, nemlich wann die ehegenandte Frau Mechthild Unſer liebe Muhme des gedachten unſers lieben Bruders und Oheimen Landtgrauen Heinrichs Dochter und unſer Neue Hertzog Johann, ehegenandt ehelich beyligen ſullen, und der genandt unſer lieber Bruder und Oheim Landtgraff Heinrich Frau Mechtilden ſein Dechter unſer lieben Muhmen den gedachten unſern lieben Neuen Hertzog Johann zu Hufze bringen, oder ſchicken würdet, ehelich bey zu leggen, daß dan nit länger, dann wie obgemeldet iſt, vertzogen werden ſoll, ſo ſoll Er auch die ehegenandten Summen Geldes, nemlich Fünff und zwantzig dußend Gulden Brutſchatz und Metgifft, zuſtund a ß man Sie Ehelich beyliggen ſoll, mitebe bringen, oder ſchickhen, und die alßbalde, dem gedachten Hertzog Johann überlieffern und bezahlen, darzue ſoll auch der genandt unſer lieber Bruder und Oheimb Landt-Graffe Heinrich, die gedachten ſein Dochter unſerer lieben Muhmen Frau Mechtilden den vorgl. Hertzog Johann unſern lieben Neuen, mit Gulden Kleinoden, Kleidern und Silbern Geſchirren, zierlich und Ehrlich, ſo Ihr nach Ihren Fürſtlichen Stand woll gezichmdt und gebürth, zu Hauſe brengen, oder ſchickhen, und darnidde auch bey Ihr zu bleiben, zuordnen zwo Erbarn Jungfrauen, ein Cammermaet, zween erbar Knaben, einen Cappellan und einen Schneider, damit dieſe Freundſchafft der heiligen Ehe, immaßen vor und nachgeſchreuen ſtet, vollfürth werde ohngefehrde.

Und wann der genandte unſer lieber Bruder und Oheim Land-Graff Heinrich die genandten Frau Mechtilden ſein Dochter unſer lieben Muhmen den obgenandten Hertzog Johann zu Hufze ſchicken, oder brengen wird, ſo ſoll Er Sie Ihme brengen oder ſchicken in das Land van der Marck, nemlich geen Harde in das Schloß, da Sie dann derſelbe unſer Neue Hertzog Johann mit den, mit den Ihren, ſo mit ihr kommen oder geſchickt worden, in ſeinem Koſten zu dem Ehelich Bevliegen annehmen und verſorgen ſoll; Derentwegen ſoll auch der genandt unſer lieber Neue Hertzog Johann von Cleue und Graue von der Marck, die genandte Frau Mechtilden unſer lieber Muhmen beleibzüchtigen und bewedemen uff den Schloß Münreberg, mit ſeiner Nutzung und Zubehörunge, und uff die Renten uß den Zollen zu Griede und Orßeo, und Ihre daß, vor ſich, ſein Erben und Nachkommen mit nothdürfftiger verſchreibunge, nach Leibzuchts Recht und Gewohnheit verſorgen, damit Sie uff dem gemelten Schloß Ihren Fürſtlichen Stael, und dazu uff den vorgl. Zollen und andere Ihr Jährlich Nutzung wolgehaben muge, Immaßen die Hochgeboren Fürſtin, Unſer liebe Nichte Frau Eliſabeth von Burgundien, Hertzogin von Cleue und Grauin von der Marck, jetzund auff das vorgenandt unſer Schloß Monreberg und Renthe aus den vorgenanden Zollen, beleibzüchtiget und bewedemet iſt, daßelbe Schloß mit ſeiner Zubehörunge, auch frey ledig, unverſetzt, und unbeſchwert ſeyn, und hinfüdro unverſait und unbeſchwert bleiben ſoll. Wer es auch ſache, daß die ehegenannde unſer liebe Muhme Frau Mechtildt nach Lude der Hyplichs Verſchreibunge, zu ſolchen ihren wedemen kommen ſolte, daß GOtt zum beſten lange Zeit anädiglich verhalten wolle, und zu der Zeit die genandte Unſer liebe Nichte Frau Eliſabeth von Burgundien, Hertzogin von Cleue ꝛc. die jetzund uff daßelbe Schloß Manreberg beleibzucht und bewedemet iſt, noch am Leben were, ſo ſolte die genandt unſer liebe Muhme Frau Mechtilden, Land-Gräffin von Heſſen, von den gedachten Unſern lieben Neuen Johann Hertzogen von Cleue, für ſich ſeine Erben und Nachkommen uff ein ander Schloß, daruff die Ihren Fürſtlichen Seeß, und Jährliche Nutzung wollgehaben möge, alß ſie von dem Schloß Manreberg und Renthen der vorgenanden Zolle haben ſulte, beleibzüchtiget, bewedemet, und in vorgerührter maßen, mit nothdürfftiger Verſchreibunge verſorget werden; Und dieweile Sye zu Ihrem widden nicht kommet, ſo ſoll Sie auch mit ihrem Spelten Gelde, alß ander Hertzogin von Cleue bishero gehabt haben für ſehen werde, ohne Geferde, und dieſelbe Briefe darüber ſullen auch alle vor dem Ehelichen Bevliegen, nach Nothdurfft gar forme ſoluiert und gegen die Bezahlung der Fünff und zwantzig dußend Gulden Braut-Schatz, unſern lieben Bruder und Ohemen, Landt-Grauen Heinrichen, oder der ſeinen überantwortet werden, alſo daß die Bezahlung des Geldts, und überreichung der Briefe, eines mit dem andern vollenzogen und überantwortet werden; Es ſoll auch dergenandt unſer lieber Bruder und Ohem Land-Graff Heinrich,

vor

vor den Ehelichen Beylager die seinen schicken, solch Schloß, Güther, Nutzung und Zugehörung, darauff die genand unser liebe Muhme Frau Mechthildt von den genandten unsern lieben Neuen verwißet, beleibzuchtigt und verwedemet werden soll, zu besichtigen, der Güter und Gelegenheit sich erkundigen und zu belehrnen, damit man ein Wissen habe, daß Sie Iren Fürstlichen seße, und die Järliche nutzunge und Gülte davon, in obgeschriebener maßen wollgehaben möge, und so das Ehelich Beylager geschicht, so sollen auch alle Ambtlude, Voigte und Zoller, zu demselben Schlossen gehörig, darauff die genandte unser liebe Muhme Frau Mechthildt beleibzuchtet und bewedemet werdet, derselben Frauen Mechthilden, oder Iren anwalden von Irerwegen gelobn schweren und Huldigen, yre nach dieses Heyligs und des Verwoß-Briefes inhalt und auß weißunge getreu, gewertig und gehorsam zu seyn; Es soll auch kein Ambtmann, Zollner, oder Knecht die Frau Mechthilden zu yren wedemen leibzucht und Vermächtniß wie obgeschrieben ist, gelobt und geschworen seyn, entsagt werden, es habe den der, oder die, die an deß oder derselben statt kommen sollen, der genandten Frauen Mechthilden, oder Ihren Anwalden, die Sie in jederzeit darzu anordnen werdet, derselben Frauen Mechthilden, wie sich das nach laut dieser verschreibunge gebürt, auch zuvor gelobt und geschworen, immaßen die vor Ihme oder yne gethan haben, desgleichen sollen auch thun der oder die andern Ambtlude, Zollner, oder Knechte stat gesetzet werden, die van Dode abgiengen, oder sunst davon quehmen, auch so ist hierin beredet, daß die genandt unser Muhme Frau Mechthelt muge und macht haben soll, Ihre Kleynodt, Kleider, Geschmuck und silbern Geschirr, was Sie des alles zu ihrem Gemahl bringet, oder Ihr durch ihrem Gemahl oder andere gegeben und geschenckt würdet, oder Sie selbst zeuget gantz, oder eines theils zuvergeben zu verschicken oder zu verschaffen nach ihrem Dode, durch Ihrer Seelen Heyle einen Kinde von dem andern, oder wy, weme, und wohin Sie will, ohne Jerung und Intrag ihres Gemahls und menniglichs, sondern der genandt Ihr Gemahl und sein Erben sollen das nach ihrem Dode an dieselben ende, dahin Sie das geschickt, gegeben oder beschieden hätte, ohne intrag und wiederrede, gutlich folgen laßen ohn gefehrde, so es auch zufallen kommt, das GOtt lange Zeit verhüten wolle, gienge dan genandte Frau Mechtildt für dem ehegenandten Unsern lieben Neuen Hertzog Johann met Dode abe, und verließe keine lebendige Leibes Erben, von ihren beyden Leiben gebohren, hinder Ihr, so soll Hertzog Johann bey den Fünff und zwantzig dausend Gulden Frau Mechthilden Braut-Schatz und Mittgifft sein lebetage, gantz uß einen Besseß haben, die nutzen und gebrauchen, und so Er mit Dode auch verschieden ist, so sollen dieselben Fünff und zwantzig tausend Gulden wieder hinter sich gefallen, uff den genandten Unsern lieben Bruder und Ohemen Land-Graffen Henrichen, oder sein Mannlich Leibes Erben, oder ob Er der nit hätte, sust sein Nesten Erben und zu Iren sichern Händen bezahlt, und uffgericht werden in der nechsten Jairs Frist, nachdem der Todes vrfalle an den genandten Hertzog Johann und der gedachten unser lieben Muhmen, Frauen Mechthilden, so ferne Sie mit Leibes-Erben von ihrer beyder Leibe gebohren, hinter sich laßen würden, geschehen ist, ohn allen längern Verzog und gänzlich ohne Ihren Schaden, und soll des auch vor dem ehelichen Beyliegen nothdürfftige Versorgnis und Verschreibung geschehen, und mit dem Verweiß-Brieuen übergeben werden, gienge aber der genandte unser Neue Hertzog Johann, vor der ehegenandte unser Muhmen Frauen Mechthilden mit Dode abe, Er verließe lebendige Leibes-Erben von Ihrer beyder Leibe gebohren hinder sich oder nicht, so soll ihr folgen ihr Lebetage lang Ire wedumb, Leibzucht und Vermächtnüß, als vor, und nachgemeldt wird, und nach ihren Dode soll es mit iglichen Stücke gehalden werden, auch wie vor und hernach eigentlichen geschreuen und unterschieden ist, Ihr soll aber frey folgen ihr Kleider, Kleynodt, Geschmuck und Silber-Geschirr, wie davon auch hierin gemeldt wirdet, und so Sie zu ihren Wedem kommt, so soll man Ihr ihre Cammer, Tristr und Silber-Geschirr zu dem ihren, was sie das selber zu ihrem Gemahel bracht hat, oder ihr durch ihren Gemahl oder andern gegeben, oder geschencket were, oder sie selbst gezeugt hätte, von des Hauses von Cleue wegen, zufügen und folgen laßen, als ein Fürstin von Cleue zu ihrem Wedemsstuel gezembt, und itzt Silber-Geschirr es man ihr also bouen ihr Silber-Geschirr von des Hauses zu Cleue wegen zu ordnen werdet, daß soll sie sich ihr Lebetag auch gebrauchen und das nach ihren Dode wederumb an das Hauß von Cleue kommen und gefallen laßen, sust mag sie ihre Kleider, Kleynodt, Geschmuck und Silber-Geschirr wenden und kveren nach ihren gefallen, wie obgemeldt ist ohne gefehrde.

Darzu soll auch die genandte Frau Mechthild auff deme hegemeldten Schloß Monreberg zu Lebetage der andern dahin sie bewedemeten und wie sich das nach Gelegenheit begeben würde, ihre Hofhaltung lang behalden, allen Husrath der darzu ist, und man soll ihr auch bestellen von Hertzog Johannes Seligen Lobseliger gedechtnüß Landen jährlichen fahrend Guet, so viel damit sie ihren Wedemstuel gehalten mag, biß sie zu den ersten bey ihren Renthen und Gülden ihre wedenes kanet, und die genandte Frau Mechthild soll auch unsers Neuen Wedem und Leibzuchts vermächtnüß ihr Lebenlang geruhiglich bleiben, dabey sie auch unsers Neuen Hertzog Johannes Erben und Nachkommen getreulich handhaben, schützen und schirmen soll, vor allen ihren Schaden, und so unser Muhme Frau Mechthildt auch mit Dode verscheidet, ist, verließe sie dann keine eheliche Leibes-Erben von dem genandten Hertzog Johann, ihrem helichen Gemahl, und ihre gebohren, so soll ihre Wedom und Leibzucht obgemeldt folgen, unsers Neuen Hertzog

zog Johanns Erben und Nachkommen, und die Fünff und zwantzig tausend Gulden ihres Braut-Schatz und Mitgifft ſtillen weder hinder ſich fallen, uff unſern lieben Bruder und Oheimen Land-Graffen Heinrichen oder ſeinen Männlichen Leibes-Erben, oder ob er der nicht hätte, ſuſt ſin nehesten Erben und ihme bezahlt, und gehandreicht werden, nach der genandten Frauen Mechthilden Dode, als obgeſchrieben ſtet, were es auch, daß die genandte unſere Muhme Frau Mechthild als obged. Hertzog Johannes Dode erleben, mit ihme Leibes Erben verlaſſen, und ſich darnach an einen andern Gemahln verändern, und mit demſelben auch eheliche Leibes-Erben gewinnen und nach ihren Dode verlaßen würde; So ſolle den erſten und letzten Kindern an ihrem Braut-Schatz und Mitgifft, auch an ihren anfallenden Güthern, und anders deren ihren jeglichen nach ſeiner Geburde und Antheil ſein Dail und Gerechtigkeit fürbehalten ſeyn, ohne Geſ;rde; So ſie aber mit dem letzten ihrem Gemahl mit ehelige Leibes-Erben gewinnen und nach ihren Dode laßen würde, ſo ſolte es mit dem Wiederfall gehalten werden in allermaßen als vorgeſchrieben und unterſchieden iſt ohngefehrde. Es ſollen auch die obgenandten Frauw Mechthils und mit ihr Hertzog Johannes vor ſich und ihre Erben uff derſelben Frauw Mechthilden Land-Gräffin zu Heßen, väterlich, Mütterlich, und Brüderliche Erbe, alle Ihres Erbs, Erbtheils Guths und aller Anfälle, gegen den genandten ihrem Herrn Vater, ihrer Frau Mutter und Brüdern, auch allen derſelben Erben, Weilen der Fürſten von Heßen Mannes Geſchlecht einer oder mehr von dem gedachten unſern lieben Brudern und Oheimben Land-Graff Heinrichen gebohrn vorhanden ſeyn, Wettenſchafft oder anders, und ſuſt uff alle andere Lande mit ihren Zugehörungen, die der gedacht unſer lieber Bruder und Oheim Landt-Graff Heinrich jetzund hatt oder hernach gewinnen möcht, nichts ausgeſchieden, gentzlich und zumahl verzichen, mit ihren offenen verſiegelten Brieffen, ehir dem ehelich beyliget, wie das dann ein Nothdurfft ſeyn, und ſich gebühren würdet, und mit den Fünff und zwantzig tausend Gulden einen gantzen genügen und abſcheid haben, es geſchehe dann, da Gott vor ſey, bat der gedachter unſer lieber Bruder und Oheim Land-Graff Heinrich, mit Männlichen Erben von ihme geboren wie vorgeſchrieben und unterſcheiden iſt, laßen würde, oder ob er Leibes Mannliche Erben nach ſeinem Dode laßen, und die vorth ohne Leibes Erben, auch mit todlichen Abgange verſchieden und abgehen würden, ſo ſoll alsdann Frau Mechthilden unbenommen und unverzogen ſeyn ihre Gerechtigkeit, ihres Väterlichen, Mütterlichen und Bruederlichen Erbes und Guths, es ſeye Pfandſchafft, Wettſchafft oder anders und ſuſt an allen Landen, die der gedacht unſer lieber Bruder und Oheimb Land-Graff Heinrich ihmb hatt oder er, oder ſein nachgelaßen Männlich Leibes-Erben hernach gewinnen möcht und daran fell, auch kan ihrer Geſchwiſterte Vordeil vor ihr haben, ſondern ſie ſoll alsdann mit andern ihren Geſchweſtern was der vorhanden weren zu gleichen deil oder allein, ſo ſie nit Geſchwiſterte hätte, an ihrer väterlichen, Mütterlichen, und Bruderlichen Erb und Guth, was d.s zu dem Fürſtenthumb zu Heßen mit gehörde vererbt ſeyn, und ihre folgen, wie ſich geboren fall, ohne Geſehrde.

Was auch derſelben unſer lieben Muhmen Frauen Mechthilden, alſo von Erbſchafft oder anders anfallen und uff erſterben würde, deß ſall ſie ſich ihr Lebenlang, und nicht länger, ſo ferne ſie nicht Leibes-Erben hinder ſich laßen würde, gebrauchen, und nach ihrem Dode ſoll das der genandte Hertzog Johann, oder ihren Dodt erlebte, auch ſein Lebenlang gebrauchen, und ſoll darnach wederumb, nach ſeinen todlichen Abgange hinder ſich fallen, uff unſers lieben Bruders und Oheimen Land-Graffen Heinrichs nechſten Erben; So ſie aber Leibes-Erben von ihrer beeder Leibe gebohren hinder ihne würden laßen, die ſollen darmede auch vorthl. nach geburde und Billigkeiten vererbt werden, es iſt auch in dieſer Freundſchafft der beyligen Ehe ſonderling beredt und verdedingt worden, daß der genandte Hertzog Johann von Cleve der Jungen, Hertzog Johanns des altern Soen und ſeyn Erben, das Hertzogthum von Cleve und das Land von der Marck, daß irgend Hertzog Johann der elter in ſeiner Regierung und Handen hatt, nach deſſelben ſeins Vaters Dode in ſeiner Regierung auch allein und kein Hertzog von Cleve und Graffe von der Marck derſelben Lande Herre mehr ſeyn, noch zu regieren haben, ausgeſcheiden, ſo viel darabe den andern Brüdern und Suestern zu Redligkeit abgeſcheiden und zugeguedet würde, daß dan auch vor dem ehelichen Beyliegen mit nothdürfftiger Verſchreibunge verſorget werden ſolle.

Und ſolcher Ehe-Beredunge zu Uhrkund haben Wir Hermann Ertz-Biſchoff der Heiligen Kirchen zu Cöln, und Wir Wilhelm Hertzog zu Jülich und zu dem Berge, Graffe zu Ravensperge und Herr zu Heynſperge vorgut, unſer jeglicher ſein Inſiegel mit rechter Wiſſen an dieſen Brieff, alß Tedings Mann dieſer Dinge thun hencken.

So bekennen Wir Johann Hertzog von Cleve und Graue von der Marckhe, der Elder, von wegen Hertzog Johanns Unſers Sohnes, und Wir Heinrich Land Graue zu Heßen, obgemelt, von wegen der gemeldten Mechthilden Unſer Dochter, daß ſolch Heylige Abred und Bededunge, wie die hievor von Wort zu Wort geſchrieben und unterſcheiden mit Unſers jeders guten Willen, Wißen und Vollbort geſchehen iſt, und geredn Unſer jegliches deo ſeinen Fürſtlichen Ehren und Würden, an eines rechten Eydes ſtat, in Krafft dieſes Briefſtes, den ſo viel es Unſern jeden berürt, alſo getreulich und ungefehrlich nachzukommen und Folge zu thun, ohne allen Uſtzug, Bedelff, und gäntzlich ohn alle Gefehrde. Und das zu wahren Uhrkundt, und mehrer Beveſtigung dieſer

Dinge,

Dinge, hatt Unſer jeglicher ſein aigen Inſiegel, auch mit rechter Wißen zu der obged. Unſer lieben Herrn Neuen und Bruders und Ohmen Herrn Herman Ertzbiſchoffen der heyligen Kirche zu Cölln, und Herrn Wilhelms Hertzogen zu Jülich, zu dem Berge Inſiegeln an zweene dieſer Hylgs-Brieffe gleichlautend, der Unſer jede vorgemeldter Partheyen einer übergeben iſt, thun hencken.

Die gegeben ſeyn in Jahren Unſers Herrn dauſend vierhundert ein und achtzig uff den Sontag Quaſimodogenici.

No. XCII.

Infeudatio Johannis II. Ducis Cliviæ, über Cleve, Marck und Gennep, von Kayſer Friedrichen geſchehen, *anno* 1486.

Item conventum, concordatum & concluſum eſt, ut ſi Ducatus, Provinciæ & Dominia prædicta ad Illuſtriſſimam Dominam Annam jure hereditario deficientibus liberis Principis Electoris Saxoniæ etc. devolverentur, tunc præter eam donationem propter nuptias, ſive donarium, quodhabeta Sereniſſima Majeſtate tria caſtella cum pentionibus quinque millium florenorum aureorum annuorum, videlicet in Ducatu Clivenſi Budricum cum duobus millibus, in Ducatu Juliacenſi Caſterium etiam cum duobus millibus, & in Ducatu Bergenſi Benradum cum mille aureis, annuatim percipiendis quoad vixerit in humanis habebit & illis fruetur.

Item conventum, concordatum & concluſum eſt, quod pro celeriori expeditione omnium & ſingulorum præmiſſorum ad complementum perducenda præfatus Illuſtriſſimus Princeps, Dux Juliæ, Gelriæ, Cleviæ etc. utrum per terram an per mare clariſſimam Dominam Annam ſororem ſuam traducturus & transmiſſurus ſit, & quam brevi tempore id complere intendit, quasque præparationes ipſe ad hoc facit, præfatum Sereniſſimum Angliæ Regem de tempore in tempus, per ſuas literas certiorem reddet, ut dictus Sereniſſimus Angliæ Rex conſimiles præparationes decenter & honorifice pro receptione dictæ Clariſſimæ Dominæ faciat, & ne ob hujusmodi notificationis defectum dictus Angliæ Rex inanes & ſupervacaneas impenſas fruſtra diu expectando adventum dictæ Dominæ, qui tamen fortaſſe ob aliquod impedimentum diutius differetur, ſubire cogatur.

Item conventum, concordatum & concluſum eſt, quod tam præfatus Sereniſſimus Rex Angliæ quam Illuſtriſſimi Ducis Saxoniæ & Cliviæ prædicti per literas ſuas patentes magno ipſorum ſigillo ſigillatas & manu propria ſubſcriptas, præſentem tractatum, ac omnia & ſingula capitula in eodem contenta acceptabunt, confirmabunt & ratificabunt, easdemque literas, ſic ut præfertur, ſignatas & ſigillatas invicem tradunt, videlicet præfatus Sereniſſimus Rex Angliæ præfato Illuſtriſſimo Duci Juliæ, Gelriæ & Cleviæ etc. ejusve deputatis ſimilem confirmationem ſibi prius tradentibus, intra ſex hebdomadas a dato præſentium proxime & immediate ſequentes tradet & deliberabit, tradive & deliberari faciet cum effectu, Et ſimiliter præfatus Dominus Dux Cleviæ & Princeps Elector Saxoniæ, per literas ſuas patentes, magno ſigillo ſuo ſigillatas, & manu propria ſubſcriptas, præſentem tractatum ac omnia & ſingula capitula in eodem contenta acceptabunt, confirmabunt & ratificabunt, ac præfato Sereniſſimo Regi Angliæ, ejusve Majeſtatis deputatis, ſimilem confirmationem tradentibus intra ſpatium ſex hebdomadarum,

a dato præſentium proxime & immediate ſequentium tradet & deliberabit, tradive & deliberari faciet cum effectu.

Salvis interim tractatu matrimonii & Inſtrumentis nuptialibus inter Illuſtriſſimum Principem Electorem Saxoniæ præfatum, & ejus Celſitudinis Conjugem Dominam Sibyllam etc. initis Scriptis, & jam pridem factis, ac in ſuo legitimo robore permanentibus ſecundum verum & expreſſum tenorem verborum & ſententiarum in eodem tractatu poſitorum dummodo præſenti tractatui non repugnent.

DEI Gratia Guilhelmus, Juliæ, Gelriæ, Clivenſis & Bergenſis Dux, Marchiae, Zutphaniae & Ravenspurgi Comes, ac Dominus in Ravenſtain etc. teſtatum reddimus, quod poſtquam mediante Illuſtriſſimo Principe, Domino Johanne Friderico, Duce Saxoniæ, ac Sacri Romani Imperii Principe Electore etc. Cognato & Affine noſtro chariſſimo de contrahendo conjugio inter Sereniſſimum Principem, Dominum Henricum Octavum, Angliae & Franciae Regem, Fidei defenſorem, Dominum Hiberniae, ac in terris Eccleſiae Angliae immediate ſub Chriſto ſupremum caput, Dominum chariſſimum, & Illuſtriſſimam Principem Dominam Annam, Sororem noſtram amantiſſimam tractatum ſit, Nos ea de cauſa ſciente & conſentiente Illuſtriſſima Principe, Domina Maria Clivenſi, Juliae & Bergenſi Duciſſa etc. Domina & Matre noſtra chariſſima, & idem prædicta Sorore noſtra amantiſſima, una cum Cognati & Affinis noſtri prænominati Principis & Electoris Saxoniæ etc. Conſiliariis Johanne a Dolzzick, Equite Aurato, & Franciſco Burgardo Vice-Cancellario noſtros Conſiliarios dilectos fideles, Guilhelmum ab Harff, Aulæ noſtræ Præfectum & Henricum Oilsleger, Doctorem abiegaſſe, cum mandatis, ſuper illo ipſo negotio conjugii jam dicti tractandi, agendi & concludendi, pro certiſſimo nobis perſuadentes, quod ea amicitia & affinitas inter Sereniſſimum Regem Angliae etc. & nos contracta & inita, tum in laudem & gloriam nominis divini & emolumentum Reipublicæ Chriſtianæ ceſſura, tum quoque nobis & noſtris privatim honori & bono futura ſit, Ideoque profitemur publice & aperte his literis noſtris, quod illis ipſis prædicti Affinis noſtri Principis Electoris Saxoniæ etc. & noſtris Conſiliariis, Oratoribus & Procuratoribus plenam facultatem, auctoritatem, mandatum & poteſtatem dedimus & conceſſimus, damus & concedimus hiſce literis, de ſupradicto negotio conjugii inter Sereniſſimum Regem Angliæ ac Sororem noſtram chariſſimam tractandi, agendi & concludendi; Et quicquid ab illis tractatum, & actum & concluſum fuerit, hoc debemus & volumus Nos & prædicta Mater & Soror noſtra chariſſima gratum, ratum, firmum & inviolabile habere, ſervare & exequi, perinde ac ſi præſentes in perſonis propriis illa omnia & ſingula tractaverimus, egerimus & concluſerimus.

Et ſi prædicti Conſiliarii, Oratores & Procuratores noſtri ampliore mandato, ac poteſtate ſpeciali vel generali ad ſæpedictum negotium pertinente opus habere videretur, eam quoque poteſtatem, mandatum & auctoritatem ipſis datam & conceſſam eſſe volumus ac damus & concedimus vigore & virtute harum literarum ſine omni dolo & cavillatione, ac in teſtimonium horum omnium, has mandati noſtri literas manu propria ſubſcripſimus. Et quia majus Sigillum noſtrum nondum erat paratum, noſtro ſecreto ſigillo eas conſignari curavimus. Datum in Oppido noſtro Duyſſeldorffio, quarta die Septembr. Anno Domini milleſimo quingenteſimo triceſimo nono.

Signet. Wilhelm & ſubſcriptum J. Waßenberg.

Henricus Octavus, DEI Gratia Rex Angliæ & Franciæ, Fidei Defenſor, Dominus Hiberniæ, ac in terris immediate ſub Chriſto ſupremum caput Eccleſiæ Anglicanæ, omnibus, ad quos præſentes literæ noſtræ pervenerint, Salutem. Sciatis, quod nos de fidelium circumſpectionibus & induſtriis præclariſſimorum & fideliſſimorum Conſiliariorum noſtrorum reverendiſſimi in Chriſto Patris Thomæ Cambrienſ. Archi-Epiſc. Thomæ Domini Andeley de Walden, Cancellarii noſtri Agtæ. Caroli Suffolciæ Ducis etc. Conſanguinei, ac magni Admiraldi, & reverendi in Chriſto Patris Cuthberti Duvelmenſis Epiſcopi plenius confidentis, ipſos noſtros veros & indubitatos Commiſſarios, Oratores, Procuratores ac Deputatos generales & ſpeciales facimus, conſtituimus & ordinamus per præſentes, ut cum Oratoribus, Commiſſariis, Ambaſſatoribus, Procuratoribus ſeu Nunciis Illuſtriſſimorum Principum Johannis Friderici Ducis Saxoniæ Principis Electoris, Landgravii Thuringiæ, Marchionis Myſniæ, & Burggravii Magdeburgenſis etc. ac Wilhelmi Ducis Juliæ, Geldriæ, Clivenſis, & Bergenſis etc. Comitis Marchiæ, Zutphaniæ & Ravenspurgi, Domini in Ravenſtain etc. Conſanguineorum & Confœderatorum ſuorum chariſſimorum, tum de & ſuper conjugio, ſponſalibus, nuptiis, & matrimonii ad Dei amorem & gloriam inter nos & Illuſtriſſimam Dominam Annam, ineundis, contrahendis & celebrandis, quam etiam de & ſuper dote, donatione propter nuptias,

Digitized by Google

nuptias, nec non tempore & aliis circumſtantiis matrimonium ipſum quomodocunque ſpectantibus, ac cæteris quibuscunque cauſis & negotiis bonum ipſius qualitercunque concernentibus, neceſſariis, oportunis & expedientis, conveniant, tractent, pacifcantur, concordent, integre reſolvant, determinent & concludant.

Ad quæ omnia & ſingula pro nobis & nomine noſtro exercenda, agenda, facienda, & perimplenda eisdem Oratoribus, Commiſſariis, Procuratoribus, ac Deputatis noſtris conjunctim & quibuscunque tribus & pluribus eorum diviſim, noſtram plenariam teſtatem & mandatum noſtrum generale & ſpeciale per præſentes damus & concedimus, promittentes bona fide & in verbo Regis, quod omnia & ſingula per dictos Oratores, Commiſſarios, Procuratores & Deputatos noſtros vel quoscunque tres vel plures eorum in & ſuper præmiſſis conventa, concordata, tractata, acta, determinata & concluſa fuerint, nos grata, rata & firma habituri & perpetuo obſervaturi ſumus; Et proinde dabimus literas noſtras patentes, magno ſigillo noſtro ſigillatas & præmiſſorum confirmatorias & approbatorias, in forma debita, prout opus fuerit.

In cujus rei teſtimonium his præſentibus manu noſtra ſubſcriptis, ſigillum noſtrum apponi fecimus. Datum apud Caſtrum noſtrum Windſort XXIIIIᵃ die Septembr. Anno Domini MDXXXIX. Regni vero noſtri anno XXXI. Sign. Henry Rex & ſubſcriptum Gedſalue.

No. CXI.

Verzicht Freylin Annä, gebohrner Hertzogin zu Jülich, vermähleten Königin zu Engelland *Anno 1539.*

IM Nahmen des HErrn, Amen. Kund und offenbahr ſey allermänniglich, die dieſen offenen Brieff und gegenwärtiges Inſtrument werden ſehen oder hören leſen, daß im Jahr nach der Geburth unſers HErrn JEſu Chriſti, als man ſchrieb tauſend fünffhundert Neun und dreyſſig, der zwölfften Römer Zahl oder Indiction, und den 5ten Tag Octobris zu acht Uhren Vormittags, oder umbrint Kayſerthumbs, des Allerdurchleuchtigſten, Großmächtigſten und unüberwindlichſten Fürſten und Herrn, Herrn Caroli des fünfften, Römiſchen Käyſers, zu allen Zeiten mehrern des Reiche, im ein und zwantzigſten Jahre in Gegenwärtigkeit, und mit einwilligung der Durchlauchtigen Hochgebohrnen Fürſtinnen und Frauen, Frauen Marien, Hertzoginnen zu Jülich, Cleve und Berge, Gräfvin zu der Marck und Ravensperg, Wittiben, iſt die Durchl. Hochgebohrne Fürſtin und Jungfrau Anna des Durchl. Hochgebohrnen Fürſten und Herrn, Herrn Johann Hertzogen zu Cleve, Jülich und Berge, Grafen zu der Marck und Ravensperg Hochlöbl. Gedächtnüß und Hochgedachter meiner gnädigen Frauen, Frauen Marien eheleibliche und natürliche Tochter, für den Wollgebohrnen Ehren Veſten und Frommen Gezeugen und mich offenbahren Notarien hernach beſchrieben, erſchienen und hat offentlich erzehlt. Nachdem hochgemeldter ihrer Gnaden Frauen Moder, und der Durch. Hochgebohrne Fürſt und Herr Willhelm, Hertzog zu Jülich, Cleve und Berg, Graffe zu der Marck, Zutphen und Ravensperg ꝛc. Ihrer Gnaden Herr und Breder, ſee getreulichen hauen geholffen, daß ihre Gnaden an den Durchlauchtigſten, Großmächtigſten Fürſten und Herrn Herrn Heinrichen, Königen zu Engelland und Franckreich ehelich verheyrathet, und nicht mit einer geringen Uhſteuer, Zugab und Unkoſten, ſo darauff gelauffen, verlöſt worden, welcher Hoyrath ungeweiffelt nach dem Willen des Allmächtigen ſein Fortgang ſoll gewinnen, und zu ihrer Röm. Käyſerl. Maj. und Frl. Gnaden Seelen Seeligkeit vollegen werden, ſo habe ihre Frl. Gnaden an Zunychen Betrog betrang der Verführung auch ohne des Ihre Frl. Gnaden durch Juanten darzu bewegt, oder überredt, alß ihrer Freywillig genand für ſich, ihrer Freul. Gnaden Treuen und Nachkömblingen Hochgedachten meinen gnädigen Fürſten und Herrn, Hertzog Willhelmen, Ihrer Gnaden Herrn Brodern, und ſeiner Fürſtlichen Gnaden treuen und Kömblinge zu beſten bis alle Hertzogthombe, Grafſchafften, Herrſchafften, Herrligkeiten, Stätte, Schlöſſer, Lande, Leute, Güter, beweglich und unbeweglich, Forderungen anſprachen, Gerechtigkeiten und Nutzungen, Lehen oder eigen, und die gantze Erbſchafft, nichts ausgenommen, wie die nach dötlichen Abgang ihrer Freylin Gnaden Herrn Vaters, Hertzog Johanſen, Hochlöbl. Gedächtnüß ihren angeſtorbenen und nach Offgang Hochgemeldter Frauen Marien ihrer Gnaden Frauen Moder noch anſterben, erben und fallen möchten, gäntzlichen und allverzigen, wie ihro Fürſtl. Gnaden ſolches auch deit für den Gezeugen und mich Notarien hernach geſchrieben, in Krafft dis Brieffes und offenen Inſtruments, alſo daß Hochgedachter Hertzog Willhelm ſeiner Frl. Gnd. Treuen und Nachkomlingen ihrer Jungfrau Annen derſelben Erben und Nachkomlingen unbehindert, dieſelbe Fürſtenthombe, Grafſchafften, Herrligkeiten, Stätte, Schlöſſer, Lande, Luydde, Güter, beweglich und unbeweglich, Forderungen, Anſprachen, Gerechtigkeiten und Nutzungen, Lehen oder Aygen, und die gantze Erffſchafft nichts ußgenommen, wie die auch Nahmen haben

möchten, nuh hinführo und zu den ewigen Tagen erſtlichen und ewiglichen allein ſollen haben, behalten, nießen und gebrauchen es hait auch hochgedachte Jungfer Anna Hertzoginne in Hande meins offenbahren Notarien von wegen Hochgemeltes Hertzog Willhelms und ſeiner Fürſtl. Gnd. Erven ſtipulirend für ihrer Jungfer Anna gnd. Erben und Nachkomlingen gelobt und zugeſagt, auch bey ihrer Fürſtl. und Jungfrl. Ehren, darzu zu GOtt und ſeinen Heiligen gelobt und geſchworn durch ſich ihrer gnd. Erven und Nachkömlingen, noch durch ymands anders von ihrer Gnaden wegen hinfürder zu Hochgedachten Hertzog Willhelmen ihrer Bröder deſſelben Erven und Nachkommen von wegen der Fürſtendomben, Landen und Güter obgemeldt geheyn Forderung noch Anſprach wyder dann, was Ihro Frl. Gnd. nach anhalt und vermöge ihrer Freul. Gnd. uffgerichter Heyraths-Verſchreibung vordehalten, und zukommen möchte, zu hauen noch zu behalten, auch hait darneben bey gleicher Verpflichtung hochgemelte Jungfer Anna offentlich verzegen und renuncirt uff alle Freyheiten, Privilegien, Exceptionen, und Behülff des Rechten, ſo Ihro Frl. Gnd. derſelbigen Erven und Nachkommen, gegen obgethanen Verzicht in einigen Weg möchten zu ſtatten kommen, ſie wehren in gemeinen Bäpſtlichen oder Kayſerl. Recht verſehen, oder die ihre Gnd. uß beſonderer Begnedigung yzunder erlanat, oder ſie ihrer Gnd. Erven und Nachkommen künfftiglich von Bäpſten und Kayſern einiges Weges erlangen möchten, es wehren auch die Ußzüge daß ihr Gnd. noch meinem Gerich und in dieſem Verzicht oder das halff theil betriegen, ihr gebührende legitimam ihrer Herrn und Frauen, Väterlich und Mütterliche Güter mit entfangen, das Werths derſelbigen mit berichtet geweſen, oder daß ihrer Gnd. ſolcher verzicht uyß Forcht und Betrang hochgemeldter ihrer Frauen Moder gethain heit, oder darzu von ihrer F. Gnd. reden oder andern überredt oder auch dieſer Verzicht nicht für Gericht, wie ſich gebühren ſolle, geſchehen und inſinuiret wehre, auch daß geyn gemeine Verzicht (es ſey dan bevor ein beſonder Verzicht geſchehen,) ſtatt haue, vort uff alle Freyheite, Privilegien und Exceptionen, die den Jungfern und Frauens-Perſonen auch Fürſtinnen inſonderheit in Rechten verlehnt ſind, oder noch werden möge, und indem dieſer Verzicht nit genugſam, alſo daß Ihro Fräulein Gnaden Bruder Hertzog Willhelm Hochgel. Jnnich wyder verzich von nothen bedücht, hait Ihre Frl. Gnd. vor ſich Ihrer Gnd. Erben und Nachkommen veſtiglich gelofft und zugeſagt, alzeit veſt geſinnen daſſelbe Ihre Gnd. Broders, und ſiner Frl. Gnd. Erven und Nachkommen ferner und gnugſahmen Verzicht zuthun, damit dieſelbige zu ewigen Wegen wel verwahret und erblichen unbeſchwert bleiben mögen, alles ſonder Argeliſt und Geferde. Und diß alles uß Uhrkund und Bezeugung der Wahrheit, hait hochgedachte Jungfer Anna gebeiten, den Wollgebohrnen Wyrichen von Dhun, Graffen zu Limborg und Falckenſtein, Herrn zu Oberſtein ꝛc. vert die Ehren Veſten und Frommen Johann Ohegreuen, Canßlern, Wernern von Hochſteden Hoffmeiſtern, und Robrehten von Plettenberg Marſchalck, daß Ihr Gnd. und E. ihr Sigele an dieſen Brieff und offen Inſtrument wilten doin hangen, und zu noch mehrern Gezeugnüß der Wahrheit, hatt hochgenandte Jungfer Anna dieſen Brieff und offenen Inſtrument mit ihrer Frl. Gnd. eigener Hand unterzeichnet und mich Notarien hernach geſchreven gefordert, ſolches auch als ein offen Inſtrument zu unterſchreinen.

Geſchehen und gehandelt ſeynd dieſe obgemeldte Sachen uff den Schloß zu Düſſeldorff, uff hochgedachter Frauen Marien Hertzoginnen Cammer, im Jahr unſers Herrn Indiction, Dag und Stunde burßl. in Beyſeyn wollgedachter Gezuygen darzu geruffen und gebeden,

Und nachdem Wir Wyerich von Dhun, Graff zu Limborg und Falckenſtein Herr zu Oberſtein ꝛc. Johann Gogreff, Werner von Hochſteden, und Robach von Plettenberg burßl. uff Geſinnen und Begehren, hochgedachter Unſer gnädiger Jungfer Annen, bey ſolchen obgedachten Verzich und Handlung geweſt, haben Wir uff ferner Ihrer Frl. Gnd. Begehren, unſere Sigeln zu ewigen Gedächtnüß und Bezeugung der Wahrheit an dieſen Brieff und offne Inſtrument wißentlich doin hangen.

Sic ſubſcriptum alia manu.

Anna gebohrne Hertzogin zu Jülich, Kieff und Berg ꝛc. bekenne dieſes alles wahr zu ſeyn. Ohrkont meiner eygener Handſchrifft

Subſcriptio

Subſcriptio Notarii ſub alia manu.

Und ſodann ich Heinrich Potgieter, von Eſſen Cölniſch Creyß-Ambt, von Kayſerl. Macht offenbahrer Notarius zu ſamt den Wolgebohrnen Ehren-Veſten und Frommen Gezeugen fürbeſtymbt by den obged. Verzicht und aller vorſtl. Handlung geweſt bin, heſſ ich dieſen Brieff und oſſin Inſtrumene, welches doch myner Unmüßigkeit halber durch einen andern treulich geſchreben iſt, darauf gemacht, und mit meinen gewöhnlichen Nahmen und Zeichen unterſchrieven und beſtettiget, zu Gezüchniß der Wahrheit aller vorſtl. Sachen geroffen und gefodert.

No. CXII.

Caroli V. Imperatoris Lehn-Brieff Hertzogen Johann von Cleve ertheilet über Jülich, Berg und Ravensperg *Anno* 1521.

WIr Carl der Fünffte von Gottes Gnaden erwöhlter Römiſcher Käyſer, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs ꝛc. König in Germanien, zu Caſtilien, Arragonien, zu Legia, beyder Sicilien, zu Jeruſalem, zu Hungarn, zu Dalmatien, zu Croatien, zu Navarra, zu Granaten, zu Toleten, zu Valentz, zu Galicien Majoricarum, zu Hiſpalis, Sardiniæ, Cordubiæ, Corſicæ, Muriæ, Ginnis, Algaron, Algeziere, zu Gibraltaris, und der Inſuln Indiarum und Terræ firmæ, des Meers Oceani &c. Ertz-Hertzog zu Oeſterreich, Hertzog zu Burgundi, zu Lottring, zu Brabandt, zu Steyer, Cärndten, Crain, Limburg, Luxenburg, Geldern, Wirtemberg, Calabrien, Athenarum, Neapolitæ &c. Graff zu Flandern, zu Habſpurg, zu Tyrol, zu Görtz Barſiliani, zu Artois und Burgundi, Pfaltz Graff zu Hennegau, zu Holland, zu Seeland, zu Pfierd, zu Kyburg, zu Namur, zu Roſilion, zu Territon, und zu Sutphen, Landgraff in Elſaß, Marggraff zu Burgau, zu Oriſtani, zu Bulgirin, des Heil. Reichs Fürſt zu Schwaben, zu Cathalonia, Aſturia, Herr zu Frießland, auff den Windiſchen Marck, zu Portenau, zu Biſcaca, zu Molina, zu Salins, zu Tripoli und zu Mecheln. etc.

Bekennen offentlich mit dieſem Brief und thun kund allermänniglich, wiewoll Wir allen und jeglichen unſern und des Heil. Reichs Unterthanen und Getreuen unſere Kayſerl. Gnade und Gütigkeit mitzutheilen geneigt ſind, jedoch ſo iſt unſer Kayſerl. Gemüth billig mehr bewegt gegen denen, die uns und dem Heil. Reiche, als die nechſten Glieder, die Würde deſſelben Reichs mit getreuen Dienſten Ihrer Leib und Güther helffen tragen, Sie mit ſondern unſern Kayſerl. Gnaden zu verſehen.

Wann uns nun der Hochgebohrne Johannes Hertzog zu Jülich, zu Cleve und zu dem Berg, und Graſe bey der Marck und zu Ravensburg, unſer lieber Oheimb und Fürſt, durch die Edlen unſern und des Reichs lieben Getreuen, Wilhelmen Herrn zu Rammenberg, und Wyrichen, Grafen zu Limpurg und Oberſtein, als der Sachen ſein vollmächtige Anwälde, mit gruſſahmen verſchriebenen Gewalt, dann Sie deshalben beſiegelt vor uns haben fürbracht, zu erkennen gegeben, wie er ſeine Regalia und Leben in eigener Perſon zu empfahen willig wäre, aber dieſer Zeit mit merckl. Anliegen und Geſchäfften, und ſonderlich Anfechtung und Anſtöß ſeiner Land beladen, deshalben Er dißmahls zu Uns am Kayſerl. Hoff mit ſeiner ſelbſt Perſon nicht habe kommen mögen, als er dann zu thun ſchuldig wär und gerne thäte, und uns darauff demütigſch anruffen und bitten laßen, daß Wir ihm die Hertzogthum und Fürſtenthumb Jülich und zu dem Berg, und die Grafſchafft Ravensperg, und alle andere ſeine Herrſchafft und Lehenſchafften, mit ſamt allen und jeglichen Ihren Fürſtlichen Würdigkeiten, Ehren, Herrligkeiten, Herrſchafften, Grafen, Herren, Mannen, Mannſchafften, Eigenſchafften, Pfandſchafften, Rittern, Knechten, Landen, Leuten, Schloßen, Veſten, Stätten, Marcken, Dörffern, Renten, Nutzen, Gütern, Gülten, Rechten, Gerichten, Wildpannen, Wälden, Wieſen, Ackern, Wäßern, Waßerflüßen,

flüßen, Wunnen, Weyden, Teichen, Fiſcherey en, Zollen, Gleiten, Fahnen, Panieren, Straßen, Gebieten, Bergen, Bergwercken, Müntzen, Mühlen, Thalen, Eben und allen andern Ihren Zugehörungen, wie die genandt seyn, nichts ausgenommen noch hindan gesetzt, mit allen Rechten, alßdann die von unß und dem Heil. Reiche zu Lehen rühren, zu seinen Rechten zu verleihen gnädiglich geruheten, Deß haben Wir angesehen solch des obgenandten unsers lieben Oheimb und Fürsten, Hertzog Johansen demüthige Bitte, und auch zuglich, willig und auch angenehme Dienste, die seine Vorfordern, weyland unsern Vorfahren, Römischen Käysern und Königen und dem heiligen Reiche in vergangenen Zeiten gethan haben, auch derselbe Hertzog Hanß, uns und dem Reiche gethan hatt, auch zu thun willig und bereit ist, noch täglich thut und noch fürbaß wohl thun mag und soll in künfftigen Zeiten, und haben darumb mit wolbedachtem Muth, guten zeitigem Rath und rechter Wißen als Römischer Käyser vorgenandten unsern Oheimben und Fürsten Hertzog Johansen und seinen Lehens-Erben, die gedachten Hertzogthumb und Fürstenthumb zu Jülich und zu dem Berg, und die Grafſchafft zu Ravensperg, und all andere seine Herrſchafft, Lehenſchafft, und Pfandſchafft, wie die weyland Hertzog Willhelm zu Jülich und zum Berg, und Graff zu Ravensperg, inen gehabt, mit allen und jeglichen ihren Fürſtl. Ehren, Würdigkeiten, Stätten, Schloßen, Märckten, Dörffern, Landen, Leuten, Mannen, Rechten, Gebieten, Zollen, Freyen Stühlen, Freyen Gerichten, Straßen, Gleiten, Fahnen, Panieren, Lehen, Mannſchafften, Eigenſchafften, Pfandſchafften, Gülten, Zinſen, Nutzen, Wildtpannen, Fiſcherenen, Wäßern, Wäßerläuffen, Bergwercken, Müntzen, Mühlen, und mit allen andern ihren Zugehörungen, wie die genandt waren, nichts ausgenommen noch hindan gesetzt, zu seinen Rechten gnädiglichen gereichet und verliehen. Reichen und verlehen ihme die von Röm. Käyſerl. Macht, wißentlich in Krafft dieſes Briefſes, was wir ihm dann daran von Rechtswegen lehen ſollen und mügen, die nun fürbaß von unß und dem heiligen Reiche, zu Rechten Fürſtl. Lehen zu haben, zu halten, zu beſitzen und der zu gebrauchen und zu genießen, alsdann ſolcher Hertzogthumb Fürſtenthumb Grafſchafft und Herrſchafft, Lehen und Herkommen iſt, von aller männiglich unverhindert, doch unſchädlich uns und dem Reiche, unſern Mannen und ſonſt jedermann an ſeinen Rechten.

Uns haben auch daruff, die vergemeldte Willhelm, Herr zu Renneberg und Mevrich, Graffe zu Limpurg, in krafft des obberührten gegebenen Gewalts, in Nahmen in ſtatt und in Seele des vorgedachten unſers Oheimb und Fürſten-Herrn Johanſen, gewohnlich Gelübd und Aydt gethan, uns als Römiſcher Käyſer von ſolcher Regalia und Lehen wegen, getreu, gehorſahm und gewärtig zu ſeyn, unß für seinen rechten, natürlichen Herrn zu halten, zu dienen und zu thun, alles das ein Fürſt zu Jülich und zu dem Berg, und Graff zu Ravensperg einem Römiſchen Käyſer oder König, seinen Lehen, und ſeinen rechten natürlichen und ordentlichen Herrn zu thun pflichtig iſt, ohn Gefehrde.

Mit Uhrkund diß Briefſes beſiegelt mit unſern Käyſerl. anhangenden Inſiegel, gegeben in unſerer Stadt Bruſſel in Brabandt am zwey und zwantzigſten Tag des Monaths Junii: Nach Chriſti unſers lieben Herrn Geburth funffzehenhundert und im ein und zwantzigſten, unſerer Reiche des Römiſchen im andern, und der andern alle im ſechſten Jahre

Alſo unterſchrieben

Carolus

Ad mandatum Domini Imperatoris proprium.

Nicolaus Ziegler,
Vice Cancellarius.

No. CXIII.

Literæ Wilhelmi Ducis Cliviæ, Juliæ &c. ad imperii ordines de jure ſuo in Ducatum Geldriæ.

REverendiſſimi & illuſtriſſimi Principes Vosque cæteri Sacri imperii ampliſſimi ordinis, Non dubium, quin recenti adhuc memoria teneatis, Cæſareæ Majeſtatis Domini noſtri Clementiſſimi nomine praximis Comitiis Ratisbonæ habitis, ſcriptum quoddam prolixum adſertorium juris ſuæ Majeſtatis ad Ducatum Geldriæ & Comitatum Zutphaniæ vobis oblatum, & poſtea variis linguis undique ſparſam eſſe; In quo cum non ſolum jus quod Illuſtriſſimus Princeps Willhelmus, Dux Juliæ, Geldriæ, Clivenſis & Montenſis, Comes Marchiæ Zutphaniæ & Ravensburgi, Dominus in Raveinſtein &c. ad eas ditiones certiſſimum habet, per Advocatus Cæſareæ Majeſtatis partim ſuppreſſam, & partim cum ipſo facto ſiniſtre relatum ſit: Verum etiam ipſe Princeps immoderatius & acerbius

acerbius impetatur: nihil mirum, ſi hinc ſe ſupra modum prægravatum ſenſerit. Non quod exiſtimaret, iis argumentis ſuum jus convelli, aut quod ſibi eorum quæ impingerentur, aliqua ex parte conſcius ſit: Sed quod animadverteret tamen, per adverſarios delatores utrumque hoc Cæſareæ Majeſtati perſuaſum, eamque ſic exacerbatam eſſe, ut Legatis, quos ille jam tunc in iisdem Comitiis præſentes habebat ejus ſcripti copiam, ac reſpondendi facultatem, cum omni licet reverentia, petentibus, denegaverit. Ac denique quod ipſe Dux in eas ſe anguſtias redactum ſentiret, ut vel cum ſuæ ſuæ jacturæ facere, atque optimam cauſam ſuſpectam reddere, vel certe reſpondendo & jus ſuum aſſerendo, adverſariis majorem anſam præbere cogeretur, quomodo Cæſaream Majeſtatem ad inclementiam permovere poſſent: Si forte neceſſitate vel imprudentia verbum elaberetur, id illi in calumniæ occaſionem continuo raperent. Cum & Cæſaris auctoritate freti, pro ſua libidine immeritum Principem quibuslibet convitiis proſcindere, ejus acta intervertere, & documenta cum allegatis juribus aliter quam oporteat, detorquere non vereantur: Jam vero, etſi hoc gravi præjudicio ſe premi ſentiat Dux Wilhelmus; tamen non diffidit, Cæſaream Majeſtatem ubi cauſas penitius inſpexerit (ea qua eſt æequitate & clementia) veritatem pluris facturum, quam malevolorum inſtigationes, ac reſponſionem optimo jure intentam æquis auribus admiſſuram: Maxime cum Wilhelmi Ducis animus non ſit Cæſaream Majeſtatem in illo laedere, ſed ea duntaxat proponere, quæ ſimul & honori & juri tuendo præetermitti non poterant: Interim rogans atque obteſtans, ne quis aliter quam ad eum modum hoc reſponſum, intelligere vel interpretari velit. Defenſio autem ſic partiatur: Primo quidem natura feudi jam dicti Ducatus & Comitatus una cum ſucceſſione Ducis Wilhelmi breviter atque ex fide narratur & declaratur; Deinde comprobatur, rem longe aliter habere, quam in aſſertionis ſcripto traditur; ſive factum ipſum per citata documenta ac jura ſpectemus: Ipſumque Ducem Wilhelmum unicum feudalem heredem & ſucceſſorem nihil impediente ulla ceſſione vel devolutione, earum ditionum poſſeſſionem legitime nactum eſſe; poſtremo adjicitur, quod in hac cauſa tam Cæſareæ Majeſtati, quam Imperii ordinibus, acipſi Duci Wilhelmo juris æequitatisque ratione præſtandum ſit, ne belli motus excitentur aut quisquam præter legitimam juris cognitionem gravetur. Atque ut ad primum revertamur conſtat, ditiones Geldriæ atque Zutphaniæ jam inde a centenis aliquot annis feuda eſſe ſacri Imperii ejusque naturæ, ut defuncto harum ditionum Domino Imperii Vaſallo, proximi agnati, ſi qui eſſent, aut his non extantibus, cognati ſuccedant; Idque perpetuo ſic obſervatum, non ſolum quamdiu Geldriæ Ducatus extitit, verum etiam cum adhuc hereditaria præfectura, ac poſt Comitatus titulo poſſideretur, usque ad Reinaldum, qui ejus nominis quartum, qui utrumque Principatum & Juliæ & Geldriæ, Comitatumque Zutphaniæ quieta poſſeſſione citra ullam controverſiam tenebat; Quo e vivis ſine legitima prole decedente, harum ditionum Succeſſio, ſecundum eorum feudorum naturam ad Adolfum & Wilhelmum fratres Duces Montenſes &c. agnatos, legitime devenit, Adolfus etiam major natu ab Imperatore Sigismundo de iisdem inveſtitus fuit, quem & Juliacenſes ut legitimum Dominum receperunt; Verum ubi Arnoldus ab Egmond cognatus quibusdam auxiliaribus fretus, violenter ſe Ducatui Geldriæ & Comitatui Zutphaniæ ingeſiſſet, Adolfus a poſſeſſione ejus ditionis præpeditus eſt. Qua occaſione cum ad Imperatorem Feudi Dominum & Pares ut legitimos hujus cauſæ judices defugeretur, ampliſſimo Senatu cauſa cognita per ſententiam definitivam pro Adolfo adverſus Arnoldum Egmondenſem pronunciatum ac deinceps Egmondenſis ipſe una cum Baronibus, Nobilibus atque Civitatibus Ducatus Geldriæ, Comitatusque Zutphaniæ (ſiquidem in occupatione & mandatorum contemtu perſeverabant) proſcripti, ac ſacroſancti Imperii bannо ſubjecti ſunt. In tantum ac tantiſper dum ipſi Domino Adolfo, uti legitimo Duci Geldriæ & Comiti Zutphaniæ ejusmodi provincias citra ullum impedimentum dimitterent, evacuarent, ipſumque & ſuos heredes & ſucceſſores eas poſſidere, illisque uti, frui, ac univerſos earundem provinciarum reditus percipere ſinerent, ut haec copioſe in ipſa ſententia & Decretis declarantur, quae poſt etiam a Concilio Baſilienſi confirmata fuerunt. Porro cum Adolfus ſine liberis defunctus eſſet, Succeſſio Ducatus Geldriae Comitatusque Zutphaniae ad Gerardum ex fratre nepotem hujus Ducis Wilhelmi proavum maternum ut verum heredem feudalem pervenit, qui & pro ſe, ſuisque feudalibus heredibus a Friderico Imperatore inveſtitus eſt, ad utendum fruendumque illis juxta ejuscemodi Principatuum, provinciarum & feudorum jus & conſvetudinem primaevam, citra cujuscunque impedimentum; Ad horam Executorialium Decretorum aliarumque litterarum, privilegiorum, conſvetudinum ac jurium earum in perſonam Gerardi confirmatio a Friderico Imperatore conceſſa eſt. Ubi autem Dux Gerardus vitae functus filium Wilhelmum reliquiſſet, poſtremum Reinaldi agnatum. Is e Domina Sibylla Brandenburgenſi filiam ſuſtulit Mariam præſentis Ducis Wilhelmi ma-

Digitized by Google

trem, quæ & omne jus ſuum, quod ad Ducatum Geldriæ Comitatumque Zutphaniæ habebat, in favorem filii refutavit. Horum omnium vigore poſtea ille poſſeſſionem earum provinciarum in vita & cum conſenſu poſtremi accupatoris ac fubditorum voluntate per amicabilem compoſitionem & legitimam transactionem, non vi neque dolo, nec alio quovis vitio, neque tamen ſine gravi ſumtu, & luculento rerum ſuarum diſpendio conſecutus eſt. Et quanquam Dux Wilhelmus intra legitimum tempus ſæpius cum apud Cæſaream & Regiam Majeſtatem, tum etiam in Imperialibus aliquot conventibus inveſtituram cum omni reverentia petierit, paratus Cæſareæ Majeſtati & imperio, quam obedientem Imperii Principem oportuit præſtare, omnibusque competitionibus ſe Juri ſiſtere, Nihilominus a Cæſarea Majeſtate non ſolum Ducatus Geldriæ Comitatusque Zutphaniæ, verum etiam eorum Principatuum, quorum nulla eſt controverſia, poſtulata inveſtitura denegata eſt, juſtaque oblatio repudiata, quæ quidem omnia e ſequentibus ulterius declarabuntur, & cum res ipſa poſtulaverit, etiam documentis fide dignis, aliisque juris adminiculis comprobari poterunt. Jam vero in exhibito ſcripto deprehenduntur varia tam confirmandi Cæſareæ Majeſtatis, quam confutandi Ducis Wilhelmi juris cauſa argumenta producta, quæ etſi paſſim diſperſa legantur, tamen præcipue his tribus articulis nituntur.

Et primo quidem, quod hæc feuda Imperio aperta & devoluta ſint, quæ propter Ducem Wilhelmum in iis ſuccedere non poſſe; Secundo, etiamſi Ducis Wilhelmi Majores jus aliquod habuiſſent, id ipſum ceſſione (quam illi Venditionem nominant) per Ducem Gerardam in Carolum Ducem Burgundiæ translatum eſſe. Tertio quod illius Celſitudo ex tribus allegatis titulis, nempe Succeſſionis Rei judicatæ, & Transactionis (cum ut ajunt, illis hoc caſu locus non ſit) nullam legitimam poſſeſſionem habere, ac idcirco neque in petitorio neque in poſſeſſorio jus ullum ſibi vindicare poſſit; Sed in eas ditiones temere irruperit, ac poſſeſſionem earundem Cæſareæ Majeſtati injuſte præripuerit, & detineat: Quare non modo Cæſareæ Majeſtati & Imperio rebellis ac inobediens habendus: Verum etiam communiter ab Electoribus Principibus atque imperii Ordinibus omnibus pleſtendus veniat. Ac vero ad primum articulum firmandum, hujusmodi quædam proferantur. Quia Ducatus Geldriæ Comitatusque Zutphaniæ e ſua natura maſculina feuda ſint, ut neque in fœminas, neque eos, qui e fœminis nati, cadere poſſint. Quare & fugillatur exemplum Succeſſionis Dominæ Mariæ primi Ducis Geldriæ filiæ, ac ſi ex fide, & ut res habet in exhibito Francofurdiæ ſcripto, relatum non ſit; Siquidem primus ille Dux Geldriæ non ſolum Mariam Duci Juliacenſi elocatam, ſed Margaretham etiam, quæ nupſit Comiti a Bloys, poſt ſe reliquerit: Additur quoque Wilhelmum Mariæ filium non jure Succeſſionis, ſed tanquam de novo feudo a Carolo Imperatore ex gratia inveſtitum eſſe, ut litteras inveſtituræ explicare dicunt; Nam ſi fœminæ, inquiunt, in his feudis ſuccedere potuiſſent, merito Succeſſio Margarethæ deberi videbatur ætatis prærogativa, atque poſt obitum ultimi Reinaldi, Arnoldus ab Egmond cognatus quod proximiori gradu fuerit, Adolfo præferendus fuiſſet: Unde ratiocinantur, etiamſi fortaſſis antea Succeſſio fœminis ex privilegio competiiſſet, (quod tamen non admittunt) id ipſum per Inveſtituram Adolfi & Gerardi fuiſſe mutatum, cum inveſtituram Adolfi præ ſe ferre dicant, quaſi hæc feuda poſt diſceſſum ultimi Ducis Reinaldi, Imperio aperta fuiſſent, & Dux Adolfus de iisdem tanquam devolutis & novis feudis ab Imperatore Sigismundo inveſtituram acceperit; ad quem etiam modum Gerardus poſtea ſit inveſtitus: Neque Wilhelmum Ducem ex aliis quam his duabus inveſtituris jus aliquod ſibi vindicare poſſe; Ad quæ argumenta paucis reſpondetur, articulos quosdam Francofurdiæ non in hoc exhibitos, quaſi conſummatum jus Wilhelmi explicarint; ſed ut aliquo modo illius Succeſſionum & juſtam poſſeſſionis adprehenſionem indicarent, ac Principes ipſi permoverentur, ut apud Cæſaream Majeſtatem datis litteris intercederent, ne ejus Majeſtas propter adquiſitam earum ditionum poſſeſſionem ad inclementiam inflammari ſe patentur, ſi forte cauſa ab adverſariis aliter relata fuiſſet, quam vel res ipſa, vel Ducis Wilhelmi propoſitum ac voluntas declararet. Nec ambigit Dux in articulis illis hoc ſaltem commonſtratum eſſe, quod ejusmodi feuda non ſint ſua natura mere, ut ex adverſo contenditur maſculina. Quod autem ad exemplum ſucceſſionis Wilhelmi pertinet, id optima fide relatum eſſe, adhuc aſſeritur. Neque Margaretham, neque cæteras ſorores in ſummaria illa declaratione captioſe aut dolo aliquo prætermiſſas, cum ipſarum citra prolem decidentium mentionem fieri hoc loco nusquam obtinebat arg. C. nam & ego ingenuus de V. S. Nam in confeſſo relinquitur Mariam ſorores Margaretham, Mechfeldin, & Catharinam habuiſſe: quarum una Mariæ de ſucceſſione controverſiam moverit, quod ætatis prærogativa niteretur: Sed Maria contra ex utroque parente fratri ſe ſuccedere, & cæteris germanis tantum ſororibus præferendam contendebat. Quæ contentio inter ipſas duntaxat ſorores utrinque ſibi hæc feuda ex ſucceſſione vindicantes, orta, tandem morte

alterius

Digitized by Google

alterius compoſita fuit. Quin & Wilhelmus Dominæ Mariæ filius, poſt refutationem Matris de Ducatu Geldriæ & Comitatu Zutphaniæ, non ut de novo feudo inveſtitus eſt, ſed ut verus legitimus heres, Dominus & Succeſſor, cujus certe petitionem inveſtituræ, ſine ulla gratia aut devolutionis mentione, Cæſar Carolus rationsbilem exiſtimavit, reſervatio interim matri Dominæ Mariæ uſufructu in ea portione Ducatus Geldriæ, quæ illi jam dudum competebat. Jam ſi Principatus Geldriæ & Comitatus Zutphaniæ ejus natura maſculina feuda & in perſona Wilhelmi nova, & ita quidem finita fuiſſent, Matri Mariæ nequaquam uſusfructus debebatur L. 2. ff de Uſufr. Neque Imperator Carolus petitionem illius rationabilem duxiſſet, ſed potius gratiæ & devolutionis mentionem feciſſet, multo minus ſubditis (id quod factum fuit) mandaſſet, ut Duci Wilhelmo tanquam legitimo & hereditario Domino obedientiam & ſubjectionem præſtarent. Nam qui verus & legitimus heres eſt, is ad hereditatem aditum habet, non ex gratia, ſed jure potius hereditariæ ſucceſſionis, quandoquidem verbum heres abſque ſucceſſione, intelligi non poteſt l. heredis appellatione. ff de R. J. Neque ſimilis caſus eſt, quem adferunt morte Reinaldi accidiſſe; cum ut vera ſint, quæ dicunt Arnoldus ab Egmond cognatus, Adolphus autem proximior agnatus Reinaldi fuiſſet, tametſi interim non ſtatim concedatur, Arnoldum proximiori gradu fuiſſe. Atque ut hoc maxime comprobetur, Adolfus nihilominus jure agnationis per imperialem ſententiam corroborato præferendus erat C. I. de eo, qui ſibi vel hered. maſcul. Sed nulli ſupererant agnati, cum Maria fratri ſuccederet. Unde ſatis liquida ab utraque parte ſucceſſionis exempla ex fide recitata ſint, & quod litteræ ipſius inveſtituræ contineant: jam ex iis, quæ relata ſunt, ſatis perſpicuum fuit, quid in feudis his Geldriæ & Zutphaniæ ſecundum ſuam naturam & primævam originem deficientibus agnatis, cognati, inque defectu maſculorum, fœminæ, & qui ex his prognati, ſuccedere poſſint. Id quod non ſolum in hoc caſu, verum etiam ſæpenumero jam olim acciditſe compertum eſt. Nimirum cum Mangoſo Sexto Geldriæ Præfecto citra proles atque agnatos defuncto, Wilringum ejus cognatum ſuccediſſe proditum fuit; Ac deinde Wichardus ultimus præfectus, cum unicam duntaxat filiam Aleidam reliquiſſet, ea deficientibus maſculis juxta primævam horum feudorum originem ſucceſſit, atque Ottoni Comiti a Naſſau deſponſata, eosdem ditiones in dotem tranſtulit. Hinc Otto Naſſavienſis primus Geldriæ Comes factus: Equibus ſucceſſionis exemplis abunde & liquido perſpicitur, quod vigore longæ conſuetudinis (quæ in feudali ſucceſſione maxime animadvertenda & obſervanda venit C. I. de Feud. Cogn.) hæ ditiones Geldriæ atque Zutphaniæ ejus naturæ ſint, ut deficientibus maſculis, fœminæ atque ex ipſis progeniti ſuccedere, neque excludi ulla ratione poſſint. Quæ ſane conſuetudo etſi per ſe ſatis valida ſit, ad allegatam ſucceſſionem roborandam, ac naturam horum feudorum declarandam, rata tamen habita etiam per privilegia, imprimis autem Wilhelmi & Adolfi Romanorum Regum. Quæ ſane cum cæteris privilegiis poſtea per Albertum, Fridericum, Ludovicum, Carolum, Wenceslaum, Sigismundum, Fridericum, Romanorum Imperatores & Reges ampliſſima atque adeo optima forma confirmata ſunt. Jam quod ad Adolfi inveſtituram attinet, ne verbum quidem in ea reperitur, quod his privilegiis derogare poſſit. Huc accedit, quod per Adolfi inveſtituram natura feudorum etiam conſentiente Domino Feudi in præjudicium aliorum heredum feudalium variari non poterat; præſertim cum in iis ſucceſſoribus omnibus jus quæſitum fuerit: Baldus in L. I. Col. pen. C. quando non pet. part. & P. I caſ. 82. Ut ipſæ etiam litteræ inveſtituræ clare exprimunt; Quod ea nulli in ſuo jure præjudicare aut nocere debeat: Porro ſi inveſtitura Adolfi recte expendatur, intellectum illum ad quem in Cæſareo ſcripto torquetur, habere non poterit, cum expreſſis verbis in ea legatur: Quod ad Ducem Adolfum illi Principatus & feuda principalia poſſidenda & tenenda pertineant eique debeantur, etiam legitimus Ducis Reinaldi agnatus ſit. Quapropter & ſubditis mandatum in hanc ſententiam, ut jam dictum, Adolfum ejusque feudales heredes pro legitimis & naturalibus hereditariis Dominis, veris Ducibus Geldriæ Comitibusque Zutphaniæ habeant, iisque fidem & homagium præſtent, quæ certe verba non de novis & devolutis feudis intelligenda ſunt, verum de antiquis, quæ jure legitimæ Succeſſionis ad naturales heredes pervenerunt, qualis Adolfus & revera fuit, & habitus eſt: Deinde ſupervacaneum exiſtimatur hoc loco, ubi feuda ejusmodi conditionis ſunt, verba hæc (pro ſuis maſculis heredibus prolixa diſputatione diſcutere, cum non de maſculina ſolum prole intelligenda hoc caſu veniant, ſed de omnibus feudalibus heredibus, qui tamen maſculini ſint, etiamſi de fœminis orti. C. un. de eo qui ſibi & hered. Xt. maſcul. & fœm. Verum enim vero hæc feuda in perſona Adolfi nova non fuiſſe, vel ex hoc liquido deprehenditur, quod poſt ejus mortem in his feudis Gerardus tanquam verus feudalis heres ſucceſſerit, & inveſtitus eſt, tametſi Adolfi filius non fuerit, ut patet ex ipſis inveſtituræ

litteris. Id quod fieri non potuiſſet, ſi in perſona Adolfi nova feuda fuiſſent. C. I. de Succeſſ. fratr. Jam vero fingatur Adolfum permiſiſſe, ut verba quædam in ſua inveſtitura inſererentur, quæ de feudo devoluto intelligi poſſint, ea fortaſſis de cauſa, ut nomine ac jure Imperii facilius ab Imperatore Sigismundo & ipſo Imperio ſuppetias impetraret, atque ab Egmondenſe violento occupatore poſſeſſionem recuperaret, aut denique quod hac via fratrem Wilhelmum, cui idem jus, quod ſibi competebat, cum ſuis ſucceſſoribus excludere cogitaſſet. Hæc, inquam, etiamſi ita facta fuiſſent, tamen ſuis deſcendentibus heredibus, ſi quos reliquiſſet, nihil præjudicare potuiſſent, multo minus Wilhelmo fratri, ejusque deſcendentibus heredibus, qualis Dux Wilhelmus præſens eſt, ut qui jus ſuum non ab Adolfo, ſed ex proviſione primi acquirentis habere convincuntur, maxime cum illi in hanc inveſtituram & confeſſionem Adolfi non conſenſerint. Id quod ex inveſtitura Ducis Gerardi facile adparet, cum is prædicta feuda non tanquam devoluta, ſed ut verus & legitimus Succeſſor pro ſe ſuſque feudi capacibus heredibus ea utenda fruenda receperit, juxta horum feudorum jus & originem, ſive antiquam naturam: Imo ut omnis alteratio ceſſet animadvertendum: Ducis Gerardi ceſſionem & Imperatoris Friderici confirmationem, quæ Cæſareæ Majeſtatis nomine producuntur, nec non Reverſales Caroli Ducis Burgundiæ ſatis indicare, utrumque & Adolfum & Gerardum Duces harum ditionum veros feudales heredes & legitimos ſucceſſores fuiſſe. Nec admittitur Wilhelmum Ducem tantum Adolfi & Gerardi inveſtituris jurari poſſe. Quandoquidem & Wilhelmi Dominæ Mariæ filii, ac Wilhelmi & Reinaldi Fratrum, ejusdem Mariæ nepotum, omnium Majorum ſuorum inveſtituris innitatur. Unde mirum, quare in ſcripto eo verbum hoc (feudalis heres) toties repetatur, ac ſi Duci Wilhelmo obſtaret. Cum manifeſtum ſit, illum juxta naturam feudi verum & legitimum Ducis Gerardi proavi ſui heredem eſſe feudalem. Phil. Decius. Conſ. 185. Zœſius. in Epit. in Rubr. de feud. ſucc. n. 30. Cum etiam mediante fœmina Cæſareæ Majeſtatis linea ducatur a Carolo Duce Burgundiæ, quem per ceſſionem Gerardi inveſtituram contendunt, atque etiam Imperatoria Majeſtas, ut feudi Dominus, Carolum Egmondanum pro ſe & ſuis liberis tam fœminis quam maſculis perpetuo naſcituris inveſtiverit: Quo facto ſatis teſtatur hæc feuda non eſſe mere maſculina: Ex his igitur commemoratis neceſſario ſequitur, quod eum Ducatus Geldriæ Comitatusque Zutphaniæ in dictis perſonis Wilhelmi Adolphi & Gerardi antiqua & antiquiſſima feuda permanſerint, ejusque originis & naturæ, ut deficientibus maſculis heredibus, fœminæ ſuccedere queant, neque natura ea feudorum mutata ſit, vel mutari potuerit, feuda hæc ad Imperium devolvi nulla ratione potuiſſe, ſed Ducem Wilhelmum poſt Illuſtriſſimæ matris refutationem legitimum eorum feudorum heredem & ſucceſſorem eſſe. Atque hæc de primo articulo dicta ſufficiant. Ad ſecundi articuli declarationem Cæſareæ Majeſtatis nomine producti: Ducem Gerardum hujus Ducis Wilhelmi proavum omne jus, quod ipſe ad Ducatum Geldriæ Comitatumque Zutphaniæ habuerit, cum conſenſu aliorum ſuorum Carolo Duci Burgundiæ vendidiſſe ac ceſſiſſe. Quæ quidem venditio ac ceſſio per Ducem Gerardum Jurejurando roborata & ab Imperatore Friderico ad utriusque petitionem confirmata fuit, idque iis modis, ut ſi quod impedimentum reperiretur, id ipſum juramentum cautione & confirmatione Imperatoria ſuppleretur & ſarciretur, ita ut Ducis Gerardi heredibus in poſterum nulla actio relinqueretur: Et cum nomine Ducis Wilhelmi opponatur, ceſſionem hanc nullam & irritam, propterea quod pacta ultro citroque inita non ſint ſervata. Non conceditur iſtic per Contractus Gorconii & Graviæ habitos pactis contraria præſtita fuiſſe, cum Cæſarea Majeſtas, ut ajunt, poſtremum Occupatorem, quod nec prolis, nec vitæ diuturnæ ſpes eſſet, ſarcindæ pacis communis cauſa de iis ditionibus Geldriæ atque Zutphaniæ infeudarit, non quidem libere & ſimpliciter, ſed his conditionibus, ut ſi absque liberis deceſſeret, provinciæ illæ ad Cæſaream Majeſtatem devolvendæ eſſent. Præterea conteneditur, litteras reciprocas ab ipſo Carolo datas, non eſſe Reverſales Ceſſionis, ſed Unionis & Concordiæ cujusdam pactæ, quales viciſſim Dux Gerardus dederit, quas uterque poſtridie quam facta erat venditio ac ceſſio, conſignaverit, & in quibus neutri amplius obſtricti quam ad requiſitionem. Nam ſi citra requiſitionem adſtricto facta fuiſſet, hic Juliacenſes prius pacta reſcindiſſent recepto Duce Johanne Clivenſi antequam prædicta unio & conſœderatio ab eo rata habita confirmataque fuerit: Etſi maxime Cæſarea Majeſtas adverſus ſuperiora promiſſa & litteras Caroli Burgundiæ egiſſet; interim tamen jus ſuum ad ea ditiones emittere minime potuiſſet, ſed ad intereſſe duntaxat obligaretur & compenſandum damnum, ſi quod Duces Juliacenſes perpeſſi ea de cauſa fuiſſent (quod tamen factum non putatur.) præſertim cum reciproca promiſſa non fuerint præcipua cauſa ceſſionis, aut in continenti appoſitæ ac ſimul eodem tempore initæ, neque in Confirmatione Friderici vel promiſſa ulla inſerta, vel Duci Gerardo regreſſus ullus reſervatus, cautusque deprehendatur. Poſtquam

quam autem prætentis Ducis VVilhelmi Majores venditionem ac ceſſionem hanc nunquam impugnaverint, ſed ditiones eas pro derelicto habuerint, atque litteras easdem concernentes Carolo Burgundiæ Duci tradiderint, imo interim conſœderationes ultro citroque initæ ſint, in quibus Cæſareæ Majeſtatis Majores Duces Geldriæ nominentur, & plus quam ſexaginta anni a facta ceſſione interceſſerint; mirandum fore jam novas quasdam repperiſſe, ceſſionem hanc irritam eſſe. Quare Ducem VVilhelmum honoris ſui non admodum rationem habere, quod horum conſiliis obſecundans contra Majorum ſuorum fidem atque promiſſa venditionem ceſſionemque reſcindere conetur. Maxime cum apud Germanos imprimis laudandum, quod magna ratio habeatur eorum, quæ a Majoribus promiſſa ſunt, adeo ut ea violare relligio ſit. Denique cum Gerardo etiam quod ceſſionis tempore non fuerit in poſſeſſione ſatis numeratum ſit, ac Carolum pro jure Arnoldi ab Egmond atque alios plus impendiſſe, quam dicti Ducatus & Comitatus æſtimari debeant.

Ad quæ omnia eo facilius reſponderi poterit, quod & res ipſa longe aliter habeat, & tam documenta, quam jura diverſum declarent.

Principio enim cum ex prætenſa ceſſione ac confirmatione, tum e Reverſalibus litteris demonſtrari non poterit, Ducem Gerardum cum Carolo Burgundo ullum contractum iniiſſe, qui ad emtionem aut venditionem detorqueri poſſit per L. dedi. ff. de Condict. Cauſa data. Tametſi in Germanica translatione ejusmodi quædam admixta ſint, quæ in latinis autographis inſtrumentis non reperiantur. Atque ceſſionis cujusdam mentionem fieri non negatur, ſub his verbis: dedimus, ceſſimus, & transportavimus: quæ tamen non pure neque ſimpliciter contracta eſt, ſed propter promiſſa ultro citroque habita. JCti innominatum contractum appellant, aut ob cauſam, do ut facias L. I. I. Si pecunia & fere t.t. π. & C. de Condit. Cauſ. dat. cauſ. non ſecut. Præcipuæ autem cauſæ qua propter ceſſio facta ſit, clariſſime idque diſpoſitive in ipſis ceſſionis principalibus litteris explicantur, quas quidem confirmatio & inveſtitura Friderici ſubſecutæ ſunt. Quod videlicet Dux Gerardus ad eam ceſſionem potiſſimum ob has cauſas inductus ſit: ut per Carolum Burgundiæ Ducem, ejusque heredes, Ducatus Geldriæ, Comitatusque Zutphaniæ e manibus & poteſtate Egmondenſium vindicarentur, atque ita demum omnis rebellio viaque facti, quibus Egmondenſes ipſi Geldrenſes contra Ducem Gerardum & ipſum Imperium nitebantur, prorſus reprimerentur, atque e medio tollerentur, quæ ut præſtarentur, plurimum intereſt Ducis Gerardi, ſuorum ſucceſſorum: Quandoquidem eo tempore & deinceps ad annum usque trigeſimum octavum Egmondenſes non ſolum Ducatum Geldriæ Comitatumque Zutphaniæ occupatos de facto detinebant: Verum etiam Ducatui Julianenſi, aliisque ditionibus cum bellis cum inſidiis intricabant, ac Gerardum & ſuos præter jus & æquum inde propellere nitebantur: Ex his igitur cauſis potiſſimum & non iis, quæ Cæſareæ Majeſtatis nomine proferuntur, Dux Gerardus pacis ſtudioſus ut a tantis periculis perpetuo hereditarioque hoſte ac vicino malo aliquando liberaretur L. f. C. de Pact. inter emt. & vendit. Ducatuque Juliacenſi citra contentionem & periculum uti frui liceret, ad hanc ceſſionem faciendam perſuaſus eſt: Præterea litteræ Ceſſionis manifeſte teſtantur, ceſſionem hanc factam propter reciprocos favores, quos Dux Burgundiæ Carolus, ejusque poſteri Gerardo ac ſucceſſoribus ſincere ſemper exhiberent: Quæ promiſſiones reciprocæ in Reverſalibus litteris ſub dato quidem poſteriori diei, ſed tamen una cum ceſſione ultro citroque traditis & acceptis uberius & clarius explicantur. Cum igitur (ut e ſuperioribus patet) ceſſio hæc non venditione aliqua ac per modum Contractus nominati, nec ſimpliciter ac pure facta ſit, ſed ob cauſam quam multi pluris fecerant Dux Gerardus ejusque ſucceſſores quam octoginta millia aureorum, reliquum eſt Ducis Caroli Burgundi heredes ac ſucceſſores nullum jus ad prædictas ditiones adferre aut prætendere poſſe, prius probent cauſas, ob quas hæc ceſſio facta, ab ipſis adimpletas eſſe, neque his unquam contraverti L. ex placito C. ob Rerum permutationem. Id quod fieri non poterit, ſed contrarium potius commonſtratur, unde locus eſt ea lege C. de Condit. ob Cauſ. junct. L. invitus §. cuidam ff. de R. J. Etſi maxime litteræ ceſſionis ad venditionem trahi aliqua interpretatione poſſent (quod tamen non eſt) nihilominus tamen JCtus, ut qui ob cauſam & alterius Rei contemplationem initus fuiſſet, habendus fuerit, veluti ex nominato & innominato permixtus per L. cum in fundum C. de Pact. inter emt. & Vendit. & L. dedi. ff. d. Condict. Cauſ. dat. Quapropter ſi conditiones illæ, quæ potiſſimum contractui cauſam dederunt, obſervatæ non ſint, ſequitur contractum quoque ſaltem re ipſa ſeu in effectum reſolutum eſſe; cauſas vero, propter quas ipſa ceſſio facta, quæque in ipſa diſpoſitione litterarum ceſſionis expreſſæ ſunt, non eſſe ſervatas, imo contrarium præſtitum, oſtenditur ex ipſis tractatibus inter Cæſaream Majeſtatem & Dominum Carolum Egmondenſem poſtremum occupatorem Gorconii & Graviæ habitis,

in quibus non hoc actum ut ditiones istæ ex occupatione Egmondensium eruerentur, aut posteri Ducis Gerardi a periculis & gravamine (ut in ipsa cessione pactum fuit, liberarentur: Cum tamen cessio ipsa præcipue & finaliter horum contemplatione facta sit: Verum iis inibi directe contraventum atque concessum est, ut Egmondensis pro se suisque liberis, tam fœminis quam masculis si qui procrearentur, has ditiones tenerent, atque adeo perpetuo possiderent, id quod ipsa investitura ad hunc modum concessa testatur: per quam etiam Cæsariani omne jus utilis dominii & possessionis (si quod apud suam Majestatem erat) in illius personam translatum voluerunt: Quæ omnia acta fuerunt, antequam Duces Juliacenses a simultate illa & periculis Egmondensium, quibus gravabantur, juxta pacta cessionis & confirmationis securi facti essent, ac reciprocæ promissiones Duce Carolo Burgundo in Reversalibus litteris traditæ, quas etiam citra ullam requisitionem præstare debebant, adimpletæ fuerint. Imo quod gravius erat Carolus Egmondensis a Cæsarea Majestate in peculiarem protectionem receptus est, eique adversus quoscunque auxilia promissa; salvis interim ei quibusliber actionibus, quas ipse Egmondensis contra quoslibet Principes aut ditiones habere aut prætendere posset, exceptis duntaxat iis, quæ hereditariis ditionibus Cæsareæ Majestatis subjecti erant. Præterea illi permissum adversus eosdem præfidiariis Cæsareæ Majestatis uti posse. Jam vero nemini obscurum est, Egmondensem in nullius ditionem Germaniæ nationis præter quam Juliacensium & Clivensium actionem prætendisse, seu potius insidiose ac hostiliter tentasse, quin & ea tantum de causa titulum Ducis Juliacensis sibi usurpabat, qui etiam a Cæsarea Majestate eidem in hisce tractatibus expressim tributus reperitur: Et quanquam in iisdem tractatibus nominatim expressi sint, qui in pacis & concordiæ pactis comprehendi debeant; nimirum Episcopi Colonienses, Monasterienses & Leodienses, Comes Frisiæ atque alii quidam. Interim tamen Juliacensium & Clevensium ne verbo quidem mentio facta, neque illis securitas ulla (ut juxta litteras cessionis oportebat) cauta fuit. Adde Cæsaream Majestatem in iisdem tractatibus omnibus fœderibus atque pactis quibus ejus Majestas jam tum obstringebatur, quæ Carolo Egmondensi pactisque cum eo habitis adverfarentur, renunciasse. Nunc sane cum cessione Gerardi atque confirmatione Friderici, cumque datis Reversalibus litteris & sponsionibus & diametro, & nullæ magis pugnant, quam hæ confœderationes & tractatus cum Egmondensibus Gorconiæ & Graviæ initi. Cum igitur caproptер Dux Gerardus Cessionem fecerat & quæ illum ad hoc potissimum permoverant, imo quæ principalis & subsistantialis fuerant causa contractus non solum in reversalibus & pactis in continenti adpositis, verum etiam in principalibus cessionis litteris expressa, observata non sint; & contractus hic ejus naturæ, atque iis rationibus initus sit, ut neutram partem diutius obliger quam ea quæ pacta sunt invicem præstentur L. cum proponas 2. C. de pact. si apud C. de Transact. Abb. in C. cum inter de Elect. citra controversiam sequitur cessionem hanc deficientibus principalibus & subsistantialibus causis, quapropter inita sit, irritam & antiquatam, aut certe resolutam esse per L. ex placito & L. ea lege C. de Condict. caus. dat Carolum vero Egmondensem postremum occupatorem harum ditionum pacis studio & quod neque diuturnæ vitæ neque prolis spes esset, investitum fuisse: Id ut cessionis causis repugnat, ita in Ducis Wilhelmi ejusque parentum grave præjudicium factum nemo inficiari poterit: Quandoquidem eo ipso Egmondenses & Geldrienses, contra quos cessio ipsa facta in protectionem a Cæsarea Majestate recepti; Juliacenses & Clivenses e tutela & pacis communione excluſi, bellique periculis objecti sunt. Neque hic causa subest, quare postremo occupatori Egmondensi nulla spes prolis fuerit, cum uxorem florentis ætatis haberet, & decem ferme annis a tractatu illo Gorconii inito, bona valetudine vixerit, ac jam ante liberorum aliquot parens habitus fuerit: Porro quod ad Caroli Burgundi Reversales litteras pertinet, etsi supervacaneum sit, de his pluribus differere, cum causa, quapropter cessio facta in ipsis litteris cessionis clare expressa, nec dum servata, imo ei manifeste contraventum constat, tamen ut veritas in hoc etiam magis eluceſcat, comperrum est Carolum Burgundiæ Ducem quædam reciproce ad cessionem promisisse, quæ ipse ac Successores sui etiam requisiti adimplere debebant; Nempe hæc quæ sequuntur: Imprimis omnem honorem & commoditatem. &c. &c.

Præterea in ipsis Reversalibus exprimuntur nonnulla peculiaria Caroli promissa, nihil alias ad communia fœdera pertinentia, sed causa cessionis facta, quæ sane ut adimplerentur, Gerardi & suorum omnium intererat, atque citra ullam requisitionem per Carolum ejusque posteros præstanda erant, ad qualia tamen ipse Gerardus se suosque vicissim non adstrinxit, ut ex his patet, in casum & eventum &c. &c. Ex his nimirum clare convincitur, Ducis Caroli Reversales, quas ipse Duci Gerardo dederat, magis cessionis occasione, quam unionis initas, & alterum alterius causa factum & promissum

missum esse. Quorsum enim attinebat Carolum Potentissimum Principem tanti comparare confœderationem Ducis Gerardi (qui suum ipsius jus atque principatus, quos possidebat, ægre tueri poterat) ut se suosque Successores his tam arctis arduisque promissis obstringeret, si non cessionis causa fecisset? Multo minus Dux Gerardus cessionem ipsam invenisset, nisi reciproca pacta eum huc provocassent, quemadmodum & in litteris subsequitur; Unde nos Carolus &c &c. Quæ promissa reciproca etiam tam per Dominam Mariam a Burgundia, quam Philippum Regem Castellæ in simili forma facta rataque habita sunt. Jam verò etsi non negetur, his pactis per Ducem Carolum citra ullam requisitionem præstandis, clausulas aliquot ad confœderationem spectantes acrequisitionem exigentes, adpositas esse: Ex hoc tamen tegi aut excusari non possunt peculiaria promissa Ducis Caroli, ad quæ ipse ejusque posteri & Successores etiam citra ullam requisitionem tenebantur. Neque Juliacenses pactis & conventis non satisfecisse cavillari poterunt; Cum illi ad ea, quæ ipsis erant præstanda, requirendi fuerint, & Dux quoque Burgundiæ Carolus, ejusque filia Maria Ducatum Geldriæ Comitatumque Zutphaniæ jam antea tenuerint, & tamen sponsiones similes a Subditis fieri non curaverint. Alienum etiam ab hoc proposito judicatur, quod adferitur, Duci Wilhelmo ob id, quod reciproca pacta servata non sint, actionem duntaxat ad interesse competere: Cum manifesti juris sit & ab ipsis Cæsareanis concessum, ut si promissa illa reciproca reperta fuerint causa principalis, quapropter contractum sit & in continenti & antequam partes contractum pro absoluto habuerint, appositæ sint: Quod eo casu (ut hic est) contractus ob non adimpletionem pactorum rescindatur & resolvatur: Imo quoque dicimus: si partes unam quidem contractus partem absolvissent, & pro perfecto atque absoluto habuissent, (quod tamen non conceditur) & pacta in continenti postera die apposita fuissent, antequam alios ad actus & negotia transierint, quod nihilominus contractus ob non servata pacta, antiquatas esset atque resolutas.

Quod autem utraque pars priorem Contractum nondum absolverint, neque pro perfecto & absoluto habuerint, neque denique ad extraneos actus transierint eo tempore, cum Reversales litteræ datæ sunt; Id facile liquet ex his, quod neuter Princeps ipsi Contractui interfuerint præsens, imo non minus octo milliaribus Germanicis uterque ab altero abfuisset; ita ut Consiliarii uno die a suo quisque Principe acceptis novis mandatis ire, redire, tamque arduum articulum secundi contractus exequi non potuerint: Multo minus Principibus utrobique ea indicare, deliberare, justissque simul litteras confignare eodem die potuerunt, id quod tamen ad perfectionem Cessionis requirebatur, Bal. in l. per diversa in 14. qu. L. Mand. L. Contractus L. de fid. Instr. Verum hæc in dubium vocare nihil opus, cum Cessio ad reciprocos favores & reversales ad Cessionem se mutuo & expresse referant, etiam peculiaria Caroli promissa cum præcipuis Cessionis causis & non cum Ducis Geradi confœderatione conveniant. Cæterum quod dispendia & damna, quæ Dux VVilhelmus ejusque Majores ob non impleta promissa perpessi, non ita levia fuerint, ut ab Imperatoriis advocatis æstimantur, id ipsum ostendere, non fuerit difficile; quanquam hic non spectandum, id factum non sit, sed quid Egmondensi permissum, quidve fieri potuerit, si id per DEI gratiam præventum non fuisset, ac breviter quod Carolum Ducem Burgundiæ ac suos heredes facere oporteat. Nam Juris Consultus non obscurum; in Contractibus innominatis seu permixtis, ut actio denegetur, non inspiciendum, an interfit rei, vel non interfit, sed hoc solum, an actor pro parte sua adempleverit. Præter hæc omnia in litteris Cessionis, item confirmationis & vestituræ Friderici, atque adeo in ipsis Reversalibus Caroli Burgundi aperte prodiruntur: ditiones has Geldriæ & Zutphaniæ post obitum Ducis Reinaldi ad Ducem Adolfum, tanquam verum, legitimum & feudalem heredem devolutas, cui etiam per sententiam definitivam adjudicatæ sint. Adolfo autem Gerardum uti verum feudalem heredem successisse, & pro se suisque feudalibus heredibus exerte investitum esse: Quæ cum sic habeant, & Dux Gerardus horum antiquorum imo antiquissimorum Principalium feudorum hereditarium ac certum jus non sibi solum, verum omnibus his, qui secundum naturam eorum feudorum succedere potuerunt, ex primæva provisione Domini acquiserit, res non exigebat, ut Cæsareæ Majestatis advocati tam sollicite Gerardi cessioni & filiorum consensui inniterentur; Cum omnes JCti probe sciant, an Gerardus Dux super his amplius, quam pro suo ipsius dispendio & quamdiu ipse atque filii, qui in hanc cessionem consenserunt, superstites fuerint, disponere & contrahere potuerit: Et an idem etiam Domino feudi consentiente, huic præsenti VVilhelmo indubitato feudali heredi, qui non solum virtute successionis, verum privilegiorum etiam & investitura Majorum suorum jus quæsitum habet, saltim quod ad perpetuam utilis Dominii translationem attinet, præjudicare possit. Quandoquidem huc antiqua feuda in præjudicium feudalium heredum, qui ante factam cessionem in his jus habuerant, trans-

transferri non potuerunt. C. I. de alien. feud. pat. Quæ non eo dicuntur, quasi Dux VVilhelmus Majorum suorum contractibus ratione ac jure validis aliquo modo contravenire, aut illorum acta rescindere conetur: nam in hoc se irreprehensibilem exhibebit, permittendo cessionem illam tantisper in suo vigore, dum Dux Gerardus ejusque filius superstites ad ditiones has, jus ullum habuerunt, dumque causis cessionis non fuerat contraventum. Ubi autem jus harum ditionum ad illius Celsitudinem ex natura successionis feudi initium sumsit, ac simul cessio ex dictis causis nulla, antiquata, aut certe resoluta sit. Constat illam nullum Duci VVilhelmo posse præjudicium parere. Multo minus ea, quæ adferuntur, quod Majores sui cum Ducibus Burgundiæ consœderationes inierint, ac titulum Geldriæ iis attribuerint, sive etiam, quod Gerardus litteras aliquot post cessionem ob causam factam Duci Burgundiæ tradiderit. Quin Gerardus ipse, si inter vivos ageret, posset ex hoc, quod causæ cessionis servatæ non essent, omni Jure ac ratione contendere, se ad dictam Cessionem, tanquam resolutam, amplius adstrictum non esse: Qua in re illum neque jurisjurandi religio, neque ulla investitura vel confirmatio Friderici queat impedire, quandoquidem Jure cautum est, adpositum Juramentum non aliter obligare, aut intelligi debere, quam juxta naturam contractus; Et confirmationem utriusque partis requisitionem & commodum concessam, nihil amplius quam ipsam Cessionem operari. Nec opus erat, ut in confirmatione Friderici Imperatoris reciproca pacta exprimerentur, aut regressus nominatim reservarerur. Cum ipsa confirmatio non aliter concessa sit, quam ut facta fuit cessio. Supervacaneum enim fuisset a Principe impetrare, quod Jure Contractus confirmari per se venit. Siquidem non Juri solum, verum etiam æquitati ac rationi repugnare videtur, cum Dux Gerardus has tam amplas ditiones, quales sunt Ducatus Geldriæ & Comitatus Zutphaniæ Duci Carolo non aliter cedere decrevisset, quam his præcipue causis inductus, ut videlicet ex occupatione Egmondensium extraherentur, nec in illorum potestate unquam relinquerentur: Ut Carolus Burgundus suique Successores Gerardum ac suos a metu & gravamine vicini Egmondensis securos redderent, nimirum, ut ab illorum injuria tuti. Juliacensem, aliasque ditiones quiete pacificeque administrare ac possidere possent: Si interim dum hæc non modo non præstarentur, verum etiam directo contraria molirentur, nihilominus cessio ipsa firma subsisteret, ac Duci VVilhelmo non secus præjudicaret, ac si in universum cessionis causæ adimpletæ fuissent, imo potius hic locum habet Regula: frangenti fidem &c. L. 2. C. de Pact. Ex iis ipsis rationibus non obscure elucescit: Quod Ducis VVilhelmi Majores eas ditiones, quas non simpliciter, sed ob causam cesserunt, pro derelicto non habuerint, sed in eventum non adimplectionis reciprocorum pactorum, pristinum jus illæsum sibi reservaverint, quodque diuturnum silentium, & cursus temporis jam inde a facta cessione præterlapsi illius Celsitudini nihil officiant: quodque præscriptio nulla, inchoari aut currere poterat ante, quam jus illarum ditionum ad eum pervenerit; causisque cessionis reverlatibus per dictos tractatus contraventum ac denique Carolus Egmondensis post eum occupator de ditionibus Geldriæ & Zutphaniæ investitus fuerit l. 1. C. de annal. exc. Quin magis rationi consonum erit, ut Cæsarea Majestas litteras ex causa jam resolutæ Cessionis traditas, ipsi Duci VVilhelmo restitui jubeat. Jam vero quod Germanorum fides in promissis Majorum suorum præstandis semper præter cæteras nationes commendata sit, id facile conceditur: Ceterum inde non sequitur, si Germanis promissa vicissim non præstentur, ipsos nihilo secius obligatos servatæ fidei ac pobitatis pœnas dare oportere. Nec obstat, quod Dux Gerardus tempore Cessionis possessionem jam dictorum Principatus & Comitatus non habuerit. Cum tamen sententiam definitivam, quæ in rem judicatam transiit, legitime obtinuerit, ac præcipuæ cessionis causæ, ut sæpius declaratum, servatæ non sint. Quapropter nemo inficias ire poterit, Ducem Wilhelmum ad pristinum jus, in quo Gerardus ante Cessionem fuerat, rediisse. Quemadmodum vero Carolus Burgundiæ Dux prætensum Jus Egmondensium adquisiverit, quantumve ea de causa aut alias earum ditionum gratia impenderit, posset quidem prompte responderi, si id Ducem Wilhelmum concerneret. Verum illi satis est, quod ipse toties ac palam Carolus attestatur, Egmondenses nullum jus ad Ducatum Geldriæ & Comitatum Zutphaniæ habuisse. Attamen si quis ex hoc jure, seu alias actionem instituere velit, Dux Wilhelmus non detrecter, quo minus coram Judicibus competentibus & per legitimam juris cognitionem, causa decidatur. Patet igitur, quod ad secundum articulum pertinet, cessionem hanc non novis aut subtilibus paucorum commentis impugnari, sed honestis, æquis & justis rationibus & veteri ac novo jure Civili, atque præter ullam honoris jacturam Ducis Wilhelmi convinci, eam irritam, aut sane resolutam esse, neque optimo juri illius obstare posse. Supereſt tertius articulus, in quo adversus Ducis Wilhelmi justam possessionem objicitur, quod per transactionem & consensum postremi occu-

Digitized by Google

occupatoris, ejus Celſitudinis poſſeſſio juſtificari non poſſit. Cum poſtremus occupator ad eas conditiones nullum Jus habuerit: Aut etiam ſi quod interim transferre potuiſſet, cum tamen ejus poſſeſſio vitioſa fuiſſet, vitium ſimul translatum eſſe. Deinde adverſus ea, quæ cum Cæſarea Majeſtate jam ante tractaverat, illum nihil tranſigere potuiſſe. Ad hæc etiam Egmondenſem vi & metu ad hanc transactionem compulſum. Cæterum ſubditorum conſenſum nihil prodeſſe: Cum illis ſuo arbitratu novum Dominum recipere non liceret, præſertim quod hæ ditiones feuda ſint Imperii, in quibus citra conſenſum Cæſareæ Majeſtatis tranſigi non poſſit. Et cum Dux Gerardus omne Jus ſuum Carolo Burgundiæ Duci ceſſerit, ita quod nihil in ſuos heredes transmittere non potuerit, conſequi, ut Dux Wilhelmus ex utrisque tabulis tam ſucceſſionis quam rei judicatæ nullum legitimum ad poſſeſſionem aditum habere potuerit, aut ſi etiam earum ditionum poſſeſſionem ſine vitio adprehenderit, nihilominus tamen teneatur easdem Cæſareæ Majeſtati reſtituere, cum ſint, ut ajunt, feuda hereditaria: Ad quæ accedat, quod citra conſenſum Domini feudi poſſeſſio adquiri non poſſit; Magnum etiam hoc & grave præjudicium non ſolum Cæſareæ Majeſtati, verum etiam Imperio allaturum, ſi id permitteretur. Ex quibus ſequitur, cum Dux Wilhelmus temere in poſſeſſionem hanc irruperit, quod Cæſarea Majeſtas honeſta occaſione ac Jure optimo eundem propria auctoritate violenter etiam ejicere ac deturbare poſſit. Quanquam vero his objectionibus magna ex parte in ſuperioribus articulis ſatis ſit reſponſum, nihilominus advertendum hoc loco, Ducem Wilhelmum nuſquam propoſuiſſe, aut ſe in eo fundaſſe, quaſi per prædictam tranſactionem & conſenſum novum aliquod Jus ſibi acquirere conatus ſit: Sed hoc tantum, quod poſſeſſionem earum ditionum, quæ Majoribus ſuis jam olim per Romanorum Imperatorum Ordinumque Imperii ſententiam definitivam adjudicatæ ſunt, & in quibus ipſe legitime ſucceſſit, non niſi juſtis modis & per amicabilem compoſitionem & tranſactionem legitime obtinuerit. Cum enim Dux Wilhelmus non ſit Caroli Egmondenſis heres, nec tertius poſſeſſor, in quem res cum vitio tranſierit; ſed is, ceu Egmondenſes Ducatum Geldriæ Comitatumque Zutphaniæ tradere, atque per hoc vitium purgare oportuit. Dubium non erit hujusmodi tranſactionem ſine conſenſu etiam Domini feudi fieri potuiſſe, præſertim cum verus feudalis heres rurſus ad poſſeſſionem admiſſus ſit. C. ſi Vaſallus de benefic. tit. ſi de feud. def. 50. & in C. un. de converſ. inter Vaſall. & al. Nihil etiam ad Ducem VVilhelmum pertinet, quid poſtremus occupator cum Cæſarea Majeſtate tractaverit. Ut enim ejus Majeſtas nomine concreditur, illum Jus nullum habuiſſe, ſic etiam Jus Ducis VVilhelmi transferre non potuit. Naturalem autem poſſeſſionem, quam tunc habuit, nulli unquam alii, quam Duci VVilhelmo ipſe tradidit. Id quod non ſolum facere poterat, verum etiam virtute ſententiæ Imperialis & executorialium decretorum tenebatur. Quod autem ad eam tranſactionem vi compulſus ſit, maxime Ducis VVilhelmi & ſuorum conſilio atque inſtigationibus, id veritas nunquam comprobavit. Nam Egmondenſis jam diu cum Civitatibus aliquot ex aliis cauſis ſimultatem exercuit, & Barones atque Nobiles quosdam ad eam diſſenſionem componendam adhiſit. Eaque occaſione Provinciales aliquot earum ditionum conventus habiti: In quibus tandem convenerat ad Ducis VVilhelmi Illuſtriſſimum Parentem atque ad ipſum mittendum flagitandumque, ut tractatus illi inirentur. Quæ omnia acta ſunt prius, quam Dux VVilhelmus aut cius nomine quisquam apud Civitates Geldrienſes aut ſubditos cauſam hanc agitaret, aut inſinuationes ullas clam vel manifeſte moliretur: Poſtea quoque cum deſtinati a Baronibus, Nobilibus ac Subditis Ducatus Geldriæ Comitatusque Zutphaniæ Cliviam appuliſſent, ac propoſuiſſent petitionem ac requiſitionem illam Ordinum ac Subditorum, ſciente ac conſentiente Principe ſuo Carolo Egmondenſi, factum eſſe. Non protinus contenti his Dux Johannes parens, ac Dux VVilhelmus filius continuo reſponſo dato eorum flagitationi acquieverunt; ſed prius miſſis ad Egmondenſem poſtremum occupatorem Conſiliariis, cognituris, an cum illius conſenſu ac voluntate fierent, quæ Ordines & Subditi propoſuiſſent, cum hac exhibitione, eo invito, ſe nequaquam Subditorum petitioni obſecundaturos, aut auxilia illis præbituros. Ad quæ poſtremus occupator reſpondens, libere ſub ſuis ſigillo atq; manuali ſigno reſcripſit, ſibi ea, quæ ab Ordinibus propoſita eſſent, admodum placere: Verbis etiam ad Conſiliarios his adjectis; DEI eſſe ordinationem: His igitur ſic actis nec alio quovis modo Ducis Wilhelmi Parens, atque ipſe cum Egmondenſi & Geldrienſibus de tranſactione tractare cœperunt, quæ tandem poſt diuturnam & maturam deliberationem ultro citroque habitam ab utraque parte recepta atque inita eſt. In quo conſenſu poſtremus occupator citra ullam mutationem perpetuo ad extremum usque ſpiritum perſeveravit. Etiam Baronibus, Nobili-

bus, universis & singulis (sigillo atque subscriptione suis adhibitis) Civitatibus autem ac cæteris omnibus communiter mandavit, ut Duci VVilhelmo tanquam vero earum ditionum heredi tempore vitæ suæ homagium & juramentum fidelitatis præstarent. Id quod etiam factum est. Porro ante id temporis nulla oppida aut castra erunt in potestate Ducum Clivensium, quæ postremus occupator tenuerit unquam, verum post ratam habitam transactionem atque mandatum Egmondensis, Dux Wilhelmus primum quidem vivente adhuc postremo occupatore, ac deinde post illius mortem recepit possessionem, homagium, atque fidelitatis juramentum cum paucis, iisque non armatis unanimi omnium consensu. Unde quoque satis adparet, subditos novum Dominum non delegisse, nec quidquam reprehensione dignum commisisse, sed ut obedientes Cæsareæ Majestati & Imperio, legitimum, naturalem ac hereditarium Dominum suum, uti docuit, & jure obligati erant, recepisse, idque cum consensu illius, cui tum fidelitatis juramento adstricti fuerunt. Quo & hoc effectum est, ne videlicet ab Imperio antiquissimo horum feudorum Domino alienarentur, non ut Dominum mutarent. Porro ut ad id quoque respondeatur, quod invidisse satis Duci Wilhelmo impingatur; nempe quod illius Celsitudo dum neptem Cæsareæ Majestatis viduam Mediolanensem sibi in matrimonium elocari postulasset, negotiumque jam favorabiliter agitari cœptum fuisset, eodem tempore Geldriensem ditionem Cæsareæ Majestati præripuisse. Hic vere fateri licebit, quod illius Celsitudo matrimonium, certa jam concepta spe, cum Illustrissima Domina Mediolanensi contrahere deliberato animo decreverat. Ceterum jam longe antequam de Geldrienſi negotio agi cœptum esset, ei matrimonio a Cæsarianis renunciatum fuit, nisi Duces Clivenses se ac ditiones suas iniquis & intolerabilibus conditionibus adstringerent, etiamsi jam ante convenerat pactis matrimonialibus harum rerum transactionem non admiscendam, sed consummato matrimonio, eam juxta æquitatem & quantum utrique patri commodum atq; tolerabile esset, moderandam. Si vero commemorandum esset, qua fide & favore hæc atque aliæ Ducis Wilhelmi causæ eo loco tractatæ sint: Imo quæ incommoda & detrimenta Majores illius Celsitudinis, & ipse Dux (dum adhuc Cæs. Majestati addictissimus ab omnibus haberetur) citra meritum rationemq; perpessi sint: & quo pacto bona & proventus in dicta causa erepta adhuc occupentur, quæ etiam (quantumvis modeste, reverenter atque amice interpellatum sit) emendata aut restituta non sint; certe quosvis etiam hostes ad commiserationem commovere posset. Præterea quod Dux Wilhelmus ad possessionem ex titulis legitimæ successionis & rei judicatæ, nihil obstante cessione, idoneum aditum habuerit, quodque item feuda ista absolute hereditaria non sint, ex præmissis sufficienter demonstratum. Deinde & hoc constat; ut etsi maxime in dubium vocaretur, an possessio vitiosa aut alteri restituenda (quorum neutrum concediturꝰ) interim tamen in possessione dimittendum tuendumque Ducem Wilhelmum esse tantisper, dum legitimo jure decretum fuerit, hanc alii tradendam. Cæterum Ducis Wilhelmi matrem (ad quam hæ ditiones jure erant devolutæ) in favorem filii unici & feudalis heredis easdem refutasse nequiviſſe, aut etiam Vasallum citra consensum Domini feudi possessionem adprehendere non posse. Id cum juri scripto tum receptæ atque observatæ Imperii consuetudini, contrarium esse, nemini dubium. C. 1. de alien feud. pet. Quandoquidem titulus legitimæ Successionis ad adprehendendam feudi possessionem sufficiens est. Si modo legitimo tempore investitura a Domino petatur, uti hoc casu tam successionem copiose probatam, quam investituram in tempore petitam esse, satis ostensum est. Certe igitur ex re Imperii est, ut hæc jura & consuetudo conserventur, ne quisquam ob denegatam investituram ad iniquas conditiones compellatur; aut alteri tradere cogatur, id, quod jure tenere atque possidere possit. Quare sequitur citra ullam controversiam, Principem Wilhelmum Ducatum Geldriæ Comitatumque Zutphaniæ legitime possidere, tamque in petitorio quam possessorio intentionem fundatam habere.

Ex omnibus autem his jam recitatis Reverendissimi Illustrissimique Principes & cæteri Ordines Amplissimi facile colligere licebit, Ducatum Geldriæ Comitatumque Zutphaniæ a primæva sua origine ac virtute antiqua & recepta, nec non per Cæsarea Regiaque privilegia confirmatæ consuetudinis, ejus semper fuisse conditionis & naturæ, ut deficientibus masculis & agnatis, fœminæ seu cognati in iis succedere possint; nec eam naturam hæc ipsa feuda in persona Adolfi & Gerardi mutasse. Et quod proinde Dux Wilhelmus, qui verus Ducis Gerardi pronepos est, a legitima harum ditionum successione excludi non potuerit: In hoc neque devolutione neque cessione ab Advocatis Cæsareanis commemoratis suæ Majestati suffragantibus, adeo, ut etiamsi aliqua cessio valida facta

Digitized by Google

facta fuiſſet, eam tamen ob non adimpletam ceſſionis cauſam, & non præſtita reciproca pacta, reſolutam eſſe. Ad hæc, nulli nedum utile Dominum, ſed nec poſſeſſionem harum dictionum potius competiſſe, quam Duci Wilhelmo, qui eum non alia quam legitima via adquiſiverit. Ut illius Celſitudo nulla prorſus ratione hinc reprehendi, nec hoc a quoquam ſiniſtre interpretari poſſit, ſi ditiones ſuis Majoribus rite adjudicatas, & quarum ille legitimus feudalis heres eſt, tandem non ſtare ſine ſuo luculento diſpendio ac privato damno, per juſtam ac amicabilem tranſactionem ſine ſanguinis effuſione recuperaverit. Maxime cum illi, qui a Majoribus Ducis Wilhelmi actionem ſe ad eas habere prætendunt, etiam bello ipſas proſequi permiſſum ſibi putarint. Deinde cum ex præſcriptis pateat, quod Dux Wilhelmus Cæſaream Majeſtatem tanquam Romanum Imperatorem in Civili ſua poſſeſſione nunquam turbare tentaverit; quin potius ab illius Majeſtate, uti ſuo clementiſſimo feudi Domino eorum feudorum inveſtituram petierit, paratumque etiamnum ſe exhibuerit, omnia ea præſtare, quæ obedientem Imperii Principem oportet. Et ſi quid occaſione ceſſionis factæ numeratum ſit, id bona fide Cæſareæ Majeſtati reſtituturum ſe offerat; conſidit ſane Dux, Cæſaream Majeſtatem hac modeſta & juſta reſponſione ac exhibitione ſemel tandem placatam iri, ſicut controverſiam hanc per amicam & æquam compoſitionem (id quod Dux Wilhelmus ſemper expetivit) conſopiri non gravate ſinat. Cum tamen interim, ſi illius Majeſtati aut cuiquam alii hac reſponſione ſatisfactum forſan non erit, atque omnino jure certandum ſit: Dux Wilhelmus legitimum hujus cauſæ Judicium non refugiat. Porro ſi his omnibus quamlibet juſtis rationibus non attentis non adpareat, cauſam hanc in eam exacerbationem eſſe deductam, ut ipſius Celſitudini ejusque ditionibus propterea impetus aut vis aliqua ſeu belli diſcrimen formidandum ſit; id quod tamen ejus Celſitudo nequaquam ſperat, neque commeretur: tum profecto Veſtri ampliſſimi officii fuerit, ad quod tam jure communi, quam pactis publicæ pacis tenemini, ad conſervationem Juris & libertatis Germaniæ, ſæpe dicto Duci, ob mutuam Imperii neceſſitudinem conſilio atque auxilio non deeſſe: & apud Cæſaream Majeſtatem intercedere & curare, ne adverſariorum inſtigationibus indulgeat, neque in dicta cauſa in ipſius Wilhelmi ditionibus violentius aliquid moliri ſinat: ſed cauſam potius Judicibus competentibus decidendam relinquat: præſertim cum ad hoc in Regia ſua electione pacto Jurejurando confirmatio ſe adſtrinxerit. Ad quam rem eo magis illius Majeſtas hortanda videtur, cum ob ſingularem hujus cauſæ æquitatem, tum etiam ob varia merita & officia, quæ Wilhelmi Ducis Majores Suæ Majeſtati atque ejus familiæ paratiſſimi præſtitere. Et quod denique Dux Wilhelmus eorum, quæ illi in exhibito ſcripto, præſertim ſub finem immerito & citra veritatem objiciuntur, nulla ex parte ſibi conſcius ſit: Atque Cæſarea Majeſtas pro innata pietate & juſtitia malit cauſam Jure potius, cujus caput & propugnator eſt, quam bello & Chriſtiani ſanguinis effuſione decidere. Quorum enim attinet bello proſequi, quæ Jure, ſi quod habet, aſſequi poterit. Reverendiſſimi illuſtriſſimique Principes, Vosque cæteri ampliſſimi Ordines, Autor & Conſervator Imperiorum omnium, per ſuam omnibus expoſitam miſericordiam, dignetur Cæſareæ Majeſtati Domino noſtro clementiſſimo, & Vobis Conſilium & facultatem concedere, ea præcipue curandi & agendi, quæ ad laudem DEI & Sacri Imperii atque totius Reipublicæ Chriſtianæ pacem & concordiam ſpectant, quoque Chriſtianis & pacificis magiſtratibus digna & horum temporum neceſſitati conſentanea videantur.

No. CXIV.

Kayſer Carls des V. Lehen-Brieff Hertzog Wilhelmen zu Jülich gegeben,

Anno 1543.

WIr Carl der Fünffte von GOttes Gnaden Römiſcher Kayſer, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, König in Germanien, zu Caſtilien, Arragonien, Leon, beyder Sicilien, Jeruſalem, Hungarn, Dalmatien, Croatien, Navarra, Granaten, Toletten, Valentz, Galicien, Majorica, Hiſpalis, Sardinien, Cordoba, Corſica, Murcien, Gienuis, Algarboen, Algoſicren, Gibraltar, der Canariſchen und Indianiſchen Inſuln, und der Terræ firmæ des Oceaniſchen Meers ꝛc. Ertz-Hertzog in Oeſterreich, Hertzog zu Burgund, zu Lottringen, zu Braband, zu Neupatrien, zu Würtemberg, Graff zu Habſpurg, zu Flandern, zu Tyrol, zu Görtz, zu Barcinan, zu Kärndten, zu Crain, zu Limpurg, zu Lützemburg, zu Geldern, zu Calabrien, zu Athen, zu Neopa-Arthois, zu Burgundi, Pfaltz-Graſe zu Hennegau, zu Holland, Seeland, zu Pfeird, zu Kyburg, zu Namur, zu Roſilien, zu Ceritania und zu Zutphen, Landgraf in Elſaß, Marggraf zu Burgau, zu Oriſani, zu Gotiani, und des Heil. Röm. Reichs Fürſt zu Schwaben, Cathalonia,

nia, Aſturia, Herr in Frießland, auf der Windiſchen Marck, zu Portenau, zu Biſcaja, zu Molin, zu Salins, zu Trepoli und Mecheln. Bekennen offentlich mit dieſem Brief, und thun kund allermänniglichen, daß vor Unß kommen iſt der Hochgebohrne Hertzog zu Jülich, Cleve und Berge, Graff zu der Marck und Ravenſperg, Unſer lieber Oheimb und Fürſt, und hatt Unß demüthiglichen angeruffen und gebetten, daß Wir als Römiſcher Kayſer, Ihme und ſeinen Lehens-Erben, alle und jegliche ſeine Regalia, die Lande, Fürſtenthumben und Hertzogthumben, zu Jülich, zu Cleve und zum Berge, auch die Grafſchaften zu der Marck und Ravenſperg, und die Herrſchafft zu Gennep ſamt allen andern ſeinen Herrſchafften und allen und jedlichen ihren Fürſtl. Würdigkeiten, ihren Herrligkeiten, Herrſchafften Grafen, Herren, Mannen, Manſchafften, Eigenſchafften, Pfandſchafften, Rittern, Knechten, Landen und Leuten, Schlößen, Veſten, Städten, Märckten, Dörfern, Renten, Nutzen, Gütern, Gülten Rechten, Gerichten, Bannen, Freyenſtühlen, Wildtpannen, Wälden, Wieſen, Aeckern, Waßern, Waßerflüßen, Wannen, Weyden, Teichen, Fiſchereyen, Zollen, Geleiten, Fahnen, Panieren, Straßen, Gebieten, Bergen, Bergwercken, Müntzen, Mühlen, Thalen Ebenen und allen andern Ihren Zugehörungen, wie die genandt ſeyn, nichts ausgenommen noch hindan geſetzt, und mit allen Rechten, alsdann die von ſeinen Vordern, und Eltern an ihme kommen und gefallen ſeyn, und von Unß und dem Heiligen Reiche zu Lehen rühren, zu verleyhen, gnädiglich geruheten. Alß haben Wir angeſehen ſolch des genanten Unſers lieben Oheimbs und Fürſten, Wilhelms demüthig und zimliche Bitte, und auch nütze, willige und angenehme Dienſte, die ſein Vater und Vordern, weyland Unſern Vorfahren Römiſchen Kayſern und Königen Unß und dem Heiligen Reiche in vergangenen Zeiten gethan haben, Auch derſelbe Hertzog Wilhelm Unß und dem Reiche zu thun willig und bereit iſt, noch täglich thut, und fürbaß wohl thun mag und ſoll in künfftigen Zeiten, und haben darneben mit wolbedachtem Muthe, gutem Rath Unſer und des Reichs Fürſten, Graffen und Herren, und rechter Wißen, alß Römiſcher Kayſer, den vorigen unſern lieben Oheimb und Fürſten, Hertzog Wilhelmen und ſeinen Lehens-Erben die gemeldte ſeine Lehen, die Hertzogthumben zu Jülich, Cleve und zu dem Berge, und die Grafſchafften zu der Marck und Ravenſperg, auch die Herrligkeiten zu Gennep, und alle andere ſeine Herrſchafften, Lehenſchafften und Pfandſchafften, die von weyland den obgenandten ſeinen Vordern und Altern an Ihme kommen und gefallen ſeyn, mit allen und jeglichen ihren Fürſtlichen Ehren und Würdigkeiten, Städten, Schlößen, Märckten, Dörffer, Landen, Leuten, Mannen, Rechten, Gerichten, Freyen Stühlen, Freyen Gebieten, Freyen Gerichten, Freyen Straßen, Zollen, Geleiten, Fahnen, Panieren, Lehen, Manſchafften, Eigenſchafften, Pfandſchafften, Gütern, Gülten, Zinſen, Nutzen, Wildtpannen, Fiſchereyen, Waſſern, Waſſerläuffen, Bergwercken, Müntzen, Mühlen, und mit allen andern ihren Zugehörungen, wie die genandt und waren, die ſeyn, nichts ausgenommen, noch hindan geſetzt, zu Lehen gnädiglich gereicht und verliehen; Reichen und verleyhen Ihme die von Römiſcher Kayſerl. Macht und Vollkommenheit mißentlich in Krafft dieſes Briefes, was Wir ihme dann von Rechts und Billigkeit wegen leyhen ſollen und mögen, die von Unß und dem Heiligen Reiche zu Lehen zu haben, zu halten und zu beſitzen, und derer zu gebrauchen und genießen, wie dann ſolcher Fürſtenthum, Grafſchafft, Herrſchafft und Lehen Recht und Herkommen iſt, von allermänniglich ungehindert; doch unſchädlich Unß und dem Reich, unſern Mannen und ſonſt iedermann an ſeinen Rechten; Unß hatt auch darauf der vorgenandte Hertzog Wilhelm gewöhnliche Huldigung Gelübde und Ayde gethan, Unß alß einem Römiſchen Kayſer getreu, gewärtig und gehorſahm zu ſeyn, Unſer Beſtes zu fürdern und zu werben, und Arges zu wenden, und alles das jenige Unß und dem Heiligen Reiche zu thun, was ein getreuer Fürſt gegen einen Römiſchen Kayſer, ſeinen rechten Lehen- und ordentlichen Herrn und dem Heiligen Reiche zu thun pflichtig iſt, ohn geferde. Mit Uhrkund dieſes Briefes beſiegelt mit Unſerm Kayſerl. anhangenden Inſiegel, Geſchehen in Unſerm Kayſerl. Feldtläger zu Venlohe, am vierthehenden Tag des Monats Septembris, nach Chriſti Geburth funffzehen hundert und im drey und vierzigſten, Unſers Kayſerthums im drey und vierzigſten, und Unſerer Reiche im acht und zwantzigſten Jahre.

Alſo unterſchrieben

Carolus.

Ut Naues.

Ad mandatum Sacræ Cæſareæ Majeſtatis proprium

J. Obernburger.

No. CXV.

Digitized by Google

No. CXV.

Venloiſcher Vertrag zwiſchen Kayſer Carl V. und Herzog Wilhelmen zu Gülich, *Anno* 1543.

IN Nomine Sacroſanctæ & individuæ Trinitatis, Amen. Notum ſit univerſis, ad quos præſentes pervenerint, quod anno ab incarnatione Domini milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo tertio, die ſeptima menſis Septembris. Cum Sereniſſimus & invicti[ſ]ſimus Princeps ac Dominus, Dominus Carolus, hujus nominis quintus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hiſpaniarum, utriuſque Siciliæ, Hieruſalem &c. Rex, Archi-Dux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Geldriæ, Comes Habſpurgi, Flandriæ, Tyrolis &c. in ſuam poteſtatem cum potentiſſimo exercitu jam recepiſſet univerſum Ducatum Juliacenſem una cum oppido Rurasmunda & aliis oppidis & terris hujus Geldrenſis Ducatus & caſtra ad oppidum Venlo haberet, accedens ad Suam Majeſtatem Illuſtriſſimus Princeps ac Dominus, Dominus Gulielmus, Dux Cliviæ & Juliacenſis, prævio & mediante tractatu, & interventione Reverendiſſimi Principis & Domini, Domini Hermanni, Archi-Epiſcopi Colonienſis, Sacri Romani Imperii Archi-Cancellarii, per Italiam Principis Electoris &c. Nunciorum & Deputatorum videlicet Reverendi, Illuſtrium, Venerabiliſque Dominorum. Domini Adolphi, Coadiutoris Colonienſis, Comitis ab Holſtein & Schauenburg &c. Wilhelmi Comitis a Newenar & Mœrſe &c. & Domini Joannis Gropper, Jurium Doctoris & Scholaſtici, Eccleſiæ Sancti Gereonis Colonienſis, nec non Illuſtriſſimi Principis ac Domini, Domini Henrici, Ducis Brunſvicenſis & Lüneburgenſis, ut in genus procidens præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux Cliviæ & Juliacenſis coram Cæſarea Majeſtate agnovit & palam fatius eſt, ſe facilitate juvenilis ætatis & quorundam perſuaſionibus deceptum & circumventum, graviter offendiſſe Suam Majeſtatem ejusque tum iram tum indignationem ſibi provocaſſe, cum omni humilitate & ſubmiſſione ſupplicabat Majeſtati Suæ Cæſarea (ejus gratiæ ſeſe totum ſubmittens) ut Sua Cæſarea Majeſtas illi omnem offenſem condonare eumque in gratiam ſuam recipere & immenſa illa ſua clementia, magnanimitate & liberalitate eum complecti & a modo illi clementiſſimus Imperator ac Dominus eſſe ac permanere dignaretur. Quibus exauditis præfata Cæſarea Majeſtas clementer reſpondebat, quod cum ipſe Dux ſeſe humiliter ſubmitteret Suæ Majeſtati Cæſareæ, ac veniam offenſæ peteret, Majeſtatem imprimis DEI Optimi Maximi cauſa, cui omnes ſuos felices progreſſus acceptos referret, & in gratiam Regis Sereniſſimi Romanorum, intercediſſenque Electorum Principum & aliorum Imperii Statuum, nec non publicæ pacis ſtudio, ac in beneficium totius nationis Germanicæ, ac inſuper ad tollendum graviſſima illa incommoda, quæ ex hujus belli continuatione ipſismet ſubditis hujus Ducatus Geldriæ & Zutphaniæ Comitatus & aliis accedere poſſent, hanc ipſius Ducis ſubmiſſionem clementer admittere. Itaque nonnullis Conſiliariis ſuis commiſit, ut cum ipſo Illuſtriſſimo Domino Duce de pacis conditionibus tractarent. Qui ut Majeſtatis Suæ juſſa explerent, cum eodem Illuſtriſſimo Duce tractarunt & ad intra ſcripta media deſcenderunt & convenerunt, ut ſequitur; Imprimis quod ipſe Illuſtriſſimus Dux, Dominus, omnes ſuas hereditarias terras, ditiones & ſubditos, tam illos, quos inpræſentiarum habet & poſſidet, quam eos, quos illi præfata Cæſarea Majeſtas vigore hujus conditionis redditura eſt, in orthodoxa fide & religione noſtra & univerſalis Eccleſiæ conſervabit & retinebit, ac nullam penitus innovationem aut immutationem faciet, aut fieri permittet. Et ſi quid jam per aliquos ex ſubditis ſeualios in diverſum immutatum ſeu innovatumeſſet, ipſe cum omni diligentia curabit aut tollatur. Item quod præfatus Illuſtriſſimus Dux ex nunc in antea fidelis & obediens erit præfatæ Cæſareæ Majeſtati ac Sereniſſimo Romanorum Regi ac Sacro Romano Imperio, renunciabitque & renunciat expreſſe omnibus tractatibus, fœderibus & ligis cum Rege Franciæ ac Duce Holſatiæ, qui ſe Regem Daniæ cognominat, & intruſo Suecia, & generaliter cum omnibus aliis Regibus, Principibus, Prælatis communitatibus, terris & Statibus cujuscunque gradus aut conditionis exiſtant, quatenus prædicti tractatus, conſederationes aut ligæ fuerint, directe vel indirecte, tam contra præfatas Cæſaream & Regiam Majeſtates & Sacrum Romanum Imperium aut contra eorundem Cæſar. & Regiæ Roman. Majeſtatum perſonas, regna, ditiones, hereditarias, quam alias, quas inpræſentiarum poſſidet, aut inpoſterum poſſidebunt, aut Status, neque deinceps ullum tractatum & confœderationem contra præfatos Cæſarem & Regiam Majeſtates earundemve heredes & ſucceſſores inibit aut faciet, quovis modo directe vel indirecte. Quin imo in omnibus conventionibus & fœderibus, quæ ipſe Dux faciet & tractabit, Imperatoriam ac Regiam Roman. Maieſtates earumque Status, Regna, Dominia & Terras, eorumque heredes & ſucceſſores expreſſe excipiet & reſervabit. Item præfatus Illuſtriſſimus Dux Cliviæ & Juliacenſis cedit & renunciat ex nunc & in perpetuum jure pleno & libere Ducatui

catui Geldriæ, & Comitatui Zutphaniæ, prout & quemadmodum illos poſt obitum Caroli Ducis Egmonda ultimi eorundem poſſeſſoris nactus eſt, una cum omnibus eorum pertinentiis, nec non omnibus juribus & actionibus tam petitoriis, quam poſſeſſoriis, quos ad dictos Ducatum & Comitatum quavis ratione, cauſa vel occaſione, quæ dici aut excogitari ac per eum prætendi poſſent, quas quidem actiones, prætenſiones & jura cedit & transfert pro ſe & ſuis heredibus & ſucceſſoribus in commodum & utilitatem præfatæ Cæſ. Maieſtatis ejusdemque heredum, relaxavitque & relaxat, liberat & abſolvit prædictos Ducatum & Comitatum, eorumque Status & ſubditos ab omni Juramento fidelitatis & aliis quibuscunque Juramentis ſibi per eos præſtitis, volens & conſentiens ac cum omni inſtantia requirens, eosdem Status ac ſubditos, quod non obſtantibus Juramentis vel quibuscunque tractatibus, conventionibus aut pactis per Nobiles, oppido & Status dictorum Comitatus & Ducatus illorumque ſubditos generaliter vel ſpecialiter cum præfato Duce initis, quibus dictus Dux renunciavit & renunciat, jurent aut jurare debeant Cæſ. Maieſtati & eius heredibus pro veris, naturalibus ſuis Dominis eisque deinceps ſint & eſſe fideles & obedientes ſubditi & Vaſalli ſub feudo Sacri Romani Imperii, ſalvis ipſarum ditionum Juribus, privilegiis, literis & laudabilibus conſuetudinibus, ſupplicans inſuper præfatæ Cæſ. Maieſtati humillime, quod Maieſtas Sua eos pro talibus acceptare, tenere, ſuſcipere & ſingulari clementia complecti dignetur. Idem Illuſtriſſimus Dux promittit, quod ex nunc illico & absque dilatione evocabit omnes ſuos milites, tam equites, quam pedites quoscunque, quos in dictis civitatibus, terris, caſtris ac fortalitiis dictorum Ducatus Geldriæ & Comitatus Zutphaniæ habet, eosdemque milites, tam equites quam pedites, eorumque Capitaneos & Præfectos, nec non alios quoscunque Capitaneos, Caſtellaneos & Officiales cuiuscunq; ſtatus, gradus & conditionis fuerint, ipſius Illuſtriſſimi Ducis nomine, curam, cuſtodiam, adminiſtrationem aut quamcunque functionem in prædictis civitatibus, terris, oppidis, caſtris & fortalitiis quocunque modo, directe vel indirecte habentes, ab omni Juramento, quo ei obſtricti eſſe pollent, penitus liberando & quietando mandabit, & providebit, quantum in ſe eſt, quod ab eisdem civitatibus, oppidis, caſtris & fortalitiis, absque ulla dilatione ſeu mora diſcedent, & ea Maieſtati Suæ Cæſareæ, aut a Sua Majeſtate ad id reputandis realiter tradant & conſignent, promittens præterea ipſe Illuſtriſſimus Dominus Dux adjuvare & aſſiſtere ſinceriter & bona fide & pro tota virili ſua præfatæ Cæſareæ Majeſtati ejusque Miniſtris & Servitoribus ad recipiendum dictos Ducatum Geldriæ & Comitatum Zutphaniæ, & omnia præſtare, quæ, in ſua facultate fuerint, ita ut taliter, quod Majeſtas Cæſarea ex tunc liberam, pacificam & omnimodam poſſeſſionem, ut uſum dictorum Ducatus Geldriæ & Comitatus Zutphaniæ, cum omnibus ſuis pertinentiis conſequatur. Præterea idem Illuſtriſſimus Dominus Dux reddet & reſtituet Catrum Aremberg ad manus Domini de Arenberga, & oppidum Hamersford una cum Arteleria ad manus Suæ Majeſtatis Cæſareæ, ſeu ab eo deputandorum. Item Illuſtriſſimus Dominus Dux tradi faciet oppidum & caſtrum una cum Dominio de Ravenſtein ad manus Cæſareæ Majeſtatis tanquam feudum Suæ Maieſtatis, ratione Ducatus Brabantiæ ad finem, ut de eo infeudetur. Offert præterea Illuſtriſſimus Dux & conſentit, quod omnes Subditi, Conſultores & Servitores Cæſareæ Majeſtatis ſuis rebus & bonis ubilibet in Dominiis ipſius Ducis ſituatis, in antea libere uti & frui poſſint, prout illa poſſidebant ante initium belli, viciſſim & mediantibus præmiſſis, quæ Illuſtriſſimus Dux obſervabit & adimplebit; Conſenſum & conventum eſt, quod præfata Cæſarea Maieſtas remittet, & condonat eidem Illuſtriſſimo Domino Duci omnem offenſam, qua Maieſtatem Suam offendiſſe quovis modo comperiatur, recipietque ac recipit ipſum Ducem in bonam gratiam Suæ Maieſtatis remittendo & condonando illi omnem indignationem & offenſam, ac deinceps ipſum Ducem habebit & tractabit tanquam bonum Imperii Principem & una cum Principatibus, Dominiis, terris & ſubditis ſuis, quos nunc habet, quique ei virtute hujus tractatus reſtituentur ſub Sua & Imperii protectione habebit ſemper, favebitque & omni favore ſtudioſiſſime proſequetur. Adhæc Majeſtas Sua quitabit, remittet & condonabit Eidem Illuſtr. Domino Duci, prout ex tunc quitat, remittit & condonat omnia damna, intereſſe, ſumtus & expenſas, quæ & quas Majeſtas Sua eiusque ditiones & ſubditi ex cauſa belli anno proximo præterito inchoati & huc usque continuati ſuſtinuerunt, qui ſumptus ad maximas pecuniarum ſummas aſcendunt, una cum omnibus fructibus, reditibus & proventibus per ipſum Ducem tam ordinarie quam extraordinarie ex Ducatu Geldriæ & Comitatu Zutphaniæ perceptis: Ita quod Maieſtas ſua nihil unquam, ea de cauſa ab ipſo Duce ejusque heredibus, quovis modo repetet. Ulterius mediantibus prædictis Maieſtas Sua Cæſarea reſtituet, prout ex nunc poſt adimpletionem præmiſſorum reſtituit ipſi Illuſtriſſimo Domino Duci Ducatum Juliacenſem, quem Sua Majeſtas ex Dominiis Ducis hoc bello occupavit, ita quod Illuſtriſſimus Dominus Dux eiusque heredes, illis omni-

Digitized by Google

SAcro ſancta generalis ſynodus Baſilienſis, in Spiritu Sancto legitime congregata, Univerſalem Eccleſiam repræſentans, dilecto Eccleſiæ filio Adolpho, Juliacenſi, Gelrenſi, Montenſi Duci, ac Zutphaniæ & Ravenſpergii Comiti ſalutem & omnipotentis Dei benignitatem. Cum a nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam rigor æquitatis quam ordo exigit rationis ut id per ſollicitudinem noſtram ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecte in Domino fili tuis juſtis poſtulationibus grate concurrentes aſſenſu, omnes libertates, gratias, immunitates, prærogativas, indulgentias & privilegia ac indulta a Romanis Pontificibus per literas Apoſtolicas tibi & tuis Ducatibus ac Dominiis tuis prædictis nec libertates, exemptiones ac Salvaguardias & prædictarum terrarum hereditates, jura feudationis literas & mandata Imperialia deſuper ſub quacunque verborum forma ſubſecuta & ſecularium examinationum gabellæ quæcunque ſive telonia, tam per aquam, quam per terram a quibuscunque Divis Imperatoribus, Principibus vel aliis Chriſti Fidelibus rationabiliter tibi & eisdem Ducatibus, Civitatibus, Dominiisque tuis quomodolibet dimiſſas & conceſſas & conceſſa, auctoritate noſtra confirmamus, & renovamus ac præſentes ſcriptis patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ confirmationis & communitionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumſerit, indignationem omnipotentis Dei & univerſalis Eccleſiæ ſe noverit incurſurum. Datum Baſileæ VIII. Id. Jul. Anno a nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo quarto.

In plica habetur

R. a gratis

M. Frauenberg.

No. CLIV.

Kayſer Friderichs Lehen-Brieff Hertzog Gerhardten ertheilet über die Fürſtenthum Jülich, Geldern und Grafſchafft Zütphen und Ravenſperg.

Anno 1442.

WIr Friderich von GOttes Gnaden Römiſcher König, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, Hertzog zu Oeſterreich und Steyer, zu Kärndten und Crain, Graf zu Tyrol ꝛc. bekennen und thun kund offenbahr mit dieſem Brieff allen denen die ihn ſehen oder hören leſen, das für uns kommen iſt, als wir heute hier zu Acha, da Wir ſamt unſern und des heiligen Reichs Churfürſten und andern Fürſten und Herren in unſer Königl. Maj. gezieret, in unſer Königl. Crohne würdiglich, und alles das darzu gehöret ſonſten, der Hochgebohrne Gerhard Hertzog zu Jülich, zu Gelve und zum Berge und Grafſe zu Zütphen und zu Ravenſperg, unſer lieber Oheimb und Fürſte, und da uns mit demütiglichem Fleihe, daß Wir als ein Römiſcher König ihn und ſeinen Lehens-Erben alle und jegliche ſeine Lehen und regalia, die Lande, Fürſtenthume und Hertzogthume zu Jülich, zu Gelve und zum Berge, und die Grafſchafft Zütphen und zu Ravenſperg, und alle andere ſeine Herrſchafft und Lehenſchafft, mit ſamt allen und jeglichen ſeinen Fürſtlichen Würdigkeiten, Herrſchafften, Graffen, Herren, Mannen, Mannſchafften, Eigenſchafften, Pfandſchafften, Rittern, Knechten, Landen, Leuthen, Schloſſen, Veſten, Städten, Märckten, Dörffen, Renten, Nutzen, Gütern, Rechten, Gerichten, Bannen, freyen Stühlen, freyen Gerichten, Wilddtpannen, Wälden, Wieſen, Ackern, Waßern, Waßerläuffen, Wunnen, Weyden, Teichen, Viſcherenen, Zollen, Geleiten, Bahnen, Panieren, Straßen, Gebieten, Bergen, Bergwercken, Münzen, Mühlen, Thalen, Eben und allen andern ihren Zugehörungen, wie die genandt ſeyn, nichts ausgenommen noch hindan geſetzt, und mit allen Rechten, als darin die von dem Hochgebohrnen Adolphen Hertzogen zu Jülich, Cleve und zum Berge, und Grafſe zu Zütphen und zu Ravenſperg ſeinen Vettern ſeel. an ihn kommen und gefallen ſind, und von uns und dem Reiche zu Lehen rühren gnädiglich geruhetten, zu verlehnen; das haben Wir angeſehen deßelben Gerhards fleißige und ernſtliche Bitte und auch nutze, willige und genehme Dienſte, die ſeine Vordern und nemlich der Hochgenandte Hertzog Adolph unſern Vorfahren Römiſchen Käyſern und Königen, und denſelbigen Reiche in vergangenen Zeiten gethan haben, und derſelbe Gerhard uns und dem Reich gethan hat, zu thun willig und bereit iſt, täglich thut, und fürbaß wollthun kan ſoll, und mag, in künfftigen Zeiten,

und

und haben darum mit wollbedachtem Muthe, gutem Rathe und in Gegenwärtigkeit und bey wesen der obgenandten unser Churfürsten und andern Fürsten und Herren, und mit rechter Wißen, als ein Römischer Kayser und König, den vorgenandten Gerhardten und seinen Lehens-Erben, die vorgenandte seine Lehen, die Hertzogthume und Fürstenthume zu Jülich, zu Cleve und zum Berge und die Grafschafft zu Zütphen und zu Ravensberg, und alle andere seine Herrschafften, Lehenschafte und Pfandtschaffte, die von obgenanten Hertzog Adolphen seinem Vatern seeligen und an ihn kommen, und gefallen sind, mit allen und jeglichen ihren Fürstlichen Würdigkeiten, Stätten, Schloßen, Marcktten, Dörffern, Landen, Leuthen, Mannen, Rechten, und Gerichten, freyen Stühlen, freyen Gerichten, Gebieten, Zollen, Straßen, Geleiten, Bahnen, Panieren, Mannschafften, Eigenschafften, Pfandschafften, Gütern. Gülten, Zinsen, Nutzen, Wildpanen, Fischereyen, Wassern, Wasserlauffen, Bergwercken, Müntzen, Mühlen, und mit allen andern ihren Zugehörungen, wie die genandt, und waren, die sind, nichts außgenommen noch hindan gesetzt, gnädiglich verlihen und gereicht, leehen und reichen ihme die von Röm. Kayserl. in Krafft dis Brieffes, was wir ihn dann daran von rechtswegen leehen sollen und mögen, die von uns und dem heiligen Reich zu rechten Fürstl. Lehen zu haben, zu halten, zu besitzen und der zu gebrauchen und zu genießen, alsdann solcher Fürstenthum, Herrschaffte und Lehen recht und Herkommen ist, von allermänniglich ungehindert, unschädlich doch uns und dem Reiche, unsern Mannen und sonst jedermann an seinen Rechten. Uns hat auch darumb der vorgenandte Gerhardt gewöhnliche Huldigung, Gelübd und Eyde gethan, uns als einem Römischen Könige getreu, gewärtig und gehorsam zu seyn, unser bestes zu werben und arges zu wenden, und alles das gen uns und dem Reiche zu thun, was ein getreuer Fürst gegen seinen Lehen und rechten natürlichen und ordentlichen Herrn und dem heiligen Reiche zu thuende pflichtig ist ohne Gefehrde. Mit Urkund dis Brieffs besiegelt, mit unser Königl. Maj. Insiegel, geben zu Aach nach Christi Geburth vierzehen hundert Jahr, und darnach in dem zwey und vierzigsten Jahre, am nechsten Dienstag nach St. Veits Tag unserer Reiche im dritten Jahre. Inplica alſo unterſchrieben

Ad mandatum Dni. Regis

Herrmannus Hechte.

No. CLV.

NOs Dei Gratia Joannes VVilhelmus Comes Palatinus Rheni, sacri Romani Imperii Archidapifer & Elector, Bavariæ, Juliæ, Cliviæ & Montium Dux, Princeps Maersæ, Comes Veldentiæ, Sponheimii, Marchiæ & Ravensbergæ, Dominus in Ravenstein &c. &c.

Notum facimus atque exploratum universis præsentes paginas inspecturis, lecturis aut legi audituris. Posteaquam imperscrutabili Divinæ providentiæ clementissime placuit Palatinatum superiorem ante annos circiter octoginta per infelicem Fatorum eventum, ab antiquo Electoratu Palatino pro maturanda pace publica avulsum, nobis & Serenissimæ Electorali Domui nostræ Palatinæ æquissimo postliminii jure restituere, adeoque utrumque Palatinatum una cum Imperialis Archidapiferi officio, ac omnibus aliis dignitatibus, Juribus, Honoribus, Regalibus & prærogativis conjungere, eandemque restitutionem simul

mul & conjunctionem ſacra Romano-Cæſarea & Reſpective Regio-Bohemica Majeſtas rati habuit, & ſolennem nobis deſuper inveſtituram vigeſima tertia Junii, & tertia Auguſti nuperi impertita fuit, Nosque deinde publicam ejusdem poſſeſſionem arripuimus, proinde æquiſſimamDivinæ lancis trutinam demiſſiſſime agnoſcentes memorati ſuperioris Palatinatus & ſupra dictæ Imperialis Archidapiferatus dignitatis, cæterorumque prædictorum Honorum, Jurium, Regalium, Dignitatum & prærogativarum, olim per ſiniſtra fata factam avulſionem, nunc autem auſpicata Nobis rerum converſione ſubſequutam a toto ſacro Romano Imperio ſolenni applauſu firmatam conjunctionem ſimul ac noſtrorum alte fatæ ſacræ Cæſareæ Majeſtati, ſacro Romano Imperio, totique reipublicæ Germanicæ continuantis adhuc juſtiſſimi belli ſpatio præſtitorum, neque fructu ſuo hactenus deſtitutorum ſingularium obſequiorum, & ſuppetiarum large, atque ultra vires fere adminiſtratarum aliqualem usque dum compenſationem reſpicimus. Hinc rebus ita fauſto omine comparatis in animum noſtrum induximus Ordinem Equeſtrem glorioſo ſacro ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Marechalli ſancti Huberti quondam a felicißimæ recordationis Principis & Ducis Juliæ GERARDO ob inſignem de hoſtibus ſuis anno milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo quarto provincias ſuas hoſtiliter adortis in feſto modo dicti Sancti Huberti reportatam victoriam, ſolenniter inſtitutum, atque ab ejusdem ſucceſſoribus glorioſæ memoriæ majoribus noſtris per aliquod tempus continuatum. Poſtmodum autem, propter varias temporum revolutiones interruptum, priſtino ſplendori ſuo poſtliminio reſtituere, atque ad Dei O. M. gloriam & laudem, in venerationem Divæ matris ſuæ Virginis Mariæ, & in memoriam ſæpe dicti Sancti Huberti, nec non in ſignum gratioſiſſimæ propenſionis, quam illi, qui nobis præcipue ſunt in amoribus, & præmium aliquod ſuæ, Nobis ſereniſſimæque Electorali domui Noſtræ comprobatæ fidei, atque terris & provinciis noſtris indefeſſo labore impenſorum ſervitiorum jamdudum meruerunt; denique etiam in ſolamen pauperum reſtaurare, atque hoc modo ſupra memoratæ reſtitutionis & conjunctionis utriusque Palatinatus, nec non recuperatæ dignitatis avitæ memoriam celebriorem & ſolenniorem reddere ſtatuimus & decrevimus. Quemadmodum tenore præſentium ſtatuimus & decernimus, atque additis, qui ſubſequuntur Articulis, legibusque prædictum Ordinem Equeſtrem Sancti Huberti de novo ſtabilimus, reſtauramus & renovamus. Itaque

Primo volumus, ſancimus atque decernimus, ut ex nunc & retro futuris temporibus hic Ordo Equeſtris Sancti HUBERTI præter magnum ordinis commendatorem ſolos numeret duodecim Equites e Statu Comitum & Baronum, quo in numero Nos & ſucceſſores Noſtri, utpote Capita, reſtauratores & fundatores hujus Ordinis non computandi erimus, neque etiam Principes, quibus hic Ordo Equeſtris modo collatus eſt, & quibus eundem in poſterum ampliori placuerit, quorumque numerus indefinitus & incircumſcriptus erit eodem continebuntur. Omnem vero in vacaturas aliquando Equeſtres dignitates ſuccedendi vocationem (quam vulgo expectationem vocant) ſub quocunque etiam titulo petatur, decretorie hiſce defendimus atque denegamus.

Secundo. Nullus huic Ordini Equeſtri e Comitibus & Baronibus conſiſtenti idoneus erit, niſi minimum a quatuor avis paternæ & maternæ conjunctim lineæ. Nobilitatem Equeſtris profapiæ ſuæ docere ac de eadem loculenta Teſtimonia producere valeat. Sitque a vitæ & morum intacta integritate commendatus, & in obſequiis ſtatus aut militiæ aliave ratione de Nobis ſereniſſima domo noſtra Electorali, & terris atque provinciis noſtris optime meritus, adeoque hac Equeſtri prærogativa præ cæteris dignus.

Tertio. Nemo in hunc Ordinem admittatur, qui prius in alium adſcriptus fuerit, niſi eodem ſe abdicaverit. Nobis autem & ſucceſſoribus Noſtris aliis Principibus, quibus huic Ordini Nomina ſua inſcribere placuerit, præter hunc plures, paucioresve, pro arbitratu ordines aut jam ſuſceptos, aut in poſterum ſuſcipiendos gerendi facultatem reſervamus.

Quarto. In hujus Ordinis Sancti HUBERTI reſtauratione hac vice citra præjudicium ſingulorum cujuscunque ſtatus Nobilitatis, Ætatis, Facultatis, Profapiæ, Membra ac Equites e Principibus, Comitibus & Baronibus in tabula deſuper confecta nominatos Clementiſſime adlegimus & inauguramus.

Quinto. Omnes quos in hunc ordinem cooptari contigerit, incorruptam erga Nos, Sereniſſimam Domum Noſtram Electoralem, Noſtrosque in Electoratu ſucceſſores fidem, voluntatemque propenſiſſimam teſtentur, ac perpetuo conſervent.

Sexto. Omnes paſſim ſpectara vitæ, morumque probitate, exiſtimationem Dignitatemque ſuam, tueri & ſuſtinere nitantur.

Septimo. Pauperibus ſe faciles ac beneficos exhibeant, quibus proinde ac commendis ſibi aſſignandis, quarum infra prolixior erit mentio, decimam partem omnium percipiendorum fructuum in eorundem Noſtrocomiorum ſublevationem pro eo ac deinceps Clementiſſime decernemus, quotannis pendere teneantur.

Octavo. Omnes quotquot in aula noſtra Electorali degunt, ſequentibus per anni decurſum

curium feſtivitatibus in adjuncta tabella expreſſis, in habitu Ordinis, id eſt, in veſte Imperiali, vulgo Imperiall, Mantel-Kleid comparebunt; Nec non diebus Salvatoris noſtri natalitiis, Reſurrectionis, Miſſioni Sancti Spiritus, omnibus ſanctis uti & conceptioni, Nativitati, Annunciationi & in cœlos aſſumptioni B. M. Virginis dictis, (quantum quidem Romano-Catholicos concernit) ſacra Exomologeſi ſe expiaturi, ſacramque Synaxin ſumpturi præſumuntur, atque memoratis hiſce ſolennibus diebus in præcipuo ſecelli noſtri aulici altari Imago Divi HUBERTI Ordinis patroni exponetur ad conſervandam ordinis hujus ejusque militum ſive Equitum memoriam. Nos in tempore noſtro dabimus & poſt fata noſtra ſucceſſores Noſtri dabunt, cuique illorum inſigne aureum ad intentionem Symboli noſtri fabricatum. Scilicet fruſtratim hoc modo compilatum; ut ſint fruſta ex auro confecta, & coloribus poſtea deſignandis adumbrata, & affabre concatenata quadraginta duo, ex quibus viginti & unum paulo latiora, quam longa exhibebunt cervum parte poſteriori minus apparentem, ſed anteriori plene proſtantem cum pedibus ſuper colliculo paulum elevato inter cornua ſuper caput crucifixum repræſentantem, retro quem appareat aliqua ſummitas Monticuli, proxime ad pectus cervi, figura parvicanis, deinde Imago Sancti HUBERTI, genu flexi, & ad latus ejus dextrum famulus erectus medium equi figuram fræno tenus manu prenſans. inter quodlibet horum fruſtrorum majorum interferentur ſucceſſive alia viginti duo fruſta paulo longiora quam lata, quorum undecim colore rubro, & decem colore viridi adumbrata erunt exprimentia ductum ſinuoſum ſive ciffram.

In trab Baſt litteris Gothicis conſcriptum id eſt: IN FIDELITATE CONSTANS in extremitate hujus ſymboli pendebit parte anteriori crux aurea, Cervum cum Crucifixo, Cane, Imagine Sancti HUBERTI famulo & equo veluti ſupra expreſſum eſt, & colore albo atque aureo variegata, poſteriore parte vero pomum Imperiale cum Cruce in forma globi terreſtris, cum ſymbolo: IN MEMORIAM RECUPERATÆ DIGNITATIS AVITÆ Ao. 1708. exhibens. Nos etiam & ſucceſſores noſtri hujus ordinis ſupremi, & quilibet Equitum tenebuntur ſupra dictum inſigne portare diebus feſtis in ſupra dicta adjuncta tabella deſignatis. Ceterum præter dies ſolennes ſupra expreſſos ſufficiet reliquo anni tempore quotidie portare parvum ordinis ſymbolum in forma ſequente, veluti nos illud confici juſſimus in medio ſtellæ argenteæ colore aureo intertextæ, cum ductu ſinuoſo ſive ciffra Ordinis. In trab Baſt litteris Gothicis expreſſa in veſtibus & palliis, ac quocunque alio corporis amictu ad ſiniſtrum pectoris latus acu pingendæ. Deinde aliam portabunt ſymboli formam ſive crucem ex auro elaboratam, Cervum cum Crucifixo, Canem, Imaginem Sancti HUBERTI famulum cum equo modo ſupradicto, & pomum Imperiale altera parte repræſentantem, & coloribus albo, aureo atque viridi, variegatam pendentem ad dexteram partem in linteamine rubro quatuor digitorum transverſalem latitudinem adæquante, circa fimbriam lateralem colore viridi ad imitationem ejus quod & nos confici juſſimus & cuilibet Equitum ſimile exhibebimus. Inſuper majus ſymbolum Ordinis nullo adamante, aliove lapillo pretioſo aut ornamento aurum ſuperante volumus decorari, minus tamen inſigne quotidianum poterit aliquot proportionatis adamantibus, rubinis aut ſmaragdis aliisque id genus lapillis exornari.

Nono. Quod ſi Nos aut ſucceſſores Noſtri utpote hujus Ordinis Capita & fundatores cœtum eorundem noſtrorum Ordinis Equitum eo loco ubi id temporis Nos reſidere, vel cum aula noſtra morari contigerit, compellare neceſſarium eſſe duxerimus, iidem minimum ſemel quolibet anno ſemel coram adeſſe, vel abſentiæ ſuæ cauſſam adferre teneantur idoneam quarum cognitionem, Nobis, ſucceſſoribusque noſtris reſervatam volumus, atque hujusmodi cauſſis deficientibus, quarta parte redituum e commendis provenientium, & pauperibus applicandorum privabuntur. Quemadmodum etiam illi Ordinis Equites qui inſigne minus quotidie geſtare neglexerint toties, quoties ſuper hac omiſſione deprehenſi fuerint, in viginti Imperialium pœnam pauperibus erogandam incident.

Decimo. Quod ſi quem huic ordini adſcriptum e vivis migrare contigerit, conſueta pro eodem, ſi Romano Catholicus fuerit, exequiarum ſolemnia peragentur; Hæredes autem cujuscunque torquem ſeu Catenam majorem una cum Ordinis Cruce torqui annexa intra tres primos ab illius obitu menſes certo theſaurario Ordinis remittere teneantur, neque ab ejusmodi obligatione niſi accepto factæ traditionis chirographo eximantur.

Undecimo. Si quis vero memoratum ordinis inſigne in cauſſa belli aliove honorifico eventu aut ſuſcepta laudabili quapiam expeditione amiſerit. Nos & ſucceſſores Noſtri tanquam ſupremi Ordinis hujus Magiſtri eidem aliud noſtris impenſis fieri & tradi curabimus. Quicunque autem Equitum culpa ſua aut negligentia ordinis Inſigne amiſerit, fregeritve; intra quatuor proximos menſis aliud proprio ære ſibi comparare aut fractum eo loci refici curare tenebitur ubi amiſſum aut diſſolutum antea fuit fabricatum.

Duodecimo. Neque iſtiusmodi Ordinis teſſeram aut Crucem in pignus vel arrham collocare, multo etiam minus venundare, vel alienare quisquam auſit citra Ordinis ſuſcepti ſcturam.

Decimo

Decimo tertio. Quod ſi in locum defuncti cujuspiam Equitis in hunc ordinem cooptati quenquam alium ſurrogare Nobis Clementiſſime libuerit, ſuperſtitibus ceteris ad ipſum abunde notum compertumque faciemus.

Decimo quarto. Ad hæc recens in hunc Ordinem ad lectus Eques memorata inſignia minimum præſentibus octo hujuſce Ordinis Equitibus more uſitato coram accipiat, qua in re nihilo minus gratum ratumque habemus, ut Principibus eadem per alium Ordinis Equitem, facta eidem ſupplendi potestate (ſi quo caſu ipſimet adeſſe nequiverit) ſuſcipere faſſit.

Decimo quinto. Ut porro hic a Nobis inſtauratus ac confirmatus Ordo Sancti HUBERTI eo melius ſubſiſtere, ac inferti eidem Equites annexos illis ſumptus tanto convenientius ſuſtinere, pauperes etiam eo melius inde aliquid percipere ſubſidii poſſint, Deique ter Optimi Maximi honor promoveri valeat, decernimus, ſancimus volumusque Noſtro ac ſucceſſorum Noſtrorum nomine, ut omnes, quotquot in reſtituto Nobis ſuperiore Palatinatu numerantur, Archiſatraparum, Judicum, Provincialium & Præſidum tractus ſeu Archiſatrapiæ in duodecim commendas cedant & dividantur. Quæ quidem Satrapiæ per deſignatos a Nobis Præſides, Archiſatrapas & Judices Provinciales uti hactenus adminiſtrabuntur, ita tamen, ut quivis præſidum, Archiſatraparum & Judicum Provincialium Commendatori in Satrapia ſeu Commenda ipſi collata primas cedere teneatur. Commendatoribus autem nunc & in perpetuum e Comitatu Noſtro Chambienſi (cujus proventus ſoli huic ordini integre ac religioſe conſecrati ſunt) certa portio annua exſolvetur, prout confecta deſuper ſpecialis deſignatio plenius docebit. Erunt autem Satrapiæ ſeu Commendæ nominatim ſequentes: Neoburgenſis, Eſchenbachenſis, Averbachenſis, Neomarkenſis, Waldekenſis, Nabburgenſis, Chambienſis, Muracenſis, Wetterfeldenſis, Treswicenſis, Waldomonacenſis & Pfaffenhovienſis.

Decimo ſexto. Ad hæc Clementiſſime decernimus, ut hujusmodi Commendæ juxta infra poſitam ſanctionem inter Commendatores ſecundum cujusvis admiſſionem diſtribuantur, unusque alteri in vacaturas temporis lapſu Commendas ſuccedat.

Decimo ſeptimo. Clementiſſime ſancimus, ſtatuimus ac volumus, ut ſenior Ordinis Eques e ſtatu Comitum ac Baronum magni Commendatoris, ac pro principis appellatione pridem uſitatum proprincipis, Germanico vero idiomate Statthalters munus in memoratu Palatinatu ſuperiore eo pacto poſſidere, percipere ac exercere valeat, ut eidem fas ſit, hanc dignitatem coram adminiſtrare, aut a Nobis denominato Vice locum tenente, vulgo Vice Statthalter ut adminiſtrandam committere, quo iterum poſtremo caſu conſuetum ſtipendium illi nihilo minus exſolvetur.

Decimo octavo. Quemadmodum vero antehac his Archiſatrapis Judices provinciales, Præſides & Satrapæ præpoſiti fuere, Nosque modo ad quippiam immutandum non magnopere propendamus; attamen Clementiſſime volumus, ut Equicibus hujus Ordinis ac Commendatoribus in ſumptus ordini annexos faciendos, præcipue vero in præſtationem decimæ partis pauperibus ſublevandis deſtinatæ, ex aliis ſuperioris Palatinatus reditibus donec aſſignatæ illis Commendæ vacaverint. Articulo iſto memorata portio perſolvatur.

Decimo nono. Cum præterea hæ Commendæ ſeu officia ordinem duntaxat, Comitum & Baronum ſpectent (ſiquidem Principes his gravare minime nobis propoſitum ſit) Nosque Principibus etiam qui hunc Ordinem Sancti Huberti aſſument Compendii ac emolumenti quippiam aufferre mediterur, idcirco ſingulis trium ſeniorum (dummodo hoc ipſi appetant acceptentque) legionem unam Copiarum Noſtrarum eo pacto conferemus, ut ſi ez iterato vacaverint, reliqui ætatis Ordine ſuccedant iisque arbitrarium & liberum erit legiones illas per ſemet ipſos moderari, aut ſecus, quo poſteriore iterum caſu illis nihilo minus chiliarchæ ſeu Colonelli, uti vocant, conveniens ſalarium, ſive ſtipendium dependetur, adjecta obligatione decimum quemque denarium memorati ſtipendii in pauperum ſubſidium erogandi. Et quicquid ita tam ab his, quam ab aliis Equitibus Ordinis vi hujus conſtitutionis in præfatum finem elargiendum veniet, id theſaurario conſignandum erit, a quo deſuper quotannis coram Capitulo exacta ratio exigitur.

Vigeſimo. Et quia fortaſſis nulla jam legio vacatura, nihilominus modo jam dicto eo usque donec terni Principes ſeniores legionibus proxime vacaturis præficiatur, iisdem ſub memorata obligatione conſuetum tribunorum ſeu Colonellorum ſalarium e proventibus ſuperioris Palatinatus numerabitur.

Vigeſimo primo. Ne porro eminentioris gradus aut dignitatis ratio (quam præcedentiam vocant) in hoc Ordine Sancti HUBERTI aliquid ſimultatis aut controverſiæ pariat, incirco ſancimus, decernimus volumusque, ut pro eo, quod Comitum & Baronum ſeriem concernit (quandoquidem Principes per ſe ceteros antecellent) hæc in Capitulis congregatis, aut in creatione ſeu renunciatione Equitum hujus Ordinis, aut alias cum una omnes adeſſe oportebit, juxta ætatem a tempore admiſſionis computandum præ omnibus inſtituatur, ac dirigatur; ita tamen, ut, quantum miniſteria noſtra aulica & Conſiliarios ultimos Electoralis Palatinatus concernit, gradus a nobis ſingulis officialibus deſignatus in eorum

eorum functionibus, & extra caſus ſupra memoratos irrefragabiliter teneatur ac obſervetur.

Vigeſimo ſecundo. Et quamvis omnino confidamus futurum, ut cooptati in hunc ordinem Equites eam vivendi rationem teneant, eamque morum integritatem paſſim teſtentur, ut ab omni graviore flagitio ſint alieniſſimi, nem Nos, & hunc noſtrum Sancti HUBERTI ordinem labes aliqua aut contemptus derivetur, nihilominus vi & tenore præſentium definimus & conſtituimus, ut, ſi quo caſu (quod equidem futurum neutiquam opinamur, quodque ſuperi avertant) quiſpiam admiſſis enormibus delictis ſe hoc ordine indignum reddidiſſe inſimularetur, priusquam eodem excidiſſe declaretur, ipſe in generali Ordinis Capitulo coram audiatur, ac re per majora (uti vocant) a Capitulo decida aut in ordine porro perſeveret, aut ab eodem dimittatur.

Vigeſimo tertio. In capitulis ac creationibus ſubinde habendis deliberandi argumentum quod Nobis tanquam ſupremo Ordinis Magiſtro conveniens ac idoneum videbitur ab Ordinis Cancellario in medium proponetur, ac deinceps in rebus cujuslibet ſuffragationi commiſſis, ab eodem calculi ſeu vota colligentur, qui & ipſe ſuum ordine etiam ſuo adjiciet.

Singulis autem annis ipſo S. Michaeli Archangelo ſacrato die, in memoriam reſtituti a nobis & renovati hoc die Sti HUBERTI ordinis, generale Ordinis concilium celebrabitur, quorum plura, uti res & neceſſitas exigent, convocare Nobis utpote reſtaurator ut ſupremo Ordinis Magiſtro liberum atque reſervatum eſſe volumus. Porro a Nobis aut abeo, qui vices noſtras geret juxta ſuffragiorum pluritatem decidetur atque deciſio ulla ab Ordinis tabellario ſeu Secretario protocollo inſeretur, deinceps ut executioni detur urgenda.

Vigeſimo quarto. Quisquis in hunc Ordinem adſcribetur theſaurario Ordinis prouc conſtitutum in pauperum ſuſtentationem centum ducatos aureos erga theſaurarii Chyrographum pendet.

Vigeſimo quinto. Et quandoquidem Clementiſſime volumus; ut Ordinis Cancellarius nunquam e numero ſit Equitum Ordinis & Commendatorem ejusdem; proinde hic in omnibus functionibus ad ſe ſpectantibus juxta ætatem receptionis ſuæ congruum gradum locumque ſibi vendicabit, præcipue officiales Ordinis, nimirum Vice Cancellarium, Secretarium, theſaurarium Ordinis ſecialem (quem vulgo Heroldum vocant) atque cuſtodem ornamentum Ordinis ſive alias guarda Robba dictum juxta præſcriptam iisdem inſtructionem ſuæ curæ commiſſos & obſequentes habebit.

Vigeſimo ſexto. Quod ſi deinceps Pro Cancellarius, Secretarius, theſaurarius, ſecialis, vel guarda Robba officio decedat, illis alios idoneos per majora in legitime compellato Ordinis cœtu lata ſuffragia, ſurrogari volumus ac ſancimus. Nominatio autem futuri pro tempore magni commendatoris & Ordinis Cancellarii ex gremio ejusdem Ordinis Equitum Nobis ac ſucceſſoribus Noſtris utpote Ordinis hujus ſupremis Magiſtris reſervata eſto.

Vigeſimo ſeptimo. Ab Ordinis Cancellario ad vacantia munia idonei Capituli proponantur, eorum habilitas, fama & exiſtimatio in dicta congregatione Ordinis ſeu capitulo expendatur ac diſſentiatur.

Vigeſimo octavo. Ut vero præfati quinque Ordinis officiales ob functiones ſuas aliquo emolumento gaudeant, ſingulis annuum ſalarium juxta tabulam deſuper confectam aſſignari juſſimus.

Vigeſimo nono. Clementiſſime ſancimus, ut perinde a Dicaſteriis noſtris ac Cancellariarum Noſtrarum Judicialibus prætoriis jam ante memoratos ac in poſterum futuris Ordinis Equitibus Commendatoribus in omnibus litterarum quas ad eos dari contigerit, inſcriptionibus, uti & alius ejusmodi titulus adjuncta collatæ cuilibet Commenda honorifica mentione tribuatur. Et quemadmodum hactenus a nobis atque a Regimine noſtro pro locis ac temporibus neceſſaria mandata, reſcripta & decreta ad Præſides ac ſatrapius deſtinata fuere; ita deinceps hujusmodi litteræ ad Commendas dirigendæ erunt, Volumus inſuper & decernimus, ut nullus Equitum & Commendatorum Equeſtris hujus Noſtri Ordinis Sancti Huberti in cauſſis Equitum Ordinis perſonas directe & immediate concernentibus neutiquam coram aliquo Noſtrorum Electoralium aut Ducalium Tribunali, ſed coram Nobis & hoc ordine noſtro, in reliquis autem civilibus, realibus aut mixtis actionibus coram Judice competente conveniatur. Quemadmodum autem Equites Ordinis ſub ſignis noſtris militantes in cauſſis quibuscunque militiam concernentibus coram commiſſione noſtra bellica aut judice militari reſpondere tenebuntur. Quod ſi autem (quod quidem ſuperi averrant) quemquam capitis reum damnari, aut in illum ſententiam famæ atque honoris graviſſimam læſionem in ſe continentem pronunciari contigeret, priusquam ſententia executioni mandetur ab Ordinis congregato Capitulo Ordinis inſignibus, prærogativis & dignitatibus ſolenniter privandus, atque ex Equitum Albo delendus erit.

Trigeſimo. Ad extremum nobis plane ac diſerte reſervatum volumus, ut ſi quo caſu

brevi

brevi longove abhinc temporis lapſu hanc, quam nobis clementiſſime placuit ratam probatamque habere Ordinis conſtitutionem, quovis modo immutare, corrigere, emendare vel imminuere aut dilatare neceſſarium eſſe duxerimus, Nobis integrum ſit hoc ipſum per Cancellarium Ordinis in capitulo ejusdem legitime congregato proponere, omnibusque rei momentis ſerie ac mature accedente congrua informatione, perpenſis, quod plerique ſuo ſuffragio faciendum, omittendumve cenſuerint, executioni dare, aut miſſum facere.

Demum ad majus robur majoremque Noſtræ reſtaurationis & novæ conſtitutionis memorati Ordinis Equitum Sancti HUBERTI firmitatem, præter intimæ ſtatus Cancellariæ Noſtræ Electoralis ſigilli appreſionem præſentes tabulas manu noſtra ſubſcripſimus. Duſſeldorpii vigeſima nona Septembris MDCCVIII.

JOHANNES WILHELMUS
ELECTOR.

(L.S)

CATALOGVS.

Dierum Feſtivorum, quibus Equites Ordinis, in Veſte Ordinis id eſt Imperiali comparere tenentur.

Januarius

1. Feſto Circumciſionis Salvatoris noſtri.

Februarius.

2. Feſto purificationis beatiſſimæ Virginis Mariæ.

Martius.

25. Feſto annunciationis B. V. M.

Majus.

1. Feſto Sanctorum Apoſtolorum Philippi Jacobi.

Junius.

29. Feſto SS. Apoſtolorum Petri & Pauli.

Julius.

25. Feſto Sancti Apoſtoli & Jacobi.

Auguſtus.

15. Feſto aſſumptionis Beatæ Virginis Mariæ.

September.

8. Feſto nativitatis Beatæ Virginis Mariæ.
29. Feſto Sancti Michaëlis Archangeli.

October.

28. Feſto Sanctorum Apoſtolorum Simonis & Judæ.

November.

1. Feſto omnium Sanctorum in veneretionem Divi HUBERTI.
3. Feſto Sancti HVBERTI Ordinis patroni.
30. Feſto Sancti Apoſtoli Andreæ.

December.

8. Feſto conceptionis Beatæ Virginis Mariæ.
25. Feſto Nativitatis Chriſti.
26. Feſto proto Martyris Sancti Stephani.
Item diebus Feſtivis Paſchatis, Dominica & Lunæ.
Feſto aſcenſionis Chriſti.
Diebus feſtivis Pentecoſtes, Dominica & Lunæ.
Feſto corporis Chriſti.
Die funerali Equitis Ordinis.
Diebus Capitularibus.

Norma & Regula in creatione Equitum Divi HVBERTI obſervanda.

1mo.

Poſteaquam ſerenitati ſuæ Electorali, utpote Supremo Ordinis Magiſtro Cancellarius Ordinis de commiſſo ſibi munere fedulo ac integre adminiſtrando juramenti Religione cavit, atque eidem vicisſim reliqui Ordinis Vice-Cancellarius, Secretarius, Theſaurarius ſecialis & Ornamentorum Cuſtos, vulgo Guarda Robba, fidem jurato præſtiterunt.

2do.

Juſſu Cancellarii Dies, locus & hora per ſecialem dicitur in Equeſtrem hunc Ordinem adoptandis.

3tio.

Simulque ab Ordinis Guarda Robba ex mandato Cancellarii ſtella argentea cuivis Equitum tradi-tur, ad ſiniſtrum pectoris latus adfigenda.

4to.

Quando dies adeſt huic ſolennitati peragendæ deſtinatus, Sereniſſimus Electos, velut Ordinis Supremus

prennis Magister majori Ordinis insigni atque stella argentea circundatus præeunte consueto Aulicorum Comitatu, atque Aulæ Supremo Marescallo, aut qui ejus vicem gerit gladium evaginatum serenitati suæ Electorali præferente ad conclave sese confert, in quo thronus duorum trium gradium erectus, ad cujus sinistrum latus subsellium aulæo instratum ad dextrum vero tabula cui Crucifixi Imago cum duabus candelis accensis, & S. Evangelii liber pulvinari rubro bololerico impositus, itemque ad idem latus alia tabula, in qua tot ordinis majora insignia, quot Equites creandi erunt, singula singulis pulvinaribus rubro-bolosericis substrata jacent; in quo comitatu renunciant Ordinis Equites bini & bini ordine quique suo ante supremum Aulæ Marescallum, aut ejus munere fungentem ad destinatum functioni conclave serenitatem suam Electoralem præcedunt.

5to.

Simulac serenitas sua Electoralis thronum conscendit, electi Ordinis Equites ante subsellium ad sinistrum serenissimi Electoris latus composito ordine substiterunt, atque Serenissimus Elector, utpote **Ordinis Supremus Magister Caput texit.**

6to.

Ordinis Cancellarius in medium ex Ordine, quem inter Equites tenet, ad dextrum Serenissimi Electoris latus Vice-Cancellario, & reliquis Ordinis Ministris subsequentibus procedit expositisque brevi & ponderosa Oratione causis quæ serenitatem suam Electoralem ad Ordinis hujus restaurationem commoverunt, Equites a serenitate sua Electorali clementissime designatos ordine quemque suo denominat; quo peracto

7mo.

Ordinis Vice-Cancellario constitutiones Ordinis distincta & alta voce prælegendas tradit, atque ad usum sese locum recipit.

8vo.

Prælectis statutis Vice-Cancellarius Neo-Equites interrogat; num illorum tenorem recte perceperint, illisque (quod ita) adfirmantibus, admonet; quando a Serenissimo Electore tanquam Ordinis supremo Magistro, Ordinis hujus Equites clementissime sint pronunciati, illud nunc agi, ut solenne Juramentum S. Evangelii attactu præstetur; quare,

9no.

Singuli Equites ad tabulam, cui S. Evangelii liber impositus est, accedunt, atque manu dextra Evangelium genu flexi tamdiu attingunt, donec Vice-Cancellarius Juramentum prælegit, in hoc summarie consistens:

DEO omnipotenti & sancto ejus Evangelio fidem præstabitis, Vos, quantum in Vobis erit, prælectas Ordinis Constitutiones & Regulas, integre ac religiose observaturos, Honorem ac commoda serenitatis tuæ Electoralis, tanquam Supremi Ordinis Magistri, nec non dignitatem & incrementum hujus Ordinis Divi HUBERTI pro viribus promoturos, egenis large ac benefice adfuturos, quod fideliter & sancte appromittitis, Ita Deus adjuver, & sanctum ejus Evangelium.

JVRAMENTVM.

Quod mihi modo prælectum est & cujus tenorem probe intellexi illud in omnibus & singulis me fideliter observaturum spondeo & appromitto, ita Deus me adjuver, & Sanctum ejus Evangelium.

Quod si vero Princeps quidam in Equestrem hunc Ordinem assumatur, a juramenti hujus præstatione liber quidem erit; attamen non detrectabit, sub fide, & verbo Principali sequenti sponsione illud supplere:

Vestra serenitas sub fide, honore & verbo Principali stipulabitur & spondebit se Nobiscum utpote Equestris Ordinis Sancti HUBERTI supremo Magistro veram, constantem atque infucatam amicitiam atque concordiam esse culturam, & necessitate exigente pro viribus, quantum Serenissimæ Domus vestræ ratio permittet Nobis auxilio futuram dignitatem & incrementum hujus Ordinis, quantum poterit promoturam, nec non erga pauperes se præstituram misericordem atque beneficam.

Ponatur manus supra Evangelium.

Ipsa appromissio.

Prælectam mihi & probe intellectam sponsionem me sincere servaturum sub fide principalis mei verbi & honoris polliceor & appromitto.

Si vero Principem absentem per delegatum Ordinem sumere contingat, Delegatus supra memoratam appromissionem sequenti modo præstabit:

Nomine Serenissimi Principis N. N. sub serenitatis suæ honore, fide & verbo principali pollicebitur, & appromittet serenitatem suam Nobiscum utpote Equestris Ordinis Sancti HUBERTI supremo Magistro veram, constantem atque insucatam amicitiam & concordiam esse culturam, & necessitate exigente pro viribus quantum serenissimæ suæ Domus ratio permittet Nobis auxilio futuram dignitatem & incrementum hujus Equestris Ordinis quantum serenitas sua poterit, promoturam, nec non erga pauperes se præstituram misericordem atque beneficam.

Ponatur manus supra Evangelium.

Ipsa appromissio.

Prælectam mihi, & probe intellectam sponsionem me nomine Serenissimi Principis N. N. sub serenitatis suæ honore, fide & verbo principali sincere servaturum polliceor & appromitto.

10mo.

Digitized by Google

10mo.

Hoc peracto ſinguli Ordinis Equites ad priorem locum ſe conferunt, atque a Vice-Cancellario Equitum Ordine primus compellatur, atque ante thronum in ſecundo tertioue gradu, genu flectat, admonetur.

11mo.

Deinde Serenitati ſuæ Electorali a ſupremo Aulæ Camerario Sereniſſimi Electoris dextrum latus nonnihil retro ſedile claudente, majus Ordinis inſigne in pulvinari rubro holoſerico a theſaurario ipſi porrecto præſentatur.

12mo.

Quod neo-Creati Equites collo hac adlocutione Sereniſſimus Elector circumdat.

Accipe ſignum Equeſtris Ordinis Noſtri Sancti HUBERTI & Clementiſſimæ propenſionis Noſtræ, & ſemper memor ſis fidelitatis Nobis, tanquam ſupremo Ordinis Capiti debitæ nec non commiſerationis erga pauperes, in vim hujus Ordinis extraordinarie recommendatæ.

Præſenti Principi tali adlocutione Ordinis majus inſigne circumdatur:

Accipe, Sereniſſime Princeps, ſignum Equeſtris Ordinis Noſtri Sancti HUBERTI & conſtantis affectionis noſtræ, ac ſemper ſis memor amicitiæ Nobis promiſſæ, nec non commiſerationis erga pauperes in vim hujus Ordinis extraordinariæ recommendatæ.

Delegato Principis modo ſequenti.

Accipe nomine Sereniſſimi Principalis tui ſignum Equeſtris Ordinis noſtri Sancti HUBERTI & conſtantis affectionis noſtræ ac ſemper ſis memor amicitiæ Nobis promiſſæ, nec non commiſerationis erga pauperes in vim hujus Ordinis extraordinariæ recommendatæ.

Ad hæc ſerenitati ſuæ Electorali a ſupremo Aulæ Mareſchallo, aut ejus vices gerente gladius ſerenitati ſuæ Electorali prælatus & quo Sereniſſimi Electoris latus ſiniſtrum nonnihil retro ſedile claudit porrigitur, quo utrumque Neo-Creati Equites humerum ferit, dicitque:

Hoc gladio ego te creo & facio Equitem Militaris Ordinis Noſtri Sancti HUBERTI in honorem ſanctiſſimæ & individuæ trinitatis, Beatiſſimæ Virginis Mariæ, & ſanctorum HUBERTI & Georgii ut ſis mihi tanquam hujus Equeſtris Ordinis Supremo Capiti & ſucceſſoribus Meis fidelis atque eundem juxta omnes vires Tuas protegas & conſerves.

Pro Principibus.

Hoc gladio ego creo & facio ſerenitatem tuam Equitem Ordinis noſtri Sancti HUBERTI ut ſit mihi tanquam hujus Ordinis ſupremo Capiti & ſucceſſoribus meis verus Amicus & eundem juxta omnes vires ſuas protegat, & conſervet.

Pro illorum Delegatis.

Hoc gladio ego creo & facio ſereniſſimum Principalem tuum Equitem Ordinis Noſtri Equeſtris ſancti HUBERTI, ut ſit mihi tanquam ordinis hujus ſupremo Capiti & ſucceſſoribus meis verus amicus, & eundem juxta omnes vires ſuas protegat & conſervet.

Expleta hac functione gladius ſupremo Aulis Mareſchallo, aut ejus vices gerenti redditur, atque Sereniſſimus Elector Neo-Equitem amplectitur, qui ſerenitatis ſuæ manum oſculatus ad ſuum ſe locum recipit, quem reliqui juxta ordinem ſequuntur, acceptoque Ordinis Inſigni ante ſe inſignitos amplectuntur, atque in ſuo ſeſe loco collocant, quo peracto, atque ſingulis Equitibus Ordine Decoratis.

13to.

Serenitati ſuæ Electorali Ordinis Vice-Cancellarius ſinguloruna Equitum nomine ſuccincta Oratione humillimas gratias agit, ac demum

14to.

Serenitatem ſuam Electoralem priore Ordine ad ſacellum Aulicum Equites comitantur, in quo deſtinatas ipſis ſedes Oratorias occupant atque Sereniſſimo Electore tanquam Ordinis ſupremo Magiſtro ad offertorium ſe præparante, ſigno a Cæremoniario dato ad dextrum Evangelii latus ſe ſiſtunt, ac Sereniſſimo Electori ab offertorio in Oratorium regreſſo, Equites viciſſim Ordine quisque ſuo ad offertorium accedunt, ac deinde ad ſuas ſe ſedes conferunt. Re Divinina peracta ſerenitatem ſuam Electoralem e ſacello, ordine prædicto comitantur, atque Sereniſſimo Electore in interius conclave ad deponendum majus Ordinis inſigne, & minus ſumendum ſeſe recipiente, Equites ad primi conclave ſe conferunt, ubi minus inſigne ſumunt, majus autem deponunt, cujuvis Cuſtodiæ ſervandum. Duſſeldorpii 29. Septemb. Anno 1708.

FINIS.

Sereniſſimus Elector Palatinus Johannes VVilhelmus (tot. tit.) ſupremus Magiſter Ordinis Equeſtris S. Huberti Equites ex principibus.

Carolus Philippus Comes Palatinus Rheni.
Theodorus Comes Palatinus Rheni.
Erneſtus Ludovicus Landgravius Haſſiæ Darmſtadienſis.
Joſephus Comes Palatinus Rheni.

Erneſtus

Erneſtus Ludovicus Dux Saxoniæ in Meinungen.
Antonius Udalricus Dux Saxoniæ in Meinungen.
Ludovicus Landgrav. Haſſiæ Darmſtad.
Ludovicus Marchio in Baaden Baaden.
Franciſcus Erneſtus Landgr. Haſſiæ Darmſtad.
Erneſtus Fridericus Dux Saxoniæ.
Chriſtophorus Marchio in Baaden Durlach.
Chriſtianus Wilhelmus Princeps de Schwartzbourg.
Guntherus Princeps de Schwartzbourg.
Hieronymus Princeps de Porcia.
Johannes Georgius Dux Saxoniæ in Weiſſenfels.
Chriſtianus Udalricus Dux Wurtenbergæ in Oels.
Carolus Alexander Dux Wurtenberga.
Antonius Guntherus Dux in Holſtein-Beck.
Wilhelmus Fridericus Marchio in Baaden Durlach.
Johannes Ludovicus Dux Anhaltinus.
Wilhelmus Henricus Princeps Naſſoviæ in Uſingen.
Henricus Princeps de Schwartzburg.
Ferdinandus Auguſtus Princeps de Lobkowitz.
Johannes Adolphus Dux Anhaltinus.
Fridericus Erdmannus Dux Saxoniæ in Mœrsburg.
Ludovicus Georgius Landgravius Haſſiæ in Homburg.
Franciſcus Antoninus Princeps in Leuchtenberg.
Philippus Landgr. in Darmſtadt.
Chriſtianus Comes Palatinus Rheni Sultzbach.
Joſephus Landgravius Haſſiæ in Darmſtadt.
Fridericus Wilhelmus Dux Saxoniæ in Meinungen.
Chriſtianus Comes Palatinus Rheni in Birckenfeld.
Chriſtianus Princeps Naſſoviæ in Dillenburg.
Chriſtianus Dux Saxoniæ in Weiſſenfels.
Erneſtus Leopoldus Princeps de Holſtein.
Johannes Erneſtus Comes Naſſoviæ.

Ex Comitibus & Baronibus.

Adamus Comes de Diemantſtein Eques & magnus Commendator.
Franciſcus Georgius Comes in Manderſcheid Eques.
Johannes Otto Ludovicus Comes de Gymnich.
Johannes Fridericus Comes de Schaesberg.
Philippus Conſtantinus Baro de Gile.
Lutharius Fridericus Baro de Hundtheim.
Alexander Otto Comes de Vehlen.
Johannes Ferdinandus Baro de Sickingen.
Johannes Arnoldus Comes de Scellardin Gorzenich.
Franciſcus Caſpar Wilh. Baro de Hillesheim.
Albertus Johannes Comes de Scellard in Geiſteren.
Marchio Neri Malvezi Angenelli.
Johannes Arnoldus Edmundus Comes de Leeradt.

No. CLVI.

Venditio ac Ceſſio Ducis Gerardi facta Duci Carolo Burgundiæ de Ducatu Geldriæ & Comitatu Zutphaniæ.

GErardus Dei gratia Dux Juliacenſis Montęn & Geldren Comesque Zutphaniæ & Ravensbergæ univerſis & ſingulis præſentes litteras inſpecturis, ſalutem, cum poſt obitum piæ memoriæ Reynaldi Ducis Juliacen, & Geldern, Comitisque Zutphanien, prædeceſſoris noſtri, qui poſſquam hos utrosque Ducatus Juliacen & Geldern ac Comitatum Zutphanien quoad vixit pacifice poſſederat, de anno Domini milleſimo quadringenteſimo vigeſimo quarto, nullis poſt ſe relictis liberis e vita deceſſit, quondam, piæ memoriæ Adolphus tanquam proximior heres maſculus ejusdem defuncti Ducis Raynaldi, & in, prædictis Ducatibus & comitatu legitime ſucceſſit, obtinuiſſetque a Divo quondam Sigismundo Roma-, norum Rege de ejusdem Ducatibus, & Comitatu, qui in feudum ab Imperio dependent & rite inve-, ſtiri & infeudari, & quia quondam Arnoldus de Egmonda in Ducatum Geldern, & Comitatum Zutpha-nien Prædictos ſe de facto intruſerat ſubditique & incolæ univerſi eorundem Ducatibus & Comitatus præfato Arnoldo, tanquam eorum Domino adhæſerant, & obediverant, Ipſe Sigismundus Romano-rum Rex legitimis monitionibus & citationibus prævviis, tandem pro tribunali ſedendo, Principum Ele-ctorum ſacri Imperii, aliorumque Principum, Proverum, & Nobilium ſecum aſſedentium accedente conſilio,

